Ulyssis Aldrovandi philosophi et medii Bononiensis ornithologiae tomus tertius, ac postremus / ad eminentissimum principem Alexandrum Perettum, S.R.E. Card. Montaltum ; Vicecancellarium, & Bononiae legatum.

Contributors

Aldrovandi, Ulisse, 1522-1605?
Tebaldini, Niccolò.
Ferroni, Giovanni Battista, 1628?-1678?
Bernia, Marco Antonio, active 1638-1661.

Publication/Creation

Bononiae : Typis Io. Baptistae Ferronij, M.DC.LII. [1652]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/naqntbhf

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


coll. comp. F. M. Trontis.

43409

172 Ab/1
Vol 2

N XXI
16/2

53492



VLYSSIS ALDROVANDI
PHILOSOPHI ET MEDICI
BONONIENSIS
ORNITHOLOGIÆ
Tomus Tertius, ac postremus.
Ad Eminentissimum Principem
ALEXANDRVM
PERETTVM
S. R. E. Card. Montaltum,
Vicecancellarium, & Bononiæ
LEGATVM
Cum Indice copiosissimo variarum linguarum.

Sumptibus
M. Antonij Bernię
Bibliopol. Bonon

BONON. MDC-XXXXV



EMINENTISS. PRINCIPI
ALEXANDRO
PERETTO
S.R.E. Card. Montalto, Vicecancellario, & Bononiæ Legato.

VLYSSES ALDROVANDVS S.P.D.

CVM mecum reputo, Cardinalis Eminentissime, reputo autem sæpissimè, cur tot doctissimorum virorum lucubrationes, quæ alioqui studiosis litterarum plurium conducerent, altis sæpè tenebris immersæ remanent, non solùm de eo solicitus esse cœpi, verũ etiam summopere dolere. Etenim si vires facultatesq; meas inspicio exhaustas ex tot immensis sumptibus, quos in tot operibus conscribendis, & in Iconibus quibus illustrantur, fossilium, plantarum, & animaliũ, incidendis, impendi, atq; tantillum mihi vitæ curriculum supereſse video, quod aliàs dum tenuis est fortuna, & ingens lucubrationum moles, longissimã annorũ seriem postularet, eas in hanc lucem edere non posse certè scio. Quamobrem in præcedenti de Auibus volumine, quod tibi dicatum volui, catalogum earum omnium præfixi, non ad ostentationem, aut futilem aliã ambitionem, vti æmulus aliquis maleuolentiæ quodã stimulo id me feciſſe, iudicare possit, sed vt principum animos, qui litteratorum rebus studeant, atq; vtilitati, ad edendum incitarem: licèt paucos esse nouerim, quibus artes liberales curæ sunt ac cordi; quin si qui sunt, ij sanè nigris Cycnis, & albis Coruis rariores existunt, atq; hi rursus insigni aliquo calcari incitandi; Tu verò nec stimulo, nec alio quopiam incitamento eguisti; quin sponte nullis non viris probis & doctis, quorum honesti modo noti sunt labores, ita auxiliaris, easq; fers suppetias, vt tibi quasi vni & soli vniuersa studiosorũ respub. plurimum debeat. Inde nimirum euenit, vt in omnibus vrbibus nõ solùm Italiæ, sed to-

tius etiam Europæ, & fortassis quoque Africę, atq; Asiæ nomen adeo in omnium ore versetur, vt nullum aliud sit frequentius. Vbicunq; sanè terrarum non tam genij, & ingenij tui facilitas, aut quod in tam tenera ætate, cùm in Cardinalium amplissimorum numerũ ad tam celsam honoris sedem ascitus esses, tantam rerum negotiorumq; molem ferre ac sustinere potueris, aut administrationes eas velut Nestorea prudentia atq; sapientia plenas edideris in admiratione fuit, quàm fuit ineffabilis illa tua erga probos litteratosq; liberalitas. Prudentia quidem in alijs quoque principibus quãdoque elucet, quorum tamen nomen, quòd sibi tantùm suisq; studeant, vix patriæ suæ regniq; terminos excedit, ipsiq; nullum planè post mortem immortalitatis signũ relinquunt, quando tuũ Eminentissime Cardinalis, aliorumq; qui à te sumpto exemplo, studiosorum honestos conatus promouẽt, nomẽ immortale ac æternum sit permansurum. Tuæ ego illius liberalitatis ope vsus secundum Ornithologiæ meæ tomum in lucem edidi, & nunc tursus tertium ac postremũ, qui de auibus aquaticis agit omnibus, quotquot videre vnquã mihi licuit, qui & ipse profectò nunquam erat proditurus ex profundis quibus immersus iacebat, tenebris, nisi eiusdem tuæ liberalitatis eximio splendore illustratus fuisset. Cycni auis typo hieroglyphico senem musicum significabat sapientes Ægyptij (vt in hoc volumine legere est) quòd eò suauius ea canere videatur, quò magis in senium vergit: atque vtinam ego in hoc vltimo, ac decrepito senio ita Cycnea musica præstarẽ, ac ita suauiter psallerem, vt vel primoribus tantùm labris laudes tuas attingere, non dicam cantare queam; quod equidem summo animi candore, qui per eandem volucrẽ indicatur, præstare conarer, Ciconiæ quoque historia pertractatur, cuius exemplo, quia parentes à quibus & vitam accepit, & in infantia enutrita est, cùm viribus effœti sunt, omnia quæ ad victum necessaria sunt, suppeditat, gratiam ijs, à quibus beneficium accepimus, eamq; si non parem propter inquioris fortunæ culpam nequeamus, tamen aliquando scribendo, bene sentiendo, & assiduis eos laudibus extollendo, referre ab eisdem Aegyptijs admonemur. Sed cùm tu mihi Cardinalis Eminentissime longè plus quam auis illa suis parẽtibus, præstiteris, cùm, inquam, liberalissimè mihi, seni, & veluti naufragium studiorum meorum patienti vtpote alter Mœcenas præsto fueris, quamnam tibi gratiam referam? vtriusque autem honoris interest & tui & mei, tui qui nunquam satis laudari potes, mei qui nunquam satis laudare possum, etiamsi centum linguæ sint oraq; centum & ferrea vox, vt inquit ille, qui tam diuino carmine Augustũ laudare conatus est, & nunquam satis laudare potuit, Augustum, inquam, qui te diuitijs quidem longè fuit potentior, vtpote totius ferè terrarum orbis ferè dominus, animi verò dotibus, magnanimitate, liberalitate & consimilium virtutũ aliarum ornamentis longè inferior. Alexander Macedo visa Achillis statua fleuisse fertur, quòd hic virtutum suarum præconem habuisset Homerum, poetam vt doctissimum, ita quoq; facundissimum, & rectè quidem; nam licet ipse longè maiora ac laudabiliora

præ-

præstitisset, deerat tamen qui ea conscribendo posteris communicaret, vt inde sumpto exemplo res prudenter fortiterq; cùm domi, tùm foris gererent, atque vt ipse Aristotelem, alij alios qui ad commune studiosorum commodum, quæ vel experientia, vel proprio marte adinuenissent, diuulgabant, opitularentur. Tu verò, qui omnes iuuas, sed non ideo iuuas, vt inde tibi gloriolam aliquam accedere velis (abest enim à te omnis ambitio) sed eo solùm animo, vt litteratis possis, non Homero eges alioquè facundissimo præcone, qui scriptis reddat nomen æuiternum, sed qui te ipsum nobis reddat immortalem, vel saltem tibi Nestoreos annos concedat; quod cùm in solius Dei, qui solus immortalis est, sit potestate, hunc ego enixè precabor, vt te ad omnium doctorum bonorumq; vtilitatem, adq; sacræ eius Ecclesiæ splendorem diutissimè incolumem conseruet: abs te interim etiam atq; etiam peto, vt postremos hosce Ornithologiæ meæ libros eadem beneuolentia, benignitateque, atque humanitate suscipias, qua priores prosequi non es dedignatus, sub ijdem demum patrocinij alis foueas, atq; ita foueas, vt aduersus omnium maleuolorum caninos dentes illæsi permaneant.

Vale.



EGo D. Inuentius Tortus Clericus Regularis S. Pauli, Pœnitentiarius, & pro Eminentiſs. ac Reuerendiſs. D. D. Card. Ludouiſio Bonon. Archiepiſcopo, & Principe Librorum Cenſor, tertium hanc Ornithologiæ partem Excellentiſs. atque inter præcipuos noſtræ ætatis Philoſophos doctiſsimi Vlyſſis Aldrouandi, quæ de Auibus aquaticis agit, admirabili eruditione conſcriptam, diligenter legi, & quod nihil contra ſanctæ Fidei dogmata, vel probatos mores, vel ſac. Indicis regulas contineret, vt typis mandaretur, probaui.

Idem qui ſupra D. Inuentius Tortus.

EGo Fr. Caſimirus de Cremona Lector Theol. & Sanctiſs. Inquiſitionis Bonon. Vicarius Generalis, hoc opus de Ornithologia inſcriptum, atq; Perilluſtrem admodùm, eruditiſsimumq; Virum D. Vlyſſem Aldrouandum Philoſophum ſuæ tempeſtatis celeberrimum, compilatum, diligenter perlegi, cumq; nihil in eo, quod fidem, bonos mores, ſeu Catholicos Principes ladat, animaduerterim, quinimò opus & doctrinæ ſubtilitate, & ſtyli nitore, & rerum, quæ in eo tractantur, copia, & varietate adeò inſigne compererim; vt nedum Philoſophis, verùm & Theologis, quàm vtile futurum iudicauerim, ideò facultatem, vt imprimatur concedo.

Ita eſt ego Fr. Caſimirus qui ſupra.



CATALOGVS AVTHORVM
omnium, quibus in tribus Ornithologiæ meæ Tomis vſus ſum.

A

ABBAS Ioachinus.
Aben Ezra.
Abraham Eſre.
Abrahamus Ortelius.
Abimeron Abinzohar.
de Accipitrina arte tractat.
Accurſius.
Achilles Bocchius.
Acron grammaticus.
Actuarius.
Adamus Lonicerus.
Adolphus Occo.
Adrianus Turnebus.
Aelianus.
Aelius Iulius Crotta.
Aeneas Syluius.
Aeſchylus.
Aeſopus Phrygius.
Aetius.
Albanus.
Albericus Veſpuſius.
Albertus Conſtantinus.
Albertus Crantzius.
Albertus Magnus.
Albertus Pigna.
Alcadinus Siculus.
Alcinous.
Aldus Manutius.
Alexander Aphrodiſæus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Benedictus.
Alexander Petronius.
Alex. Trallianus.
Alexis Comicus.
Aloyſius Alemanus.
Aloyſius Anguillara.
Aloyſius Cadamuſtus.
Aloyſius Granata.
Aloyſius Lippomanus.
Aloyſius Mundella.
Alphonſus Toſtatus.
Aluares Hiſpanus.
Amatus Luſitanus.
D. Ambroſius.
Ambroſius Calepinus.
Ambroſius Nolanus.
Ambroſius Nouidius.
Ammianus Marcellinus.
Amintus Friſius.
Anacreon.
Anatolius.
Andreas Alciatus.
Andreas Baccius.
Andr. Bellunenſis.
And. Dactius Florentinus.
Andr. Dinus Iuſtinopolit.
Andreas Fuluius.
Andreas Furnerius.
Andreas Placus.
Andreas Theuetus.
Andr. Tiraquellus.
Andr. Turnerius.
Angelus Decembrius.
Angelus Politianus.
Antipater.
Antonini Cronica.
Antonius Liberalis.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Gainerius.
Antonius Gigas.
Antonius Louiſinus.
Antonius Ludouicus.
Antonius Mizal.
Ant. Muſa Braſauolus.
Antonius Nebriſſenſis.
D. Anton. Patauinus.
Antonius Ricciardus.
Apollodorus.
Apollonius Tyraneus.
Appianus Alexandrinus.
Apſyrtus.
Apuleius.
Aratus.
Areteus.
Ariſtoteles.
Arnoldus de Villanoua.
Arrianus.
Artemidorus.
Aſcanius Martinengus.
Aſcanius Pedianus.
Athenæus.
D. Auguſtinus.
Auguſtinus Gallus.
Auguſtinus Niphus.
Auicenna.
Auicenus.
Aulus Gellius.
Aulus Hirtius.
Aurelius Simmachus.
Aurelius Victor.
Auſonius.
Author de natura rerum.

B

Baldus.
Baptiſta Campofulgoſus.
Baptiſta Mantuanus.
Bartholus.
Bartholomæus Anglicus.
B. Baſilius Magnus.
Beda.
Belliſarius.
Bernardinus Gomeſius.
Bernardinus Scordonius.
Biblia.
Blondus.
Boetius.
Brodæus.
Brudus Luſitanus.
Bruno Amberbachius.

C

Cæcus Aſculanus.
Cælius Calcagninus.
Cælius Apitius.
Cælius Aurelianus.
Cælius Panonius.
Cælius Rhodoginus.
Cæſar Baronius Cardinalis.
Cæſar Germanicus.
Cæſar Rinaldus.
Caietanus.
Callimachus.
Calliſtratus Iureconſult.
Calphurnius.
Carolus Cluſius.
Carolus Sigonius.
Carolus Ruinus.
Carolus Stephanus.
Caſſanæus.
Caſſiodorus.
Caſtor Durantes.
Catullus.
Chaldaicum dictionarium.
Chriſtianus Adriconius.
Chriſtophorus Columbus.
Chriſtophorus Encelius.
Chriſtophorus Mylcus.

D. Chry-

Catalogus Authorum.

D. Chryſoſtomus
Cicero
Claudianus
Claudius Paradinus
Clitarchus
Codex iuris ciuilis
Collenutius
Contradus Heresbachius
D. Conſolis Ponce de Leon
Conſtantius Landus
Conſtantius Felix
Corippus Africanus
Conſtantinus Cæſar
Cornelius Gemma
Cornelius Celſus
Cornelius Ianſenius
Cornelius Iudaus
Cornelius Tacitus
Cteſias
Cyrillus
Cyprianus

D

Damaſcenus
Dantes
Daretes Phrygius
Dauid Kimhi
Dametrius Conſtantinopol.
Domoſthenes
Deictes Cretenſis
Dionymus
Diodorus Siculus
Diogenes Laertius
Dion caſſius
Dion Chryſoſtomus
Dionyſius Areopagita
Dionyſius Carthuſianus
Dionyſius Halicarnaſſæus
Dionyſius Lambinus
Dioſcorides
Donatus
Domitius Salderinus
I. Druſius
Dubrauius
Ebenbitar
Eduardus Vuottonus
Elia Venetus
Ennius
Epictetus
Epigrammata Græca
Etymologus Etymologus
Euangeliſta Quatramius
Euonymus Philiater
Euripides
Euſebius Pamphilus
Euſtachius
Eutropius

F

Faſellus
Federicus Nauſea
Feneſtellæ
Ferdinandus Columbus
Ferdinandus Sanctius
Feſtus Pompeius
Flauius Ioſephus
Flauius Vopiſcus
Florentinus
Florus
Fonteius
Franciſcus Bernius
Franciſcus Campanus
Franc. Carcanus.
Franciſcus Iunctinus
Franciſc. Iuretus
Franc. Patritius
Franc. Petrarchæ
Franc. Ribera
Franc. Sanctius
Fulgentius
Fulgentius Placidæ
Fulgoſus
Fuluius Vrſinus.

G

Gabriel Card. Paleottus
Galenus
Galenius
Gentilis
Georgius Agricola
Georgius Alexandrinus
Georgius Brunus
Georgius Palhymerius
Georgius Pictorius
Gerardus Mercator
Geruaſius Tibelloſius
Gisbertus Genebrardus
Gloſſa Græca
Gloſſa interlinearis
Gonſaluus Ouiedus
Gordonius
Gabriel Falernus Cremonens
Grapaldus
Graſius
Gregorius Nyſſenus
Gregorius Papa
Gualterius Ryffius
Guliclmus Budæus
Gulielmus Coulus
Gulielmus Grattarolus
Guliel. Nebricenſis
Guliel. Patinus
Guliel. Pariſienſis
Guliel. Paſtregius
Guliel. Philander
Guliel. Turnerus
Gybertus Longolius

H

Haithonus
Hector Boethius
Heliodorus
Hercules Stroza
Henricus Stephanus
Herna Aegyptius
Hermolaus Barbarus
Hermagines Græcus
Herodianus
Heſiodus
Heſychius.
D. Hieronymus.
Hieronymus Accorombonus
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Fracaſtorius.
Hieronymus Garimbertus
Hieronymus Lauretus.
Hieronymus Mercurialis
Hieronymus Ruſcellus
Hieronymus Tragus
Hieronymus Vada
Hippocrates
Hiſtoria Eccleſiaſt. Mediolan.
Hiſtoria tripartita
Horatius
Homerus
Humelbergius
Hubertus Golzius
Hyginus.

I

Iacobus Cruquius Meſſenius
Iacobus Dalechampius
Iacobbus Maluezzus.
Iacobus Sanazzarius
Iacobus Stendelius
Iacobus Syluius Pariſienſis
Iacobus Thabernamontanus.
Iacobns Vitriacenſis Card.
Iaponicarum rerum liber
Incognitus in Pſalmos
Ioacchinus Abbas
Ioachinus Camerarius iunior
Ioacchinus Peronius
Ioannes Antonius Pantheus.
Io. Baptiſta Folengius
Io. Baptiſta Pius
Io. Baptiſta Porta
Ioan. Bocatius
Ioan. Bohemus
Ioan. Boterus Benacus
Ioan. Bruyerinus Campegius
Ioan. Claymundus
Ioan. Coſtæus

Catalogus Authorum.

Ioannes Fernelius
Ioannes Garzonius Bonon.
Ioannes Goeurotus
Ioannes Gonsalez
Ioaunes Goropius
Ioannes Goutherus
Ioannes Iacobus Vuecherus
Ioannes Kentmannus
Ioan. Khuenius Breidbachius
Ioannes Langius
Ioannes Leo Africanus
Ioannes Lessus Scotus
Ioannes de Mondouilla
Ioannes Rauisius Textor
Ioannes Rosinus
Ioannes Spondanus
Ioannes Stoeslerus
Ioannes Tortellius
Ioannes Vrsinus
Iosephus Acosta
Iosephus Scaliger
Iouianns Pontanus
D. Irenæus
Isacius Tzetzes
Isychius
Isidorus Hispalensis
Isidorus Pelusiota
Iulius Alexandrinus
Iulius Cæsar
Iulius Cæsar Scaliger
Iulius Capitolinus
Iulius Firmicus
Iulius Obsequens
Iustinianns
Iustinus
Iustinus Globerus
Iustus Lipsius
Iuuenalis

K

Kiranides

L

Laberius
Lactantius Firmianus
Lambertus Hortensius
Lãbertus Schasnaburgensis
Lampridius
Laurentius de Anania
Laurentius Ioubertus
Laurentius Rusius
Laurentius Surius
Laurentius Valla
Lemnius Rhætus
Leonellus Fauentinus
Leoncenus
Leonicus Tomæus
Leuinus Apollonius
Leuinus Lemnius
Leonicus Tomæus
Lexica Græca, & latina varia
Lindanus Dordracenus
Liuius
Ludouicus Dominicus
Lucanus
Lucianus
Lucilius
Lucretius
Ludouicus Ariostus
Ludouicus Guicciardinus
Ludouicus Patritius
Ludouicus Romanus
Ludouicus Viues
Lycophron

M

Macrobius
Manilius
Marcellus Empiricus
Mar. Ant. Marsilius Bonon.
Marcus Ant. Tritonius
Marcus Gattinaria
Marianus Sãctus Barolitanus
Marlianus Sanctus
Martialis
Martianus Capella
Martinus Cromerus
Martinus Polonus
Matthias Lobellius
Matthias à Micou
Mauritius Gordeus
Melchior Guilandinus
Menander
Mercerus
Michael Glyca
Michael Sauonarola
Moschus
Moses Ramban

N

Natalis Comes
Nemesianus
Neuius
Nicander
Nicephorus Gregorius
Nicolaus Contus
Nicolaus Erithræus
Nicolaus Florentinus
Nicolaus Leonicus
Nicolaus Myrepsus
Nicolaus Perottus
Nicolaus Reusnerus
Nicolaus Valla
Nonius Marcellus
Notitia Oriẽtis, & Occidẽtis

O

Octauius Oratianus
Odericus è Foroiulio
Oecolampadius
Olaus Magnus
Onuphrius Panuinius
Oppianus
Oribasius
Origenes Adamantius
Orus Apollo
Ornithologus
Ouidius

P

Palladius
Pandectæ
Panormitanus
Paulus Ægineta
Paulus à Gastro
Paulus Diaconus
Paulus Crysaldus
Paulus Iouius
Paulus Manutius
Paulus Orosius
Paulus Venetus
Pausanias
Perionius
Persius
Petronius Arbiter
Pet. And. Matthiolus
Pet. Angelius Bargæus
Petrus Aponensis
Petrus Beccarinus
Petrus Bellonius
Petrus Crescentiensis
Petrus Crinitus
Petrus Gillius
Petrus Martyr
Petrus Nannius Alcmarianus
Petrus Pithoeus
Petrus Victorius
Panocles
Phauorinus
Pherecides
Philes
Philomelæ author
Philippus Beroaldus
Philo Iudæus
Philostratus
Pierius Valerianus
Pindarus
Pindari Scholiastes
Platina
Plato
Plautus
Plinius
Plotinus

Catalogus Authorum.

Plutarchus
Polybius
Pomponius Mela
Pompeius Vizanius
Pompilius Azalius
Pontanus
Porphyrius
Poſſidonius
Probus Grammaticus
Procopius Cæſarienſis
Procopius Gazæus
Propertius
Proſper Alpinus
Prudentius
Pſellus Platonicus
Ptolomæus

Q

Quintianus
Quintilianus
Quintus Calaber
Quintus Serenus

R

Rabbi Moyſes
Rabbi Samuel
Raphael Volaterranus
Reuclinus
Rhaſis
Ricardus Bartholinus
Robertus Conſtantinus
Robertus Holcot
Robertus Stephanus
Rutilius

S

Sabellicus
Salernitanus
Saluſtius
Santes Pagninus
Saxo Grammaticus
Scala naturalis
Scholiaſtes Ariſtophanis
Scholiaſtes Homeri
Scipio Mazellia
Scoppa Grammaticus
Sebaſtianus Eritius
Sedulius
Seneca
Septuaginta Interpretes
Seraphinus Cumiranus
Seuerus Sulpitius
Seuerus
Sextus Pompeius
Sidonius Apollinaris
Sigiſmundus Baro
Sigiſmandus Galenius
Silius Italicus
Simon Lemnion
Sineſius
Sipontinus
Solinus
Sophocles
Speuſippus
Statius
Stephanus Aqueus
Stephanus Forcatus
Stephanus Vimandus Pigius
Steſichorus
Strabo
Stumphius
Suetonius
Suidas
Sybillina carminæ
Sylua allegoriarum
Syluaticus
Syneſius Cyrinæus
Symphorianus Campegius

T

Tacuinus
Tappius Lunenſis
Tardius Gallus
Terentius
Tertullianus
Theocritus
Theodoretus
Teodorus Trebellius
Theodorus Gaza
Theophraſtus
Theophilactus
Theſauri linguæ Græcę author
Thomas Aquinas
Thomas Garzonius
Thomas Rhaduus
Thyleſius
Tibullus
Titinius
Titus Veſpaſianus Stroza
Torquatus Taſſus

V

Valerius Flaccus
Valerius Maximus
Varrinus
Varro
Vegetius
Velleius
Verrius Flaccus
Victor Giſellinus
Vidus Vidius
Vincentius Burginus
Virgilius
Vitruuius
Vlpianus
Vvolffgangus Lazius

X

Xenophon
Xyphilinus.

Z

Zaratus
Zonara
Zozomenus
Zozimus

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI, ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIÆ LIBER DECIMVS NONVS,

QVI EST

De Auibus Palmipedibus.

DE CYCNO. Cap. I.

ORDINIS RATIO.

QVANQVAM propter instituram in hac nostra Ornithologia methodum, aues, de quibus hactenus nihil dictum est, in hunc postremum tomum reiecerimus; nolim tamen, quis ideo sibi persuadeat, eas prorsus viles, & abiectas esse. Sunt enim & in his, cùm corporis, tùm animi præstantiâ non cum præcedentibus tantùm comparandæ, sed etiam, quæ, laudare, imò illis præferre volenti, quàm plurima, atque efficacia argumenta præbere queant: quemadmodum passim suis deinde locis patebit. Degunt verò eiusmodi aues, aliæ in aquis, ϛαγανόποδες, id est, palmipedes dictæ, vt sunt Cycni, Anseres, Anates: aliæ licet propè aquas obuersentur, has tamen non intrant, vel si intrant, non natant, vt Ciconiæ, Ardeæ, Grues, Gallinagines, & id genus aliæ. De cæteris omnibus in duobus præcedentibus Ornithologiæ meæ tomis, quorum prior duodecim, alter sex libris compræhenditur, abundè (ni fallor) dictum est. Iam verò in primo tomo Aquila, quæ & Ioui optimo maximo, ac Deorum præstantissimo est dicata, ac cæteris carniuoris multò præstat, vt abundè habes in eius historia principem locum obtinuit: in secundo autem Pauo, auis videlicet cùm pulcherrima, tùm Iunoni Dearum potentissimæ, Iouisq; vxori, & sorori iure merito nuncupata. Itaq; cùm de aquaticis in hoc tertio modò sit scribendum, à quibus & natare, & hauigare homines didicisse videntur, Cycnus nõ ideò tantùm, quòd Veneris, & Apollinis, quos Ioue natos poetæ fabulantur, ales vulgò habeatur, sed quòd etiam non fortè minoribus, quàm Aquila, aut Pauo naturæ dotibus perornatus sit. Eum etenim potiùs, quàm aliam auem veteres Græci, atque Romani, cùm & tauros, tragos, Crios, siue Arietes naues quasdam nuncuparent ab animalium figuris, quibus earum proræ adornabantur, omnium pulcherrimum ornamentum, aptissimumq; iudicarunt, nauis fabricandæ perfectionem, & artem nauigandi, ab hac in primis auc, cæteriſq; aquaticis homines æmulato fuisse, attestantes.

Quarum auiũ historia restet.

Cygno cur primus locus detur.

Nauiũ Græcorum, & Romanorũ nomina.

Nauigandi artis inuentio.

tes. Etenim à collo, pectoreq; proram, & carinam, à ventre, & cauda puppem, & temonem, ab alis vela, à pedibus remos formauerunt. Vnde seruat adhuc rostra vocabulum suum apud Latinos, nauium partes illæ exporrectæ, & acuminatæ ex ære, ferroue in prora eminentes: & vela sæpius alas nuncupant poetæ: proinde Maro cecinit; *Velorum pandimus alas*, Hesiodum imitatus, qui olim etiam vela πτερα, id est, nauis alas nominauit: vbi & Proclus commentator ab auibus desumptum hoc ait esse. Prudentissima verò antiquitas meo quidem iudicio, frequentius Cycnum, quàm alias aquaticas aues pro ornamento nauibus addebat; non tam ob insignem eius in natando peritiam, (natat enim celerrimè, vt suo pòst loco dicetur) quàm quòd inter eas aspectu longè esset venustior, atque nauiganti-10 bus fausius, felixq; haberetur. Quippe propter pulchritudinem suam, qua contemplantes remoratur, in summo semper honore habitus fuit, atque etiamnum est apud magnates, virosq; principes, præcipuè in Belgio, Gallia, atque Anglia, vbi in aquis perennibus, ac riuulis, qui domus, aut palatia alluunt, enutriunt, acriterq; in occisores animaduertitur. Innumeri referente a Ioanne Bruyerino Gallo, in agro Eugolismensi in Tenurio fonte versantur, atq; educantur opera Regum maximi Francisci Valesij eius nominis primi. Agrigenti. ni piscinam summis sumptibus Geloni tyranno longè munificentissimam, atq; pulcherrimam, maximamq; construxisse leguntur, in eamq; fluuios, fonteſq; deduxisse, ac Cycnorum tanquam auium nobilissimarum, pulchritudineq; & specie sua eiusmodi pretiosa loca summoperè adornantium, multitudinem coniecisse. Est enim inter aquaticas omnes longè 20 speciosissimus Cycnus indeq; Olor, idest, totus pulcher nuncupatur: quam profectò formæ præstantiam Lædæ fabula egregiè innuit, quæ à Ioue in candidum Olorem immutato, hoc est, candidissimam formam induto compressa, filiam toto terrarum orbe formosissimâ, Helenam, inquam, illam, cuius amore totius Græciæ heroes, principesq; conflagrarunt, ex ouo, quod ex eo congressu cõceperat, exclusisse fertur, Cycneoq; illo candore membra eius perornasse: quo sanè sensu antiquissimus b Euripides, Helenæ, ὁμμα κυκνὸ πῖδορ, idest, formam Cyneam appellat. Et apud c Lucianum Paridi quærenti, qualis aspectu esset eadem Helena, respondet Venus, λευκὴ μὲν ἴσως εἰκὸς κύκνου γεγενημένη. ἁπαλὴ δὲ ὡς ἐν ᾠῷ τραφεῖσα, hoc est, *candida quidem qualem, consentaneum est, esse à Cycno prognatam: tenera autem, vt quæ in ouo enutrita fuerit*. Et aliàs apud eundem d Lucianum, Gallus de Helena loquens, *Vidi*, 30 inquit, *quandam candida, & procera ceruice, vt hinc Cycno prognatam esse adsimularent*. Ita pariter e Martialis de fratribus geminis:

Quæ nona tam facies genuit tibi Læda ministros?
Qua capta est Cycno nupta lacena alio?

Et Pontanus de Eridano.

Candida fluminei mirantur brachia Cycni,
Miratur niueum populus alba decus.

Inter alias modò dotes, quæ in hac alite sunt quamplurimæ, celebratur tantopere & à poetis, & à soluta oratione scribentibus cantus suauitas, à qua nimirum omnes melos, omnis alia, etiamsi laudabilis harmonia, atque in primis ipsa musica, Cycnea cantio nuncupari meruit: eoq; sanè cæteris aquaticis præstiterit Cycnus, quòd solus, testante Alberto Magno grauissimo Philosopho, inter magnas, & aquaticas aues musicus existat f Oppianus author est, canente Cycno, scopulos, & valles respondere, omniumq; auium musicum ferri, eoq; nomine Apollini consecrari, canere autem non lugubri, vt Alcedines, sed suaui, & mellito cantu, velut tibijs, aut citharis adhibitis. Verùm non ob solam musicam A pollini artis musicæ inuentori sacri habiti sunt Cycni, sed quia etiam, vt Cicero, Socrates, alijsq; grauissimi voluere Philosophi, iam iam imminente sibi mortem vaticinentur, vaticiniumq; ab eo Deo accepisse credantur. Quomodo verò futurum interitum præcinant, quamuis fabulosum videatur, & fide minimè dignum, ita prodidit Oppianus poëta, & philosophus: *Moriturus secedit aliquo, vbi nulla auis canentem audiat, nec Oleres aly luctuosè interpellent, si quis fortè* 50 *adesset, qui similem vitæ exitum sibi imminere intelligeret*. Socrates quoque apud Platonem Cycnos affirmat, tum magis, dulciusq; canere, cùm se breui præsentiunt morituros, quasi lætantes Deo gratias agere videantur, quod ad eum, cuius ministri sunt, migrationem pararent. Addit, homines quosdam, cùm ipsi mortem expauescant Cycnos quoque falsò criminari, cantusq, huiusmodi dicere, doloris argumentum esse, quem ex aduentante morte conceperint, sicut sensisse videtur Lucretius, dum canit:

Cùm turba depresso grauiter sub marmore mugit,
Et gelida Cycni, nec torti ex antro Heliconis,
Cùm liquidam tollunt lugubri voce querelam.

Sapien-

Rostrum, qua nauis pars.
Velum pro ala.
Cur Cygno potius quã alijs aquaticis auibus veteres naues ornarent.
Cycnũ cur Principes alant.
a Lib. 15. de re rib. c. 61.
Agrigentinorum nobilis piscina.
Cycni pulchritudo.
Læda fabula mysticus sensus.
Helena cur tã pulchra fuerit.
b Act. 5. in Oreste.
c In Iudicio Dear.
d In Gallo.
e lib. 9. in fine.
Aliæ dotes.
Cãnus suauitas.
Cycnea cãtio.
f In Ixeut.
Cycnus cur Apollini sacer.
Vt mortem sibi prædicat Cygn.
Quando dulcius canant.

Sapientissimus verò Socrates hoc ideo maximè redarguit, quòd eiusmodi homines non animaduertant, nullã esse auem, quæ cantet, cùm esuriat, aut rigeat, aut quouis alio efficiatur incommodo: non ita Philomenam, nec Hirundinem, nec Epopem, quas ferunt per querimoniam cantare lugentes: Itaque sibi neque has præ dolore videri canere neque Cycnos, sed quia Phœbo sacri sunt, diuinatione præditos præsagire alterius vitæ bona, ideoq; cantare alacriùs, gestireq; ea die, quàm superiori tempore. Quinimò Pythagoras credidit Cycnis animam esse immortalem, ac propterea lætari imminente morte. Videntur sanè omnes antiquiores ea in opinione fuisse; quod nimirum Cycnus cantu suo sese moriturum significet: nam & refert apud *g* Athenæum Chrysippus, in libro de bono, & voluptate, quendam, quòd dicteriorum, facetia rumq; esset studiosus, cùm esset à carnifice iugulandus, dixisse, velle se velut Cycneum cantum, vbi ceciniisset, mori. Scio multis non duntaxat illud fabulosum videri, & anilia deliramenta sapere, quòd mortem suam præcinat, eiusdemq; incommoda cantus suauitate consoletur, verum etiam, quòd cætero vitæ tempora dulciter canat. Erant enim etiam hac in re ambigui, dubijq; veteres, ac in primis Ælianus, qui nempe id modò addubitare videtur, modò asserere. Ego suo postmodum loco veritatem rei indagabo, lectoriq; ni fallor, satisfaciam. *h* Ælianus verò sic inquit: *Cycnus (quem non solùm poetæ, sed multi etiam solutæ orationis scriptores Apollinis ministrum faciunt) quid musica vel cantu possit, non habeo, quid affirmem. Veteres tamen persuasum habuerunt, Cycnea (vt appellant) modulatione decantata, mox eum expirare. Quod si ita est liberalior in hanc auem natura, quàm in homines bonos, & honestos fuerit, nempe laudem, ad luctum à morte tribuunt alij: Cycni verò ipsi sese vel laude, vel luctu moribundi prosequuntur. i* Alibi autem hominibus Cycnum ait præstare, quia non modò nouit, quando ipse approquinquat, vt moriatur, sed quòd etiam placidissimè, ac leniissimè mortem ferat, à natura esse placidissimum donum consecutum. *In morte enim*, inquit, *nullum acerbi doloris sensum inesse, se in optimam spem induxit. Homines autem quod nesciunt, id & exhorrent, & summum malum existimant. At Olori tanta animi est tranquillitas in extremo vitæ spiritu, vt sibi tanquam suauiam canant. Canit igitur Cycnus Epicedium, & funebre sibi carmen, siue Deorum hymnos decantat, siue suas ipse laudes, & ad mortem se præparat.* Sunt præterea in Cycno alia ornamenta præclarissima: quin ipsemet Philosophorum Coryphæus, & communis præceptor *k* Aristoteles, Cycnum author est, nec probitate victus, morum, prolis, senectutisque vacare. Animi, corporisq; robur in hominibus laudatur plurimùm, sed in ijs maximè, qui eo non abutuntur, hoc est, qui dum possunt, alios neque opprimunt, neque opprimere student, sed si ab alij quanquam fortioribus lacessantur, aut ad pugnam prouocentur, egregiè se & defendant, & vindicent: Qua in re mirum est, quantum laudandus sit Cycnos, quæ cùm ales sit, quæ plurimum viribus polleat, nulli suapte natura, aut vim, aut iniuriam infert, vnde tam eleganti, quàm apposito epitheto *l* Ouidius Olores innocuos hoc in versu appellauit.

Illic innocui latè pascuntur Olores.

Cum Aquila auium omnium, ac ipsarum etiam rapacium fortissima, ideoque regina nuncupata, bellum acerrimum quidem gerit, veruntamen nunquam nisi lacessitus ab illa, & ad præliandum prouocatus; nec æquali tantùm Marte dimicat, sed etiam vincit: quemadmodum perquam eleganter idem *m* Ælianus, qui sanè in huiusce alitis encomijs celebrandis fuit plurimus, hisce verbis testatum reliquit. *Neque vero*, inquit, *ad mortem, verumetiam ad pugnam fortis est Cycnus, iniuria item non lacessit, tanquam sanè moderatur, & vir prudens, sic lacessenti, ac moderanti de animi robore nihil concedit. Cæteræ quidem aues cum eo pacem habent, ac quasi fœdere deuinctuntur. Ab Aquila verò sæpe hostiliter appetitur, vt Aristoteles refert: nunquam tamen vincitur, sed eam prouocantem animi non solùm robore, sed iure etiam optimo vincit.* Quin & *n* Scaliger author est, si Cycni ala pulsetur Aquila, de hac actum esse. Non minori laude insignis illa, quam prædicat Albertus Magnus, verecundia in Cygno animaduertenda est, eaq; in coitu. Eum etenim perhibet, quoties cunque inierit fœmellam, eousque contristari, imò verò prorsus à cibo abstinere, donec viuo sese fronte abluerit, ac si in aqua occultum, quid latere non ignoret, quo peccata aluuntur, quemadmodum omnes nimirum ea maculæ, sordesq; expurgantur: qua de re per otium consule *o* M. Antonium Marsilium Bononiensem Archiepiscopum Salernitanum. Possem modò pariter ingenium auis celebrare, sed id ad proprium rubricam differo, de vsu eius in mens nonnihil hic allaturus. Arbitrari enim quispiam posset, Cycnum, quòd nigram habeat carnem, duramq; ac ventriculo inobedientem, Anseri, cuius caro forta ssis laudabilior, atque salubrior existit, post habendum esse. Verùm cùm & Cygnus noster carnis suæ habuerit optimos cultores, & non minori, quàm ipse Anser apud veteres in pretio, & in honore habitus sit, vti ex *p* Plutarcho in primis colligere

Nulla auis canit, cum aliquo afficitur incõmodo. *g* l. 4. c. 4.

Facetum dictum de Cycni cantu. *h* l. 2. de Animal. c. 22.

Natura in Cycnos, quàm in homines liberalior. *i* l. 9. c. 34.

Cycnus cur hominibus præst.

Mortẽ cur non timeat Cycnus. *k* li. 9. Hist. c. 12.

Fortitudo, quæ laudãda.

Cycni laudabilis fortitudo.

Olor innocuus. *l* l. 2. Amor. Eleg. 6.

Cycnus Aquilam vincit. *m* l. 5. de Animal. c. 34.

Cycnus viro prudenti similis. *n* Exer. 231.

Cycni Verecundia. *o* l. 2. hydrogiolog. c. 4.

Cycni caro qualis.

Anseris caro. *p* lib. de esu carnis.

gere eſt, non immeritò Cycnum præculiſſe videmur, ipſi etiam Anſeri, quem innumeris alijs nominibus antecellit. Apud Athenæum etiam Dipnoſophiſtis apponuntur. Alexandrides apud eundem, poſteaquam carpſiſſet Thracum regis conuiuium, Cygnum inter aues lautas ſubinde numerat. Sed & apud recentiores ſæpe inter delicias huiuſmodi aues habentur: nam Platina inter epolas lautiorum, & præcipuè pullos ſpectari aſſerit. Moſcouitarum Duces, quotieſcunque carne veſcuntur, hoſpitibus ſuis Cycnos aſſos apponunt, vt luculenter narrat Sigiſmundus Baro. Et reuera principes illi harum alitum eſum plurimi facere videntur: etenim tres ex cæteris, quæ plurimæ apponuntur Duci, cultro pungens, meliores, & cæteris præferendas explorat, quas dapiferi diſcerptas, ac in partes quamplurimas diuiſas in quinque minoribus, quàm erant primæ, patinis duci iterum apponunt, reliquas verò fratribus eius, Conſiliarijs, Oratoribus, alijſq; ordine diſtribuunt vnà cum embammate ex ſale, pipere, & aceto. Scribit quoque Ornithologus Cycnum ferum apud ſuos denarijs, ſiue drachmis argenteis quinque cum triente venundatum eſſe. Cæterùm, quòd apud multos in menſis improbetur, inde fortaſſis euenerit, quòd nimis annoſi ad nos perueniant. Has itaque obrationes Cyno inter aquaticas aues principem locum aſſignauimus: quod pariter q Petrus Bellonius in ſua de auibus hiſtoria facit, quem tamen, quòd aquaticas terreſtribus præferat, laudare non poſſum. Sunt enim hæ aquaticis & præſtantiores, & ad edendum ſalubriores. Eia igitur nunc ſecundum ordinem in prioribus duobus tomis à nobis obſeruatum, Cycni hiſtoriam aggrediamur.

Moſcouitarum Ducis Cycnos aſſos, quibus apponant.

Cycni cur apud multos in cibis non laudẽtur.

q lib. 3. c. 1. Bellonij ordo improbatus.

ÆQVIVOCA.

VIROS, eoſq; celeberrimos, qui Cycni vocati ſunt, quatuor reperio. Cycnus dicebatur Ligurum ille Rex, qui cùm Phaëtontis affinis ſui necem inſolabiliter deſleret, in auem ſui nominis commutatus fingitur. Cycnum Martis filium Herculeſ equeſtri prælio ſuperatum occidiſſe legitur, equo adiutus Arione, quem Neptunus in equum conuerſus genuerat. Huius mortem tam iniquo animo Martem tuliſſe ferunt, vt eius vlciſcendæ cauſa arma ſumeret aduerſus Herculem. Cum Cycno verò Neptuni filio omni ex parte inuulnerabili Achilles Troiani belli tempore congreſſus, cùm fruſtrà eum iaculis petijſſet, tandem re intellecta, humi eum proſtrauit, genibusq; collo innixus animam eripuit. De tribus autem iſtis Cycnis latiùs dicetur in fabuloſis. Fuit poſtremò alius Cycnus Troianus ὃς μὲν, vt annotauit Euſtathius, πολιὸς ἐκγενεὶς ὠμιλιτικὰ φρόνοιν, id eſt, qui ob prudentiam cantu à natura celebratur. Cycnitis regio Stephano eſt, in qua Cycnus imperauit, ſed quis ille ſit, non addit. Cycnus quoque equi nomen eſt à candore a Statio nuncupatus hoc verſu:

Cycni qui dicti.

Cycnus Ligurũ Rex.

Cycnus Martis filius.

Cycnus Neptuni filius.

Cycnus Troianus.

Cycnus equus.

a li. 6. Thebaid.

Rapidum Dancius augur
Aſcheton increpitat meritumq; vocabula Cycnum

Cycnus aſtrum.

b lib. 8. c. 7.

c lib. 4. c. 1.

Audit. Eſt inſuper aſtri nomen, de quo miraculum hoc prodidit b Firmicus: *Quicunque*, inquit, *hoc oriente ſyacere, nati fuerint, metallorum inuentores erunt, qui latentes auri, & argenti venas, & caeterarum ſpecierum ſolertibus inquiſitionibus perſequantur: hi quoq; monetarij erunt.* Fingitur autem eiuſmodi ſtella à Ioue in cælum poſita in memoriam illius, cuius ſpecie Ledam compreſſerat; in quo ſenſu c Manilius.

Proxima ſors Cycni, quem cælo Iupiter eſſe
Impoſuit forma pretium, quo cepit amantem
Cum Deus in niueum diſcendit verſus Olorem,
Tergaq; fidenti ſubiecit plumea Leda,
Nunc quoque deductas reuolat ſtellatus in alas.

d lib. 3. de ſtellis rubr. de Cycno.

De eodem aſtro ſic canit d Pontanus:

Surgens vagus aquore Cycnus
Inſidias anium generi, & cana retia tendit,
Aucupium q; docet, molles q; inflectere cantus
In cauſis, noſtras variantis & gutture voces
Reddere, & humanam referentia murmura linguam.

e lib. 11. Cycnus nauis.

Cycnus item nauis dicta fuit, cuius apud e Athenæum meminit Nicoſtratus, ἀναῖς δὲ πότερον εἰκόσορος ἢ ἐφ' ἧ κύκνος, ideſt, *nauis quæſo, an viginti remorum eſt, an Cycnus.* Videtur autem ita dicta ab inſigni, quia minimus Cycni auis effigiem gereret. Apud Galenum, vt annotauit Ioannes Guintherius Andernacus, Cycnus collyrij genus eſt, quod recipit cadmiæ

Cycnus collyrij genus.

drachmas

drachmas duodecim, cæruſſæ lotæ drachmas octo, amyli, tragacanthi, opij, acaciæ, ſingulorum drachmas duas, gummi drachmas duodecim, & ex aqua pluuiali paratur collyrium. Recenſet idem collyrium *f* Aëtius, & Cycnum Reginæ nũcupat, ſed cadmiæ drachmas ſexdecim, non duodecim, vt Galenus, admiſcet, additq; amylum poſtremò eſſe inſpergendum, quoniam ſi moram traxerit, in mortatio, collyrium acre faciat. Alexander *g* Trallianus ad excipiendum eiuſmodi collyrium ouorũ triginta duo albumina adijci teſtatur, leniſſimũq; hoc eſſe collyrium ad magnos oculorum dolores, & acres fluxionum impetus: conuenire autem ijs, qui collyriorum roſionem ob corporis mollitiem, & imbecillitatem non ferunt. Eſt quoq; oppidum Cycnus ad Heracleum flumen in Colchide, cuius meminit *h* Plinius, & κύκνεια locum quẽdam in Aſia dicunt, teſte *i* Strabone. Cycnus poſtremò inſcribitur quidã liber Luciani, qui pariter de electro inſcribitur: quo in libro ſeipſum, ac ſcripta ſua extenuat, adhibita ſimilitudine fabulæ eius, quæ de eleſtro, & Phaëthonte, ac Cyconijs Eridani à pœtis traditur. Olor item ſemper Cycnum non ſignificat; nam quandoq; pro odore ſumitur, alicubi ab *k* Apuleio: *At ille*, inquit, *olorem alioquin ſpurciſſimis humoris percuſſus, quo me lamiæ illæ infecerant, vehementer aſpernatur. Apagete, inquit, fœtorem extremæ latrinæ, & cauſas capit huius oloris comiter inquirere.*

Cycnus Reginæ.
f Serm. 3. tetrab. 2. cap. 104.
g L. 12. c. 5
Cycnus oppidum.
h Li. 6. c. 4.
i Lib. 19. Geog.
Cycnus libri titulus.
Olor etiam odorem ſignificat.
k Lib. 1. de Aſin. aur.

SYNONYMA.

HEBRÆI nullum habent vocabulum, quod propriè, ac ſimpliciter Cycnum ſignificet. Tinſchemet ſecundum Hieronymum Cygnus eſt. Interpres etiam Chaldæus Baueta vel Bota, ideſt, Cygnum transfert (pro qua dictione in trilingui dictionario Kaueta, vel Chaueta legitur. Sanctes Pagninus ſeptuaginta ſecutus Porphyrionem. Rab. Salamon dicit materna lingua vocari. Soetha, ſiue Zueta, vt Narbonenſes proferunt. Nos Ciuetta, ideſt, Noctuam. Quidam Onocrotalum putarunt; Rab. Dauid auis ſpeciem ſic dictam, quòd qui illam videt obſtupeſcit, & admiratur. Schom enim Hebræis ſtupere ſignificat. Rab. Salamon ſimilem dicit eſſe muri noctù volanti, ideſt, Veſpertilioni: nam diſertè hanc vocem interpretatur Chauue ſouris, hoc eſt, murem volantem, atque ita Iudæi vulgò exponunt. Eſt etiam reptilis genus, nimirum talpa, ſicut *a* alibi interpretatur R. Salamon, & Hieronymus. Sunt enim multa nomina volucribus, & terreſtribus animantibus communia apud Hebræos. Racham inter impuras aues numeratur. (Alias Rachama ſcribitur) vbi ſeptuaginta Cygnum reddiderunt. Sed Cycnus impuris, & cibo negatis auibus, meo quidem iudicio, annumerari non debet. Ijdem ſeptuaginta in Deuteronomio verterunt Epopa, ideſt, Vpupam: vbi Complutenſis codex non Epops, ſed Porphyrio habet, vti ſimiliter Hieronymi translatio. Chaldæus interpres pro Racham transfert Ierakreka (fortè à croceo, ſiue flauo colore, quem illis vox Ierakrek ſignificat, vt periti huius linguæ aiunt) in Leuitico, & in Deuteronomio Arabs Rakam herh littera verſa in Kaph. Perſa vocem Hebraicam retinet. Dauid Kimhi Racham docet eſſe auem, quæ valde afficiatur in ſuam prolem, vt & R. Abraham, ſimul indicans doctiſſim. Saadiam eandem auem Arabica lingua Rakam appellari aſſerere, Racham auem ſic dictam à miſericordia (pietate qua in pullos afficitur. Iudæi Germani interpretantur Picam. Verum Ornithologus, vir ſanè maximi iudicij egregiè, luculenterq; docet, Racham omnino auis rapacis nomen eſſe, quæ cadaueribus veſcitur, ſiue Gypætus ea ſit, ideſt, Aquila Vulturina, ſiue Oſſifraga, cuius nimirum, ſicuti etiam vulturis, mirus in prolem affectus celebratur, quema dmodum fusè admodum in vtriuſq; hiſtoria docuimus. Comprobat hanc ſuam interpretationem Ornithologus ex Dioſcoride, qui ſimum Vulturis alicubi nominat, vbi Serapio illius interpres pro Vulture Racham tranſtulit. Conſtat igitur, inquit, Racham omnino neq; Cycnum, neq; aliam, vt alij interpretati ſunt, auem eſſe, præterquam de Aquilarum, aut Vulturum genere, vel inter vtrunq; ambigente, vnde Gypæto nomen. Ianſchuph Abram *b* Eſdra exponit auem noctù volantem. Chaldæus Lipopha, vti etiam in Deuteronomio. Arabs Baſchak, Perſa vocem Hebraicam ſeruat. Septuaginta Ibis transferunt in Leuitico, & in Deuteronomio Cycnus, vt & D. Hieronymus: ita enim confundunt interpretationem duarum vocum Ianſchuph, & Tinſchemet, vt etiam aliarum quarundam. Sed doctioribus videtur vox Ianſchuph, omnino auem nocturnam, nempè noctuam, aut Strygem ſignificare, quæ à crepuſculo denominetur. Cycnus quibuſdam Arabibus etiam Baskak dicitur, item Cinnana, vel Cinnaria potiùs: nam Cinnaria,

Tinſchemet.
Baueta.
Bota.
Chaueta.
Zueta.
Ciuetta.
Schom.
Mus volans.
a Leui. 11. 30.
Racham.
Cycnus impura auis non eſt.
Ierakreka.
Racham quæ auis ſit vocanda.
Gypætus vnde dictus.
b Leuit. 11
Ianſchuph.
Kipopha.
Beſchak.
Cinnana.

inquit Syluaticus, eſt Cinnus (Cycnus) auis. Græci κύκνον dicunt, Latini Cycnum, vel Cygnum c in g mutato. Ornithologus Cygnum mauult ſcribi, & frequentius Latinos, quàm ſuo vocabulo, Olerem vocare aſſerit. Virgilius vtroq; vſus eſt, item Ouidius, & Horatius, Martialis, alijsq;. Κύκνος autem Græcè dicitur, vt nõnulli grammatici, teſte Varrino conijciunt, eò quòd cibi inueniendi cauſa cænum præ cæteris animalibus ſcrutari, & turbare ſoleat, ἀπὸ τῆ κυκᾶν τὴν ἰλύν. Alij formant à verbo κλάω quod (inquiunt) eſt φωνῶ, ideſt vocem edo, ſiue clamo, ſit κλάω, vnde κύκνος, quaſi κλύκος: eſt enim auis clamoſa, ſicut Anſer quoq;: vel à terete collo, ὁ κυκλοτερῆ ἔχων τὸν τράχηλον, παρὰ τὸ κύκλος. Sed quærendum, an potiùs, per onomatopœiam ſic appelletur: nam & Iſidorus Cycnum à canendo appellatum eſſe ait, eò quòd carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Olerem verò, quod totus plumis ſit albus: nullus enim, inquit, meminit Cycnum nigrum. Ὅλος enim Græcè totum dicitur: atq; hinc fortè Scoppa noſtri æui grammaticus cum aſpiratione Holor ſcribit. Perottus ſecundum quoſdam quaſi Ὅλον ὁραῖον, ideſt, totum candidum, ideſt totum pulchrum potiùs dici aſſerit. Nonnulli alij, vt annotat c Baptiſta Pius Bononienſis, Oloris etymum deriuat ab ὀλιγωρία, id eſt, deſpicientia, vt Fulgentius Placides, quod inuicem depaſcant hæ aues. Κύδνος Heſychio, & Varrino etiam Cycnus eſt, quamuis etiam Ciliciæ fluuius quidam ita vocetur: alioquin κυδνὸς oxytonum eſt glorioſus, inclytus, celebris. Apud Gloſſographum κύκνος, ὄρνις, ὀσμὴ, tanquam ſynonyma leguntur. Græci noſtri ſæculi Cyprinum dicunt. Horatio quandoq; ales albus, quandoq; etiam ales canorus appellatur, Ouidio auis alba, volucris fluminea, Ales Cayſtrius, & alibi Virgilio Anſer Amyclæus, quoniam d Iuppiter transformatus in Cycnum Amiclis Ledam compreſſit.

Etymologia. *Κλύκος.* *Olor vnde dicatur.* *Holor.* *c In Annot cap. 127.* *Κύδνος.* *Cyprinus.* *d In Cyri.*

Cyris Amyclæo formoſior Anſere Læda.

Italis pleriſq; Cigno dicitur. Scoppa Italus etiam loco Cino vocari ait, corruptè nimirum, Venetijs Ceſano, quæ vox ad Germanorum, & Belgarum Svveaen accedit, Ferrariæ Ciſano: Hiſpanicè Ciſne, Gallicè Cyne, vel Cygne. Saxonibus, & Heluetijs etiam Olb, Elbs, vel, vt alij ſcribunt, Elps, Olbſch, Anglis à Svvan. Illyricis Labut.

GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

Cycni color. CYGNVS, inquit Albertus, *videtur generis Anſerini eſſe tum roſtri figura, tum pedum, victuque tempore pugnæ etiam libilat, vt Anſer.* Et ex eo, vt apparet, Turnerus, Forma, inquit, victuque Anſeri ſimilis, ſed multò maior, totus candidus, pedibus nigris. Eſt verò color huius alitis tanti candoris, vt paſſim pro candidiſſimo, teſte Thyleſio, color Cycneus, ſiue Olorinus accipiatur. Plinius Medos, ſcribit, Gaſidanem gemmam mittere, coloris Olorini, ideſt, candidiſſimam: imo verò Syri, vt annotat a Gulielmus Paſtregius, Cycnum nuncupant gentili lingua quicquid candidum eſt. Iuuenalis Cycnum nigrum de muliere diuite, ac pudica, tanquam rata, vel potius, quam non reperias, dixit, vt in prouerbijs dicetur, & b alibi per antiphraſim, *Manum*, inquit, *Atlanta vocamus, Aethiopem Cycnum.* c Vergilius quoque Galatheam Cycnis candidiorem dixit hoc verſu:

Gaſidanes gemmas. *a Lib. de ori. rerum.* *b Satyr. 8.* *c Aeglog. 7.*

Candidior Cycnis, hedera formoſior alba.

Huiuſce albedinis Coruũ olim fuiſſe ait d Ouidius, antequã niger ab Apolline factus eſſet:

d Metam. 2.

Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales, vt æquaret totas ſine labe Columbas.
Nec ſeruaturis vigili capitolia voce
Cederet Anſeribus, nec amanti flumina Cycno.

Coruus olim albus. Sic Lentinum quendam nomine ſenem, quòd canos capillos tingeret, vt videretur iuuenis, Martialis admodum lepidè ex Cycno Coruum factum eſſe hoc diſticho canit:

Lentinus cur Cycnus & Coruus dictus.

Mentiris iuuenem tinctis, Lentine, capillis,
Tam ſubito Coruus, qui modò Cycnus eras.

Horatius cur Cycnũ purpureum dixerit. Alibi etiam puellæ candorem innuens, eam Cycno candidiorem dixit. *Toto candidior puella Cycno.* Cùm itaq; talis, qualem prædicauimus, candoris ſit Cycnus, Horatius verò nihilominus purpureum appellet, multi tam poëtæ interpretes, quàm alij etiam viri docti in diuerſimodas ſententias abripiuntur. Etenim nonnulli ſynedochen eſſe arbitrantur, parte pro toto aſſumpta, atq; ita vocaſſe Poëtarum, quòd pedes habeat rubros. Sed hi præterquã quod

Cycni pedes nigri. toto, vt aiunt, cælo, errant, Cycno tribuunt, quod in eo non eſt reperire. Sunt enim pedes ei aterrimi tantum abeſt, vt ſint rubri. Alij locum eundem velut mendoſum nituntur reſtitue-

re, ſed

re,sed cùm restituunt, euertunt potiùs,& sensum, intentumq; authoris corrumpũt. Horum autem alijs pro purpureis,legunt marmoreis,alij porphyrijs,quo nimirũ vocabulo Cythera insula Veneri sacra nominabatur, ac si pro Cycnis porphyrijs intelligẽdi sint Cycni illi Diuæ consecrati. Non desunt alij,qui legunt quidem purpureis,sed purpureos Cycnos interpretantur regales, hoc est, Veneris alites. Ego sanè horum omnium opinionem tanquam erroneam explodendam censeo, lubensq; in eorum opinionem eo, qui Cygnos purpureos vertunt, pulchros,ac egregiè resplendentes. Veteres enim rem aliquam pulchram,& splendidam significaturi nonnunquam elegantiæ, leporisq; causa purpuream nuncupare solent, quemadmodum innumeris ferè classicorum authorum quorumcunq; maximè verò poëtarum authoritatibus confirmare possim: verùm quia & locus, & tempus, id prohibeat, quasdam tantummodo adducam, ne quis temerè,ac nimis arroganter, me in alios inuectum arguat. *e* Maro in primis(poëtis enim poëtam explicare cupio)nobilissimus ille carminũ scriptor, luminis pulchritudinem,ac splẽdorem indicaturus,id purpureum vocauit hoc versu:

Largior hic campos æther, & lumine vestit
Purpureo. Et eum imitatus Ouidius:
Lataq; purpurea luce refulsit humus.

Eodem planè sensu idem Mantuanus solem purpureum, hoc est, splendidissimam, ac iucundissimam lucem edentem appellauit, canens:

Purpureos inter soles, ac candida lunæ
Sydera. Ver quoq; quod & cæli clementia iucundum sit, & delectabile hominibus, & pulchrum propter varios, quos largitur, flores,purpureum eidem dicitur, vbi ait:

Hic ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus floret.

Flores insuper, quòd non minus, quàm ipsa olim purpura, oblectent, & contemplantes remorentur purpurei ab eo vocitantur:

Illa (apes) *continuò saltis, syluasq; peragrant*
Purpureosq; metunt flores, & flumina libant.

Ita postremò Albinouanus candorem brachiorum elegantissimum, atq; splendidissimum denominaturus,ea ait esse, *purpureà candidiorem niue*. Addam purpuram etiam nonnunquam accipi pro verborum elegantia. Vt modò ad Cycnum regrediatur oratio nostra,pẽnarum eius mollicies à poëtis plurimùm celebratur; quæ in lectis mirum est,quantum expetantur, vt suo pòst loco dicemus: idcircò Polyphemus apud *f* Nasonem huiusce alitis plumis molliorem ait esse Galateam hoc versu:

Mollior & Cycni plumis, & lacte coacto.

Rostro est parum turbinato,in extremitate obtuso,quod Ouidius etiam innuit in Cycni in hanc alitem conuersi fabula, dum ait: *Tenetos sine acumine rostrum*: colore rutilo, vel russo potiùs,in cuius summa parte, qua capiti cõmittitur,nigerrimum tuberculum,atq;id rotundum,& in rostrum se inflectentes,existit. Est autem sicuti Anseri etiam serratum,vt annotat Albertus,& facilis instar dentatum. Asserit hic Cycnum in vltimis ætatis annis habere dentes, quod profectò ab illo nemine proditum est: imò verò *g* Plinius nulli volucrum dentes esse ait præterquam Vespertilioni. Collum est longissimum, & viginti octo vertebris constans, quare ab *n* Homero δολιχοδειρος, id est, longum collum habens appositissimo epitheto nuncupatur: & *i* Euripides δολιχαυχενα κυκνον similiter appellat. Huius longitudinis etiam meminit Ouidius,inquiens: *Collumq; à pectore longè porrigitur*. De vsu, atq; necessitate huius proceritatis admodum eleganter ita differit facundissimus D. *k* Ambrosius: *Cygnus quoq;*, inquit, *cur proceriore collo vtatur, in promptu est, vt quia est paulò segnior corpore, nec facilè potest aquarum inferiora penetrare ceruicem extendit ad prædam, quæ quasi præda totius corporis esca, quam inuenerit, rapiat, atq; eruat è profundo. Adde & illud quia suauior, & magis canorus per procera modulus colla distinguitur, & longiore exercitatione purior longe resultat.* Meminit eiusdem necessitatis colli Tullius,naturæ sagacitatem, vtpotè, quæ nullibi deficit, nullibi exuberat, admirans. *Enumerare*, inquit, *possum ad pastum capescendum, conficiendumq; quæ sint in figuris animantium, & quàm solers subtilisq; descripto partium, quàmq; admirabilis fabrica membrorum*.Et subinde enumerata modorum diuersitate,quibus animantia ad pastum capescendũ vtuntur,quorundam,inquit, esse eam humilitatem, vt cibum terrestrem rostris facilè cõtingãt,quæ verò altiora sunt, vt Cycni, Grues, Anseres,& Cameli, adiuuari colorum proceritate. Eustachius quoq; & Varinus,Homerum interpretãtes,quod Cygnum δολιχοδειρον vocet, eũdem hunc vsum ex ea lõgitudine colligunt, quia scilicet,velut lineæ piscatoriæ vsum in aqua porrectum præbeat. Pedes non ipse tantùm, sed cæteræ quoq; aues, quæ natandi

vsum

Cythera insula Porphyria dicta.

Purpureũ quid veteres dicerẽt.

e Aeneid. 6.

Lumen cur purpureum dictum.

Sol purpureus.

Ver purpureum.

Flores purpurei.

Brachia purpurea.

Verborum elegantia purpura dicitur.

Cycni pennarũ mollicies.

f Met. 13.

Rostrum.

Dentes.

g Lib. 36. cap. 11.

h Iliad. B.

i In Iphig.

Collũ cur longum habeant.


k Lib. Hexam. c. 22.

l Lib. 2. de nat. Deor.

Naturæ sagacitas.

Pedes cur membrana interscipiãtur.

Cycnus adulatus cum iunco leui.



Cycnus etiamnum pullus, Ferraria missus: cum nymphæa minori, & Xiride.



vſum habent, & conſuetudinem, latos, & membrana quadam digitos eorum copulatos obtinent, atq; coniunctos, cuius meminit Ouidius, dum ait: *Digitosq; ligat iunctura rubentes.* In quo pariter admirabilis patet ratio naturæ, vt ad natandum adiumenta habeant idonea, quò melius poſſint aquis ſupernatare, & quaſi remis quibuſdam, ita pedibus, membranæ illius extenſione latioribus aquarum fluenta propulſent. Albertus, & author de natura rerum eiuſcemodi auium genus exiſtimant vno pede vti pro remo ad promouendum naturam, altero pro corporis ſui gubernaculo: quæ ſanè ſententia à vero mihi minimè aliena videtur. Ego miſſum mihi ab Excellentiſs. Alphonſo Cataneo, qui tunc temporis Ferrariæ medicinã primo loco profitebatur, ita breuiter deſcripſi. Corpus totum vndiquaq; vniformes cinerei coloris plumæ integebant: erat enim anniculus, aut natu minor. Primo enim anno, teſte Alberto, coloris eſt cinerei, elapſo verò anno candidiſſimus euadit. Pendebat libras viginti-quatuor. Dodrantes octo erat longius, ſtaturam humanam æquans. Collum enim totius reliqui corporis longitudine explet menſura dodrãtum quatuor, quo tanquam piſcatoria linea vſus è fundo commodè pabulum haurire poſſit. Roſtrum habebat ſex digitos longum, à narium foraminibus ſupernè ad finem vſq; nigrum, cætera cartilagine carnis colore veſtitum. Inferior mandibula tota nigreſcebat frontis fine, & roſtri principio vtrinque maculam nigram, quæ in triãgulum ſummi roſtri depreſſa, ac æquali ſuperficie coeunt, eſt videre, inter quas fului coloris plumulæ frontem inſigniunt. Latera vtriſq; roſtri interiùs ſerrata, palatum quoq; medium denticulorum in longum poſitorum ordine aſperum, reliqua etiam paſſim ſcabrum. Linguam mediam ſulcus denticulis palatum medium ſecantibus reſpondens diuidit, & ipſo propè radicem ſcaber. Sicuti capitis icõ hic expreſſiore hiante demonſtrat. Pedes dodrantem, & palmũ longi, nigri ſunt, ſed notis, maculiſue partim cæruleis, partim rubicundis, & albicantibus diſtincti. Membranę digitis interiectę ſquamulis minimis rotundis ſunt inæquales. Digitos verò velut annuli quidam in larum interſecat: eorũ medius omnium & craſſiſſimus, & maximus eſt, longus digitos decẽ: internus nouem, externus ſeptem: omnes autem, quàm in Onocrotalo maiores. Cygno ἰυγλαῶνες, ideſt, pulchri oculos vocat Lycophron, m Scaliger cæſios vertit. Ego eos conſiderare vix potui in iã mortua diù aue, videbantur verò cæſij coloris eſſe. Ornithologus Cygni, quem apud ſuos Elbũ vocari ſcribit, deſcriptionem ex inſpectione propria confecit huiuſmodi. In longitudinem, inquit, extenſus, mediocrẽ viri ſtaturã æquat, totus vndiquaq; candidus. Roſtro lato vt Anas, croceo, macula anterius nigra ad ſpacium vnguis humani. Ab oculis verſus roſtrum pellis apparet nigricans. Crura nigra. Digiti pedum membranis nigris iunguntur. Plumæ deſinunt paulò ſupra genu. Inde ad extremos digitos tres palmi reſtant longitudinis. Alarum ambitus ſuperior quatuor palmorum eſt. Longiſſimæ alarum pennæ palmos ſeptem cùm dimidio æquant: Cauda circiter tres palmos longa eſt: collum circiter octo.

Pedũ vſus.

Exacta deſcriptio.

Color.

Pondus.

Magnitudo.

Collum.

Roſtrum.

Pedes.

Digiti.

Oculi.

m Caſſandra.

Elbus.

Longitudo.

Roſtrum.

Pedes.

Ala.

Cauda.

Cygni caput hians.



SCE-

CYCNI SCELETVM.



SCELETI NOTÆ.

A. B. roſtrum denotat, & totum cranium, quod in Cygno oblongius eſt, quàm in Onocrotalo, ſed exilius, atque minus craſſum. C. inferiorem mandibulam. D. coſtas, quæ numero ſunt viginti, cùm in Onocrotalo ſint duodecim tantùm. E. fulcra, per quæ tranſit aſpera arteria: ſunt autem longè diuerſæ figuræ, quàm in alijs auibus. F. os iſchion, quod verſus dorſi vertebras intus multis foraminibus peruium eſt, ſuprà elatum, & acutum ferè. G. Coccigis vertebras. H. poplitem. I. os talo reſpondens. K. colli vertebras, quæ ſunt viginti, nam dorſi ſunt octo. L. clauicularum oſſa. M. Omoplatas. N. os humeri. O. ſternum. OO. Scrinium, ſeu capſulam pectoralem, cui aſpera arteria inſeritur. P. radium. Q. vlnam. R. oſſa carpi. S. oſſa metacarpij. T. os femoris. V. os ſuræ, X. os tibiæ.

ANATOMES.

a 3. Hiſt. capit. vlt.

ARISTOTELES, quamuis *Cycnum appendices habere* dicat, *infrà quà deſinit inteſtinum*, hanc tamen alitem ſecuiſſe non videtur. Non erat enim tam miram qualem ſubinde, deſcribemus, & depingemus, aſperæ arteriæ figuram taciturus.

Inteſtina qualia in Cygno.

Quod verò ad inteſtina ſpectat, omnia quatuordecim dodrantes, & palmum longa erant, multoque etiam pollicem craſſo adipe, qui vicem omenti obit, intecta: quæ cùm non multis anfractibus, aut gyris intricata, ſed ſimplici tantum in ſe media ſpira reuolutione ſint inflexa, alimenti forſan aliquid non planè diſtributi præterlabi ſiuiſſent: cui malo mederi volens natura, ne quidpiam anadoſim effugere poſſit, cæca duo dodrantis ſpacio inter anum, & ipſorum initium interiecto: recto inteſtino appendit, quæ anfractuum inteſtinorum defectum compenſarent. Arteria aſpera admirandæ ſanè ſtructuræ; nam

Aſpera arteria.

œſophagum ſubiectum comitata ad iugulum deſcendens cum peruenit, non rectà, vt in cæteris animantibus ad pulmones tendit, ſed ſupra clauiculas eleuata in coſtam oſſis pectoris, ſeu ſterni inſeritur. Eſt autem hæc coſta minimè ſimplici oſſe compoſita, ſed ex duobus lateralibus, & tertio ſuperno his pro operculo incumbente fabricata, vaginæq; ſiue thecæ figuram, & vſum præbet. Ad huius finem poſteaquam peruenit arteria,

Quomodo in oſpectoris inſeratur.

infernè in ſe inſtar ſerpentis reflectitur, & S literam exprimit, moxq; ſub priore iam dicta portione ipſi ſuperpoſita hanc capſulam denuò egreditur, & clauiculis medijs conſcenſis harum iugo tanquam fulcro innititur; atque ita ſuſtentata denuò in morem tubæ reuoluitur, thoraciſq; cauum ſubiens antequam ad pulmones fertur, prius quaſi laryngem alteram efformat, tranſuerſim ſecta, officuloq; quantum ipſa lata eſt longo, & quod tenui membrana obtenditur, hiulcam fiſtulam, ſeu ſyringam organorum muſicorum, quorum modulatio diuino cultui in templis adhibetur (vulgus trombonem vocat) quæ inferiore ſui parte ſimili fiſſura patulæ ſunt, figura, ac compoſitione repræſentans. Sub hac laryngearteria in duos canales diuaricatur, quorum ſinguli in medio ampliori capacitate protuberantes, rectà in pulmones exiguos coſtis retrò totos affixos abeuntes diſtribuuntur. Eiuſcemodi naturæ artificium, cuius poſtea vſum indagabimus, tribus ſubſequentibus iconibus demonſtratur, quarum prior arteriam oſtendit, in thecam illam oſſis ſterni litera *A* denotati, *ingredientem*, & *rurſus egredientem*, altera thecam eam apertam, arteriæq; reuolutionem manifeſtiſſimè. AA. oſſis ſterni mediæ coſtæ parietes duos denotant. BB. arteriam reuolutam in ſterni ſcrinio. C. aſperæ arteriæ initium. D. aſperam arteriam thoracis capacitatem ingredientem. EE. diuaricationes eiuſdem. FF. collum auis. G. Laryngem. HH. clauiculas. Poſtrema exemptam arteriam, atque hæc de aſpera arteria.


Cygni aſpera arteria clauſo ſterno.



Cygni trachæa arteria aperto ſterniſcrinio.



Trachæa arteria Cygni.



LOCVS.

Amphibia qua. CYCNVS ex animalibus est, quæ in aquis, & in terris agunt, & ancipitem vitam ducunt, qualia amphibia dicimus. *a* Aristoteles apud lacus, paludesq; degere scribit. Oppianus ait pratis, littoribus, & stagnis gaudere, Albertus in stagnis, quàm in fluuijs, quòd fortè illis, quàm in his maior supperat herbarum copia, quibus vescitur, item luti, quod continuò rostro versat. Nam & *b* Vergilius flumen, quo Cycni alun-

a 9. *Hist. c.* 12.

Cur stagna amet magis, quàm fluuios.

tur, herbosum nuncupauit:

Et qualem infœlix amisit Mantua campum
Pascentem niueos herboso flumine Cycnos.

b l. 2. *Geor.*

c li. Scacch.

c Et Hieronymus Vida.

Herboso niueos dum margine pascit Olores.

Et *d* Iacobus Sanazarius.

Dum pascit niueos herbosa ad flumina Olores.

d Lib. de Part. Virg.

e Lib. 17. *cap.* 24.

Aliam item rationem, cur stagna potiùs, quàm flumina amet, colligo ex *e* Æliano, quòd nimirum stagna longè sint quietiora, & natatum non impediant, vt fit in forti impetu labentibus fluuijs. *Sedes*, inquit, *& commorationes sunt in lacubus, plaudibus, stagnis & perennibus fluuijs, quorum confluens, moderatè, & sedatè fertur*. In summa, loca quærit aquosa, qualia sunt, quæ recensuimus, haud tamen ad quærendum tantùm sibi pabulum, sed vt fulgura, fulminaq; quæ naturaliter horret, fugiat, quod fortè innuit *f* Ouidius sub persona Cycni Ligurum regis Phaëtontis igne absumpti causam dolentes, dum canit:

Fulmina quomodo vitet.

f Metã. 2.

Fit noua Cycnus auis, nec se cœloq; louiq;
Credit, & iniustè missi memor ignis ab illo,
Stagna petit, patulosq; lacus, ignemq; perosus
Quæ colit, eligit contraria flumina flammis.

g Iliad. B. Cæterùm quantùm fluminibus gaudeat, elegantissimè, vt omnia demonstrat *g* Homerus Græcos tanta lætitia, tantaq; animi promptitudine, atq; desiderio ad Troiæ excidium armari tradens, quanto amore Cycni circa Caystrij fluentia obseruantur. Canit autem:

Τῶν δ' ὡς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλά,
χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κὐκνων δολιχοδείρων,
Λειμῶι ἐν Ασκανίωι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥεέθρα,
Ενθα καὶ ἔνθα πετῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι
Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δὲ τε λειμών.
Horum sicut auium volatilium gentes multæ
Anserum, vel Gruum, vel Cycnorum longum collum habentium,
Asiatico in portu, Caystrij circa fluenta
Huc & illuc volant gaudentes alis
Resonanter sedentium, resonat autem pratum.

Cycnus fluminens dictus. Quare Ouidius apposito admodum epitheto Cycnum nunc amantem flumina, nunc fluminem nuncupauit. Est autem Caystet fluuius Asiæ iuxta Asiam paludem, ac Ephesum vrbem labens, quem Cycnis abundare Homerum imitatus Maro innuit:

Ivm varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri &c.

De Asia verò omne alibi quoq; sic cecinit:

Ceu quondam niuei liquida inter nubila Cycni
Cùm se se è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis & Asia longe
Pulsa palus.

h Metã. 2. *i Metam.* 5. *Aues Caystrius.* De Cygnorum copia in Caystro fluuio, cæteri poetæ etiam meminere, & in primis *h* Naso:

Et quæ Mæonias celebrarunt carmina ripas,
Fluminea volucres medio caluere Caystro.

Item *i* alibi. —— *Non illo plura Caystet*
Carmina Cycnorum labentibus audit in vndis.

k Lib. 9. *de vrbib.* Alibi etiam pro Cycno alitem Caystrium dixit, & *k* Propertius Caystrum Cycneum, dum canit:

Et

Et qua Cygnei viſenda eſt ora Caÿſtri,
Et qua ſeptenas temperat vnda vias.

Iſtrum quoque, & Taniam fluuios inde celebrat *l* Seneca, inquiens: *l In Agam.*

Clarum niueos inter Olores
Iſtrum Cygnus, Tanaimq; colens.

Plurimi etiam Cycni, aliæq; aues aquaticæ in Strymone fluuio conſpici legimus, fluuio inquam lento, & non profundo, & humilibus, vt tradunt, ripis, ideoq; valde herboſo. Moſchus antiquiſſimus poeta, & *m* Theocritus quidem Strymonios vocitant, haud dubiè ob 10 coallatam rationem. Circa Mæandrum Phrygiæ fluuium abundare etiam legimus, vnde & Mæandrius à quibuſdam dici meruit. In Eridano, ſiue Pado apparere interdum Cycnos tradit Lucianus, ſed paucos: cùm alioqui alij in hoc fluuio eorum copiam eſſe innuant, ac in primis *n* Claudianus, qui Padum inde Oloriferum appellat, cùm ait: *m Eidſ. 19.*

Fractaq; nobilium ramis electa ſororum
Cygnus Oloriferi vexit ab amne Padi. *n In Epigr. Padus Oloriſer.*

o Alibi etiam de Eridano ſic canit.

Eridani ripas, & rauca ſtagna Padoſæ
Diffugiens nudauit Olor. *o In Epithal. Pallad. & Seren.*

p Meminit & Silius Italicus.

Haud ſecus Eridani ſtagnis repanè Caÿſtri 20
Innatat albus Olor, pronoq; immobile corpus
Dat fluuio, & pedibus tacitas emigrat in vndas. *p lib. 14.*

Sed & ante eos *q* Maro ipſe: *q lib. 11. Æneia.*

Haud ſecus ac alto in luco cùm fortè caterua
Conſedere auium, piſcoſoue amne Paduſæ
Dant ſoni um rauci per ſtagna loquacia Cycni.

Mintius item Italiæ amnis Cycnos multos alit, vt celebrat Baptiſta Mantuanus his verſibus.

——————— *Aruis*
Quæ patre Benaco genitus circumfluit amne 30
Mintius ingentes Cycnos habet vnda natantes.

Et alibi rurſus.

Perſimiles Cycnis viridis quos Mintius alga
Quos Mæander alit, quos humida prata Caÿſtri.

Supra Auernum Italiæ lacum, vt refert author mirabilium, quæ Ariſtoteli aſcribuntur, iuxta Cumam nullam auem peruolare falſum eſt: nam qui illic fuerunt, inquit, Cygnorum copiam in eo eſſe narrant. In Papho inſula innumeros dari teſtatur Lycophronis interpres, & ingentem eſſe multitudinem iuxta Carantonum, quod Galliæ Aquitaniæ flumen eſt, Canentelam Ptolemæo dictum. Hiſpania etiam, teſte Strabone producit Cycnos, & cuius 40 generis aues plurimas. In Regis Angliæ aula multos ſemper Cycnos ali aiunt. Polydorus *s* Virgilius in eiuſdem terræ lacubus, & fluuijs magna voluptate omni tempore conſpici teſtatur. Quinimo *t* Volaterranus, referente *u* Ioanne Texore, vbi mores Britannorum, ſiue Anglorum deſcribit, ait Cygnos ad Tameſis ripam, non minus, quàm quatuor millia continuo enutriri. Scotia pariter Cycnis abundat; maximè Spina eius ſtagnum, & cur potius in eo, quàm in alijs degant hoc modo refert Hector *x* Boethius: *Eſt & lacus in Morauia, Spina nomine, inſignis Olorum frequentia. Naſcitur enim in eo herba quadam, cuius ſemine auidiſſimè veſcuntur, atque hinc Olorum cognominata. Ea autem herbæ illius natura eſt, vt agris iniecta nunquam putreſcat. Hinc factum eſt, vt licet in ſpacium quinque prope millium lacus diſtendatur; hominumque adhuc memoria piſcibus, ac maximè ſalmonibus exundare conſueuerit. Vbi cæna-* 50 *ſci cæpit ſenſim accreſcens totum illud vadoſum, nantibuſq; impeditum reddiderit, nec vllus deinceps piſcis maior in eo viſus eſt.* Vt verò hiſce dictis modò locis copioſi ſunt Cygni, ita multis alijs in locis vel non ſunt, vel ſaltem rari. Agri in primis noſtri Cycnos, quod ſciam, non habent, quum alioqui non deſint lacus, ſtagnaque. Ornithologus etiam apud ſuos, hoc eſt, Helueticos rariſſimos eſſe ait, nec niſi hyeme aliquando ſæuiſſima, cùm lacus toti gelu cõglaciant, capi. Incolunt præter lacus, & flumina, etiam mare: nam & apud *y* Heſiodũ Cycni multi natant in Oceano, & Ælianus *z* ex Ariſtotele Olorum gregem quandoq; in Afro mari apparere prodidit. Caſſandra item apud Lycophronem nonnullos ait marinam vitam laudaturos, Oloribus ſimiles, atq; hinc fortè Cycnus Neptuni filius fingitur, qui fluminibus, mariq; præſe dicitur. *a* Plinius cum diſſeret de Ciconiarum migratione, & vnde veniant,

r l. 3. Geog.
s lib. 1. de hiſt. Angl.
t In Geogr.
u In Coronam copia.
x In deſcr. regni Scot. Oloriũ herba, & eius natura.
Cycni vbi non ſint vel pari.
y In Scuto Herc.
z lib. 10. cap. 36.
Cycnus cur Neptuni filius.
a lib. 10. c. 22.

& quo abeant, ignorari, subiungit. *Simili Anseres quoque, & Olores ratione commeant, sed horum volatus cernitur.* b Georgius Agricola Olores etiã, Ciconias, & Anseres longius abire scribit.

b li. de subter.

MORES. INGENIVM.

CYCNI ab a Aristotele ἰυγβοι dicuntur, hoc est probitate morum insignes: quanuis enim Græci ἰυγθη stolidum, & ineptum vocent, hoc tamen inter Cycni laudes à Philosopho ponitur, vt hæc etiam adiuncta, ἰυβιοτος, ἰύγηρος, ἰύτιμος. Hinc est nimirum, quòd Ælianus scribit eos suapte natura mites, & pacatos esse. Nam si prouocentur, & infestentur vel inter se, vel ab alio quouis, admodum iracundi, & pugnaces sunt. Cicurantur, teste Alberto, præciso alæ interioris articulo. Pullos suos mirè amare idem author est, & pro eisdem acriter dimicare. Sunt ex eorum genere, qui gregales vocantur, vti scriptum nobis reliquit duobus in locis b Aristoteles. De ingenio vix quicquam proditum reperio, eo tamen non carent, sed in volatu potissimum id ostendunt, quemadmodum ex hisce c Plinij verbis est intelligere. *Liburnicarum more rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quàm si rectà fronte incæderent, à tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen, Largeq; impellente præbetur aura: Colla imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt.* Cùm parituri sunt, herbam in nidum suum congere tradit apud Athenæum Philochorus, quam Lygæam vocant, tanquam ea parientibus sit opilatura. Est autem Lygæa viticis genus in aquosis frequens. λύγος enim vitex est. d Ioannes Khuenius Breidbachius, olim auditor meus, hac herba pullos suos tueri arbitratur, dum canit.

a 9 Histor. cap. 12.

Quomodo cicurentur.

b lib. 1. Hi. cap. 4. & lib. 8. c. 12.

c lib. 10. cap. 23.

Lygæa herba.

d lib. 1. Zodiacs med.

—— Viticem pariturus in ædes
Exiguas infert Cycnus, prolemq; tuetur.

Ranas cur deuorant.

Michael Glyca Siculus refert, nescio, an ex propria sententia Cycnos quandoque ranas deuorare, atque earum esu effectione quadam sibi molesta liberari.

ÆTAS.

OLOR ab Aristotele γήρως nuncupatur, quòd ad senectutem facilè perueniat, eamque commodè ferat. Quod & Ælianus scribit. Vitam ei longam esse audio, ita vt vulgò vel trecentesimum annum attingere credatur, quod mihi verisimile non est.

VOX.

Κύκνος ἄδει, author est Iulius Pollux, vbi voces animalium explicat. Apud a Aristophanem eorum vox est Tio, Tio, Tio, Tio, Tinx. Altum quandoque vociferari innuit b Hesiodus: Κύκνοι αἰριβόαι μεγαλ' ἤκνοι. Author Philomelæ eos ait drensare:

a In Auib.

b In Asp.

Drensare.

Grus gruit, inq; glomis Cycni prope flumina drensant.

Tempore pugnæ, vt ait Albertus, sibilant, & interdum bombos, authore quodam, emittunt, ruditui asinino non dissimiles, sed breues, & qui longè audiri non possunt.

Quando sibilent.

DE VSV, SEV FINE ASPERÆ Arteriæ, & de cantu.

ASPERÆ arteriæ in Cygno insolens illa constitutio anteà, & descripta, & delineata, nõ modicam vsus, seu finis eiusdem inuestigandi occasionem, materiamq; præbuit. Cùm verò duplex à Philosophis, & Medicis, eius vsus assignetur, prior, qui est respirationis ad vitã necessarius, alter verò nobilior, digniorq; qui vocis edendæ, & formandæ est, vtriusq; sanè tam huius, quàm illius gratia, si naturã Cygni penitus introspicimus, pulmonis fistulam huiusmodi noua, & mira ratione constructã, ei datam iure merito concedemus.

Asperæ arteriæ duplex vsus.

Quod

Quod enim ad respirationem attinet, cùm Cygnum in stagnorum, & fluuiorum fundo herbas, aliaq; edulia pro victu sibi quærere voluerit natura, vnde etiam apud Græcos, vt dixi à cœno, & luto fodiendo κύκνος sibi nomen inuenit, par fuit, vt illi collum longissimum faceret, quo tanquam piscatoris linea pabulum è luto profundo attraheret, vnde & dissecti ventriculum sabulo, lapillis, herbaceæ materiæ permistis refertum conspeximus. Ne verò longa illa interim, dum rostrum cœno immergit, suffocationis periculum incurreret, asperam arteriam collum non modò æquantem longitudine, sed & dodrante excedentem, nempe omni ea portione, quæ œsophago deserto, clauiculisq; seu furcula superna in scrinium illud, seu thecam recondita à costæ sterni pariete duplici, & tecto compositam recondenda ingreditur, & rursus serpentino flexu reuoluta egreditur, furculæ innixa, vbi deorsum ad pulmones labitur, natura largita est, in hunc finem, vt cùm aliquando horæ fermè dimidiæ spacio, toto capite & collo pronis vado alimoniam hausturus immergitur, pedibus in altum elatis, cæloq; obuersis, ex ea arteriæ, quæ pectoris dictæ vaginæ recluſa est, portione, tanquam ex condo promo spiritus, quantum satis est, tam diuturnæ vrinationi suppeditari possit. Quali prudentia in piscibus quoque quibusdam vsum fuisse naturam videmus, quibus duas vesiculas tribuit, & quandoquidem branchiæ ipsorum respirationi vndiquaque perficiendæ non semper sufficerent, hisce tanquã vtriculis quibusdam aer inclusus alto mari depressis, ideoq; aerem recentem haurire nequeuntibus semper in promptu futurus conseruaretur. Neque enim cum vero congruit, quod vulgus opinatur, pisces non respirare, quod obiter, cùm non sit huius loci dictum esto. De voce autem, cuius efformandæ alterum in animalibus arteriæ vsum posuimus, hîc plusscula differenda occurrunt, quantum ad rem præsentem de Cycno spectat. Res est plurimorum, immò omnium ferè scriptorum controuersijs maximè agitata, *Cycnea cantio*, dum hi mirabilem melodiam, ad harmonicos concentus suauissimos edere moribundos affirmant: illi verò non solùm non dulce canere, sed & vocis inamœnitate, & absurditate Coruis, ac Gracculis posthabendos contendunt. Inter negantes in primis est *a* Lucianus, à quo naturæ quæsiti, an Cycni cantibus, & modulis indulgeant, respondent, paucos nonnunquam Cygnos conspexisse in fluminis (Eridani) paludibus, qui incomptam, & inamœnam vocem, & sonum parum firmum edere solebant, ita vt Coruos, at Gracculos illis collatos Sirenas esse confirmare possis: cæterùm dulce quiddam & optabile, vt tu dicis, ne in somno (hoc est, nulla ratione, nullo tempore) quidem audiuimus *b* Alexander Myndius, referente Athenæo, profitetur plures sese Cycnos moribundos persecutum, cantum verò eorum nullum audiuisse. Ex his etiam *c* Plinius esse videtur, qui sic habet. *Olorem morte narratur flebilis cantus fabè* (aliàs falsis) *vt arbitror, aliquot experimentis.* Et recentioribus instar omnium, & quem maximi alioqui facio, est *d* Iulius Cæsar Scaliger, eiusmodi cantum fabulosum esse scribens in Cardanum inuectus, quòd nugas poetarum, illum laudaret. *De Cycni verò*, inquit, *cantu suauissimo, quem cum mendaciorum parente Græcia tactare ausus es, ad Lucani tribunal, apud quem aliquid noui dicas, statuo te. Multitudo ingens ad Caratonum fluuium. Quid dicam tibi? Anseres sunt.* Qui verò cantare suauiter Cycnos scripsere, grauissimi fuere Philosophi. Socrates in primis apud Platonem, Aristoteles, & Cicero, celeberrimiq; poetarum, Callimachus, Aeschylus, Theocritus, Antipater, Euripides, alijq; Græci, ex Latinis Lucretius, Vergilius, Seneca, Ouidius, Propertius, Martialis, Statius, hosq; imitati cæteri omnes. Verba Socratis, qui si difficilior, mœstiorq; fuisset, morituris sese Cycnis deteriorem existimari posse refert, antè citauimus. *e* Aristoteles, *Canere, inquit, Cycni solti sunt, & præcipuè iam tam moriturí, & iam quidam cùm in mari Africo nauigarent, multos canentes voce flebili, & mori nonnullos conspexere.* Sic ille. Cicero, qui quoque alibi Apollini propter vaticiniũ Cycnos dicatos asserit, præfans in librum de Oratore tertium de L. Crasso ita loquitur: *Illa tanquam Cycnea fuit diuina hominis vox, & oratio, qua quasi expectantes post eius interitum veniebamus in curiam, & vestigium illud ipsum, in quo ille postremum insitisset, intueremur.* Hæc Cicero. Et sanè Cycnea voce loquebatur ille Crassus, nam septimo pòst die mortuus est. Vergilij versus doctissimos posteà citabimus. *f* Ouidius sic canit:

Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus Olor.

Et *g* aliàs sic.

Vtq; iacens ripa deflere Caystrius ales
Dicitur ore suam deficiente necem.

Item *h* alibi:

Carmina iam moriens canit exequialia Cycnus.

Collum cur longissimũ.

Aspera arteria lõgitud. vsus.

Piscibus quibusdam cur duæ vesiculæ.

Pisces respirant.

De cantu controuersia.

a In electro

b lib. 9.

c lib. 10. c. 23.

d Exc. 132

e lib. 9. Hi. cap. 12.

Cur Apollini sacri.

Crassus Cycnea voce locutus & cur.

f In Epist.

g lib. 5. de trist. Eleg. 1.

h Met. 14

In Hippolyto. Eleganter *i* Seneca:

Candidas ales modò mouit alas
Dulcior vocem meditantem Cycno.

k In Xenijs. *k* Martialis verò ita habet:

Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ
Cantator Cygnus funeris ipse sui.

l li. 3. sylu. Statius *l* alibi hos cecinit versus:

Qualia nec Sicula moderantur carmina rupes
Nec fati iam certus Olor, seuiq; marita
Thereos. —— Et *m* alibi rursus:
Non ego quas fati certus sibi voce canora
Inferias promittit Olor. &c.

Possem modò hic multorum aliorum poetarum recentiorum authoritates adducere, sed quia ex hisce veteribus, tanquam ex fonte hausere, eas sponte prætereo. Hanc itaque controuersiam considerans *n* Aelianus de Cygni cantu, nihil certi affirmare fuit ausus. In varia enim historia Cygnos cantandi quidem studiosos esse communi sermone peruulgatum haberi scribit, se vero nunquam neque fortassis alium canere audiuisse: credi tamen canere, & tunc potissimùm eorum cantum putari suauissimum, & iucundissimum, cùm vitæ eorum permutatio præ foribus est. Alibi verò authoritate *o* Aristotelis confirmat Olorum gregem interdum in mari Aphrico apparere, & cantum tanquam ex choro quodam consonanti suauem quidem, & lugubrem, & veluti ad misericordiam inclinantẽ præternauigantibus præbere, & ab illa modulatione nonnullos viuos extinctos. Alias *p* rursus ex Hecatæo non solum canere Cygnos admittit, verùm etiam vnà cum citharœdis accinere, cùm Hyperborei Apollinis festum celebrant. Alibi deniq; canere eos ait, sed nisi flante Zephyro. Philostratus pariter tunc suauiorem vocem ædere ait, cùm Fauonius eos ad cantum visus fuerit inuitare. Oppianus verò, qui in obseruando, & describendo harum alitum cantu diligentissimus fuit, à Fauonio ad cantum inuitari author est, cùm decrepiti iam viribus destituuntur. *Diuinare*, inquit, *canunt ante solis ortum tanquam in aere vacuo per id tempus audiendi clarius. Canunt etiam in maris littoribus, nisi tempestas, & procellarum sonus dissuadeant. Hoc enim vigente, ne sors quidem ipsi cantilenis satis persua possent. Sed ne in senecta quidem mortis vicina cantus obstruuntur, qui tamen eis in illa ætate remissior est, quàm in iuuenta, cùm neque ceruicem amplius erigere, neque pennas extendere queant. Fauonium tunc ad canendum obseruant, ignaui tam cruribus, & membrorum viribus defecti: Moriturus secedit aliquò, vbi nullus anis canentem audiat, nec Olores alij luctuosè interpellent, si qui forte adessent, qui similem vitæ exitum sibi imminere intelligerent.* Cùm itaq; paribus ferè rationibus ab vtraque parte hactenus sit certatum, post hac (ni fallor) affirmanti sententiæ, nõ modicam fidem faciet præclara illa, & suspicienda arteriæ aspera structura ante hac à nullo alio, quod equidem sciam, obseruata. Ea enim cùm duplici reflexione, tuba bellicæ figuram exactissimè repræsentet, qua quamlibet tâ acutorum, quàm grauium sonorum varietatẽ modulantes tubicines effingere solent, natura nihil frustra facere, neq; etiam actionem vllam sine idoneis, functioniq; accõmodatis instrumentis obire soleat, minimè vulgari organi argumento facilè inducor, vt verisimiliorẽ eorũ esse credam sententiã, qui dulce melos, præsertim morti vicinos cantare dicunt. In hoc enim duplex flexus ille, qui ossis pectoris primùm capsulæ inseritur, dein altera reuolutione in furculam inclinata recumbens, in pulmones decidit, factus videtur, vt ne vox in tam longo arteriæ spacio euanesceret, neuè prolixo adeò itinere fatisceret, sed in ipso reuolutæ arteriæ angulo recreata vires acquireret eundo, perinde vti Aquilo Romæ, vbi cælum alioqui calidius, frigidius tamen, quàm alibi spirat, quòd longo adeo itinere fractas, ac languidas vires Apenini montis cacumen radens, ac nonnihil subsistens recolligat, ac veluti ipso fortior factus maiori impetu deinceps feratur: præter id, quod capsulæ pectoris, cui arteriæ portio reuoluta includitur, fornix, ac veluti concameratio quædam ad vocis reuerberationem, ac incrementum nonnihil quoque facere videtur. Quòd si Philosophi quidam cantus Cygnei suauitatis rationem adferre conati, id accidere non ineptè fortassis arbitrati sunt, teste adagiorum author propter spiritus per collum procerum, & angustum erumpere laborantes, quid fuisse dictutos eos putamus, si planè admirabili illac, ceu tuba ad eum ne genus musici concentus edendum appositissimo instrumento à natura instructam sciuissent? Alioquin enim colli proceritas, & angustia multis alijs, nulla tamen vocis sonoræ suauitate commendatis communis est, vt obstrepero Anseri, crepitanti Ciconiæ rostro, Onocrotalo, Grui, & similibus

n lib. 2.

o lib. 2. de Animal. cap. 30.

p lib. 11 de animal. c. 1

Quando suauius canant.

Cygnos canere, & quando.

Aquilo cur Romæ frigidior.

bus. Ideo, inquit Isidorus, suauiter canere Cycnum dicunt, quia collum longum, & inflexum habet: & necesse est, eluctantem vocem per longum, & flexuosum inter varias reddere modulationes. Diuus pariter *q* Ambrosius, cantilenæ Cycneæ dulcedinis causam statuit colli longitudinem, huncq; inter im *r* Vergilius respexisse videtur, cùm sic canat:

q lib. 6. Hexã. ca. 22.

r Aeneï. 11

—— *Et longæ canores*
Dant per colla modos liquida inter nubila Cycni.

Sanè quidem, vt Lucretium huius rei conscium fuisse suspicer, faciunt hi versus, quibus Cycnei cantus causam acu tangens adamussim reddidit expressam:

Cùm turba depressa graniter sub murmure mugit,
Et gelida Cycni nece torti ex antro Heliconis,
Cùm liquidam tollunt lugubri voce querelam:

Ad huius auis suauem, & canoram vocem astruẽdam multa quoq; faciunt: primùm, quod minimè existimandum putem ab antiquissimis illis Philosophis, & poëtis, vt Homero, Virgilio, Socrate, & Aristotele traditam, deinde vnanimi omnium omnis æui scriptorum consensu acceptam, ac comprobatam sententiam nulla omnino veritate fultam esse, ac temerariam, cùm & Hesiodi iudicio plerunq; verum sit, quod vulgò dici solent: deinde, quod Ægyptij, quibus vel ipsi Græci omnem Philosophiam acceptam referebant, Cycnum musicæ signum hieroglyphicum esse voluerunt. Præterea quod omnis antiquitas Cycnũ Apollini citharœdo musicæ inuentori nuncupauit. Demum, quòd viris philosophis, nominatim clarissimis, & excellẽtissimis D. Federico Pendasio Philosophiæ professori celeberrimo, se Cycnos frequenter cantantes suauiter in lacu Mantuano cymba vectu audiuisse asserenti, tanquam fide dignissimo non illibenter fidem adhibentes suffragamus. Georgius Braun Cygnos testatur propè Londinum Angliæ emporium in mari agminatim læto occursu, & festiuis cãtibus subeuntes classes excipere. Scribit item Albertus, se huiusmodi voces lugubres in qualibet tristitia ab eis ædi animaduertisse. Ego autem non in tristitia tantùm eos canere existimo, sed in gaudio etiam. *s* Antonius Musa Brasauolus Cycnos sub vitæ exitum canere se se obseruasse testatur, sed omnes id facere negat: quare cùm apud Plinium legatur, *Falsis aliquot experimentis*, pro falsis primùm legebat factis: quod mirum sibi videretur adeo vulgatam sententiam falsò vndiquaq; pronunciari: quare post experimento doctus Plinium falsis, non factis scripsisse pronunciauit, quoniam scilicet ante mortem Cycnos quosdam cantus edere, quosdam etiam silentes emori obseruasset. *Huc rursus non minimi ponderis alia hæc ratio accedit*: quòd Belgæ maritimi, vt Frisij Bataui, Mattiaci, cæteriq; his vicini *Olorem*, qui non minus frequens apud hasce gentes est, quàm in Helicone à poëtis putatus, imò si vspiam alibi frequẽtissimus, ob stagnorum copiam, vernacula voce Huyler cognominant, dictione ab Olor non admodum dissona, sed quæ auis proprietatem exactissimè exprimant. Huylen enim illis lugere, seu eiulare, aut plangere significat: qua indicant, auem hanc lugubrem quendam cantum edere, suauiq; plan u modulari. At quia mœstus videtur hic cantus, ideo poëtæ tanquam morti congruum pro nænis ab eo velut mortis præsagio occini fabulantur iam necis hora instante. Verùm quouis tempore canorũ quidam, etsi lamentantium in morem eos obstrepere ego non semel data opera obseruaui, & auscultaui: quare non temere Syri putarunt, *Olores* Syrenas esse, qui post lotionẽ ex aquis subuolantes suaue quoddam carmen decantent. Concludamus itaq; cum Pausania τῷ ὄρνιθι μουσικὴς εἶναι δόξαν, ideſt, Cygno aui esse musices gloriam, & cũ Callimacho exclamemus, μουσάων ὄρνιθες· ἀϋδόταται πτερύγων. Ne verò & illud tanquam prorsus fabulosum reijciatur, quod cantu suo mortem suam præcinant, alia quoq; animantia, quæ pariter mortem suam lugent, pro exemplo sunto. Elephantem in primis, vt intetim alia præteream, idem facere testatur *t* Oppianus his versibus, sic Latinè redditis:

s In Cõmẽt. ad Porphy. Isagog.

Huyler. Huylen, quid Belgis.

Olores Sirenes putati.

t Lib. 2. de Venat.

Quid verò mirum, quam elephas (audita fatebor)
Pectore diuino fati præsagiat omen?
Non igitur solis auibus præesse futura
Contigit, aut soli de morte queruntur Olores.
Quippe elephas tristi quoque fatum carmine luget.

u Papinius etiam Psittacum ait sibi mortem cantu prædixisse, inquiens: *Nec soli celebrant sua funera Cycni.* Quod verò de penna fingunt poetæ, cã dicentes appropinquantibus ad extremum vitę in capite naram paulatim in cerebrum descendere, ipsos verò Cycnos interea flebili voce cantare, donec moriantur, id planè fabulosum iudico. Id tamen veteres nugabantur, vnde Ouidius: —— *Veluti canentia dura*
Traiectus penna tempora cantat Olor.

u li. 2. Sylu.

VOLA-

VOLATVS. GRESSVS. NATATVS.

CYCNVS, inquit Albertus, probè natat, non probè ingreditur, volat mediocriter. *a* Ælianus tamen pelagus traijcere ſcribit, & indefeſſo alarum remigio per mare volare, & *b* Ariſtoteles longiùs in pelagus efferri ſcripſit. Et *c* Heſiodus κύκνος ἀ ὑψιπόρος, ideſt, altiuolantes nuncupat, item *d* Homerus inter volatiles aues Cycnos ſimul cum Anſeribus, & Gruibus nominat, necnon Pindarus, qui vt Aquilæ mirabilem in volando pernicitatem innueret, fabulam comminiſcitur, fingens Iouem cùm vellet maximè mediam habitabilis orbis partem certa menſura deprehendere, duas pari pernicitate Aquilas, vnam ab occidente, alteram ab oriente emiſiſſe: has verò vtrinq; pari celeritate conueniſſe Delphis, cui loco idcircò Omphalo, ſeu vmbilico terræ nomen, vt in Aquilæ hiſtoria diximus. Iam verò *e* Plutarchus illud non tantùm de Aquilis ſcribi tradit, ſed de Oloribus quoque, *Aquilas*, inquit, *quaſdam, aut Olores fabulantur ab extremis terræ partibus ad medium eius volatu tendentes Pythia eodem conueniſſe ad locum, cui Omphalo, ideſt, vmbilico nomen eſt*. Poſtremò ex recentioribus elegantiſſimus poëta Iacobus Sanazarius velociſſimum *f* Angeli Gabrielis, ad Mariam volatum deſcribens, cum volantibus Cycnis comparat, dum canit:

a lib. 1. Variarum.
b 9. Hiſt. cap. 12.
c In Scuto Hercul.
d Iliad. B.
Omphales ſiue vmbilicus terræ.
e Lib. cur oracula deſierint.
f Lib. 1. de part. Virg.

Dixerat: ille altum Zephyris per inane vocatis
Carpit iter, ſcindit nebulas, atq; aera tranat,
Ima petens, pronuſq; leues vix commouet alas.
Qualis vbi ex alto notis Mæandria ripis
Perſpexit vada, ſeu placidi ſtagna ampla Cayſtri,
Præcipitem ſeſe candenti corpore Cycnus
Mittit agens, iamq; implamis, ſegnisq; videtur.
Ipſe ſibi, dum nec tandem potiatur amatis
Victor aquis: ſic ille auras, nubeſq; ſecabat.

Quæ cùm ita ſint, Cycnum non mediocriter tantùm, vt voluit Albertus, ſed celeriter quoque volare erit ſtatuendum: cùm alioqui naturæ eius repugnare videatur. Eſt enim Cycnus animal magnæ molis, & ob plurimam carnem multi ponderis, maximè autem cicures, qui iuxta hominum habitacula enutriuntur. Quamobrem de ſylueſtribus celer ille volatus intelligi debet. Hi enim tantæ molis non ſunt, & quo artificio volent, ex Plinio, allatis etiam eius verbis alibi diximus. Quod verò ad nationem attinet, eam tam facilem eſſe audio, vt humo in ripa expeditè progrediens; vix illa æquet.

Celeritas quibus Cycnis conueniat.

Natatus.

NIDVS. COITVS. PARTVS.

AVTHOR de natura rerum, *Super aquis*, inquit, *nidificat Cycnus de pullis educandis ſolicitus*. Albertus, vbi Ariſtoteles Coccygem ſcribit tum in domibus, tum in petris nidulari, id ferè Cygno applicat, inquiens: *Cycnus, cum domeſticis eſt in domibus nidificat, & in lapidibus iuxta aquas: apud nos verò in paludibus iuxtà herbas, ſicut ferè omnis auis aquatica*. De coeundi modo Albertus, & author de natura rerum hæc ferè prodiderunt. *Tempore libidinis blandientes inter ſe mas, & fœmina, alternatim capita cum ſuis collis inflectunt, velut amplexandi gratia (Colla mares applicant fœminis: deinde mas fœminam conſcendit:* Albertus) *Nec mora vbi coierint, mas conſcius læſam à ſe fœminam fugit, illa impatiens fugientem inſequitur: non diuturna tamen hæc eis diſcordia eſt; ſed noxa ceſſante, reconciliantur: & fœmina maris proſecutione relicta, poſt coitum frequenti cauda motu & roſtri aquis mergens purificat*. Albertus tam marem, quam fœminam poſt coitum ſe ſe aquis immergere teſtatur, idemq; facere cæteras aues aquaticas, & falſum eſſe, quòd fœminas cum dolore ſemen ſuſpicit, ideoq; poſt coitum, marem fugiat: Non prius enim, inquit, fugit, quàm coëundi libido ceſſat. Boeus in aurum generatione, ſiue, vt ait Philochorus in Boeo, referente *a* Atheneo docet, Cycnum à Marte in auem cognominem verſum, ad Sibarin fluuiũ accedentẽ, cum Grue coiuiſſe. Sed hoc fabuloſum eſt, & vero minimè conſentaneum. Non ſolent enim animantia diuerſæ ſpeciei, niſi ob maximam ſimilitudinem, ſimul coire. Quod modò ad partum attinet, Anſer, Anas, & Cycnus, domeſtici, teſte Alberto, ſemel anno tantùm pariunt, initio veris propter ſui temperamenti

Coeundi modus.

Fœmina non dolet ex coitu.
a Lib. 9.
An cum Grue coeat.
Partus.

peramenti frigiditatem, & craſſitiem. Cælius Cycnũ ab *b* Ariſt. καλλίπαιδα, & πολύπαιδα vocari ait, quia plures producat, & ſpecioſos fœtus: ſed Ariſtoteles voce εὐτεκνος tantùm vtitur: Gaza vertit, non carere eum probitate prolis. Cælius verò illud ex *c* Æliano tranſcripſiſſe videri poſſit; qui alicubi ſic habet. *Ariſtoteles*, inquit, *Cycnum pulchram & multam ſobolem progignere.* Parit Cycnus, vt vult Albertus, tertio anno. Oua eius ſunt magna, oblonga, teſtâ durâ obtecta.

b Lib. 9. antiq. lect. c. 5
c Lib. 1. Variar.

VICTVS. SAGINA.

ARISTOTELES Cycnum Εὐβιοτον vocat, quòd in parando ſibi victu haud ſegnis, haud iners ſit. Viuit autem eiſdem, quibus Anſer, herbis nimirum, & granis ſegetem. *Roſtro*, inquit Albertus, *cribrat cœnum, vt cibum inueniat, & dentibus ſecat inuentum*, herbas nempe, earumq; radices. Algam autem in primis quærit, quod his verſiculis expreſſit *b* Baptiſta Mantuanus:

a 9. Hiſt. cap. 10.

Perſimiles Cycnis viridis, quos Mintius alga
Quos Mæander alit, quos humida prata Cayſtri.

b Lib. 4. Alphonſ.

Albertus etiam vermibus veſci ſcribit, item ouis piſcium, cùm alioqui piſcibus abſtinere conſtet, vt quàm eleganter innuit *c* Heſiodus, & iuxta piſces natare ſcribens:

——— Οἱ δὲ κατ' αὐτὸν (Ωκεανον)
Κύκνοι ἀεροπόται μεγαλ' ἤπυον, οἱ ῥα γε πολλοὶ
Νῆχον ἐπ' ἀκροκύδοιμον, παρὰ δ' ἰχθύες ἐκλονέοντο.
——— *Per ipſum autem (Oceanum)*
Cycni altinolantes magnum clangebant, qui illic multi
Natabant in ſumma aqua: iuxta autem piſces mouebantur.

c In Scuto Herc.

Quin ſunt, qui ſcribant, Cycnum, ſi piſces eum natando inſequantur, eis cedere. Porrò quod ſpectat ad ſaginationem, noſtra ſæcula Cycnos non ſaginant ad menſæ vſum, quod veteres tamen feciſſe clarum eſt. Nam & *d* Plutarchus tradit, Romanos veteres, vt saginarent Cygnos, eis oculos conſuiſſe, & caueis obſcuris incluſiſſe. Sed de victu eorum nihil: Anſerum autem more ſaginari conſueuiſſe veriſimile eſt.

d Lib. de eſu carnis.

COGNOMINATA. DENOMINATA.

LYCOPHRON Calchãtem Cycnum vocat, eò quòd vt interpres Izacius Tzetzes docet, ætate admodum prouectus, & vates fuerit. Præſentiunt enim obitum ſuum Cycni, & tum argutiſſimè canunt. Vates verò hic ille eſt, qui cum Græcis ad Troiam profectus eſt, & quia diuinandi arte plurimùm, præſtabat, Græci eius conſilio multa geſſerunt, vti apud Homerum, & Vergilium legere eſt. Diruta verò Troia reuerſus terreſtri itinere Colophonem, cùm in luco Apollinis Clarij extra vrbem apud Samum in Mopſum præſtantiſſimum augurem incidiſſet, artis peritia ab illo ſuperatus, dolore contabuit, quòd propoſita ſibi à Mopſo caprifico, (vt refert Heſiodus) aut (vt Pherecides mauult) ſue grauida conijcere non potuiſſet, quot in illa ficus eſſent, quotuè hæc ſuculas gereret, quod tamen Mopſus ſine vllo errore diuinauit. *b* Pauſanias Aquilas quaſdã Cycneas, quòd cãdore Oloribus perſimiles ſint, eaſdemq; ſeipſum in ſepylo ad ſtagnum, quod Tantali dicitur, conſpexiſſe ſcribit. Canopus lacus Ætoliæ, poſtea Cycnea appellatus eſt, ſicuti pòſt inter fabulas ex Antonio Liberali recenſebimus. Eſt & Cygnea Germaniæ vrbs, vt refert *c* Io. Garzonius Bononienſis, qui ita dictam ſcribit, à Cygno conditore, eſſeq; ſubditam Marchioni Miſnenſi, & argenti venâ diuitem eſſe. Turris Olorina, vel Cycnea, referente Vimando Pigio Campenſe imminet Rheno in cacumine trium Cliuiæ collium, quadrata, prælta, lataque, cum arce longè conſpicua, quam tradunt, à Caio Iulio Cæſare bello Gallico conſtructam eſſe, velut propugnaculum, quò vicina loca aduerſus Germanorum iniurias defenderentur.

a In Caſſan. Calchas Cycnus.

Calchas à Mopſo victus.

b In Arcadicis. Aquila Cycnea lacus.

Cycnea vrbs.

c Lib. 2. re. Saxon. Olorina vel Cycnea turris.

CAPIENDI RATIO.

a Lib. 10. cap. 18.

QVOMODO Cygni, Grues, & Anſeres, Perdiceſque rete capiantur, ita ferè tradit a Petrus Creſcentienſis. *Eſt & aliud ingenium, quo Grues capiuntur, Cycni, Starnæ, & Anſeres, quod tale eſt. In ripis fluuiorum ab vtraque parte figitur arbor altiſſima, duæ ſimul tunſæ, vt longior ſit arbor, habeatq; per totum cuniculos ad aſcenſum in ſummitate tirellam, in qua ponitur funis retis, cuius longitudo eſt ſecundum fluminis latitudinem, & arborum diſtantiam, & eius latitudo eſt, vt ſuperius eleuata vſque ad medias dependeat arbores, deinde homines vlq; à remotis veniant per glaream fluminis, omnes volucres, quas inuenerint, expellentes, quæ volantes à ſplendore aquæ non diſcedent, donec in rete inciderint: & tunc declinetur rete cum funibus ſuis, & volucres capiantur. Et modus iſte locum habet, niſi cùm tempus fuerit nubiloſum, & aer obſcurus: alioquin aues eleuatæ facilè à fluuio deuiarent.* Hæc omnia ille. Cæterùm retibus etiam olim Cygnos

b In Electr. capi conſueuiſſe, colligere eſt ex b Euripide, apud quem ſic ſcribitur. Οἷα δὲ τις κύκνος ἀχέτας ποταμίτις παρὰ χεύμασι πατέρα φίλατον καλῶ ὁλόμενον, δόλιοις βρόχοις ἕρκεσιν, ideſt: Qualis Olor canorus fluuiatiles apud vndas patrem vocat chariſſimum doloſis laqueorum plagis necatum.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

Caſtoris, & Pollucis corona.

INTERPRES Ariſtophanis Caſtorem, & Pollucem refert, à Spartanis coronis ex calamo contextis ornari ſolere. Sunt, qui putent id ideo feciſſe Spartanos, quia Cycnus eo herbæ genere delectetur, ideoq; eadem geminis illis fratribus ex ouo Cycneo genitis grata fuerit. Naſcitur quidem calamus, ſiue arundo vallatoria in ſtagnis, quæ mirum eſt, quantum ament Cygni, ſed an arundinis illius eſu delectentur, non habeo quid dicam. In-

Arundo vallatoria vbi naſcatur.

ſuper, an cum alijs etiam animantibus occultam amicitiam colant, necdum obſeruaui. De

Cycni mutuò pugnãt.

inimicitia, odio, belloq; eorum inter ſe ſe, & cum alijs paſſim multorum ſcriptorum veterum monumenta referta ſunt. *Oloribus* inquit a Ariſtoteles, *vt aliter alterum deuoret in more eſt, maximè in volucrum genere.* Quem locum in ſuos libros tranſcribens Ælianus, b *Ariſtoteles,* inquit, *Cycnum tradit præditum eſſe trociendi facultate animæ, vnde fit, vt ſæpe ad iram prouocentur, ſæpeq; concertantes mutuò pereant.* Sic ille, ex quo etiam habemus, quod ne pullis ſuis, ouiſq; parcant: nam alibi Indorum regi tragẽmatum loco eſſe ſcribit oua Olorum, Struthio Camelorum, & Anſerum. *Ex quibus,* ait, *& ipſe cætera non reprehendo, ita ne Cicnis quidem amici ſunt Indi, quod illas, quamuis Apollini ſacras, & mirè canoras aues Iuæ tamen pulliciei inſidiari, & oua propria perdere fama ſit.* Hinc fortè Pindarus Cycnum inhoſpitalem appellauit.

a Li. 9. hiſt. cap. 1.

b Li. 14. de Animal. cap. 13.

Indi cur Cycnos ederint.

Cycnus cur inhoſpitalis dictus.

Cæterùm hoc facere in pugna per nimiam iracundiam credendum eſt. Alioqui carniuori non ſunt, & ne piſcibus quidem veſcuntur, vt qui cicures aluere, obſeruarunt. Anſeres, vel alterius generis aues, quæ eodem cum ipſo cibo veſcuntur, Cycnus, teſte Alberto, nõ facilè ſecum eſſe ſinit. Meliſtus Euboicus autem hanc ita conuitijs plenam eſſe dicit, vt ea clamante, reliquæ aues, quæ præſtò ſunt, conticere cogantur. Inſigne verò in primis diſſidium, atq; antipathia eſt cum Aquila, quam teſte c Ariſtotele, ſi pugnam hæc cœperit, repugnans vincit, ipſe autem nunquam, niſi prouocatus infert pugnam. Idem tradit Oppianus, ſed dilucidius his verbis: *Sæpius altiùs euolando euecti Aquilas impugnant, ſi quid ille in ipſos, aut pullos eorum male moliantur, non tamen incipiunt pugnam, ſed pacem quoad licet conſeruant, & placidam vitam alimentis etiam anteponunt.* Cùm itaque Aliquam Cycnus vincat, vt dictum eſt: Franciſcus Sanctius Brocenſis nodum haud contemnendum curioſis proponit, quid Virgilius, & Homerus ſibi velint, cùm dicant. *Aquilas Cycnos inſectari, atque vnguibus rapere.* Eum nodum ego in Aquilæ hiſtoria generali hoc modo explicui, vt ſi plures Cycni (ſunt enim aues gregariæ) vnam Aquilam aggrediantur, eam vincant: Sin contrà Aquila vnicum Cygnum à reliquis ſeparatum offenderit, non ſit mirum, ſi eam vincat: atq; hanc meam opinionem

Cycni cum Aquila pugna.

c Li. 9. hiſt. cap. 1.

defendere videbatur d Ariſtoteles, apud quem ſic legitur. *Cum Aquila pugnat Olor, nutritque eam ſæpius,* quo loco pro nutrit, male quidam, *vincit*, legunt. Verùm cùm & e Scaliger teſtetur, de Aquila, ſi Cygni ala pulſetur, actum eſſe de ea, aliam denuò ſolutionem excogitaui, eamque velim a viris doctis cuentilari. Exiſtimo itaq; Cycnum cum Aquila pugnam

d Li. 9. hiſt. cap. 1.

e Exc. 231.

gnam detractare, imò quotiescunque eminus volitantem obseruat, expauescere, non quòd se viribus inferiorem credat, sed quòd velut imperitus, armisq; vti nesciens, miles repugnare non audeat; itaque se se in fugam conijciat, donec ab ipsa vnguibus raptus se ab ea tueri cogitur, & non iniquo Marte repugnant. Quantùm verò timeat Aquilam Cycnus, eleganter expressit ita Statius:

—— Vtque feri victorem fulminis albus
Cùm suprà respexit Olor, cupit hiscere ripam
Strymonis, & timidas in pectore contrahit alas.

Ait autem Cycnum cupere, vt ripa hiscat; nimirum vt se submergat, & sic fugiat Aquilam.

f Homerus perquam eleganter Hectorem Græcos insequentem, pauorem maximum eis injicientem Aquilæ, quæ Anseres, Grues, vel Cycnos adoritur, assimilat his versibus: *f Iliad. O.*

Αλλ' ὡς τ' ὀρνίθων ποτιλλομένων Αἰετὸς ἀϊδνὸς
Ἕσσυτ' ἐρεμνὰς τὰ ποταμὸν πάρα βοσκομενάων
Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δολιχοδείρων.
Sed sicut auium volatilium Aquila fulua
Multitudinem inuadit flantum iuxta pascentium.
Anserum, vel Gruum, vel Cycnorum longa colla habentium.

Ita pariter *g* Maro Turnum scribit tanta iracundia Lycum de muro deiecisse, quanta Iouis armiger, ideſt, Aquila aggreditur Leporem, aut Cycnum. *g Lib. 9. Aeneid.*

—— Nostraq; euadere demens
Speraſti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit:
Qualis vbi aut leporem, aut candenti corpore Cycnum,
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis.

h Hieronymus Fracastorius Veronensis Angeli mandata Dei ad Mariam deferenti pernicitatem in volando descripturus, volatum eius Aquil celeritati comparat in persequendis Ardea, & Cycno, quos eminus in stagnis obseruauit. *h Li. 1. Ioseph.*

Angeli velatus Aquila Cycnum insequenti cõparatus.

Qualis vbi in liquidis stagnis, aut Ardea longe est,
Aut albus conspectus Olor, facer Accipitrum Rex
Posit varios gyros sublimis ab æthere lapsus
Immotis secat alta ruens oculo ocyus alis,
Impete non alio volucer cælestis adibat, &c.

Aquila cur Cycni ſi carne delectetur.

Cæterùm mirum non est tanto Aquilam Cycneæ carnis desiderio teneri: magnus enim est, & vel eo solo famelicum ventrem exsaturare potest, quare dum eum habere, & nanciſci potest, cæteras volucres, si paruæ sint è manibus elabi patiatur, quod hisce carminibus quoq; Stroza filius expressit:

Non secus atque olim cælo Iouis ales ab alto
Accipiens raucum circum Asia prata canorem
Præcipitat: cum cuncta cito metita volatu
Indecores epulas ciuitatum; volucrum
Nubila despectat, magnumq; exquirit Olorem.

i Ælius Iulius Crotta paroemia ex impossibili desumpta hanc Aquilæ, & Cycni discordiã per quã doctè significat, Orpheũ tanta harmoniæ suauitate ceciniſſe inquiens, vt Aquila, & Cygnus hostes infensissimi, priori odio deposito, reconciliati simul colluderent: inquit autem: *i L. 2. Hermion.*

Flauaq; cum niueo ludit Olore Aquila.

Vultures Cycnis inimici.

k Baptista Mantuanus sine authoritate, Vultures, qui Aquilis longè imbecilliores sunt, imò verò tantùm cadauera infectantes, Cycnos capere perperam scribit: *k L. 2. Parth.*

Flebat, vt inuadi cerneus à Vulture nidos
Lacteutes imbellis Olor, prædator aduncis
Vnguibus, & duro discerpsit viscera rostro.

Cum draconibus itẽ non bene conuenit Cycnis, vt testantur Philes, & Ælianus: Serpentes quoq; à Cycnis terreri apparet, siquidem Auicẽna, *Qui sibi metuit*, inquit, *à venenosis animalibus, noctu præsertim dormiens, is nutriat Grues, Pauones, Cycnos* (Bellunensis pro Cycnis Ciconias reponit: est sanè vtraq; auis serpentibus inimica) *ab his enim terrentur, & morsu impetuntur animalia venenata.* Atq; hoc etiam fortè innuens Gratius, qui retis quoddam genus describens, quod pinnatum dicunt, quoniam auium pennæ ei imponantur, ad terrendas feras, inquit: *Cycni cum draconibus dissident.*

Rete pinnatum.

Sunt quibus immundo decerpta Vulture pluma
Instrumentum operis fuit, & non parua facultas:

Tantum inter niuei iunguntur vellera (pennæ) *Cycni.*

Cicutæ Cycnũ interimit.

Ælianus cicuta olori pernitiem inferri prodidit: Sed hoc adeo mirum non eſt, vt ad occultam inimicitiam ſit referendum, cùm & hominibus, & cæteris ferè animantibus ſit exitialis: ego porcum eius eſu perijſſe obſeruaui. Fulgura denique timere creduntur: quæ opinio inde videtur orta, quoniam humiditas ſuâ naturâ aduerſatur calori, vt antè etiam dixi: Cycni enim vt humidi humida appetunt flumina, lacus, & ſtagna incolentes: ad quod alluſit etiam *a* Naſo, cùm cecinit:

a Li. 2. Metam.

Stagna petit, patuloſq; lacus, ignemq; peroſus
Quæ colat, elegit, contraria flumina flammis.

PRÆSAGIA.

Pluuiæ præſagiũ. Frigoris præſagium.

SI aquæ rorem inſpergat Cycnus, pluuiam portendere fertur, quemadmodum pariter cùm profundos humeros eis immergit, Ornithologus apud Heluetios ingens frigus timeri aſſerit, cùm illic hyeme in lacu aliquo apparet.

AVGVRIA.

Cycni nautis fausti.

ALEXANDER ab Alexandro Cycnum nautis, & his, qui freto agi volunt, proſperos curſus denunciare aſſerit, reliquis verò inauſpicatum eſſe. Ego Cycnum inauſpicatum nullibi reperio, quare rectiùs in eo iudicio dixiſſet Alexander Cygnos nullis eſſe augurio, niſi natus: de quo felicis augurio ita apud *a* Virgilium Venus alloquitur Æneam.

a Li. 1. Æneid.

Namque tibi reduces ſocios, cloſſemq; relatam
Nuncio, & in tutum verſis Aquilonibus actam,
Ni fruſtrà augurium vani docuere parentes.
Alpicebis ſenos, lætantes agmine Cycnos,
Aethera quos lapſa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cælo, nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam deſpectare videntur.
Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantuſq; dedere:
Haud aliter, puppeſq; tuæ, pubeſq; tuorum
Aut portum tenet, aut plenoſubit alta velo.

Hoc eſt, vt exponit Donatus, quemadmodum Cycni iſti poſt, Aquilæ perturbationem, qua diſperſi fuerant, ſicut naues tempeſtatibus conſtabat eſſe turbatas, hilaritate omni, lætitia q; recepta, ordine ſoluto ſecuri volitant: ſic & naues tuæ, & omnes tui ſecuri degunt, ac tuti. Seruius poëtam per Cycnos naues, per Aquilam tempeſtatem denotare putat; ſed quidſi cum Lamberto Hortenſio Montfortio, qui & ipſe Virgilium ſcholijs illuſtrauit, Cycnos exponamus nautas Troianos, aquilam louem, qui etſi Troianos nõ ſollicitat, eos tamen ſollicitari, & affligi permittit. Rectè enim nautę Cycnis comparantur, quia naturæ à Cycnis auguria capiunt. Sunt qui volunt, Virgiliũ has potiùs, quàm alias aues in carnem induxiſſe, vt Æneæ augurium facerent, quoniam vnà cum Columbis Veneri dicatas putarent antiqui. Alij, vt Iulius Pomponius Sabinus haud cõtemnendus eiuſdem poëtæ interpres, nautis ideo bono feliciq; augurio eſſe volunt, quòd Iupiter in Cycnum conuerſus Caſtoris, & Pollucis pater factus ſit, qui numina ſunt nauarum, & Cycnos in clypeis ſuis ferebant, & etiamnum eiuſmodi ſideri nautis ſigna ſunt auſpicata. Poſtremò ideo nautis proſpera portendunt, quoniam cùm multùm natent, & in aquis verſentur, nunquam tamen mergantur: ſicuti legitur in Ornithologia, citante Seruio:

Nautæ rectè Cycnis comparantur.

Castor, & Pollux Cycni filij nautis fausti.

Cycni non mergũntur.

Cycnus in augurijs nautis gratiſsimus ales,
Hunc optant ſemper, quia nunquam mergitur vndis.

Quos verſus Iſidorus ad Æmilium authorem refert, & legit ſic:

Cycnus in auſpicijs ſemper Latiſsimus ales &c.

b Li. de nat. c lib. 15. Panegyr.

Deniq;, *b* Cælius Calcagninus ad poſtremam felicis iſtius augurij rationem, hãc alteram adiungit, quòd lubricis pennis adiantum, quod a noſtris capillus Veneris dicitur, imitetur. Ridere hocce nautarum videtur: Claudianus, dum canit.

Reſpice

Respice sitales iactas aluisse fluentis
Eurota, sparteue tuis, quid protulit aquum
Fallsus Olor, valido quamuis decernere cæstu
Norint, & ratibus sæuas arcere procellas.

[d] Amphiareus apud Papinium Statium ex certamine septem Aquilarum cum Cycnis, conijcit, septem fortissimos, bellicosissimosq; duces Thebas depopulaturos; canit autem: [d] *Lib. 3. Thebaid.*

Sed similes non ante mouus, aut astra notaui
Prodigiosa magis: quanquam maiora parantur:
Hunc aduerte animum, clara regione profundi
Aetheris innumeri stauerunt agmina Cycni:
Siue hos Strymonia Boreas eiecit ab Arcto,
Seu fœcunda refert placidi clementia Nili:
Fixerunt cursus. Hæ rere in imagine Thebas.
Nam sese immotis gyro, atque in pace silentes
Ceu muris, vallogz tenent. Sed fortior ecce
Aduentat per inane cohors: septem ordine fulua
Armigeras summi Iouis exultante caterua.
Intuor: Inachÿ sunt his tibi (concipe) reges.
Inuasere globum niuei gregis, vncaq; pandunt
Cædibus ora nouis, & strictis vngubus instant.
Cernis inexperto rorantes sanguine ventos?
Et plumis stillare diem? Quàm sæua repentè
Victores agitat Iouis ira sinistri?
Hic excelsa petens subita face solis inarsit
Summisitq; animos ilium vestigia adortum
Maiorem volucrum teneræ deponitis alæ.

Cùm verò, in augurijs, vt ait Seruius in commento antè allatorum Virgilij versuum, nõ solùm considerentur aues, sed etiã volatus, vt in præpetibus, & cantus vt in Oscinibus: Cycnus autem neque in præpetibus, neq; in Oscinibus ab aliquo nominetur, miratur Seruius, quæritq; cur ab illo sumatur augurium? Soluitur, inquit, quòd augurium poeta ad Aquilam retulit, docuitq; bonum omen ad naues factum de Cycni volatu, ac si Vergilius omen, non augurium ex Cycno factum scribat, quod velim alij diligentiùs examinent. Nam lego aliquem heroem sub tempora Pipini Franci Casolo Martello geniti, vnum, inquam heroem ex hac familia auspicium, ductumq; præuij Cycni secutum, cum quiescente alite locum, & ipsum quieti à vago profectionis errore cepisse, ibiq; (in Hollandia in Teysterbandiæ comitatu inter Vahalin, & Leccam, seu pagum, seu castrũ Herculana condidisse in memoriam Herculis progenitoris sui. Author est Hadrianus Iunius in enarratione Herculanæ domus. Hadingo Danorum regi, vt refert e Saxo, defunctæ coniugis species per quietem sic cecinit: *Cur à Cycnis petatur augurium.* e *lib. 1.*

Belua nata tibi est, rabiem domitura ferarum
Quæq; truces rapidos atteret ore lupos.

At post pauca subiungit:

Fac caueas, ex te noxius tibi prodit ales.
Felle ferox Bubo voce canorus Olor.

Consulti arúspices lupi nomine futuræ ferocitatis filium, Oloris vocabulo filiam denotare dixere, illum hostibus pernitiosum, hanc patri insidiosam fore præsagientes. Euentus augurio respondit. Siquidem Hadingi filia Vluilda priuato cuidam Guthormo denupta, maritum in parentis cædem solicitauit: reginam se, quam regis filiam censeri malle præfata. Ille cum ad cænam inuitatum socerum per sicarium, confodere instituisset ab Hadingi stipatoribus cæsus est.

HISTORICA.

MIRAM quidem de Cygno S. Hugonis Episcopi Lincolnienſis obitum præsagiente historiam recensetª Laurentius Surius his verbis. Fertur miri quiddã in diœcesi Lincolnienſi tunc accidisse. Nã Cycnus quidam nõ paulò maior cæteris, se nunquã anteà ibi visus ad castrum quoddã aduolauit, eo videlicet die, quo vir Sanctus Lincolniã primũ intrauerat. Hic omnes alios Cycnos, quos illic reperit plurimos, intra paucos dies occidit, vno tantùm fœminei sexus reseruato, magis solatij, quàm prolis propagandæ causa. ª *Tom. 6. in Nouemb. Cycnus alios Cycno occidens.*

sa. Familiarem se nulli exhibebat, nisi soli Episcopo: de cuius manu, cùm primùm venisset illuc, statim micas accepit. Caput etiam cum collo longo in eius manicam satis amplam, quasi in aquam immersit: diù noctuq; apud eum mansit, diligenter eum custodiens, & defendens. Cùm autem Episcopus abscederet, mox auis regia in stagnum recurrit. Aduentum etiã viri sancti triduo, aut quatriduo antè pronunciare consuevit, volando, clamitando, cæterisq; gestibus insolitis; adeo vt famuli sibi inuicem dicerent, Præparemus singula, Episcopus mox aderit. Vltimo tamen aduentu eius ante mortem, solito more non occurrit: immo per ministros vix potuit adduci. Et cùm adducta fuisset, nullam lætitiæ, aut familiaritatis exhibuit significationem Sed capite pendulo ægram se simulans, mœsta redibat. Mansit autem post obitum viri Dei in eodem castro annis multis. Nec potuit vacare mysterio, quod auis candida, imminens mortis periculum cantu nuncians, viro innocenti, pio, ac puro, mortisq; minas nil formidanti, non absque nutu diuino transmissa est. Sancti enim mortem habent in desiderio, & vitam in patientia. Hactenus Surius.

MYSTICA.

Cycni Apollini sacri.

CYCNOS Apollini ab antiquis consecratos fuisse, in primis testatur Homerus, qui Apollinem ab hac alite decantari facit his versibus:

Φοῖβε, σὲ μὲν καὶ κύκνος ὑπὸ πτερύγων λιγὺ ἀείδει
Ὀχθήσ' ἐπιῤῥόων ποταμοῦ παραδινήεντος
Πλεῖον, ὃς δ' ἀοιδὸς ἔχων φόρμιγγα λίγειαν
Ἠ' δυσπὶς πρῶτόν τε καὶ ὕστατον αὖτε ἀείδει, id est.
Phœbe, te quidem & Cycnus sub alis suauiter cantat,
In ripa insiliens amnem apud verticosum
Penetum, te autem canor habens citharam suauem
Dulcicanus primumq; & postremo semper canit.

a l. 11. de animal. c. 1

Cycni in Apollinis festo canunt.

a Aelianus Hyperboreorum gentem, & Apollinis apud eos honores, nõ tãtùm à poetis, sed alijs etiã scriptoribus celebrari tradit: atq; inter alios ab Hecatæo in Milesio, sed Abderita. Hunc verò scribere illi Deo sacros esse Borea, & Chionis filios, tres numero fratres, sex cubitorum proceritate. His solenne sacrificium stato, & præfinito tempore peragentibus, innumera Cycnorum examina è Ripæis (vt ipsi appellant) montibus aduolare, & cum cantores vernaculo eius musicæ genere, & simul citharœdi suauissima melodia Deum celebrant, etiam ipsis concinnè accinere, nec vsquam absona, aut inepta voce aberrare, sed tanquam incitamentum, & auspicium cantus à chorodidascalo additũ secutos, peritissimis carminum sacrorum decantatoribus concinere: hymno verò iam perfecto, volucrem illum chorum, vt ita dicam, recedere: postquam solito sibi Dei celebrandi munere est defunctus, ac diuinos honores per totum audiuit diem, simulq; & ipse cantauit, & oblectauit alios. Ex quibus figmentis habemus, quanti Cycneum illud melos fecerint veteres, adeo vt illius Dei, cui propter id sacrum iudicarant, festiuitatem concelebrare sint nugati, quanuis ab alia etiam illi dicatus fingatur, ob imminentis nimirum sibi mortis vaticinium, vt voluere Socrates, Cicero, multiq; alij præstantissimi Philosophi, ac ab eo Deo diuinationem habere videatur, quia præuidens, quid in morte boni sit, cum cantu, & voluptate moritur, vel certè quantã molestiarum, quæ sunt in hac miserrima vita frequentiam sit relicturus. Nos profectò rem longè admirabilem ac Cycno S. Hugonis mortem præsagiente paulò antè recensuimus, adeo vt non temerè Apollini qui diuinationibus, & vaticinio præesse dicebatur, dedicatus fuerit?

Cycnus cur Apollini sacer.

Cycnus homines mortem contemnere docet.

Quisnam igitur homo ille est, tàm ridiculosus, etiam si obiectos ei obuersetur mors (quæ tamen omnium terribilium terribilissimum quiddam est, teste Aristotele) qui non animi dolorem leniat, tristibusq; rebus solatia supponat, si Cycnorũ cantionem surrectis auscultet auribus, quoties supremũ vitæ tempus instat, quanquam nullam παλιγγενεσίαν, aut secundi ortus spem habeant. Varinus verò, & Eustathius Cycnum Apolli sacrum esse inquiunt, nõ solùm tanquam auẽ canoram, & musicam, & vaticinam, verumetiã propter λευκὸν, id est, albũ colorem. Deriuatur enim, inquiunt eius nomen apud Græcos à verbo λεύσσειν, quod videre significat. Videndi autem facultatis author est Apollo, vnde & Delius nominatur, velut qui omnia δῆλα, id est, conspicua, & clara reddat. Aliàs etiam sic habent: Cycnus Apollini, seu Soli consecratur, ob candorem diei, vt Coruus à nigredine noctis. Dicebatur item Cycnus eiusdem Dei currum trahere, vnde apud Angelum Politianum est legere hos versus:

Cycni ciy mum.

Bistonijs Mars instat equis. Tu iungis Olores
Phœbe Threiceis, Getica Mars fulgurat hasta.

Ob

Ob vocis præterea suauissimam Harmoniam, Musis, quæ vnà cum Apolline poetarum præsides, omniumque cantilenarum authores fuisse putantur, nuncupatæ fuere hæ aues; nam & Callimachus antiquus poeta Cycnos Musarum aues nominauit his versibus: *Cur Musis sacer.*

Η' αὶ τὸν κυκνοῦσι θεὸν μελπόντες ἀοιδοὶ
Μαιόνιον παχυλοῖσι κυκλώσαντο λιποντες
Μουσάων ὄρνιθες ἀειδόμενοι πάτιον ὦ.
Hæc dixit. Cycnique Dei pradulce canentes
Mæonium liquunt Pactolum, terq; quaterq;
Mox circa Delum volitant, circaq; puellam
Musarum volucres auibus mage turba canora.

Euripides etiam Cycnum Musis litare facit: vbi ait: λίμναι θ' ἑλίασσιν ὕδωρ, κύκνειον, ἵν' ἀμφὶ κύκνου μελῳδὸς μοῦσας θέρπει πάνυ, ideſt, *Et lacum volentem aquas, amœnumq; Cycnis lustrat, vbi Cycnus canorus Musis dulcibus litat.* Dicebantur denique Cycni Veneris alites, illius inquam, quam vulgus, deliciarum, voluptatumq; omnium, & blanditiarum, & elegantiæ Deam esse putauit: nam & huius currum traxisse poetæ quamplurimi fingunt: atque in primis *b* Ouidius, apud quem ea Diua sic loquitur: *Cur Veneri sacri.* *b li. 3. de arte amandi.*

Lusus habet finem: Cycnis discedere tempus,
Duxerunt collo qui iuga nostra suo.

Alibi de eadem sic ait:

Illa quidem minuit, iunctisq; per aera Cycnis
Carpit iter, &c. & paulò pòst iterum:
—— *Medias Cythereia per auras*
Cypron Oloribus nondum peruenerat ales,
Agnouit longè gemitum morientis, & albas
Flexit aues illuc.

Idem legitur apud *c* Horatium. — *Qua Gnidon* *c li. 3 carm.*
Fulgentesq; tenet Cycladas, & Paphon
Iunctis visit Oloribus, & alibi.
Tempestiuius in domo
Paulo purpureis ales Oloribus
Commessabere maximi.

d Statius quoq; eleganter à Cupidine Venerem vehi cum Oloribus facit. *d li. 2. sylu.*

—— *Sic fata, leuauit*
Sidereos artus, thalamiq; egressa superbum.
Limen Amyclæos ad frena citauit Olores.
Iungit Amor, latamq; vehens per nubila matrem
Gemmato temone sedet. Iam Tybridis arces
Iliacæ, pandit nitidos domus alma penates
Claraq; plaudentes clauserunt Limina Cycni.

Idem *e* alibi de eadem Dea: *e li. 3. sylu.*

—— *Sic orsa leues secum ipsa per auras*
Tollit, Olorinaq; iubet considere biga.

Item *f* rursus. —— *Et molles agitat Venus aurea Cycnos.* *f Eod. lib.*

g Silius Italicus de Cupidine. *g lib. 7.*

Tum matris curru niueos agitabat Olores
Tempora sollicitus litis seruasse Cupido.

h Pontanus Venerem inuocans: *h l. 1. de Bellis.*

Dum canimus, qua signa tibi, quod pareat altrum
Diua faue, & niueis felix allabere Cycnis.

Et paulò post:

Et sinuosa means niueis secat æthera Cycnis.

Item *i* alibi: *i lib. 2.*

Subrisit Dea cæruleis generata sub vndis,
At niueis delapsa polo per inania Cycnis
Culta sinum, grauidos autumni venit ad hortos.

Titus Vespasianus Stroza.

Cantantes pariter, pariter plaudentibus alis
Aerias Cycni corripuere vias.

Albaq; purpureis frænati colla capistris
Auratos currus ad loca tussa trahunt.

k lib. 3. Geneal. Deo. Cur Veneri sacri.

Cur verò Veneri sacri habeantur Cycni, *k* Baccatius duas ob causas factum retur fuisse: vel quod candore sui corporis muliebrem comptum, atque apparatum quodammodo denotent, vel quia cantu suo, vbi morti appropinquant, amantes referant, quia cum nimio amatæ suo desiderio flagrantes, votiq; compotes esse nõ possunt, animi tædia, atq; dolores cantu, sonoq; suaui conatur mitigare: cui posteriori rationi adiungi possit, quòd in Venereis voluptatibus cuiusuis generis harmonia tam vocum, quam musicorum instrumentorum celebrari soleat, & ad incitandam libidinẽ non mediocriter faciat. Sunt qui ideo velint, hanc auem in Veneris tutela esse, quoniam hæc Dea, vt marina, & vndigena, felix, ac prospera nauigantibus existimetur, quam videlicet Gnidij, apud quos colebatur, Euplœam à prospera nauigatione vocarint: atq; idcirco *l* Virgilium poetam finxisse Venerem Æneæ filio post naufragium naues, quas tempestate perijsse putabat, saluas esse per Cygnos lusitantes ostendisse. Nec desunt etiam, qui sacros illi putent dici, quoniam in Papho, vbi eadem Dea colebatur, eorum magna sit copia.

Venus Euplœa cur dicta.

l l. 1. Aenei.

HIEROGLYPHICA.

Senis Musici hieroglyphicum.

AEGYPTII, vt testatur Orus Apollo, senem musicum volentes demonstrare, Cycnum pingunt, quoniam hic senescens suauissimum edat concentum. Quod interpretans Pierius Valerianus ait, Musicæ symbolo eósdem Ægyptios compositissimos mores intelligere, veluti in senibus mores ipsos compositiores, & sibi maximè consonos esse par est. Idem Valerianus ipsam musicam hac specie, seu pictura aptissimè describi putat. Ex Oloribus, qui volucriores sunt in ripæ margine, circulo quodam facto sedentes pinguntur, vbi argutum nescio quid certandi studio videntur æmulari, cantilenæ verò signũ puer alatus cernitur, qui ventus Zephyrus est. Is enim cantum Oloribus inspirat, & elargitur. Pinguitur verò is delicatus, mollis, cuiusmodi est aura eius, quam libenter adeo captamus. Olorum verò plumæ identidem afflatu eo surriguntur, quippe quæ perculsu venti cõmouẽtur. Huius quoq; alitis symbolo poetæ sæpenumero nunc upantur: quod multis de causis factum fuisse apparet: nam quemadmodũ hocce canorum semper auium genus quò morti propinquius existit, ob gutturis videlicet exilitatem organis argutioribus effectis, lõge dulciorem, vocalioremq; cantum proferunt, ita pariter poetæ elegantissimi, quò per ætatem magis profecerint, scribere solent elegantiùs, & prudentiùs. Ita Oedipus Coloneus ea conscriptus ætate ab authore, qua hic desipere videbatur, & à filio rei familiaris malè curatæ insaniæ reus ageretur, omnium, quæ anteà conscripserat, operum cultissimum indicatum est. Quod autem diximus, Cycnos quò magis ad senectutem accedunt, eò dulciùs canere, ostendit manifestò Euripides, apud quem quidam hæc loquitur: Παιανᾶς δ' ἐμὰ τοῖς μελο-
πρεπτς κύκνος ὡς γέρων ἀοιδὸς χιλαδῶν ἀ, hoc est, *Paeanas verò tua per atria ceu Cycnus vetulus cantor resonabo.* Quod quoque innuit *a* Martialis, dum alloquens Apollinem sic canit:

Poetarum hieroglyphicũ Cygni.

a l. 9. Epig.

Sic semper senibus fruare Cycnis.

Item *b* alibi:

b lib. 5.

Puella senibus dulcior mihi Cycnis.

c Hieronymus verò Vida id quidem Cycnis conuenire scribit, vt seniores suauiùs canant, sed contra senibus poetis euenire asserit elegantissimo ad Matthæũ Gyberti scripto hymno, quem cùm propter doctrinam, & elegantiam, tum quòd huic loco optimè quadret, tacere non possum:

c In hymnis ede 3.

Hoc est Olorum dulciùs vt canant
Gyberte semper, quos senium premit,
Illisq; solis est senectus
Vsque adeo potior iuuenta.
Non ita sacratis vatibus accidit,
Placere cantu Musa quibus dedit.
His obstat vsque obliuiosa
Consilijs melior senectus.
Vbi languatus sanguis habet gelu
Languetq; vires, mentem alia ilico

Cura

Curæ fatigant, suntq; semper
Posteræ deteriora primis.
Naturæ rebus, cuique suum dedit
Tempus, quod vltra non bene progredi est.

Sed & vt ad rem redeam, extat elegantissima *d* Angeli Politiani Epistola, quæ maximam poëtarum cum Cycnis similitudinem ostendit: vnde hæ aues ipsorum meritò statuentur hieroglyphicum: *Cygno*, inquit, *poeta similis, vterque candidus, vterque canorus, vterq; suauios amans, vterque Phœbo gratus: sed negatur canere Cycnus, nisi cùm Zephyrus spirat. Quid igitur mirum, si tacet tuus poeta, cum tu iam diù non spires meus Zephyrus.* Huc pertinet lepidissimum illud carmen, quod in tragœdijs Euripidis Latinitati donatis legitur, estq; tale: *d l.7. Epis.*

Scite poetas doctus appellat Maro
Cycnos, Gulielme præsulum eximium decus.
Res mira dictu, vt cuncta consensu nouo
Vati, atque Olori congruant diuinitùs.
Niueus vtrique candor: alter lacteis
Plumis, amico candet alter pectore.
Musis vterq; gratus, ac Phœbo sacer,
Et limpidis vterq; gaudet amnibus.
Pariter canorus vterq; tum potissimum
Vicina sera mori senectam cùm premit
Sed qui tenent arcana naturæ negant
Audiri Olorem ni sonent Fauonij.
Nil ergo mirum, barbaro hoc in sæculo
Canorus olim obmutuit vatum chorus:
Cùm tot procaces vndique obstrepant Noti,
Boreæq; tristes, inuidorum, & pinguium,
Nulli fouentum prouocent Fauonij.
Quod si bonis clementer ingenijs tuæ
Benignitatis blandus aspiret fauor,
Ita vt fauit, tota statim Britannia
Vates videbis exoriri candidos
Adeo canoros, atq; vocales, vti
In alta fundant astra Cyeneum melos
Quod ipsa & ætas posterorum exaudiat.

Pierius Valerianus adhuc aliud affert, in quo Poetæ, Cycnique conueniunt. Siquidem, inquit, quemadmodum Olores in volucrum genere id habent peculiare, vt alter alterum depascatur, atque inter se morsus conuertant, ita nescio qua æmulatione præstantiæ, in poëtis præcipuè & nunc esse, & fuisse semper exploratissimum est. Deinque Ludouicus Ariostus Poëtas ideo Cycnis esse similes dicit, quòd quemadmodum etiam Cygni, poëtæ, qui hoc sint nomine digni, rari reperiantur: quod accidere existimat, tum quia magnam esse præclarorum virorum copiam non sinunt fata, tum quia principes sese erga poëtas nimis illiberales præstant, canit autem:

Son come i Cigni anco i Poeti rari:
Poeti, che non sien del nome indegni,
Si perche il Ciel de gli huomini preclari
Non pate mai, che troppa copia regni.
Si per gran colpa de i Signori auari,
Che lascian mendicare i sacri ingegni,
Che le virtù premendo, & assaltando
I vitij, cacciau le buone arti in bando.

Ad hæc omnia respicientes Virgilius, Horatius, alijq; cùm Græci, tum Latini, & Hetrusci poëtas huiusce alitis symbolo meritò nuncuparunt. Nam *e* Virgilius de Vari nomine à poëtis celebrando sic canebat: *e Aeglog.*

Cantantes sublime ferent ad sydera Cycni.

Hoc est doctissimi poetæ. Ita Pindarum laudatissimũ poëtam/ Horatius Cycnum appellat: *Pindarus Cycnus dictus. f l.3. car.*

Multa Dircæum leuat aura Cycnum.

Ita diuinus Plato Aegyptiacæ doctrinæ nunquam immemor, Orphæum Calliopes filium, cùm à mulieribus fœdè discerptus excessisset à vita, homine, vt erat, derelicto, in Cycnum demi- *Orpheus in Cygnum mutatur.*

demigrasse, mutata specie, vt qui insignis musicus, ac poëta fuerat, musicam itidem, & poësim perseuerantius exerceret. Quem locum, vt apparet imitatus Horatius, in album alitem, ideſt, Cycnum sese abire scribit ad *g* Mæcenatem.

g lib. 2. car.

Non vsitata, nec tenui ferar
Penna biformis per liquidum æthera
Vates, neque in terris morabor
Longius inuidiaq; maior
Vrbes relinquam, &c.

Alludit ad hunc Horatij locum Franciscus Petrarcha, dum ait:

Ond'io presi col suon color d'vn Cigno.

Virgilium Iulius Cæsar Scaliger, qui & ipse Cygnus dici meretur, Cycnum appellat, vbi Mantuam eius patriam laudibus extollit:

Clara viris, felix ducibus, diuo inclyta Cycno,
Quem vitreis aluit Mincius Andis aquis.

Virgilium etiam Pontanus inquiens:

Ecce autem niueis Cycnus se sustulit alis
Cycnus Olorini dux q; decusq; chori.

Eosdem fortè duos Poetarum principes intelligebat Arioſtus per duos illos Cygnos albissimos, qui è Lete fluuio Heroum nomina sustollentes, ea à temporis iniuria vindicabant: de quibus sic canit.

Frà tanti Augelli son due Cigni soli
Bianchi, Signor, com'è la vostra insegna,
Che vengon lieti riportando in bocca
Sicuramente il nome, che lor tocca.

Paulinum suum Ausonius, sub Cygni nomine intelligit, seipsum verò sub Cornicis appellatione, vbi demonstrat doctos iuuenes annosis senibus indoctis esse præferendos:

Longæuæ tantùm superamus honore senectæ,
Quid refert? Cornix non ideo ante Cycnum.
Nec, quia mille annos viuit Gangeticus ales
Vincit certum oculos, regie Pauo, tuos.

Cùm verò per Cycnos poetæ denotentur, eadem ratione Cycneus sonus accipitur passim pro eleganti carmine: sicuti à Scaligero in encomio *h* Arnoldi Ferroni viri doctissimi.

h In Archi loco.

Ceu gelida patrum Cycneo clarat sono
Titi beatam lactet venam putes.

Cycneus sonus pro carmine.

Possunt item Cycni Oratores hieroglyphico symbolo denotare: nam dicendi studium certis etiam constat numeris: quin & hi quoque in ætate prouectiore elegantiùs orant, & doctiùs scribunt, sicuti ante de senioribus poetis dictum est. Isocrates Panathenaicam orationem, omnium, quas antea scripserat luculentissimam, post octogesimum vitæ annum elucubrasse dicitur. Qua ratione *i* Synesius Cyrenæus, illum, qui simul sit Orator, & Philosophus Aquilam, & Cycnum eodem tempore esse scribit, innuens nimirum quatenus philosophando sese in altum tollit, vt naturæ arcana perscrutetur, Aquilæ, quatenus verò Eloquentia est præditus, Cycni nomen mereri. *Aquilam tamen*, inquit, *simul & Cycnum fieri, & amborum habere conditiones, ac insigna volucribus quidem natura non concessit, homini verò dedit Deus, vt & lingua præstans sit, & Philosophiæ compos.* Hæc ille. Sed & Philosophi hieroglyphicum quoque hæ aues haud immeritò statui possunt. Habent enim, Villanouano teste, multas propietates cum philosophantium vita congruentes, ac in primis illud, vt cætera taceam, vt loca ament ab hominum frequentia, remota, vt cantu, ac lætitia ex hac vita discedant bona futuræ præsagientes. Omnes deniq; verè literati huius auis symbolo denotari posse videntur, cum illos, qui verè literati sunt, animo candido, & nulla vitiorum macula labefactato esse constet. Nimirum enim Cycnus est candoris indicium, quem omnes insignem memorent albedinis epitheto: qua de causa Theocritus Ἁλίκυκνον nuncupauit, quòd fœmineus color plurimùm à candore commendari soleat. Propter hunc eundem candorem innocentiæ, puritatisq; innocentis, & puri, & nulla labe inquinati hieroglyphicum signum esse potest, & puræ item veritatis, quemadmodum quoque ipse per se color candidus semper habitus fuit; super qua re Ludouici Ariosti versus: quanquam ad Cycnum non spectent, præterire hoc loco nequaquam possum.

i In Dione.

Isocratis Panathenaica Oratio.

Candoris indicium.

Nè dagli antichi par che si depinga
La santa Fè vestita in altro modo,

Che

Che d'vn vel bianco, che la copra tutta,
Che vn sol punto, vn sol neo la può far brutta.

Sed vt ad rem redeam, Theologi nonnulli causam reddentes, cur tam suauè Cycnus canat, eam esse tradunt, quod in ipso cor ex puritate sanguinis titillet, & per procera colla purior aer exeat: ideoq; Cycnum iusti viri typum esse, cuius, inquiunt, cor purum est, atque mundum. Cor istud, quod spiritibus agatur cælestis amoris, & non terrenarū rerum, carnaliumq; crassis affectibus, hilaritate spiritus decantat, eiusq; modulatio nulla alia est, nisi vitæ sanctæ harmonia, & morum concinnitas. Apud aquas igitur contemplationis cum iustis cantitat, & quantò plus iustus senescit, tantò suauiùs modulatur, quia in ipso mores redduntur compositiores, & sibi magis consonantes. Vitæ enim integritas in senibus præclarior est, in morte verò ipsa lætatur, atque cùm Iacob manibus, & pedibus, nempè affectibus, & operibus rectè compositis, suauiter canens obit. Canit autem: Mihi viuere Christus fuit, vnde nunc mori lucrum. Hæc illi. In eodem ferè sensu apud alios per Cycnum peccator pœnitentiam agens significatur, vt legere est apud Diuum Antonium Patauinum, qui hac de re sic scriptum reliquit. *Cum per totam vitam nostram peccata nostra debeamus quotidie cognoscere, & omnia tam particulariter, quàm vniuersaliter confiteri. Tunc enim debemus facere, sicut facit Cygnus, qui quando moritur, cantando moritur: & hoc dicunt contingere propter quandam plumam, quam habet in gutture* (in cerebro alij, sed falsum esse iam diximus) *sed tamen ille cantus doloroſus est et. Cygnus albus est peccator ad pœnitentiam conuersus super ripam delbatus. Hic in articulo suæ mortis aeuotè debet cantare, idest, peccata sua amaritudine animæ suæ recogitare. Plama in gutture est peccati notitia, & confessio tristitiæ, ex quo debet procedere cantus doloroſus, qui tunc est valde fructuoſus.* Hieronymus Ruscellius depingit hanc alitem in aquis natantem, quæ canere videatur, cum lemmate: *Diuina sibi canet, & orbi*: Verbi diuini prædicatorem significans, qui & eloquentia, & candidis moribus inter populos sit celebris. Alibi duos Cygnos cum Aquila dimicantes depingit, cum lemmate: *Se repugnant*. Virum indicans, qui nulli sponte est iniurius, si tamen ab aliquo irritetur, vim vi repellere non veretur. Atque hæc quidem hactenus commemorata, laudem huic volucri non modicam afferre videntur: secus quæ sequuntur. Nam Theologi quidam, Cycnum eximij candoris volucrem longi colli sui protensione cibum ex terræ, atq; aquarum altitudine trahentem, eorum aiunt prætendere speciem, qui vestitus sui splendore plus æquo gloriantes, de sola terrenarum rerum abundantia, contemptis cælestibus cogitant. Diuus autem Ambrosius superbos sacerdotes per hanc auem significari scribit. Hypocritarum item symbolum esse potest. Quemadmodum enim Cycnus plumis candicat, carnem verò habet nigram, ita pessimum illud hominum genus extrinsecus quidem candidum, hoc est, probitate conspicuum apparet, intus verò nigrum existit, hoc est, omni vitiorum labe inquinatum: quod in Leuitico doceri videmur; vbi Deus Cycni esum vetat. Postremò, vt refert Pierius Valerianus, Cygnum aiunt hominem municipibus suis iniurium hieroglyphicè significare. Siquidem fama est, hoc Oloribus esse proprium in volucrum genere, vt alter alterum occidat, & voret, vnde hanc auem inhospitalem à Pindaro fuisse dictam existimat idem Valerianus.

Iusti viri hieroglyphicum.

Peccatoris pœnitentiæ agonis hieroglyphicum.

Prædicatoris hieroglyphicum.

Vim vi repellentis hieroglyphicum.

Hominum gloriosorū terrena tantùm cogitantiū hieroglyphicū.

Sacerdotū superborū hieroglyphicum.

EPITHETA

ALBVM, Olorem, ceu Cygnum dixere Virgilius, Ouidius, Silius Italicus: *candidum*, Martialis, Scaliger, Sanazarius: *niueum*, Virgilius, Statius, Valerius Flaccus, Pontanus, Baptista Mantuanus, qui & *Argenteum* vocat, vti *Canum* Pontanus, *Candenti corpore* Maro, *pulchrum* Alciatus, *Niueum, & egregium* Antonius Gigus, *plumeum* à pennarum copia, & mollitie Manilius, ficuri Statius *mollem*. Homerus à colli longitudine δολιχόδειρον. Ouidius *innocuum*, quòd nisi lactentibus noceat. Baptista Mantuanus *imbellem*, Pontanus *blandum* à voce, & cantu Virgilius, *argutum*: Faustus, Petrarcha, *Musicum*: Torquatus Tassus, *Vocalem*, Aelius Iulius Crotus, Pontanus *modulantem*: Virgilius etiam *raucum* à mortis præsagitione: *fatidicum* Statius, *fata canentem* Baptista Mantuanus: *Oscinem* Ianus Gruterus, quia Apollini est sacer: *Apollineum* Strozza filius: *Phœbæum* Politianus, quia Veneri quoque dicatus, *Paphium* Aelius Iulius Crotta: à loco vbi libenter degit: *flumineum* Naso, & Pontanus, Naso etiam *Cayſtrium*: *Strymonium* Moschus & Theocritus: à Læda quam Iuppiter Oloris figura compressit: Martialis *Ledæum*, *Amyclæum* Statius, nam Amyclis Laconiæ vrbe nata dicitur; quare, & plumam Amyclæam dixit Martialis, sicuti Cygnum ipsum *Spartanum*

hoc

hoc eſt, vt eius exponunt ſcholiaſtæ, Lædæum, Prudentius à Ioue, qui eius ſpecie Lædam ipſam ſtuprauit, *Stuprarorem* vocat.

APOLOGI.

Hirũdinũ, & Cycnorum Apologus.

DE Hirundinibus, quæ Cycnis conuitiabantur, quia nollent cum hominibus cõuerſari, ac publicare ſuam muſicam, ſed circa amnes, loca ab hominum conſortio remota mallent habitare, ac ſi cantus ſui eos puderet, & de Cycnorum reſponſo, in Hirundine, ſoluta oratione recitauimus: Nunc Antonij Gigantis poetæ non inelegantis carmen, quo hunc apologum lepidè admodum expreſſit, hic ſcribere non abs re fortaſſis fuerit: canit autem:

Garrula ſic quondam Cycnum obiurgabat Hirundo
Dum circa fluuios hac volat, ille canit:
Cur tu non hominum cœtus, & tecta frequentas
Horrida ſed vitam per loca ſolus agis?
Sic cantu polles, atque hoc te nomine iactas
Cur nunquam reſonat cantus in vrbe tuus?
En ego te multo duco ciuilior ævum:
Nam ſiue in parua nidificare domo,
Seu libet in magna, aut regum laquearibus aureis,
Sed diuum in templis, omnia tuta patent.
Ipſos præterea mortales ſæpe ſalutans,
Leuiter oblecto gutturis arte mei.
Vix illi Cycnus quæuis reſponſa negare
Maluerit, dulci talia voce refert.
Quàm libet obnixè ſtudeas vrbana videri,
Non tamen inde tibi conciliatur amor.
Quin grauis in te omnes odij dant ſigna, modiſq;
Mille aditu prohibent te, domibuſq; fugant.
Et famulæ oderunt, quando labor additur illis,
Tergere quæ impuris obruis ipſa notis.
Quod ſi aliqui te impunè ſinunt volitare per ædes,
Non quærula hæc laus eſt voris Hirundo tuæ:
Mitis at illorum ingenij: cùm te tamen vltrò
Nemo blanditijs in ſua tecta vocet.
At mea conditio tanti eſt, vt ſæpe relicta
Vrbe homines, ſyluas, ſtagnaq; ſponte petant,
Longè audire modos dantem per colla canoros:
Quanquam hæc inuitus te ſtimulante loquor.
Nunc quid fabella tandem ſub imagine priſcæ
Me tardum ingenio Pieri cara moues?
Nunquid vt inculto doctum vexare Latinum
Carmine deſiſtam? Dic precor, illud agis?
Annuis, agnoſco id ſignantem in fronte pudorem:
Atqui non ſurdis auribus illa canis.
En calamum pono, rauca vt Cornice ſilente
Poſtmodo more ſuo concinat albus Olor.

Viri Anſerẽ, & Cycnum alẽtis apologus.

Inter fabulas Æſopi, vel quæ ſub eius nomine vagantur, de viro diuite Anſerem, & Cycnum alente apologus legitur eiuſmodi. Vir dives Anſerem ſimul, & Cycnum nutriebat, non ad eadem tamen, ſed alterum cantus, alterum menſæ cauſa. Cùm autem oporteret Anſerem pati ea, quorum cauſa nutriebatur, nox erat, ac diſcernere tempus non permiſit vtrunque. Cycnus autem pro Anſere adductus, canit melos quoddam mortis ſuæ exordium, eoq; qui fit, ſignificat, & mortem ſuauitate cantilenæ effugit. Affabulatio indicat, eloquentiam ſæpius mortem differre. Hunc apologum Gabriel Facrnus Cremonenſis hoc carmine feliciter expreſſit:

Duas opimas Cors alebat aliles,
Cycnum, Anſeremq; candidum,

Vt ille dulce ferret auribus melos,
At hic obesa viscera
Gulæ exhiberet. Ergò vt hunc herò in cibum
Parare iussus est coquus
Loco Anseris Cycnum insciùs prehenderat
Colore fallus alitum.
At ille funus, vt solent Cycni in suum
Suaue carmen ordiens,
Ita agnitus, grauiq; mortis impia
Solutus est periculo.
Pericula sæpe, sæpe proximam necem
Repellit eloquentia.

Eloquētia sæpe mortem arcet.

PROVERBIA.

PROVERBII in primis similitudinem gerit illud D. Basilij: *Tunc canunt Cycni, cum tacuerint Graculi*, De quo vide in Gracculo. Cui ferè simile est illud *a* Theocriti.

Haud fas est, Lacon, Philomenam vt prouocet vnquam
Pica nec argutis Epopa obstrepat improba Cycnis.

Cycni canunt, tacētibus Graculis.

Item illud *b* Virgilij. —— *Certent & Cycni Vlulæ.*

Nam & hæc in eos optimè quadrant, qui longè impares certant cum superioribus, aut qui negocium facessunt longè se præstantioribus, siquidem vt ait *c* Lucretius:

Paruus vt est Cycni melior canor ille, Gruum quam
Clamor in æthereis dispersus nubibus Austri.

a In Hodæporis.
b Aegloz. 8
c l b 4. rerum natu.

d Alibi in eundem sensum non esse ait, quòd *Hirundo contendat cum Cycnis.* Congruit autem hoc etiam loco illud *e* Antipatri in Erinnam:

Λοί τερος κύκνου μικρὸς θρόος, ἢ ἐχολαίων
Κραυγμὸς ἐναιρινᾶι; κινδανέουσι νεφέλαις.
Paruus Cycnorum melior cantus strepitus quàm
Graiorum nebulis sparsus in æthereis.

d lib. 3. e l. 3. epigr.

Huc pariter pertinent elegantissimum hoc *f* Ælij Iulij Crottæ carmen:

Si grillis tenues musas æquare coaxans
Rana potest, & si Psittacum Asellus iners,
Attida vocalem clangens sim audiat Anser,
Si Phaethontæum stridula Olorem Vlula,
Par erit Arpinas Sardus tibi, par erit idem
Magne Maro, numeris, carminibusq; tuis.

f li. 3. stro.

Illud verò Ausonij: *Si confers Fulicas Cycnis*, in eodem pariter sensu proferri possit, sed & aliud etiam denotat, nimirum colorem dissimillimum: dicituṙq; rebus inter se prorsus distum est; & prioribus dicterijs non incongruum. Olor enim auis est candidissima, vocem ædens argutam: Anser autem clamore obstrepit: ob quam distantiam factum est in eos adagium, qui se ijs rebus, quas ignorant petulantiùs audent miscere, vel de rebus suis nimis sibi assumunt, aut ineruditi inter doctos garriunt. Hinc passim poetæ maximè, cùm sese impares significare cupiunt ad rem aliquam alicui decantandam, vel minus, quàm alij doctè id præstaturos diffidunt, sese Anseribus comparant, qui cum Cycnis certant, in quo sensu dicebat Propertius:

Anseris indocto carmine cessit Olor.

In Arrogantes. Poetæ quādo se Anseribus comparent.

Scaliger Pater de se:

Argutos inter videar strepere Anser Olores.

Et Titus Vespesianus Strozza parum immutatis verbis:

Inter Apollineos vecinam velut anser Olores.

Simile ferè iam proximè dicto adagio est, hoc *inter doctos etiam Corydus sonat:* Nam & in Græco epigrammate de Corydo, & Cycno hæc legitur similitudo:

Εἰ κύκνῳ διίαται κερδὼς παρὰ νωθέσιν ἀδεῖν,
Τολμᾶι δ' ἐρισμαραγῶντας ἀοιδαίσιν,

Corydus sonat inter indoctos.

Εἰκόκκυξ τίττιγος ἠμιλιγυρώτερος εἶναι
Ἰσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ παλλαδιωδὺς αμαι, ideſt,
Si Corydus Cycnum queat æquiparare canendo,
Noctua concertet ſi Philomela tibi,
Coccyx ſi iactet ſe voce anteire Cicadam,
Tunc ego Palladio par potero eſſe meo.

Corydus qua auis.

Conuenit in eos, qui apud idiotas audent ſeſe velut eruditos venditare, inter doctos alioqui prorſus elingues. Corydus autem, vt in Alauda diximus, viliſſimum auicularum genus minimèq; canorum, ſtrepit tamen vtcunque inter aues minutas, cùm apud Cygnum canens ferri nequaquam poſſet. Inter Græcanica prouerbia refertur κυκνειον ἀσμα, ideſt, Cycnea cantio, quadratq; in eos, vt elegantiſſimè docet author adagiorum, qui ſupremo vitæ tempore facundè diſſerunt, aut extrema ſenecta ſuauiloquentis. D. Hieronymus in quodam laudans ſenilem eloquentiam, commemoratis aliquot ſcriptoribus, *Hi omnes*, inquit, *neſcio quid Cycneum vicina morte concinerunt.* Et in epithaphio Nepotiani: *vbi eſt ille*, inquit, ἐργοδιώκτης *noſter, & Cycneo cantore vox dulcior?* Illi quoque, qui omnem prorſus ſalutis ſpem abiecerunt, dicuntur prouerbialiter τὸ κύκνειον ἆδειν, ideſt, *Cycnorum, ſine Cycni more canere.* Hoc quoque carmen Iuuenalis.

Cycnea cantio.

Rara auis in terris, nigroq; ſimillima Cycno.

prouerbij loco apud omnes habetur, Adagiorum author allegoriam ab auibus peregrinis, & inuſitatis, quæ nonnunquam in noſtram regionem deuolant; deductam putat, ſed Cycnos nigros vſpiam apparuiſſe nunquam audiui, legitur idem prouerbium apud *g* Claudianum his verſibus expreſſum:

g Lib. 9.

Fama prius fallo ſimilis, vanoq; videri
Ficta loco, leuior volitare per oppida rumor
Rideriq; neſas, velut migrantibus alis
Audiretur Olor, Cygno certante Ligustris.

Cycno magis canus.

Κύκνου πολιώτερος, hoc eſt, *Cygno magis canus* à Suida velut prouerbium citatur: Etiam hiſce, inquit, reliquijs animus generoſus ineſt: Nam ego meam exiſtimo ſenectutem meliorem eſſe, quàm multorum cincinnos adoleſcentium, & habitum.

FABVLOSA.

FABVLOSAM Iouis in Olorem metamorphoſim plurimi memoriæ prodiderunt, ſed Nemeſin ne, an Lædam huius auis ſpecie compreſſerit iſte diuus, haud ſatis conſtat, vt ſubinde patebit. *a* Cælius Rhodiginus eleganter hanc fabulam deſcribit diſputans, nunquid Nemeſis, & Læda ſint diuerſæ, an vna eademq; quem lector adire poterit, ego interim eam hìc ex Hygino referam, eoq; magis, cùm & hunc ſecutus videatur Cælius. *Olorem inter ſydera*, inquit ille, *Græci Cycnum appellãt: quem complures propter ignotam illius hiſtoriam, communi genere auium* ὄρνιν *appellauerunt: de quo hæc memoria prodita eſt cauſa. Iupiter cùm amore inductus Nemeſin diligere cæpiſſet, neque ab ea vt ſecum concumberet, impetrare potuiſſet, hac cogitatione eã amore liberatus. Iubet enim Venerem Aquilæ ſimilatam ſe ſequi, ſiſeque ipſe in Olorem conuertit, & vt Aquilam fugiens ad Nemeſin confugit, & in eius gremio ſe collocauit: quem Nemeſis non aſpernata, amplexum tenens, ſomno eſt conſopita: quam dormientem Iupiter compreſſit, ipſe autem auolauit: & quod ab hominibus aliè volans cælo videbatur, inter ſydera dictus eſt conſtitutus: quod ne falſum diceretur, Iupiter è factoenum volantem, & Aquilam conſequentem collocauit in mundo. Nemeſis autem, quæ auium generi eſſet iuncta menſibus actis ouum procreauit, quod Mercurius auferens deinde Spartam, & Ladæ ſedenti in gremium proiecit, ex quo naſcitur Helena, cæteris corporis ſpecie præſtans, quam Læda ſuam filiam nominauit. Alij autem cum Læda concubuiſſe in Olorem conuerſum ferunt: de quo in medio relinquemus.* Hæc Hyginus. Cælius verò Nemeſin à Ioue compreſſam ait, in Anſerem deformatam, idq; ex Græcis nonnullos ſcribere. Eryphus quidem poeta, referente *b* Athenæo Lædam Anſerina oua enixam eſſe ait, & *c* Virgilius id quoque innuere videtur, dum canit:

a Lib. 11. Antiq. lect. cap. 19.

Iouis, & Ladæ fabula.

Nemeſis à Ioue comprimitur.

b Lib. 2.

c In Cyri.

Cyris aniclao formoſior Anſere Læda.

Sed Anſeris forma compreſſam ego nullibi lego. Qui verò Lædam à Ioue compreſſam volunt exiſtunt plurimi, atque in primis ipſamet Helena, quæ apud *d* Euripidem ſic loquitur:

d In Helena.

—— ἐσὶ δὲ δὴ
Λόγος τὶς ζεὺς μητέρ' ἵκεσθαι' εἰς ἐμλὸ
Λήδαν, κύκνου μορφάσαντ' ὄρνιθος λαβών.
Εἶς δ' ὕλαιος ἰοὺν ἐξέπραξ' ὕσ' ἀετὸς
Δίωγμα φεύγων, εἰ σαφὴς οὗτος λόγος, id est,

Fama est etenim
Quod Iuppiter volauit ad matrem meam
Ledam, Oloris alitis forma obsitus.
Fugaq; ficta, quòd volucris nuncia (Aquila)
Iouis fu infecuta, mox compressit hanc.

Eadem *e* Helena apud Ouidium etiam idem confirmat, dicens: *e In Epist. Helen.*

Dat mihi Leda Iouem Cycno deceptа parentem,
Quæ falsam gremio credula fouit auem.

Præterea ex eo ouo Helena sola nata non est, quin item Castor, & Pollux, item Clytemnestra, alij verò bina oua enixam fuisse Ledam aiunt, & ex altero eorum Castorem, & Pollucem, ex altero Helenam & Clytemnestram progenitos. Nonnulli etiam Timandram addiderunt sororem. Non desunt etiam, qui ex vno tantùm ouo Pollucem, & Helenam prodijsse crediderint, quod Leda è Ioue conceperit, cùm è Tyndaro Castorem, & Clytemnestram natos esse arbitrētur, hosq; mortales, illos immortales haberi. Postremò multi, nulla Aquilæ Olorem insequentis mentione facta, Iouem Cycni figura, ita iucundè cecinisse volunt, vt illum propter cantus suauitatem Leda adamauerit, & contrectauerit. Vt vt est fabulosum est: non caret tamen fabula suo mysterio. Iupiter enim in modum potentiæ ponitur, nimirum, vt Deus, Leda tanquam iniuria, aut conuitium: illud enim ὕβρις significat: omnis autem potentia iniuriæ mista speciem suæ generositatis mutat. Ideo verò in Cycnum conuersus dicitur: quoniam vti antè ex Melisto Euboico Physiologo, & qui omnium Physiologorum sententias disputauit, hæc ales ita conuitijs plena sit, vt ipsa clamante, reliquæ aues taceant. Castorem verò, & Pollucem, & Helenam pro perditione, quoniam sydera sint nautis infausta, si separatim apparuerint: nam alioqui sicut quoque suprà annotaui, sunt felicissima; cùm Helena semper malum portendat: quare, teste Lactantio Papiniano, Vrania appellata fuit. Qua de re ita perquam appositè proditum est à *f* Plinio *Vidi*, inquit, *in nocturnis militum vigilijs inhærere pilis pro vallo fulgurum effigies. Hæ & antennis nauigantium: alysque nauium paribus, ceu vocali quodam sono insistunt, vt volucres sedem ex sede mutantes. Gemina autem salutares, & prospera cursus prænunciæ, quarum aduentu fugari ac minacem, appellatamque Helenam ferunt, & ob id Pollucis, & Castori id numen assignant, eosque in mari Deos inuocant.* Idem indicat Papirius canens:

Fabulæ explicatio.

Iupiter cur in Cycnum mutatus dicatur.

Helena cur Vrania dicta.

f lib. 2.

—— *Cùm tam damnata sororis*
Igni Tanary iuerunt carbasa fratres.

Significat itaque hæc fabula ex potentia, quæ cum iniuria coniuncta est, omne malum procreari. Sed quid si in bonam etiam partem interpretemur, dicamusq; ex pulchris parentibus, quales erant Iupiter in auem candidam, & formosam conuersus, & Leda, speciosos procreari liberos, quales fuere Castor, & Pollux, Helena, & Clytemnestra. Cycnus verò ille, quem aiunt ab Hercule occisum, & post mortem in auem sui nominis mutatum, Martis, & Cleobulinæ filium fuisse ferunt, vt refert *g* Possidonius. Hunc autem fingunt, ideo ab Hercule fuisse trucidatum, quoniam ille in Thessaliam accedentes aduenas interimeret, patri suo templum erecturus è capitibus cæsorum à se hominum. *h* Pausanias huius Cycni cum Hercule pugnam Athenis in æde Palladis conspici tradidit. Dicitur autem ab Hercule occisus, quoniam Hercules omnium monstrorum, latronum, maleficorumq; hominum, qualis sanè erat ille Cycnus, domitor, & euersor fingitur, adeo vt tantum nominis, & gloriæ apud omnes gentes consequutus sit, quantum nulla ætas vnquam delere possit. Fuit præterea non minoris nominis, ac famæ Cycnus alius, quo cum Achilles ad Troiam pugnauit, quem plerique Neptuni, nonnulli vt Isacius Apollinis filium faciunt. Cuius pariter pugnam cum Achille, & post mortem in Cycnum auem transformationem luculenter, ac prolixè prosequitur *i* Ouidius, quem lector per otium legere poterit. Dicitur autem iste Cygnus ab Achille propter corporis duritiem, cùm nullo ferro posset interfici, elisso gutture suffocatus. Sunt, qui inquiunt, hunc Cycnum in auem eiuscemodi conuersam fuisse, non quidem reipsa: nullum enim fuit tempus, quo homines in aues, pisces, plantas, aut saxa mutarentur, sed ad solatium suorum illud fuisse à poetis confictum. Nam fuit vna multarum fabularum excogitatarum ratio aliquando assentatio, poëtarum nimirum, qui nihil

Cycni ab Hercule occisi fabula.

g l. de Dijs & Heroib.

h In Attic. Hercules cur celebris

Cycni ab Achille occisi fabula.

i l. 12. Metamorph.

Poetæ cur mortuos in aues, pisces, vel alia mutatos dicerent.

hil ſibi non licere arbitrati ſunt, modò principum ſuæ ætatis gratiam, per ſua figmenta aucuparentur. Sic homines ſæpius in Deorum numerum poſt mortem relati ſunt, & templa, altaria, ſacerdotes, ceremoniæ, ac proprij ritus ſacrorum fuerunt inſtituti, multique in varia corpora animalium, per ſuauitatem orationis, cum mirifica legentium voluptate perueuerunt. Habet enim illud ſuauitatis in ſe poëtice, vt illa, quæ in ſoluta, liberaque oratione ridicula viderentur, & vana, & mendacia, ipſa non ſolùm probabilia, & ſimillima veris efficiat: ſed etiam cum incredibili auditorum voluptate, & admiratione ita imprimat in animis, vt non facilè deleantur. *k* Boccacius vero fabulam ita interpretatur. Cycnus, inquit, ideo potuit Neptuni filius fingi, propter corporis ſui albedinem, & membrorum agilitatem: quia humidi naturaliter candidi ſunt, ac inſtar plumarum molles, atque delicati. Cum qua humiditate ſi copuletur congrua caloris portio, homines generantur agiles, & dextri. Tales autem vbi gladiatoriæ artis periti euaſere, ictusque egregiè euitare norunt, ſicuti ſæpius ſunt obſeruati, niſi feſſi, ac laſſi pugnæ prolixitate, ab alijs vinci nequeunt. Quòd verò in auem abijſſe mortuus dicatur, innuit, nihil poſt eius mortem apud homines, præter nomen volatile, relictum ab eo fuiſſe. De hoc eodem Cycno aliâ fabulam enarrat *l* Pauſanias de bipẽnibus agens Periclyti Euthymachi filij, Tenedij hominis dono. *Vetus*, inquit, *fama dedicationis cauſam vulgauit: Cycnum autẽ Neptuni fuiſſe filium: regnaſſe eum Colonis. Oppidum hoc in Troade fuit, ad Leucophrin inſulam. Filiam is habuit Hemitheam, & Tennen filium ex Proclea Clytij filia, Caletoris illius Germana ſorore, quem ab Aiace in Iliade feſtum memorat Homerus, cum faces in Proteſilai naues immitteret. Proclea mortua, alteram Cycnus vxorem duxit, Philomenem Crangaſi filiam. Eam cum in priuigni incidiſſet amorem, repulſam ægrè ferens, Tennen, ficta calumnia apud virum criminata eſt ſuum, quòd ille inuitam, & repugnantem conſtuprare conatus eſſet. Mendacio captus Cycnus inuitem cum ſorore in arcam incluſos in mare abijcit; illi inſulanes in inſulam exponuntur: cui cùm antea Leucophrys nomen fuiſſet, de Tenne poſtea nomine Tenedos fuit appellata. Sed fraude aliquando detecta, ad filium Cycnus nauigauit, quo ſe illi purgaret, & eius, quod per credulitatem temerè commiſiſſet, facti veniam poſceret. Cum itaque ad inſulam appuliſſet, & ad ſaxum ſiue arboris truncum nauim religaſſet, Tennes ira impulſus bipenni retinacula abſcidit. Exea in prouerbij conſuetudinem venit, vt quicquid quiuis præfractè negarit, id Teneata bipenni præcidiſſe dicatur.* Notiſſima eſt, & alterius Cycni fabuloſa in hanc auem metamorphoſis, illius nempe, quem Steleni filium fuiſſe memorant, & Ligurię regem Phaëthontisq; materno ſanguine, ac ſumma beneuolentia coniunctum: cuius infelicis adoleſcentis caſu, cùm multum doluiſſet, ab Apolline in Cycnum transfiguratus auem, velut ignem odio habens, etiamnum inter paludes, & aquas flebilem exercet cantilenam, vt perquam luculenter cecinit Ouidius his verſibus:

Affuit huic monſtro proles Steneleia Cycnus,
Qui tibi materno quamuis à ſanguine iunctus
Mente tamen Phaëthon propior fuit: ille relicto
(Nam Ligurum populos, & magnas rexerat vrbes)
Imperio, ripas virides, amnemq; querelis
Eridanum impleràt, ſyluamq; ſororibus auctam.
Cum vox eſt tenuata viro, canaq; capillos
Diſſimulant pluma, collumq; à pectore longè
Porrigitur, digitoſq; ligat iunctura rubentes.
Penna latus velat, tenet os ſine acumine roſtrum,
Fit noua Cycnus auis, nec ſe caloq; Iouiq;
Credit, vt inultè iuſſi memor ignis ab illo,
Stagna petit, paluſq; lacus, ignemque peroſus
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.

Recenſet eandem hanc metamorphoſim breuiter *m* Virgilius, cùm canit.

Non ego te Ligurum ductor fortiſſime bello
Tranſierim Cycne, & paucis comitate Cupauo,
Cuius Olorina ſurgunt vertice penna
Crinem amor veſtrum, formaq; inſigne paterna,
Namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati
Populeas inter frondes vmbramq; ſororum
Dum canit, & maſtum muſa ſolatur amorem
Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam
Linquentem terras, ſidera voce ſequentem.

Poeticæ efficacia.

k l. 10. Genealog. Deor.

Homines agiles vt generẽtur.

l In Phocicis.

Tenedos inſula vnde dicta.

Tenedia bipenni præcidere quid ſignificet.

Cycni Ligurum regis fabula.

m l. 10. Aeneï.

Pauſa-

Pausanias quoque Cycnum refert, fuisse regem Ligurum, qui trans Padum supra Celticam fiti sunt, ἄδρα μινύοντα, eumq; post mortem, voluntate Apollinis in Cycnum auem mutatum. Volunt Mythologici poetas hoc figmento significare, principes optimarum artium expertes esse nõ oportere, vel esse prorsus ignaros, quæ liberales vocantur, cùm & animum ad regias virtutes, & ad optimam rerum præsentium administrationem, & ad futurorũ prudentiam mirabiliter effingant, & ad rerum, vel aduersarum, vel secundarum euentum æquo animo perferendum. Istud à musicæ scientiæ primum inchoandum esse censent, sed non ab illa rabularum, ac combibonum garrulitate, aut vociferatione. Huic enim ea vis est, vt animum, moresq; parumq; aptos prius, componat, deinde præparet compositum ad omnes rectas disciplinas facilè imbibendas. Alij dixerunt, poëtas ad viuentium coniunctorum Cycni ipsius regis gratiam illum immortalibus laudibus extulisse ob peritiam musicæ facultatis, quem & gratum Dij hominem fuisse dixerunt, & post mortem etiam vixisse, atq; in auem pulcherrimam, Apolliniq; dicatam mutatum, quæ vel mortem ipsam cum cantu exciperet, quia se Deo amicam esse sentiat, & ad meliorem vitam transituram. Nam cùm mors communis sit omnibus animantibus, neque vlla sit differentia sanguinis, facultatum, honorum, nisi quis vi laudis, ac virtutis communem omnibus vitæ metam perpetuitate nominis superauerit, vel nihil est tam magnopere expetendum in rebus humanis, quàm sola gloria, quæ per bonitatem morum, sanctitatem, fidem, pietatem, integritatem, innocentiam, ac beneficentiam latè extenditur. Fit etiam hoc ipsum per disciplinam, liberaliumq; artium præstantiam cognitionis, qui honor in animis posterorum diutissimè cõseruatur. Nam cùm fieri omnino non possit, vt nihil agamus, quod aptius præclaris ingenij relictum est, in quo se exerceant, cùm quid datur ocij, quàm in cognoscendis rebus gestis præteritorum temporum, & delicijs, quibus se suosq; perdiderunt præfecti, aut quibus virtutibus hæc omnia ab ijsdem sapienter sunt conseruata? Est illud præterea studium honestissimum omnium, ac vtilissimum, & cæteris omnibus occupationibus præferẽdum, quo aliquis se ipsum ad vitam quàm honestissimè cum virtute transigendam informet. Vt vero ad transformationes, vnde digressa est, oratio redeat, aliam de quodam puero in Olorem mutato fabulam recenset Ouidius, Medeam, canens, post quam Cãã vrbem peruenisset, in qua Alcidamas Columbam ex filia procreatam vidit, inde Hyeren lacum, & Cycni tempe vidisse, quibus in locis Phyllius quidam Cycnum puerum adamasse dicitur, qui cùm illius pueri iussu, & volucres, & ferum leonum domuisset, illiq; donauisset, postremò taurum, quem quoque puero iubente vicerat se ei datum negauit: quare indignatus is puer sese ex alto præcipitem dedicit, & in Olorem versus est, Hyere autem illius mater filij casum assiduè flendo in stagnum sui nominis commutata est.

Fabulæ expositio.

Musices vis.

Mori omnibus animantibus commune.

Studia honesta quæ.

Pueri in Olorem mutati fabula, in l. 7. metã.

Inde lacus Hyeres videt, & Cycnea Tempe,
Qua subitus celebrauit Olor: nam Phyllius illic
Imperio pueri, volucresq; ferumq; leonem
Tradiderat dominos, taurum quoque vincere iussus
Vicerat: & stricto tortes tratus amori
Præmia pescenti taurum supremaneguit.
Ille indignatus, cupies dare, dixit: & alto
Desiluit saxo, cunctí cecidisse putabant.
Factus Olor niueis pendebat in aere pennis.
At genetrix Hyere seruatum nescia, flendo
Delicuit, stagnumq; suo de nomine fecit.

Antonius Liberalis verò Cycnum, & Thyriam (sic autem matrẽ Cycni nominat) in Cycnos aues abijsse scribit, fabulãq; narrat sic: *Nicander*, inquit, *libro Alexiporum tertio, & Aeacus Laco in carmine, cui Cycnus nomen est, ita narrant, quod sequitur. Apollini & Thyria Amphinomi filia natus est Cycnus facie formosa, moribus vel egantibus, & agrestibus, nimio studio venationis deditus, habitabatq; ruri inter Pleuronem, & Calydonem. Multos habuit ob pulchritudinem amatores, quorum cùm præsuperbia admitteret neminem: mox omnibus inuisus abijsq; aspernatus, solo Phylio apud ipsum perseuerante: quanquam hunc quoq; non mediocribus affecit contumelijs. Extiterat sub idem tempus apud Aetolos ingens Leo, qui & in ipsos, & in pecus grassabatur: Hunc Cycnus iussit Phylium sine ferro interficere: idq; is in se recepit, leonemq; tali necauit astu. Cùm sciret, qua hora leo esset superuenturus ventrem implenit multo cibo, ac vino, cumq; bellua appropinquaret, ea euomit; quæ leo famelicus devorans, vini vi è stupido sopore ebrius, & Phylius brachio, cui vestem suam circumuolauerat, in os inserto, leonem suffocauit, sublatumq; in humeros, ad Cycnũ attulit, nomenq; apud homines illustre ea facinore sibi paranit. Sed Cycnus alium adhuc difficiliorẽ ei laborẽ iniunxit. Erant ea in regione Vultures mon-*

Cycni, & Thyriæ fabula.

Phylius leonem sine ferro, quomodo occiderit.

Phylius vt Vultures vivos cepe-rit.

Phylius taurum ad aram Iouis perducit.

Lacus Cycnea.

Phylij monumentū.

monstrosæ magnitudinis, qui multos homines interficiebant: hos eum vivos capere, & ad se perducere, quamis ratione, instar; Dubitante Phylio, quomodo hoc mandatum conficeret, diuinitus euenit, vt Aquila raptum leporem, semianimemq; eodem deiceret, non prius latum ad nidum. Phylius, direpto lepore, sanguine eius se impleuit, & humi procubuit: itaque Vultures ad eum, vt mortuum deuolarunt; quorum ille duos pedibus arreptos tenuit, atque ad Cycnum pertulit. Tertium ei hic prioribus adhuc magis arduum imposuit laborem: taurum ab armento iubens manu abducere ad aram Iouis, Phylius cùm perficiendæ huius rei rationem nullam inueniret. Herculis auxilium imploravit. Voto facto, duo ei tauri apparuerunt, qui propter vaccam, quam vterq; ardebat, pugnantes cornibus se mutuò in terram prosternebant: cùmq; elanguissent, Phylius alterum pede correptum ad aram vsque pertraxit. Voluntate autem Herculis capit deinde negligere mandata pueri. Accidit hoc grauissimum Cycno, quod se, quod minimè opinatus foret, contemptum videret. Itaque præ mœrore animi seipsum abiecit in Conopam lacum, videriq; inter homines desijt. Eodemq; etiam se Thyria mater, filij mortem non ferens præcipitauit, amboque in aues sunt mutati in lacu Apollinis nutu. Ab ijs quoque Lacus Cycneæ appellata est: ac tempore aprionis multi ibi visuntur Olores. Prope extat etiam Phylij monumentum. Hæc itaque Antonius Liberalis.

VSVS IN CIBIS.

Cycnicare.

a lib. 5.

SI Racham Cycnus est, vt septuaginta verterunt, tanquam immunda auis in cibis prohibita fuit in Leuitico. Verùm præterquamquòd Cycnus ea culpa vacat, ita etiã Christianis, qui præceptum intelligunt, multa in cibis cædunt, quæ ibi ceu impura vetantur. De Laude Cycni in mensis nonnihil suprà dictum. De bonitate carnis apud Græcos nihil proditum reperio. Albertus eam nigram, & duram esse ait, sicut omnium auium aquaticarum magnarum. Sed Cycni bifariam ad mensæ vsum damnantur, & quia aquatici, vnde caro est excrementitia, & quia cæteris, vt Anseribus, & Anatibus grandiores, vnde duriores etiam sunt, & ad digerendum rebelles. Ex pullis lautiores quandoque epulæ instruuntur, non tam raritatis, quàm præstantiæ causa. [a] Platina ad patinam, venire ait eadem ferè ratione, qua Anseres; item debere elixari.

VSVS IN MEDICINA.

a Tetrab. 2. serm. 279.

Adipis vsus.

CYCNI tenellum pullum in oleo decoctum [a] Aëtius admirabile neruorum medicamentum esse scribit. Adipis frequentior est vsus: hunc faciem purgare, atque erugare tradit Plinius, & ad lentiginem commendat Serenus:

Cycnæos adipes hilari misceto Lyæo
Omne malum properè maculoso ex ore fugabis.

b l. 30. c. 9.

Ouorum.

Alibi eum etiam [b] Plinius ad sedis vitia laudat; item ad emolliendas vuluarum duritias, & collectiones, ac denique aduersus hæmorrhoidas. Videtur autem ad idem vtilis Cycni adeps, ad quæ Anserinus, de quo copiosè agemus suo loco. Oua ad ignem sacrum celebrat Serenus, dum canit:

—— Vel Oloris fœtibus oua
Sed non cocta dabis, sic torrida membra fouebis.

Pellis vsus.

Pellis vnam cum plumis paratur pro operimento pectoris, & ventriculi, tanquam concoctionem iuuandi peculiari aliqua vi prædita.

ICONES. STATVÆ.

a l. 1. Argonaut.

CASTOREM, & Pollucem vnà cum Helena, & Clytemnestra, & Læda à Ioue in candidissimum Olorem mutato procreatos anteà dictum fuit: quam generis sui claritatem plurimi fecisse verisimillimum existit, idq; in primis mihi significare videtur [a] Valerius Flaccus Cycni iconem in vestibus suis depictam vsurpasse scribens his versibus:

Illis Tanario pariter tremit ignea fuco
Purpura, quod geminæ mater spectabile telæ

Duxit

Duxit opus bis Taygeton syluasq; comantes
Struxerat, Enrotam molli bis fuderat auro.
Quamq; suus semipes de stamine portat,
Et volat amborum patrius de corpore Cycnus.

Ouidius pariter Arachnen, si benè memini, cum Miuerua de textoriæ artis præstantia certantem, Lædæ eiusdem imaginem in tela sua texuisse, quæ Olori succumberet, prodidit: *Arachnes tela.*

Fecit Olorinis Ledam recubare sub alis.

Romæ in aula Illustris. Cassiorũ Lædæ nudæ, & velut ex balneo prodeũtis statuæ Cycnus marmoreus astat, & à Cupidine amplexatur. In ædibus Euryali cognomento Syluestris eadem Lædæ statua conspicitur, sed absq; capite, & ante pedes eius Cycnus Apud Cardinalem Hyppolitum Medicen, vt refert Pierius Valerianus, signum ex marmore pulcherrimè ductum habebatur, qui, inquit, Apollo fidicen est; leuam enim manum admonet ad lyræ iugumæa Cycni dorso sustinetur. Cycnus ipse, collo suauiter reflexo, rostroq; ad chordas verso parem videtur cum lyra harmoniam emodulari. Dextera Apollinis dextro innititur genu, eaq; plectrum continet: adiacet ibidem humi pharetra, vtpote signum, Deum ipsum non semper arcum tendere, sed aliquando tacentem musam cithara suscitare. In Perillustri illo Parmensium Ducis Nymphæo, quod in suburbano eius est, mirificè delectant, atq; intuentium oculos remorantur Tritones, qui e buccinis suis aquas euomunt, Cupidines in Cycnis, & delphinis per aquas vecti. *Apollinis statua.*

VSVS IN INSIGNIBVS.

CYCNVS cur apud veteres Romanos, ac Græcos frequens vsitatissimumq; insigne fuerit, duplex ratio, tùm quòd artem nauigandi homines docuerit, tùm quia augurio suo nauigantibus prospera, faustaq; portenderet. Nunc autem non in proris, sed in summo malo, vel eius vexillo, Cycnos multa nauigia pro insigni gerunt. Cupauo Ligurum dux, & filius illius Cycni, qui in auem hanc mutatus dicitur, Olorinis pennis cassidem exornabat, vt meminit his versibus *a* Poeta. *Cycnus cur nauium insigne.*

a lib. 10. Aencid.

Non ego te Ligurum ductor fortissime bello
Transierim Cycne, & paucis comitare Cupauo,
Cuius Olorina surgunt de vertice pennæ:
Crimen amor vestrum, formaq; insigne paterna.

Quo loco Nicolaus Erithræus, Galea, inquit, cristis adornabatur, quo terribilior hosti fiat, & miles cristatur procerior appareat. Has autem ex Olorinis pennis colligere moris fuit, & ex equinis setis, cùm hodie ex Struthiocamelo plurimùm petantur. *b* Petrus Angelius Bargæus per Cilnium Aretinorum ducem in Syriaco bello strenuum pro insigni Cycnum vsurpasse scribit, canens:

b lib. 7. syr.

Cilnius Aonijs proles gratissima nymphis
Areti decus, & vatum spes fida bonorum
Fert niueum clypeo Cycnum, leue corpus ad æthram
Tollentem, & cantu cali conuexa replentem,
Stemma domus dotum, & maiorum insigne suorum.

Pepulorum antiquissima, & nobilissima Italiæ familia; quæ ex Britanniæ Regibus ortum ducit Vrbis nostræ splendor, atque ornamentum, cassidem insignis sui hac laudatissima volucre exornat, Cycnumq; non parum nobilitat. De cuius familiæ præclarissimorum Procerum factis, cùm referta sint historicorũ plurimorum monumenta, ego nihil hîc dicam, ne totam clarorum virorum virtuti, atq; splendori tenebras rudi hoc meo stylo offundam. Gentilitia Bocchiorum insignia hinc quoque celebrat *c* Achilles Bocchius hoc doctissimo epigrammate.

c lib. 11. symb. 5.

Aurea norma tribus stellis circundata signat
Cæruleo Bocchi Stemma tuum in spatio.
Vt niueus galeæ pastis Olor insidet ales,
Rostro aliud sydus qui vomit æthereum.
Optima nimirum ratio est illa aurea norma
Quæ trino, atque uno à lumine lumen habet.
Hinc candor vitæ illapsus, diuinaq; fandi

Copia: præſidio hinc additur omne decus.
Maurus auis quondam hæc veſtris inſignia Bacchus
Et gentilitium nomen habere dedit.
Ad ſummam tota ſemper ratione colendum
Eſſe Deum tota mente Numiſma monet.

Cicinellæ familiæ inſignia. Neapoli Cicinella nobilis habitat familia, quę, teſte Scipione Mazzella, qui de Neapolitanis familijs ſcripſit, Cycno in inſignibus ſuis candido, in campo rubro, vt dicunt iſti, vtitur.

VSVS PENNARVM.

PENNARVM Cycni cùm magnarum, ſiue remigum, tùm minorum nudum eius corpus obtegentium, vſus celebratur à quibuslibet. Magnæ enim præterquam quod pro calamis ſcriptorijs inſeruiant, & plurimùm cõmendentur, etiam galeas veterum, vti iam ex Erithræo dictum eſt, adornabant. Narrat *a* Andreas Theuetus incolas ſyluarum Cannadæ (regionis nomen eſt in America) vexillis vti ſanè extraneis, & inuſitatis ex arborũ ramis nimirum, pennis Cycnorum exornatis, quos, inquit, in aerem explicant, volutantq;, & ſi vincere contingat, pelles faciei inimicorum ſuorum in quibuſdam circulis in ſignum victoriæ ſecum domum portant. Hollandæ famulæ integris, vt audio Cycnorum alis angulos domuum, qui ſcopas non admittunt, verrunt, priuatimq; een vvieck, ideſt, alam nominant. Minores tantæ mollitiei lectos præſtant, vt magnates, præter eiuſcemodi, cæteros nolint. Quinimo Venerem, tradunt, non alio recubare lecto voluiſſe, quàm qui è Cycni plumis, factus eſſet, præſertim verò ijs, quæ ſupereminentibus pennis ſubſunt, quam lanam appellauit hoc diſticho *b* Martialis.

a lib. 2. de Amer.

Minorum pennarum vſus.

b lib. 14.

Laſſus Amyclæa poteris requieſcere pluma.
Interior Cycni, quam tibi lana dedit.

c Baptiſta Mantuanus huiuſmodi lectos inter pretioſiſſima ſupellectilia connumerat.

c lib. 5. Alphonſ.

Vbi Oloruæ ſubter velamina pluma?
Serica odorata chlamydes? Aſiatica Gaza?

Alibi etiam Cycni pennas ad hunc vſum meliores, cæteris, quia nimirum molliores, celebrat, D. *d* Nicolaum Tolentinum, inquiens, nunquam hiſce mollibus lectis membra ſua refocillaſſe.

d lib. 2.

Non ſtratum ſtuuialis Anas, non Anſer Anate
Grandior exhibuit, non mollior Anſere Cycnus.

Eleganter etiam Franciſcus Petrarca Cycnum pro lecto molliſſimo accipit hoc verſu:

Poſtremùm in Cycno dant corpora calta ſopori.

Ex eiſdem minoribus denique plumis ſimul cum pelle à carne abſtracta, manicæ, ſiue brachialia à nobilioribus matronis expetuntur.

DE ONOCROTALO, ſeu Pelecano. Cap. II.

Onocrotali cum Cycno ſimilitudo. a lib. 10. cap. 47.

CYCNO, ſiue Olori iure optimo ſuccedit Onocrotalus, auis non ſolùm palmipes, & eadem, quæ *ille* loca amans, flumina ſcilicet, ſtagna, atque mare, verum etiam tantam cum Olore, teſte *a* Plinio, ſimilitudinem habens, vt *diſtare non æſtimetur*, inquit, *niſi faucibus ineſſet alterius vteri genus miræ capacitatis*. Sed priuſquam huiuſce alitis hiſtoriam exordiar, beneuolum lectorem volo admonitum, cum verò potiſſimum, qui Ornithologi de auibus lucubrationes legit, ne vnà cum illo, Onocrotalum diuerſum à Pelecane Ariſtotelis exiſtimet. Ornithologi enim Pelecan, ſiue (vt vocant recentiores Latini Pelecanus Ardeæ) genus eſt, Leucorodium vocant Ariſtoteles, & Plinius. Pelecanem verò ſuum Ariſtoteles in primis τὸν ἐν τοῖς ποταμοῖς νεμόμενον, ideſt in fluuijs agentem, hoc eſt palmipedem appellat; Leucorodius verò, ſiue Ornithologi Pelecanus propè tantummodo fluuios, aut aquas verſatur. Alia ratio eſt eaq; longè maioris momenti, atq; ponderis, capaciſſima illa ingluuies, quam vt diximus, Plinius tribuit Onocrotalo: nam & Ariſtoteles ſuæ Pelecani eandem attri-

Ornithologi Pelecan.

attribuit, nimirum τὸν πρὸ τῆς κοιλίας τόπον. Pelicino, quam eandem esse cum Pelecane nominis conformitas ostendit, Oppianus quoque κόλπον ἐξηρτῆσθαι πρὸ τοῦ στέρνου, hoc est, sinum ante pectus dependere scribit. Cum itaq; ingluuie isthac Ardea illa, quam Pelecanum esse contendit Ornithologus, careat, & aquis non innatet, Pelecanus esse neutiquam poterit. Et quanuis Ardea illa, quam pro Pelecane obtrudit Ornithologus conchas etiam ingestas, vbi calore apertæ sunt, euomat, vt hiantibus iam testis carnes earũ deuoret, vt de Pelecane scriptum reliquit Aristoteles: ego inde sequi nou puto, Pelecanum esse: id etenim Oppiani Pelicino etiam conuenit, quem ipsemet Ornithologus eandem esse cum Onocrotalo statuit.

Pelicins, inquit Oppianus, *non minus, quam Lari veraces, non toto tamen corpore merguntur, pisces obuium quemq; amplissimis faucibus exceptum deuorant. Sinus quidam ante pectus dependet, in quem cibum omnem tubercinãtes aliquantisper retonauit, & nec testa quidem intectis abstinent, sed una cum testis primum quod se obtulerit, deglutiunt: deinde mortua in os reuocant, & retectis testis pulpam vorant. Nam quæ dum viuerent, occlusa erant, vita spoliata apertuntur, & aehiscunt.* Hæc ille. Cæterum si quis nondum acquiescat, Plutarchum adeat, & Ælianum, qui Pelecanum ab Ardearum genere manifestò distinguunt his verbis: *Vt conchas Pelecanus*, inquiunt, *quas deuorarit, ventris calore discuncatas euomit, & pulpam à testis seligit: sic Herodius* (Ardeam hæc vox denotat) *ostrea testis obducta vorat, & ingluuie concalfaciens tandiù custodit, quoa calore stomachi dissoluuntur. Postquam verò ita diductas senserit tectas, eas euomit, & carnem ad sustentandum se retinet.* Hæc illi, ex quibus satis patere arbitror, Ardeam illam Ornithologi Pelecanum esse non posse, cùm Pelecanum hi præclarissimi authores ab Ardeis, apertissimè diuersam auem faciant. Nostræ quoq; sententiæ assertor est Petrus Bellonius, qui tamen Onocrotalum ab Aue Diomedea *b* Plinio nuncupata, siue Catharacta lubæ non distinguit: cùm tamen diuersa auis sit: vt patebit, cùm eam ex Diomedea insula mihi aliquando transmissam, inferius suo loco depingam. Sunt & alij, qui Onocrotalum cum Botauro, siue Ardea Stellari eandem auem volunt, quorum profectò longè maior est error, quàm qui pluribus refelli debeat. Nihil enim his auibus, præter soni absurditatem, quo hæc mugit, illa rudit, commune. Præterea Pelecanum aliqui cum Porphyrione turpiter confundunt, eandem auem arbitrati, eò quòd Septuaginta alicubi Pelecanum reddiderunt, vbi D. Hieronymi translatio Porphyrionem habet: sed hi quoq; facilè conuincuntur.

b lib.10.c.44

Onocrotalus non est Ardea Stellaris.

ÆQVIVOCA.

ONOCROTALVS, ni fallor, æquiuoco caret. Πελεκὰν verò quandoque non auem de qua scribimus, sed picum significat: qua de re abundè dixi in Pico. Πελεκὰν præterea Hesychio, & Varrino genus est poculi lignei, vel peluis lignea διὰ τὸ πεπελεκῆσθαι: inde dictum, quòd non torno, sed dolabra factum sit. Dolare enim Græci πελεκᾶν, πελεκῆσαι, & πελεκίζειν dicunt. Latinorum Pelecanus, si Francisco Alumno Italo credimus, etiam piscis nomen est: sed cùm huius significati authorem non habeat, pisci, quæ alij, aui tribuens, piscem cum aue confundere clarum est. Chirurgi verò Pelecanum nominant organum quoddam, quo dentes apprehensi extrahuntur (fortè à figura, nam & Onocrotali rostrum in extremo arcuatur, vt instrumentum illud) & Chymistæ genus vasis vtrinq; canalibus in orbem tanquam ansis extensis. Pelecinos apud medicos Græcos genus est herbæ, cuius semen πελέκεως, idest, securis speciem refert. Est enim in siliquis cornutis latiusculum è parte altera crassiore rursus alteram paulatim tenuius. Latini hanc herbam eodem significato appellant Securidicam, vel Turnebus legendum censet, Securiclaram: alio nomine Græcis, & Latinis dicitur Hedysarum.

Picus.

Pelecanus piscis.

Pelecino herba.

Securidica.

Securiclara

Hedysarũ.

SYNONYMA.

Chaſida. CHASIDA in Deuteronomij 14. ſeptuaginta Pelecana, Leuitici 11. & Pſalmo 104. Herodium, Zachariæ quinto Epopa, ideſt, Vpupam interpretati ſunt, Hieremiæ 8. Hebraicum relinquunt, teſte Hieronymo, *aoida* transferentes, vt & Iob. 39. Hieronymus in Leuitico, & Pſalmo 104. Herodium conuertit, in Deuteronomio Onocrotalum, Hieremiæ octauo Miluum, vti etiam Symmachus, & ſexta æditio Pſalmo præcitato. Rabbi Salomom Zachariæ quinto Vulturem putat. Chaldæus Deuteronomij 13. pro Chaſida habet Charadita, quæ vox ad Græcam Herodius parumper accedit. Arabs Zakid. Perſa Hebraicam vocem reliquit. Arnobius, & Auguſtinus Pſalmo 104. Fulicã reddiderunt. Rabbi Dauid, & Abraham, dicunt eſſe auem magnã, quæ nidificet in ſublimioribus domibus, & abietibus, ac per ſingulas hyemes, & æſtates locum mutet, quod Ciconiæ in primis conuenit, quã recentiores ferè Iudæi etiam Chaſida interpretantur. Qui Pelecanum, Vulturem, & Ciconiam verterunt, ad harum auium memoratam ab omnibus pietatem, & benignitatem reſpexiſſe videntur: hoc enim Hebraica vox indicat, vt eius linguæ periti volunt. Ornithologus Chaſidam Ciconiam potiùs interpretatur, quoniam quotannis migret, & redeat, quod de Chaſida ſcribitur ab Hieremia, ſed cùm idem quoque faciat Onocrotalus, ideſt, noſter Pelecanus, dubium etiamnum eſt, quàm propriè auem ea vox denotet. Kaath & Schalak eiuſdem linguæ vocabula etiam confunduntur, & pro eadem aue accipiuntur, cùm tamen Deuteronomij 14. vtraque ſeorſim nominetur inter impuras aues: quo loco vir quidam non indoctus pro Kaath Vpupam tranſtulit, Septuaginta Catharacten, Hieronymus Mergulum, aliqui Ardeam: vt Scalak etiam Leuitici vndecimo, D. Hieronymus, & Septuaginta Nycticoracem; aliqui Mergulum, alij Ardeam. Dauid Kimhi Scalak, vt magiſtrorum ſententia Heſchula, auem quãdam marinam exponit piſcium captatricem. Abraham Eſre Leuitici 11. auem, inquit, dicunt eſſe, quæ naturã eã eſt prædita, vt abijciat fœtus ſuos. Is autem eſt *Caculus*, vt *eruditi quidam* iudicant. Kaath verò Dauid Kimhi à vomendo dictam putat: Rabbi Ionas auem vocatam dicit Kaah, & thau radicalem putat literam. Porro nonnulli vocant Kik, vel hakik, quam auem Iudæi *Cuculum* putant. *Rabbi Abraham* Pſalmo 102. & Leuitici 11. *Auis eſt*, inquit, *ſolitudinem amans à vomendo dicta, cuius vox, ceu cohi, ideſt ploratus, Kik dicta.* Deuteron. 14. Chaldæus Catha, Arabs Kuk reddit, Perſa Hebraicam vocem ſeruat. Septuaginta Leuit. 11. & Pſalmo 102. Pelecana vertunt, Deuter. 14. vt dixi, Catharacten. Eſaiæ 34. *ἰβὶς* ideſt, auem, Sophoniæ 2. Chamæleontes (Alij verò Koah, vel Koach Chamæleontem eſſe aiunt, non Kaath) D. Hieronymus pſalmo vltimum citato ſeptuaginta imitatus Pelicanum, alibi Onocrotalum. Sunt quidem aues iſtæ, Mergus, Catharacta, Pelicanus, ſiue Onocrotalus omnes piſciuoræ. Sed ſi à vomitu, vt dictum eſt, & à voce ea dictio ortum ducat, Onocrotalum optimè ſignificabit: Is enim & conchas deuoratas, vbi concoctionis calore apertæ fuerint, euomit, vt carmen à teſtis ſeligat, & vocem lamentabilem, aut potiùs terribilem inſtar rudentis aſini ædit. Pagninus, & Oecolampadius Kaath Eſaiæ 34. pro Onocrotalo accipiunt. Auicenna, teſte Alberto, vocat Pelecanum Balazub. Hic verò apud Ariſtotelem alicubi Falakynes, alibi Kalakanez habet pro Pelecanes. Nonnullis Græcis Ὀνοκρόταλος appellatur, Ariſtoteli, vt dixi φαλακρὸς, Oppiano πελεκᾶνος, quanquam Ariſtophanes Pelicanũ, & Pelicinum ſimul nominet, tanquam aues diuerſas. Latini recentiores Pelecanum verterunt, excepto Theodoro Gaza, qui Plinium ſecutus Plateam tranſtulit. Pelicani ridiculam ſanè nobis etymologiam, licet alioquin res ipſa vera ſit, confixit author de rerum natura, ita dictum inquiens, quod pellem habeat canam, id eſt, plumas albas. Kiranides Ramphium auem eſſe ſcribit, quæ alio nomine dicitur Pelecanus, nimirum à roſtri longitudine, quod Græcis ramphos dicitur, id verò nomen ſanè Onocrotalo noſtro egregiè conuenit. Albertus Oſinam vocat, inquiens, eſſe auem albam Cyeno maiorem, vel æqualem, additq; ſuis Volinarum appellari. Quo loco Matthiolus Senenſis in prius æditis ſuis in Dioſcoridem commentarijs non Oſina, ſed Oſſifraga legit, Onocrotalum interim eſſe ignorans. Sed poſtea errorem, la plumq; ſuum videns in poſtremis æditionibus, ſe hoc modo defendit, atque excuſat. *Caterum*, inquit, *quod nobis eſſet Alberti codex librariorum culpa depranatus, in quo Oſſifraga pro Oſina legebatur, tam diudum credidimus Oſſifragam apud Albertum eam auem eſſe, quæ in maritimis noſtris Senenſibus circa Herculis portum, & Orbetelli ſtagnum ſæpenumero viſitur, Cyeno maior, roſtro longo, inferiori parte ſacculi in-*

ſtar

Charadita Zakid. *Kaath. Schalak.* *Heſchula.* *Kik hakik.* *Catha. Kuk. Koah.* *Onocrotalus conchas euomit.* *Balazub. Falakynes. kalakanez.* *Pelicani etymum.* *Ramphius.* *Oſina. Volinarus.*

Agrotto.

Car albi. Hæc autem incolis vulgò vocatur Agrotto. Sed cùm postea animaduertissem Albertum in hac historia aperiè Aristoteli refragari, atque aliud Alberti exemplar nactus essem, in quò Osina, non Ossifraga, vt vitiosè in alio scriptum erat, cœpi eos acriter accusare librarios, quorum negligentia in causa fuit, vt in hoc mihi ipsi hactenus imponerem, secutus depranatam Alberti lectionem. Hæc ille. Autor de natura rerum Osyna habet per y adiuncta descriptione, quæ omnino Onocrotali est. Latini Onocrotalum, vt Græci dicunt, quòd collũ, vt ait Perotus alus atq; mergens, spiransq; velut ruditum asini ædat. Latinis tamen Truonem dici testatur Verrius Flaccus: quare Cæcilius Comicus, vt citat Festus, irridens quendam ob nasi magnitudinem dixerit, *Proh Dij immortales, vnde hic prorepsit Truo?* Quem locum annotans Perottus, Trua, inquit, nomen est vasis, quo à transuolando aliqui dictum putant, quod transuolet ex ea aqua, vnde & Truo auis dicta est, ob colli magnitudinem, quod per id aqua transuolet. Pelicanum quoq; Isidorus Canopum Ægyptium dici testatur. Onocrotalum Itali Grotto nominant, & Grottò marino, item Grotto molinaro, & Agrotto secundum Matthæolum. Albertus aliquoties vulgò Volinare dici scribit, sed qua lingua non addit. Ego eam vocem ab Italorum molinaro corruptam arbitror: cur verò his Grotto molinaro hæc auis vocetur, ignoro, nisi ita dictam velimus, quòd prope molas, quæ in fluminibus sunt, versetur, pisceſq; ad eas propter farinam accurrentes, venetur: molinaro enim molitorẽ nobis significat. Grotto autem ab Onocrotalo corruptum videtur. Iijdem Itali Pelecanum secuti commune pictorum figmentum (qui hanc auem ita pingunt, ac si ex inflicto sibi vulnere emanante sanguine pullos aleret, aut iam mortuos ad vitam reuocaret) & nescientes esse Onocrotalum Pelecano nuncupant. Onocrotalum verò etiam vccello del Duca, ideſt, auem Ducis. Hispano Groto, Galli, vel potius Sabaudi circa Lausannam Goettreuse, quasi gutturosam ab ingluuie ea, quæ strumæ instar, propendet. Bellonius Gallis ait appellari Liuane. Georgius Agricola Germanicè interpretatur Schneegansz, hoc est, Anserem niuis, vel niueum, sed Ornithologus hoc nomen Anserifero tribuit, quem aliquibus Germanis Meerganſz, ideſt, Anserem marinum appellari scribit. Ferè enim, inquit, peregrina à mediterraneis marina vocantur, & quanquam in dulcibus etiam aquis reperiatur Onocrotalus, magis tamen frequentat marinas. Mechliniæ in Germania inferiore, vbi publicè alebatur, ficto nomine vulgò nominabatur Vogelheine, alioqui Belgis Pelicanus vulgari sermone dicitur een Pellicaen. In Austria, vt idem Ornithologus sese audiuisse refert, ein Onuogel, quasi, inquit, dicas, auem absurdam, & à communi auium natura multùm diuersam, vt hominem absurdum vocamus ein Onmensch. Possent etiam fingi nomina Eselschryer à voce asinina. Kropffuogel ab ingluuie prominente. *Hæc Ornithologus. Bellonius Belgis ait appellari een vogel van Etna, ideſt auem Ætnæ. Circa* Holesan Finlandiæ, quæ pars est Scandinauiæ regionis, vel insulæ ad septentrionem remotissimæ, lacum, Surpesi dicitur, Vandalis, & Gepedis, teste Vvolfango Lazio Bukhriez à Græco Βυκάνης: Turcis Sackaguſch, Indis Mexicanis Alcatraz.

Osyna.

Onocrotali etymum.

Truo.

Trua.

Canopus Aegyptius.

Grotto marino.

Grotto molinaro.

Arotto.

Grotto.

Vccello del Duca.

Goettreuse.

Liuane.

Peregrina quibus marina dicantur.

alib. 3. de Auib. c. 2.

Auis Aetnæ.

GENERA.

ALBERTVS duo Onocrotali genera esse scribit, syluestre, & aquaticum, & vtrunq; solum inter reliquas aues carere splene. Ego præter aquaticum nullũ aliud agnosco, & aliud reperiri non puto, quanuis Alberto assentiatur Isidorus. Minus rectè etiam D. Hieronymus, vel alij ex eo Pelecani duo genera esse recitant, vnum volatile, alterum aquaticum: nisi ita distinxisse putemus, vt Leucorodius, siue Pelecanus Ornithologi auis nimirum multum alis valens ad volandum sub primo genere intelligatur, sub secundo noster Onocrotalus, auis grauis, ad volandum fermè inepta, & quia palmipes, iure aquatilis dicenda. Nam & suspicandum est. Eucherius distinguit sic. *Pelicanus auis est, parua, quæ solitudine delectatur. Est & aliud Pelicanorum genus in Nilo, penè Cygnis simile, nisi quod paulo maiores sunt: quidam ita & Onocrotalos vocant.* Sicille, sed quæ ea auis parua sit non explicat. Odoricus de Foro Iulij in prouincia Manzi, vel India superiori præcipuam ait esse ciuitatem, quæ vocatur Censcalam: ibiq; Anseres haberi pulchros, duplo maiores nostris, totos albos cum osse supra caput vnius breui (sic habet codex eius manuscriptus) quantitate, colore sanguineo. Sub gula per semissem pendere. Apparet sanè hanc auem vel Onocrotalum esse, quod magis credo, vel alterum eius genus. Rectè etiam Ornithologus Onocrotalum Indicum interpretatur eam auem, quam Ælianus Indis Celan appellari scribit. Ait enim Ælianus, *esse magnitudine triplo maiorem Otide, ore permagno, ingluuie etiam maxima, & longis cruribus: absonum*

Anseres maximi.

Onocrotalus Indicus Cela.

num quiddam ſonare, eiuſque ſummas alas pallidas, cateras verò pennas cineritias eſſe. Hæc ille, interprete Gillio, ſed quod hic omiſit, Ælianus aui tribuit ingluuiem Coryco, ideſt peræ ſimilem, vnde & nomen illi forſitan factum eſt: κήλη enim Græcis herniam, & in gutture tumorem ſignificat. Itaque hanc vocem Ornithologus Onocrotalo hac præcipuè parte, & abſona voce ſimilem eſſe conijcit, maiorē tantùm roſtro, & colore differentem: nec Onocrotalum Indicū, inquit, appellare dubitarim. Volaterranus eo loco apud Ælianum non Celam, ſed Camelam legit, ſed Græcus codex manuſcriptus κήλαν habet, ideſt, Celam.

Κήλη Græcis quid.

DESCRIPTIO.

Pelecanum vt pingant pictores.

OMNIVM fermè regionum pictores, quibus, vt poetis, quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas, Pelecanum tanquam auem peregrinam, ac incognitam pro arbitrio hactenus pinxerunt, eo, quo hic vides modo, adunco, vt apparet roſtro pectus fauciantem, & effluentem ſub ea ſanguinem, hiante ore, excipientibus pullis: cùm nulla talis meo iudicio auis ſit, niſi quis Ægyptios de Vulture hoc verè tradere putet, quod Orus literis mandauit, eum ne fame pulli pereant, ſemori ſuo vlnus infligere, & emanantem ſanguinem ab illis exorberi. Verum autem Pelecanum, ſiue Onocrotalum, excepto Cygno, omnium aquaticarum maximū eſſe tradit Bellonius, nonnulli Cycno æqualem faciunt, Antonius Nebriſſenſis duplo maiorem, Petrus Martir Vulture maiorem, Olaus Magnus Anſeri comparat, cùm alioqui longè maior ſit, Cycno tamen duplo maior nō eſt, vt voluit Nebriſſenſis. Plinius non ſolùm colore, ſpecieq; corporis Cycno ſimilem, ſed magnitudine quoq; æqualem innuens, *Onocrotali*, inquit, *nihil ab Oloribus, diſtare exiſtimarentur, niſi faucibus ipſis ineſſet alterius vteri genus vtræ capacitatis.* Albertus maiorem ait, alaſq; extenſas humana brachia vtrinque extenſa exuperare. Ego corporis mole Cycnum vincere puto, quòd profectò nudum eius ſceleton facilè teſtatur, ſed contrà Cycnū colli proceritate excedere, Onocrotalum, ideoq; dixiſſe Bellonium, poſt Cycnum, aquaticarum omnium maximum eſſe. In Rodo, inquit alibi, vidimus Onocrotalum cicurem, per ciuitatem circumeuntē, paulò minorem Cycno, multo maiorem Anſere, vndiquaque album: cruribus Cycno ſimilem, vt etiam pedibus, ſed colore cinereo. Roſtrum erat largum, & inſtar canalis eſt, acutum, & recuruum in fine: plumas à vertice retrò tendit, vt Vanellus ſuam criſtam. Hæc ille, quæ in hunſce auis propria hiſtoria paulò tuſiùs repetit. De alio cicure Turnerus ad Ornithologum ſic ſcripſit: Onocrotalus Machlinienſis, quæ Vogelhain à Brabantis vocatur, quinquaginta annis, vt ipſi ferunt, Machliniæ vixit, Cycno maior eſt: pennæ foris albicant, in fundo verò rubrum quiddam oſtendunt. Collum duas ſpithamas longum eſt, aut paulò longius. Roſtrum, quod rubrum habet, dodrantali longitudine eſt, & quatuor vncias, & in hac hami propemodum more incuruum, & verſus finem latiùs, latiùſq; proturbinatur. Crura Anſeris ſimilia, breuia, nimium pro magnitudine tanti corporis: in pectore habet veluti ſaculum protuberantem. Alis eſt longiſſimis, & ipſis in ſumma extremitate nigris. Hæc ille. De eadem aue Ioannes Gulmanus Goppingenſis vir eruditus in hæc verba ad eundem Ornithologum ſcripſit, icone etiam miſſa. Auis quam Mechliniæ mihi conſpectam Vogelhain appellant, Cycno, vel Anſeri ſimillima eſt, ſed magnitudine ſuperat, colore albo omnino præter pennas, quas in alis ſubtus gerit, niſi quod pro ſenectute iam rubeſcere paulatim incipit. Roſtrum habet oblongum, & latum aliquatenus. Sub roſtro ſtrumam amplam, quæ interdum inflatur. De ea dicunt huius regionis homines fide digni, octogenarium eſſe, & Cæſaris Maximiliani caſtra aliquot annis præceſſiſſe, & quaſi caſtris locum ſignauiſſe. Idem etiam temporibus Philippi huius Imperatoris parentis factum autumant. Poſtea in aulare-ginæ aliquandiù, cum per ætatem volare potuit, ſemper ex præparatu aulicorum perfectionem adornari cognouiſſe dicitur. Itaque quandiù per ætatem licuit, reginam quaſi auis cicurata, ſecuta eſſe fertur. Nunc, quod ego vidi, impenſis regijs à quadam vetula illuc aluntur quatuor nummis, quos ſtipheros vocant, in ſingulos dies eis decretis. Paſcitur nunc piſcibus, & cibis liquidioribus, vt pane ex iure, &c. Et rurſus Hæc auis ab anu, quam dixi, eiuſq; parte, annis quinquaginta ſex nutrita eſt. De ætate ipſius, & vnde aduenerit, non conſtat. Alarum extenſarum ſpatium quatuor vlnas Brabanticas æquat hoc eſt quinque Helveticas ferè. Ante viginti annos tam ſublimi in aërem volatu quandoq; euchebatur, vt Hirundine nihil maior appareret. Ab eo tempore nonniſi rarò ex adibus, vbi aſſeruatur, in aulam Cæſaris, quæ ferè contigua eſt, volauit. Iam roſtrum, & pedes colore cæruleo; & ſub flauo videntur,

Vulturis erga fœtus pietas.

Onocrotali magnitudo.

Roſtrum.

Ætas.

Pelicanus Pictorum, & vulgi.



Onocrotalus, ſiue Pelecanus mas, cum Sparto Plinij.



Onocrotalis fæmina candidior cum iunco florido.



dentur, cùm olim ruberent, propter ſenectutem. Piſcibus tantùm viuis alitur, parciùs nunc, quàm olim. Hactenus ille. Integram verò etiam, atq; exactam Ornithologus nobis Onocrotali deſcriptionem fecit huiuſmodi. Cæterum Onocrotalus, inquit, quem ipſe captum vidi circa finem Februarij in lacu ad Tugium, duobus Tiguro miliaribus noſtris diſtante, cuius integri iconem dedimus, talis erat. Roſtrum ad oculos vſq; duos dodrantes longum, circiter tres digitos latum. Roſtro diuaricato ab vna extremitate ad alteram duo pedes ſpatij intererãt. Margines roſtri vtrinq; admodum acuti. Longitudo ab initio roſtri ad pedes vltimos extenſæ auis hominis procer itatem æquabat. Latitudo inter externa alarum circiter decem pedes. Color crurum, & pedum fuſcus, & in Cycnis. Totus erat albus, præter maiores alarum pennas fuſcas. Pondus totius auis libræ duodecim vnciarium vigintiquatuor. Magnitudo, & latitudo ſupra Cycnum. Ingluuies rubicunda ad croceum inclinans, dodrantis longitudine à poſteriore roſtri parte rectà deorſum, tam ampla, vt brachium cum pugno facillimè procul inſereretur. Lingua nulla. Arteria aſpera in ingluuiem ad ſex digitos pertingebat. Ingluuies ipſa toti roſtro adhæret, & anguſtior ad extremum roſtrum, & paulatim profundior, ad trianguli ferè figuram. Plumis munitur denſiſſimis, vt omnes ferè aquaticæ aues. Lien exiguus, & ſubrotundus, quanquam huic aui lienem Albertus neget. Iecur magnum, vt etiam cor. Ventriculus anguſtus, & oblongus, in quo ſaccus quidam viridis continebatur, & vermiculi quidam. Veſicam quoq; neſcio qua corporis parte (alius enim, qui exenteraverat, viſcera ad nos miſit; puto autem circa ventriculi principiũ ſitam fuiſſe) continebat, tenui membrana conſtantem, cylindri forma, diametro ambitus palmati: neſcio in quem vſum, niſi fortè, vt commodius natet, ac minori labore. Hæc itaq; Ornithologus: ex quibus quanquam exacta Onocrotali notitia haberi poſſit, placuit nihilominus & aliam deſcriptionem cum externorum, tum internarum partium, quam abhinc triennio confeci, adiungere. Allarum itaq; Ferrariæ ab aucupe hanc auem aurea drachma emi, & ſic delineaui.

Deſcriptio alia authoris.

Magnitudo à ſumma roſtri extremitate ad imos vſq; pedes ſpithamas decem exuperabat, & cum iuſtæ ſtaturæ homine menſuratus, eum non adæquabat tantùm, ſed vincebat etiam, tametſi ad perfectam magnitudinem, vti ex pondere conijcio, nondum peruenerat, ſiquidem decem, & octo libras duodecim vnciarum pendebat ſolùm, quando vigintiquinq; alium pendere quandoq; obſeruauerim, & vigintiquatuor pondo paullò antè ex Ornithologo meminerim. Alæ extenſæ ſpithamas duodecim perficiebant, adeo vt latitudo longitudinem ſuperaret, cõtrà ac in humano corpore euenire cõſueuit, in quo latitudo lõgitudini eſt æqualis. Roſtrum coloris fuſci, validiſſimum eſt, ac planè oſſeum, cuius ſuperior mandibula tres digitos lata eſt, longa verò duas ſpithamas. Inferior palmi longitudine ſuperiorem excedit, cùm ab interiori parte capitis ortum ducat, ſuperior in curuũ quendã hamũ crocei ferè coloris deſinit, quo piſces, cùm eos euomit, vt veſcatur, arripit. Eadẽ ſuperior mandibula intus plantaginis anguſti foliæ pẽtapleuri folij figurã exactè exprimit, extuberantibus nempè per eius longitudinẽ quinq; lineis, quę cùm aſperę ſint, ac velut oblonga tubercula, ijs, vt conijcio, piſces cõprimendo ad inferiorẽ mandibulam, antequam in vtrẽ eũ propellat, velut dentibus interemit. Sub hac inſigne quoddã receptaculum ceu vter quidã, eiuſdem lõgitudinis, imò longius depẽdet, ampliſſimũ, capaciſſimumq;, & rugoſum, coloris ferè crocei percurrentibus vbiq; multis maculis nigris, vt videre eſt in Panthera, & coriaceum cùm ſit (valde enim membranoſum eſt) nihilominus facilè dilatatur. Huius receptaculi tãta eſt capacitas, vt Perottus ſe ſe obſeruaſſe ſcribat, ingentis ſtaturæ hominẽ ocreatũ pedem vſq; ad genu in fauces immittentẽ, eximentemq; ſine læſione quod profectò facile credo: nã etiamnũ mei Onocrotali exiccatus ſaccus integrũ pedẽ facillimè recipit. Omnia aũt, hęc auis inexplebile animal, vt Plinij verbis vtar, in genus illud vteri cõgerit, mira vt ſit capacitas, mox perfectã rapinã ſenſim in os reddita in verã (alias inferã) in aluum ruminantis modo refert. Mirandum prorſus, quod refert Franciſcus Sanctius, nẽpe, quod in Onocrotalo quodã, cùm prægraue-

Longitudo hominis latitudini compar.

dine cecidiſſet, & captus eſſet, paruulus puer Ætiops inuentus ſit. Oculi ſunt rotundi, pupilla nigra maiuſcula, iris luteſcit. Capitis plumę albę ſunt, molleſq; in radicibus ſuis ferè nigrę in occipicio longiores dependent. Alę in finibus ſuis nigræ ſunt, nõnullæ tamen partim albę ſunt, partim nigræ. Cęterò auis eſt alba. Crura vt in Anſere, at pro corporis tanti portione, breuiuſcula. Pedũ digiti non vt in Cycno: huic enim quartus, ſiue poſterior admodũ brevis, & ad nandum inutilis, ſecus in Onocrotalo, cui ſimul omnes membrana intercurrit. Ex interiorum inſpectione fœminã eſſe obſeruaui, iuxta ſeptũ enim cæterũ auium more ova ciceris magnitudine cõſpiciebãtur. Lien erat rotundus, magnitudine nucis auellanę, aliquãto craſſior. Ventriculus, ex membranis craſſioribus cõſtare videtur: figura eius oblõga, nẽpe digitos decem, cùm duos tantummodo latus ſit. Inerat materia chyloſa lutea cum quibuſdam quiſ-

Puer in gula Onocrotali inuentus.

quilijs,

quilijs,& lapillis. Veſiculam eam,cuius meminit Ornithologus, diù quæſitam inuenire non licuit. Veſicula vero fellis in concauo iecoris locata erat, & ab ea quidam meatus velut canalis ad duodenum inteſtinum rectà ferebatur. Inteſtina ſex vlnas longa appendices habebant, ſicut de huiuſmodi auibus ſcriptum reliquit Ariſtoteles, ſed vix duos digitos longitudine excedentes, cùm alioqui in Cycno, & Anate, & Anſerum, Mergorumq; genere longè ſint maiores. Gulam habebat longam, craſſiuſculam, & carnoſam, quæ ſubinde latior euadit, ſed vbi tandem ad ventriculum peruenit, iterum compreſſior eſt, vt antè fuerat. Lata autem ea portio vel ventriculi principium eſſe concedendum eſt, vel ſaltem concoquendi vi pollere; nam eadem ibi, quæ in ventriculo ſemidigeſta materia continebantur. Aſpera arteria cæteris ſimillima quidem erat, ſed bifurcatio eius mediũ ferè ventriculum ſuperemineBat, quod nunquam aliàs obſeruaui. Cor erat maximum, quare timidum animal eſſe quis non temerè credat. Cerebri etiam habebat plurimum. Oſſa læuia, albida, pellucida, & ſine medulla, quod ſanè quoq; nunquã in alia aue obſeruaui. Sagaciſſima fortè rerũ parẽs natura eo modo procrearit oſſa, vt auis hęc corporis mole fermè mõſtroſa volare melius, leuiusq; ac natare poſſet. Vlnæ alarum membrana quadam integuntur inſigni, ex qua tendones numero viginti quatuor oriuntur, qui tam tenaciter in eas inſeruntur, vt nullo pacto ſeparari ab illis queant. Secuit mihi hanc auem, qui valde excellit in hac arte Io. Baptiſta Corteſius Bononienſis, cui circa ingluuiem difficultatem, quæ ſubſequitur, propoſui, ex anatomica inſpectione diſſoluendam, nempe, quomodo ibi piſces, conchilia, vermes, cæteraq; animalia vnà cum alijs recrementis, & lapillis, quiſquilijsùe, & arena, & aqua retineãtur, vt mox excepta in gulam non dilabantur, maximè cum ea admodum lata ſit: videretur etenim, quod aqua in primis, vtpote quam continuè haurit, dum piſcatur, non poſſet in vtre illo ita retineri, quin in gulam decidat, vnàq; cum ea minutiora animalcula, & lapilli, vel arena, niſi in gulæ principio, aut potius receptaculi illius fine aliquis reperiatur muſculus, qui velut ianitoris, aut pylori vicem obeat, vt in ventriculo ſit, ex quo chylus, niſi perfectus inteſtina propelli nequit ob alatam rationem, & in vtero, qui poſt conceptionem tam arctè conſtringitur, vt ne acus ſpecillum admittat. Ad quod quæſitum vir ille doctiſſimus hunc in modum reſpondit. Ex anatomica inſpectione nullus apparet muſculus, qui vel dilatationi, vel conſtructioni huiuſce ingluuie à natura ſit deſtinatus. Eſt enim ipſa ingluuies velut ſaccus quidam magnus ex duplici membrana conſtructus, omni fibrarum genere prædita, quæ ſimul ſe ſe contrahentes ipſam etiam ingluuiem contrahunt, dilatantes verò dilatãt, nimirũ, cùm piſcibus repletur, eodẽ fermè modo, ac in veſica contingit, quæ plena vel vrina, vel flatu, in immẽſam molẽ excreſcit, & euacuata cõcidit. Atq; hęc ſunt, quę memoratu digna obſeruauimus, quibus demũ illud adde, quod duodecim tãtũ habeat coſtas, cùm Cyno inſint viginti. *Coſtæ.*

LOCVS.

ONOCROTALVS, inquit Albertus, *aqua vt Anſer vtitur. Paſcitur autem tum in ſalſa, tum in dulci aqua, ſed quanquam in dulcibus aquis etiam reperiatur, magis tamen frequentat marinas.* Author de natura rerum nunquam, niſi in aqua diffuſiori, & piſcibus abundante habitare ſcribit: paruam enim aquam, inquit, tametſi piſcibus copioſam, ingluuie ſua euacuat. Scribit *a* Agricola, Aquatiles etiam volucres temporibus hybernis ad lacus ſe conferre in Auſtri partibus ſitos, qui frigore non congelant, aut ad aliquam fluminum partẽ, cui aqua nõ conglaciat, his autem Onocrotalos annumerat. Et Bellonius. In Ægypto, inquit, vidimus volantes Onocrotalos, qui à Septentrione verſus meridiem tendebant: ab ijs autem locis hyeme reuertuntur (ad mare ſcilicet) Et rurſus Ciconiæ, quæ in Europa ſtatem tranſigunt, circa Antiochiam parte hyemis degunt, ſicut etiam in Ægypto, item Onocrotali. Alibi quoq; circa Nilum, alibi circa Strymonem fluuium abundare tradidit, & circa Gazaſonũ Ægypti ciuitatem greges verſus mare volitãtes obſeruaſſe. Kiranides quoq; Pelecanum ſecus Milum, & in paludibus Ægypti morari aſſerit. Plinius eos mittere Galliam ſeptentrionalem, proximam Oceano. Author de natura rerum incolere loca ad Orientem. Sed ne longius abeamus Martialis Onocrotalum Rauennatem cognominat:

Turpe Rauennatis guttur Onocrotali.

quod circa Rauennã Italiæ vrbem (in paludibus nimirũ abundaret: quanquã Bellonius Galliæ, & Italiæ incognitũ eſſe profiteatur, niſi quod interdum in lacu Mantuano videatur. Reperitur itẽ Ferrarię neſcio an in Pado, aut paludibus, quanuis vtrũq; ſit veriſimillimũ. Matthiolus Senenſis in Hetruriæ maritimis ait omnibus vulgarem eſſe, præſertim ijs, qui circa Argentarium promontoriũ habitãt: nam, inquit, circa Herculis portum, & Orbitelli ſtagnum

a li. de ſubter.

frequens capitur. Circa Lauſannam Sabaudiæ in lacu Lemano nempe ſemel tantum anno apparere ſeſe audiuiſſe refert Ornithologus, aliàs peregrinam eſſe, vti quoque in Heluetia, vbi ſemel tantùm captum meminit circa finem Februarij in lacu propè Tugium omnibus ignotum, & facie, & nomine. In ſumma præter mare etiam ſtagna, & fluuios Cycni more habitat, quod innuit etiam his verſibus *b* Hercules Strozza, cùm canit:

b lib. 2.

Remige cirratas ſequeris per ſtagna volucres,
Et pingui ſegnes corpore lata capis;
Hinc & Onocrotali mules offertur, & albus
Carmina qui fati præſcia cantat Olor.

MORES.

BELLONIVS auem eſſe ait alacrem, & animoſam capite recto, & ſublimi. Facilè curatur, & ferinos mores exuit. *Herodios, Pelecanos ſimiliter vt Ciconias in pullis ſuis enutriendis, ſingulari beneuolentia,* inquit *a* Ælianus, *vti audio: nempe vt cum alunde cibus non ſuppetit, eſculenta, qua prius ederant, euomant, & in educando fatus conuertant, & ad volandum pullis ſuis dures ſint.* Orus etiam pullos ſuos tantoperè amare ſcribit, vt dum ignem circa nidum ab aucupibus excitatum extinguere alis ventilando conatur, illas ſibi adurat. Mirũ, quod ſcribit D. Hieronymus, Pelecanum cum ſuos liberos à ſerpente occiſos inuenit, lugere, & ſe, & latera ſua percutere, & excuſſo ſanguine corpora mortuorum reuiuiſcere. Idem ferè, licet paulò aliter, D. Auguſtinus, Kiranides, Iſidorus, Phyſiologus, author de natura rerum, & Albertus repetunt, hoc modo. *Pulli Pelecanorum vbi parum adoleuerint mox parentes ſuos percutiunt in faciem: cuius illi iniuriæ impatientes pullos colaphizant* (ſic habent, ideſt, cedunt ceu colaphis roſtrorum) *& interficiunt; deinde miſerti eorum lugent* (per triduum ſecundum aliquos obſcuros) *Eadem* (tertia ſecundum alios) *verò die mater ſua latera dilanians, aperit, & ſanguinem ſuper filios ſuos mortuos effundens, viuificat eos: reſurgunt autem quodam naturali modo.* Addit Albertus: *Matrem poſt ſanguinis effuſionem adeo debilitari, vt exire de nido non valeat, & pulli pro ſua, ac matris cibatione euolare cogantur: ſed horum quoſdam propter ignauiam vel impietatem in matrem exire nolle.* Rurſus, *Eam vbi valet illos abycere, & prouidentes ſibi ſeſe ſequi permittere. Sed hac à quibuſdam,* inquit, *literis prodita, nullo affirmari experimento poſſunt.* Ego profectò ne iuranti ea credam, quanuis interim non me lateat, Ægyptios de Vulture memoriæ prodidiſſe, quod ardentiſſimè ſuos pullos amet, adeo vt per centum, & viginti dies in terra commorando, nunquam humo tollatur, ſed in alendam prolem incumbat, vt non ſe ex pullorum loco commoueat: ac ſi quando nutrimenti facultas deſit, ne fame illi pereant, femori ſuo vulnus infligat, & effluentem ſanguinem eis det exſorbendũ. Eſſe tamen & Pelecanum in filios pientiſſimum non iuerim inficias: nam & Pierius ſapientes Aegyptios hanc alitem in primis ſacram veneratos fuiſſe ſcribit, eiq; parcendum exiſtimaſſe, atq; honoris cauſa, nũllo pacto, vt menſis inferretur, æquum putauiſſe, cùm id, inquit, factum quod pro filiorum ſalute neci ſe tam atroci dederet, non imperitiæ, ſtuporiue, aut imprudentiæ imputarent, ſed incõparabili paterni affectus charitati, ſupremæq; miſerationi, qua erga filios maximè omniũ afficiatur. Fallere enim venatores, eosq; tranſuerſos ſeducere, nõ ſine ſpe fugæ, quod Vulpanſer agit, paruiomnino momenti eſt. Femora etiam, quod Vultur facere perhibetur, vellicare, vt excuſſo ſanguine filij paſcantur aliquando, nõ admodum magni eſt cruciatus. Sed eũ penetrabiles adeò furẽtis ignis ardores non curare, eaq; perſeuerãtia tã cruciabili torméto torreri, ſupra quàm excogitari poſſit admirandũ. Quodnam enim animal tã fatuum, tam obtuſo ſenſu inueniemus, quod ad vnius prunæ tactum non eueſtigio reſiliat? Quod adeo robuſtum, atq; impauidum, vt accenſam non expaueſcat flammam? Animoſi, atq; imperterriti ante omnia animantia leones: illi tamen tam feroces, tam indomiti, tanto corporis, animiq; vigore præditi, conſternuntur ſtatim ad vnius prætentæ faculæ conſpectũ, præq; timore propemodũ exanimaſcunt. Videt Pelecanus ignem, cuius non ignorat vehementiã, audacter accedit: ardorem in membra ſingula intolerabili cruciatu penetrantẽ ſentit, neq; loco dimouetur: exuritur penè tota, neq; tantillum quidem conſternatur, patientiſſimaq; cõſtantia vigens, ſaluti filiorum intenta potius, quàm ſuæ mortis genere omniũ atrociſſimo conficitur, tanta in ea charitas, tantus amor, tanta vis pietatis eluceſcit: & quiſpiam audebit, eam ſtuporis inſimulare, & male feriatam auem dicere? Subit ad hanc ſententiam Arſinoes recordatio, quæ à Ptolomæo fratre inſidijs, & fraude decepta, cum percuſſores in duos puberes immiſſos à fratre conſpicata eſſet, cõpleta eos ad ſe fugiẽtes, ea parte, qua vulnera filijs intendebantur, diù corpus ſuum cædendum appoſuit, multiſq; ita vulneribus

a l. 3. c. 23. Vt pullos educent.

Vulturis pietas in prolem.

Leones ignem timent.

Arſinoes pietas in filios.

faucia,

saucia, eorum tamen saluti consulere non potuit: illi enim in matris gremio inter oscula ipsa truculentissimè trucidati sunt. Quod si Pelecanum simili casu sese morti obijcientem appellauerimus, insipientem, longè quidem insipientiorem Arsinoen dicemus, quæ ita pro filijs trucidari pateretur, cùm præsertim ipsa, non ad mortem, non ad vincula, sed ad nuptias, & regni successionem à Ptolomæo deposceretur. Sed tantum abest, vt vel Arsinoe, vel Pelecanus sint imprudentiæ damnandi, vt omnium consensu merita, hoc est, ingenti laude, ob incomparabilem, quam omnes admirentur, charitatem, minimè fraudandi esse iudicentur. Hæc ille.

VOX.

ONOCROTALVM Græcis à vocis sono, quem ædit, dictum esse suprà annotaui. Is autem similis est ruditui asini, quanuis Olaus Magnus instar Ardeæ stellari esse scribat: Sonum verò illum cùm ædit, rostrum teste Alberto, inquam, vel terræ lutum infigit, & quasi cornu sonans horribilem eam vocem emittit. Ego hoc potius Ardeæ stellari competere puto. *Vt sonum edat.*

VOLATVS.

VOLANT Onocrotali nonnunquam soli, nonnunquam etiam gregatim. Verumque obseruauit Bellonius. *a* Petrus Martyr scribit, viginti simul a socijs suis volitare conspectos. Cùm volant, sonum alarum cient instar Cycni. *a Dec. 6. cap. 3.*

NIDVS. PARTVS.

IDEM Bellonius Onocrotalum ait ramulos congerere ad ripam, vel fluminis alicuius, vel stagni, siue lacus, vbi degere solet, ibiq; tot oua, quot solet Cycnus, ædere fœtusq; eodem, vt hic modo enutrire De Pelecano etiam scriptum mandauit Orus Apollo, quod in scrobe, in terra nidificet. Bartholomæus Anglicus oua Onocrotali tradit esse Anserinis similia, sed, quod ego miror, minora. Mihi ea videre non contigit. *Oua qualia*

VICTVS.

ONOCROTALVS, vt Turnerus ait, bis tantùm in anno bibit, quæ res sanè obseruatu difficillima existit, imò verò impossibilis meo sanè iudicio, in aue nempe, quæ continuè fermè in aquis degit. Ait item piscibus viuere tãtummodo, quod verum non est, etiamsi piscis nomine etiam conchylia intelligamus, quæ alioqui pisces nõ sunt: piscis enim vel Philosopho teste, animal est sanguine præditum, & branchijs, sanguine autem, & branchijs caret conchyliarum, siue testaceorum genus. Secus enim indicat lubrici illi, quos in dissecti ventriculo inuenit Ornithologus: secus item indicat Onocrotalus ille Michlinensis, qui liquidiore etiam cibo, vt pane è iure vescebatur. Piscibus tamen, vt gratissima esca maximè semper inhiat, eos Mergis extorquens, eos continuè per fas, & nefas quærens. Est enim non minus, ac Larus vorax, & obuium quemcumque piscem, etiam quinque librarum absorbet, atq; deuorat. Si quis cicuri piscem libralem, vel maiorem in os imponant, ita inuertit, vt rostro præmisso deglutiat. Quomodo autem ipse pisces capiat, docet Ornithologus his verbis: *Piscaturus non toto corpore mergitur, sed vt solent, qui se in caput præcipitanter voluunt, collum subinde demittit, dorso interim supra mare prominente, piscem obuium quemque amplissima fauce exceptum deuorat.* Petrus Martyr quoq; de eiusdem cibo, & piscatione hæc memoriæ prodidit: *est*, inquit, *auditu lepidum, quid de maritimis quibusdam volucribus, Aquilis, & vulturibus grandioribus referunt. Onocrotalos voraciores esse ab eorum sermonibus conijcior. Dicunt enim guttur habere magni capax, adeo vt dimidiam endromedem, qua tegebatur miles vnus, in volucrem rabido hiatu in eum irruentem, cunctis inspectantibus proiectam, absorpserit integram, & ex gutture interfecta, sine tactura euulsam dicunt. Quinquilibres vnos* *Quoties in anno bibat.* *Piscis quid* *Vt pisces capiat.*

verosse pisces vno sorptu, & maiores ferunt. Sed cùm pascantur piscibus, non est ineptum dictu, quo pacto prædam ab aquis in mari natantem assequantur, quando ipsi non submergunt se, vti cæteræ aues maritimæ, Anseres, Anates, & Mergi. More Miluorum & petulantium in sublimem eleuati aerem circumrotant, quando ad fulgorem aeris aquæ marginem piscis captet, expectat. Est enim grande circumuolitantium agmen, ad prædam vnam plures interdum furibunde se lapsu demittunt, adeo vt mare ipsum per sesquilacerti spacium aperiatur. Eo fragore stupidus haret pisces, & capi se patitur. Eundemque prehendunt magnum piscem sociæ duæ: tunc visu placidum est certamen earum à nauibus, si fortè intersint, aut à littore inspectare contigerit, prædam neutra deserit, donec in frusta sectam, suamque quæque partem auferat. Sesquispithamali rostro, & magis, quàm cuiquam sit volucri rapaci adunco, colloque longissimo, & alis multò patentioribus, quàm Aquilæ, & Vulturis esse dicunt auem, sed macilentam, ita vt vix Palumbi pulpam aquet. Ad vastì gutturis ergo pondus sustinendum prouida natura grandes illi præstitit alas, quandoquidem ad leue corpus ferendum non oportuit. Volucres has Hispani vocant Alcatrazes. Alcatrazes. Hæc omnia Martyr. Author quoque de natura rerum, Pelicanum scribit semper macie affici, & quicquid glutit, citò digerere, quoniam venter eius nullum habet diuerticulum, quo cibum retineat. *Solum enim visceris* (intestinorum exponit Ornithologus) *inquit, habet ductum: qui ab introitu oris vsque ad secreta naturæ pertingit.* Onocrotalus præter pisces conchas etiam deuorat, teste Bellonio, easq; calore interno apertas reuomit, & carnem ab ostreis selegit: Idem autem de Pelecane testatum reliquit Aristoteles in hæc verba: *Pelecani fluuiatiles conchas maiusculas, lauisq; fodiendo crudas deuorant: & cum tam multas ingesserint, ingluuieq; sua coxerint, euomunt, vt hiantibus iam testis carnes lectas deuorent.* De Pelecino deniq; Oppianus. *Et ne testa quidem intectis abstinent, sed vnà cum testis primum, quod se obtulerit, deglutiunt: deinde mortua in os reuocant, & resectis testis, pulpam vorant. Nam quæ dum viuerent occlusæ erant, vita spoliatæ aperiuntur, ac dehiscunt.* Hæc ille. Albertus quoque, & author de natura rerum in vtero illo, siue prolabo cibum quencunque receptum primò emolliri scribunt, & inde ad stomachum digerendum transmitti, nec alia habere receptacula, ideoq; aquis viuere vulgò credi. Et ipse quoque Plinius de hoc vtre loquens. *Hic omnia,* inquit, *inexplebile animal congerit, miraui sit capacitas.*

ANTIPATHIA.

PVGNA.

Vt contra Accipitrem se defendat.

BARTHOLOMÆVS Anglicus tradit ex Isidoro Onocrotalum, cùm in littore quiescit, rostro dormire ad cælum erecto, eiusq; acie contra inopinatum Accipitris insultum præmunire, vt securiùs, & in vtramuis, quod aiunt, aurem dormiat. Verùm si Cycnus Aquilæ, quæ Accipitre & corpore, & viribus triplo audacior, & fortior est, repugnare non solùm audeat, sed teste Philosopho etiam vincat interdum: Onocrotalus meo iudicio ab Accipitre sibi cauere non debet, cum longè robustiori rostro, quàm Cygnus, armatus sit, & recuruo. Kiranides Pelecanorum, & Pelargorum, siue Ciconiarum pugnam aduersus Cornices, Coruos, Vultures, aliasq; carnuoras aues hoc modo describit. *Mox primo Vere Pelargi* (idest Cycnoiæ) *simul pergunt, vt & aliæ aues, Anseres feri, Anates, aliaq; quæ ab Ægypto, Libya, & Syria aduolant, & in Lyciam ad flumen Xanthum perueniant: vbi prælium committunt cum Cornis, Cornicibus, Coits* (κολοιοις, idest, Gracculos intelligo) *Vulturibus, & quibuscunque carnuoris. Nam hæ quoque præsciunt tempus, & eodem aduenirent omnes. Tum Pelecanorum* (lego Pelargorum, & Pelecanorum, vt inferius quoq; legitur) *exercitus in alteram ripa fluminis aciem instruit. Corui autem, & Vultures, aliaq; carnuora in altera considerent. Totum verò spectaculum* (videtur locus corruptus) *mensem in pugna expectant. Stant enim duos, in quibus aggressio futura est, qua facta, clamor ad cælum vsq; auditur, & in flumine sanguis vulneratorum autum apparet, ac penna plurima euulsæ decidunt, quibus Lycij lectos sues farciunt. Finito tam conflictu, dilaniatas reperiunt innumeras aues, Cornices, aliasq; carnuoras, & ab altera parte non paucos Pelargos, & Pelecanos. Quod si* (Pelargi &) *Pelecani vicerint, coniicitur inde tanquam ex certo signo abundantiam omne genus frugum futuram: sin carnuoræ, suium, & boum, & aliarum quadrupedum fecundus prouentus expectatur.* Hæc ille. Ælianus verò, & Philes Pelecanum tradunt de Coturnicis exitio acerbè, & crudeliter cogitare. Rutilus Coturnicem ab eo vehementer dissentire.

Pelecanorum & Ciconiarum contra Cornes, & Vultures pugna.

Pelecanus Coturnicē edit.

CA-

CAPIENDI RATIO.

QVOMODO Pelecanus capiatur, legitur apud Orum: *Pelecanus*, inquit, *nidificat in scrobe in terra, quod non ignorantes aucupes, bubulo stercore locum circumliniunt, ignemq; succendunt. Ea verò fumum aspiciens, aggreditur, ignem alis restinguere. Veruntamen ei tantùm abest ad extinguendum astutia, vt magisq; sua tanquam ventilatione incendat, ideoq; alis exuflis capiatur.* Nostri Scoloppetis petunt.

MYSTICA.

QVID Pelecanus mysticè significet, in Passere ex D. Augustino hinc *a* Psalmistæ locum exponente. *Similis factus sum Pelecano, qui habitat in solitudine*, &c. enarrauimus. Cassiodorus ad eundem locum, per Pelecanũ, quòd in desertis locis, secretisq; versetur (quod nostro Pelecano, siue Onocrotalo, licet ipse aliam auem intelligat, etiam quadrat, vt pote qui loca habitet ab hominum consortio remota, paludes, fluuios, & maria) pulcherrimè exprimi ait Eremitas, qui hominum consortio derelicto, timore Domini remota se afflictione discruciant. Et videtur sanè Psalmographus in eo sensu ea dixisse: nam subinde sequitur. *Factus sum sicut Nycticorax in domicilio*, quibus verbis aliud genus introducitur pœnitentium. Nycticorax enim auis est nocturna, quam sicut diei fulgor abscondit, ita aduentus noctis producit, & contra consuetudines auium, tunc magis vigilare, & escas quærere incipit, quando se in soporem cuncta animantia componunt. Ita & pœnitens iste nocturno tempore escas animæ solicita curiositate perquirit: modo Psalmodiæ operam dando, modo elemosynas faciendo, modò carceres occultè visitando: solum Deum vult habere testem, cui caligo noctium non tollit aspectum. Et nota, quia sicut Pelecanus notat eremitam, atque solitarium, ita Nycticorax illum declarat, qui se domicilio suo consumens, à publico conspectu remotus est. *b* Rodulphus Flauiacensis Onocrotalum typo non alios, quam auaros accipi vult, qui in apothecarum suarem vtero tantùm vectigalium congregare solent, vt multis annis eadem consumere non possint: congerunt tamen, inquit, vndicunque aurum, argentum, vestes innumeras, & horrea cumulant: postea scilicet cùm opportunum fuerit in vsus proprios expensum, & quasi in veram necessitatis aluum relaturi.

a Psal. 101

Pelecanus eremitas significat.

Nycticorax quæ auis.

b lib. 8. *in Leuit.*

Auari designati.

HIEROGLYPHICA.

AEGYPTII, inquit Orus, *Pelecano stulto amentem, & imprudentem significant: non enim in alto nidum struit, sed in scrobe in terra parit, & ignem ab aucupibus circa nidum excitatum, dum alis extinguere conatur, seipsum combuxit.* Eiusmodi autem hieroglyphicum ad Onocrotali historiam pertinere etiam testatur Pierius: cuius verba, quia id non parum explicant, omittere nolim: Pelicanum, inquit, auem grauem esse, quæ solitudine delectetur Eucherius scribit. Esse tamen aliud Pelecanorum genus in Nilo non inficiatur, passimq; in stagnis, & lacustribus locis habitare, penè Cycnis simile, nisi quod paulò maiores sunt. Atque hi forsan Onocrotali, quos Veneti, syllabis aliquot ademptis, Crotos vocant. Deq; hoc genere dubio procul quæ dicturi sumus, *hieroglyphica desumuntur. Insipientem* hominem, quippe, qui nullam rerum rationem examinet, per Pelecani hieroglyphicum significari tradunt Ægyptij: propterea quòd auis ea, cùm possit in æditioribus locis nidificare velut prudentiora faciunt volatilia, quæ ita se à multorum iniuria subducant, ea satis cum imprudentia spatiosas areas perquirat, in quibus terra defossa oua ibi ædita deponat: quod simul ac animaduersum est à pastoribus, vel ab ijs, qui id genus alites aucupantur, vbi primùm pulli excluſi sunt, eò properant, & vel aridis boum excrementis, vel alio quopiam fomite locum sepiunt, mox ignem injiciunt (ἐμβάλλει in manuscriptis codicibus non ἐπιβάλλει) Pelicanus autem quamprimum conspexit fumum, ocyus aduolat, & longè maiore imprudentia, quàm nidificauerat, ignem alarum quassatione quærit extinguere. Cæterùm

Stolidi hieroglyphicum.

rùm ignis ventilatione agitatus, vehementiùs incenditur: perſtat illa nihiloſecius flammas alis verberare rata ſe opem ita filijs allaturam. Sed enim contra accidit, quàm ſperarat, quia pennis omnibus ita exuſtis, euolandi facultate priuatur, atq; ita minimo negocio capitur. Hinc Ægyptij reliqui, qui ſacris initiati non erant, alite hac nulla religione vescebantur: pietatem autem huiuſmodi in filios vitio dabant inſipientiæ. Dicebant enim, Pelicanum non conſultò vt vulpanſeres faciunt ad id certamen ferri, ſed per imprudentiam, & mentis alienationem quandam (παράνοια enim, non ἀφροσύνη in manuſcriptis Ori codicibus habetur) quare tanquam auem inauſpicatò genitam, ac malè feriatam cõtemnebant, nullo eam honore proſequentes, Hebræi nomen id huius alitis (Kaath) de quo ſuperius mentio facta eſt, punctis ijs præſignant, quæ profanam eam, & à menſis reiectam indicant. Sanè Leuitico Pelecanum, quem Septuaginta interpretes cum Ibide, Porphyrione, Cycno, Herodio, & Charadrio nominant, ideo cum his omnibus profanum decreuere, quòd longiguttures ſunt, ſi nouum licet proferre vocabulum: quæ autem alites ſunt huiuſmodi, cibum non ex arbore, aut arboribus aucupantur, ſed vel à terra, vel ex mari, fluminibusùe, aut ſtagnis: vt Ibis ſerpentes venatur, Porphyrion vermes, Pelecanus, & Cycnus piſces (falſum eſt de Cycno, vt ſuo loco docui) ex earum figura ſcilicet, hominem intelligentes, qui cibo poſthabito cœleſti terreno paſcatur, aut marino, hoc eſt, mentem ad inferiora deijciat, diuinoq; neglecto cultu humana quæque, atque ea & ſordida, & parum vtilia perquirat. Sordidi enim vermes, ſordida reptilia. Piſces verò parum conferunt ad nutrimentum, de quibus loco ſuo diſputabimus. Hæc ille, & alia, quæ iam alibi recitauimus. Alium deinde addit hieroglyphicum, quod inſcriptum eſt, MISERATIO, inde quoque petitum. Noſtri quoque inquit, cum Ægyptijs ſacerdotibus, in hoc pingendi genere conſentientes, Pelecanum pro miſeratione ponunt, & Aſſertoris noſtri hieroglyphicum in ſumma cruce ſtatuunt, qui nos ſoſpitaturus, atrociſſima torqueri morte voluerit. Agnoſcit & Eucherius Pelecanum pro Chriſti ſymbolo, quanuis Hieronymus tradit, eam pullos ſuos roſtri percuſſu interficere, pœnitentem mox factum, modò in ipſo per triduum lugere, poſtremò ſe ipſam grauiter vulnerare, & ſanguinem ſuum ſuper filios effundere, quo illi perfuſi reuiuiſcant, quod alij viderint. Sed quod eam alitem, vt etiam alijs pleriſque perſuaſum eſt, roſtro pectus diſſecantem pingunt, vt ita fuſo ſanguine filios alat ſuos, ab Aegyptiorum hiſtoria valde alienum eſt. Illi enim Vulturem tantum id facere tradiderunt, neque non Phœnicem: ſed hunc non pietate adductum, vti Vultur, ſed fato ita coactum ſuæ conſulere poſteritati. Sunt & mutua filiorum officia, qui parentibus icem reddunt, & eſcam fameſcentibus ſubminiſtrant: verùm ijs, quæ à parentibus in eos proficiuntur, haudquaquam paria. Quod verò Celſus perſuaſum facere nititur, eos humanum genus ſuperare pietate, Adamantius hæc ab ijs geri, Natura tantùm duce profitetur. Hucuſq; Pierius noſtræ de Pelecano opinionis manifeſtus aſſertor, quemadmodum quoque in poſtremo hoc ſuo hieroglyphico SOLITVDINIS indicat. Noſtræ autem ſacræ, inquit, literæ per hieroglyphicum Pelecani, ſolitudinem interpretantur, cuius factum ſe eſſe ſimilem Dauides canit, qua ſcilicet errabundus tunc per ſolitaria diffugiebat loca, cui Saulis regis indignationem euitaret: quod vt apertiùs explicaret, Nycticoracis etiam ſimilitudinem adiecit; qui quidem non luce, ſed tenebris in comparandæ vitæ ſuæ neceſſarijs plurimum fruitur.

Ægyptij cur Onocrotalum ederent.

Chriſti Saluatoris hieroglyphicum.

Solitudinis hieroglyphicum.

EMBLEMATA.

EMBLEMA extat [a] Alciati deſumptum ab inſatiabilis Onocrotali voracitate, & quia nunquam ſatietur, inſcriptum eſt GVLÆ.

Curculione Gruis tumida vir pingitur aluo,
Qui Laron, aut manibus geſtet Onocrotalum.
Talis forma fuit Dionyſi, & talis Apici,
Et gula quos celebres delicioſa facit.

[a] *Embl. 90*

Fuit autem Dionyſius iſte, vt id obiter dicamus, Clearchi, qui primus Heracliæ regnauit, filius, & ipſe patriæ imperans. Hic referentibus [b] Stephano nigro, & [c] Athenæo, ob nimias delicias, nimiaſq; crapulationes adeo pinguis effectus eſt, vt præ pinguedine vix ſpiraret, & penè ſuffocaretur. Quare ſtatuerunt medici, vt acus oblongæ, ac tenuiſſimæ fierent, quæ tunc lateribus ac ventri adigerentur, cum profundiſſimo ſomno teneretur. Tunc enim excitabatur, cum viuam carnem attingebant. Ius dicebat, corpore arca ita condito, vt præter caput, penitus nihil extaret. Apicium verò illum Plinius vocat nepotum omniũ altiſſimum gur-

[b] *lib. de nimio luxu.*
[c] *lib. 1. c. 3.*

Dionyſius vt excitare tur.

gurgitem, & alibi ad omne luxus ingenium solertem. Fuit autem nobilis Romanus, valdè gulosus, qui amplissimum vectigal commessationibus hausit: tandem famem metuens veneno vitam finuit. Aliud est eiusdem Alciati de Truone emblema, quem nos suprà eundem cum Onocrotalo fecimus, inscriptum IN GARRVLVM, ET GVLOSVM. *Apicis luxus.*

Voce boat torua, prælargo est gutture, rostrum
Instar habet nasi, multiforisq; tubæ.
Deformem rabulam, addictum, ventriq; gulæq;
Signabit, volucer cum Truo pictus erit.

VSVS IN CIBIS.

IBIS, Porphyrio, & Pelecan, inquit Procopius, prohibentur mensis (in veteri nempe testamento) eò quòd aues sint voraces piscium, quorum rapinæ inhiant. Nos quoque paulò antè ex Pierio diximus, qui id ex Oro transcripsit, Ægyptiorum sacerdotes Pelecanum, quòd pro liberis se in vitæ discrimen conijciat, non edere: multos tamen ex Ægyptijs eo vesci, vt pote, qui eum dicant, non iudicio, & prudentia quadam, vt Vulpanseres, sed benevolentia duntaxat, & mira in sobolem pietate certamen hoc suscipere. Christiani verò non ideo ab huius auis esu abstinent, quòd vel rapax auis sit, vel liberorum mira ea miseratione tangatur, sed quia carneum habent duram, excrementitiam, & vix ferendi odoris, maximè cùm annosior est. Ornithologus assum sibi Onocrotalum grauis, & ferini odoris, nec grati saporis visum esse scribit, etsi prius in aqua, & vino pariter mixtis elixus fuisset. Et a Iulius Alexandrinus. *Onocrotalos*, inquit, *nominabimus tantùm hoc loco. Quis enim ederit vastissimas, ac bellitali iam magnitudine aues? Horum pars esse nulla prorsus videtur, quæ futura edendo commodè sit, quantum quidem iudicare possim nondum expertus.* Sic ille. In Coryis Thracum regis conuiuio apud Athenæum nominatur inter cæteras aues Pelecan. *Qui Pelecanos non ederent.* *Christiani cur Onocrotalos non edant.* *a l. 13. de salub. c. 4.*

VSVS IN MEDICINA.

FEL Pelecani, authore Kiranide, cum nitro mixtum nigros alphos sanat: & cicatrices nigras eiusdem coloris cum reliqua carne facit: omnemq; nigredinem pellit, & abstergit. Idem fel, eodem teste, argentum obscurum reddit candidum. *Fellis vsus*

PROLOBI VSVS.

PECVLIARE est, inquit Bellonius, interprete Caloro Clusio, Nili piscatoribus in suis cymbis vti ingluuie illa, quæ sub earum auium, quas Plinius Onocrotalos appellat, rostro propender, ad aquam eijciendam. Eiusmodi rostra ea parte, quæ capiti adhæsit, colligata orbem quodammodo exprimunt. Eius portò naturæ est hæc ingluuies, vt humiditate corrumpi nequeat, quam ob causam piscatoribus multo tempore vtilis est. Sic ille. Ornithologus eadem pelle alicubi, vt in Italia, quoniam amplissima est, fenestras integi tradit, transparereq; instar membranæ. Ait etiam eiusdem auis pellem cum plumis detractam substerni puerorum lectos, quoniam non lædatur vrina: aliquos deniq; eandem subdere, & assuere. *Piscatores Nili et Onocrotali ingluuie vtuntur.* *Prolobi natura.*

DE AVE DIOMEDEA. Cap. III.

DIOMEDEAM appellatam auem, de qua multa cùm poëtæ, cum soluta oratione scribentes fuêre fabulati, Petrus Bellonius, sicuti suo antè loco significaui, eandem facit cum Onocrotalo, siue Pelecano. Itaq; non incongruum fore arbitror, si hic aliquid de ea dicam, tametsi nondum certò constare sciam, quæ tandem ea auis sit. Cæterum tamen Onocrotalus non est, quanquam ea quodammodo, quæ de Diomedea aue Ouidius scripsit, Onocrotalo adaptari queant: non Ardeæ genus, sicut Seruius, Stephanus grammaticus, Isidorus, & Or. *Ordinis ratio.* *Diomedea auis nõ est.* *Onocrotalus, nec Ardeæ genus, nec Fulica.*

& Ornithologus volunt: non denique Fulica est, vt nonnulli inde voluere, quòd Plinius, & Solinus aues Diomedeas Fulicis comparent, decepti forsitan, quòd pro Laris, idest, Gauijs, Fulicas reddiderint: nam Græci quoque nonnulli, & Latini Cepphum Fulicam interpretantur, & cum Laro confundunt. Sed ea fortè auis, quam Diomedearum insularum, quæ hodie Tremiti vocantur, incolæ, ac domini Canonici regulares D. Augustini Lateranenses nonnullis ab hinc annis mihi transmiserunt, Diomedea fuerit, Artennam nuncupant incolæ.

Diomedea auis qua.
Diomedea insulæ.
Tremiti.
Artenna.

DESCRIPTIO.

OVIDIANI hi versus, quibus hæc ales describitur:

Si volucrum quæ sit dubiarum forma requiris,
Vt Cycnorum, sic albis proxima Cycnis
Magna pedis digitos pars occupat, oraq; cornu
Indurata vigent, finemq; in acumine ponunt.

ad Onocrotalum, vt dixi, æquè ac ad hanc nostram Artennam accommodari possunt. Verùtamen cum Plinius in nullo alio loco Diomedeas aues inquiat, quàm in iam nominata insula conspici: idemq; de Artenna etiamnũ, qui ibi vixere tradant, cùm contra Onocrotali in quamplurimis locis degant, ego Ouidij versus ad hanc potiùs, quàm ad Onocrotalum pertinere puto, etiamsi Ornithologus auem conijciat debere esse notabilis magnitudinis, quoniam à poeta Cycnis comparetur: præsertim cùm & Aristoteles, seu potiùs author mirabilium narrationum, quæ eius nomine circunferuntur, insigni magnitudine vocet: nam quæcunq, hic de aue Diomedea narrat, ea prorsus sunt fabulosa, & ab ipso tanquam incerta, & ab alijs audita referuntur, & fortè Ouidius non ob magnitudinem Cycnis assimilauerit, sed quia Cycni more in aquis viuat, & palmipes sit, Cycnum pro omni aue palmipede accipiens. Magnitudinem autem solam si excipimus, cætera in nostra aue exactè licet reperire. Palmipes enim est, rostrum habet robustum, & notabili hamo, siue vnco recuruum. Quas sanè totas neque in Ardearum genere, nec in Fulicis reperias: quibus ideo fortassis Plinius, & Solinus similem dixerint, quoniam in fronte more earum notam quandam habeat. Idem Plinius præterea igneos oculos, & dentes quoque Diomedeæ aui tribuit. Oculi autem Artennæ nostræ mirum quantum ad instar flammæ splendeant. An verò dentibus sit prædita, vt ille narrat, non sat memini. Pictura sanè hoc non demonstrat. Describit etiam nostram auem Diomedeam etiam Ornithologus, prout amicus quidam eius, qui illis insulis vixerat, ei retulit. In Diomedis insulis, inquit, aues quædam raræ vulgò Artennæ dictæ, nec alibi reperiuntur, vt amicus quidem, qui in illis aliquandiù habitauit quantum meminisse poterat, nobis per literas significauit. Fatebatur autem omnium exactè se meminisse. Magnitudine, inquit, sunt, qua Gallinæ, satis corpulentæ, sed collo, & cruribus longiusculis. Color ei fuscus, vel cinereus obscurus, & (nisi fallor) nonnihil albi habent sub ventre, vt Columbi syluestres quandoque (mea auis tota ferè pronè candicat) Rostrum prædurum, & aduncum, vt Aquila ferè, non adeo tamen: colore egregiè rubrum, si bene memini (ego sanè hoc cum non benè meminisse existimo; nam id in mea aue luteum est, præter vncum, qui nigricat) Oculi formosi, igneo colore, non admodum magni. Vidi enim aliquando vnam, quæ virga percussa in capite oculos aperiebat, & clamabat: sed mox recludebat, cùm lucem solis ferre non posset. Et rursus: Color earum non simpliciter albus est, vt Plinius scribit, sed ad cinereum vergens, vt in Fulicis (Larorum generis) etiam, quibus eas comparat. Dentatæ an sint, non obseruaui. Rostrum sanè habent validum, & longiusculum. Hæc ille, quæ exactè ferè aui meæ, cuius iconem exhibeo, conueniunt, quæ nisi rostrum haberet aduncum, non ineptè quis ex Larorum maiorum genere iudicaret: adeo hos cùm toto corpore, tum alis postissimum refert. Pedes eiusdem sunt coloris, cuius rostrum: sicuti tibiæ quoque.

Diomedea auis vbi reperiatur.
An necessariũ sit magnam debere esse.
Cur Fulicis similis dicta.
Magnitudo
Color.
Rostrum.
Oculi.
Color.
Rostrum.
Pedes.

Diome-

Diomedea auis cum iunco acuto vulgari.



VOLATVS. MORES.

DIOMEDEAS aues, ſcribit Plinius, dum volant, duos ſemper (ſuper Solinus) ijs eſſe duces, quorum alter agmen ducat, alter cogat (congreges enim, inquit Ornithologus, volant) aluumq; exoneraturas ſubuolare ſemper, & contrario flatu, vt nimirum proluuies longè auferatur, vt addidit Solinus: quæ res munditiarum ſtudioſas eſſe indicat. Sed nunquid Artennæ noſtræ eum volatum exerceant, eoq; modo ſubuolantes, ne ſocias inquinent, ſordes deponant, ignoro.

Munditia.

NIDVS. INCVBATVS.

IDEM Plinius ſcrobes roſtro excauare aues Diomedeas teſtatur, inde crate conſternere (ſurculis in verſum poſitis) imitari texta cratium, & ſic contegere ſubtercauata, terraq; operire, quæ antè fuerint egeſta: in his fætificare. Fores binas omnium ſcrobibus Orientem ſpectare, quibus exeant in paſcua, occaſum, quibus redeant: vt lux & morantes excitet, & receptus non degetur, vti exponit Solinus. Artennas quoq; incolæ eius inſulæ, ſic amicus ille Ornithologo retulit, in cauernis ſcopulorũ, & in terra eas nidulari affirmant: ſe verò fœcundiſſimas eſſe ſcire: in eauis autem degere, vt lucem ſolis declinent: qua ne offendãtur, interdiù latere, noctù verò circa ſcopulos, non longè ſuper aquam volitare: ſcrobes roſtro cauare, inq; eis fætificare, incolas teſtari. Verè etiam ſcriptum ſe putare omnium ſcrobibus fores binas eſſe, vnas in orientem verſus, quibus exeant in paſcua: alteras in occaſum, quibus redeant. Albertus Diomedeas aues ait hyeme incubare, forte propter vitanda tonitrua, quæ ouis noxia dicuntur. An verò Artenna hyeme incubet, quærendum eſſet. Veteres id quoq; de Diomedeis non tradunt.

Artennarum nidificatio.

Solem non ferunt.

VICTVS.

ARTENNA noſtra piſcibus victitat, quos noctù tantùm venari aiunt. Narrabat idem ille Ornithologi amicus, crudeliter mordere, & vnguibus aduncis, quod volũt, ſicut Accipitres accipere. Mea quidem auis aduncos pedes non habet, nec in aquaticis auibus tales reperias: Ego ad deuorandos piſces aduncitatem roſtri ſufficere putem, inq; eos præcipites ruere, & ferire, atq; hinc fortè Iubæ Catharactas dici ἀπὸ τῦ καταράσσειν.

VOX.

VOCEM edit Artenna ſimilem vagitui infantium. Et aiunt olim Ducem Vrbini Franciſcum Mariam Guidonis Vbaldi Ducis Patrem, cùm fortè ad illas inſulas appuliſſet, ac noctu harum auium vocem audiſſet, infantium eſſe vagitum putauiſſe, donec aue à Canonicis allata, & præſentis audito clamore ſe deceptum intellexit.

VSVS IN CIBO, ET IN MEDICINA.

ARTENNÆ caro in cibum non venit, propter virus piſcium, quod reſipiunt. Euadunt autem immodicè pingues, ita vt viſæ aliquando ſint, quæ præ pinguedine pedibus ſe ſuſtinere non poſſent. Ex hoc pingui vnguentum fit colore croceum, odore grauiſſimo, neruorũ morbis ſalubre, cõuulſioni, arthritidi, iſchiadi, omnibuſq; defluxionibus frigidis, & multis alijs malis, quæ humores frigidi procrearint. Egregiè enim calfacit; ideoq; morbis calidis nõ ſolùm inutile, ſed etiam noxium. Canonicũ quendam eius loci olim quotidie

Vt pinguescant.

Adipis facultas.

tidiè hoc vngento ventriculum sibi inungere solitum aiunt, vt meliùs concoqueret. Deplumatas, exenteratasq; aues in sole suspendunt, & adipem destillantem colligunt.

FABVLOSA.

SAd TRABO Diomedeas insulas duas esse prodidit, quarum altera habitetur: in altera deserta Diomedem disparuisse quidam fabulentur, comitesq; in aues conuersos esse. Eas etiam hac ætate mansuescere, & humanam quodammodo vitam agere, & videndi ordine, & erga benignos mansuetudine, à malignis autem, & sceleratis fuga, & euitatione. Plinius verò aduenas barbaros clangore infestare ait, & Græcis tantùm adulari miro discrimine, veluti generis Diomedis hoc tribuentes: ædemq; eius quotidiè pleno gutture, madentibus pennis perluere, atq; purificare, indeq; fabulæ originem esse, Diomedis socios in earum effigies mutatos: sed quod de templo ait, æquè fabulosum est: neq; enim templi Diomedis nostro ævo vlla ibi aiunt esse vestigia. Narrationum mirabilium author hanc fabulam narrat. *In Diomedea insula sita in Adriatico mari, templum Diomedis esse aiunt, mirabile, & sacrum, id vndiq; circumsideri auibus insigni magnitudine, quarum magna, & dura sint rostra. Eas si Græci homines aduenerint, quiescere: si verò ex victus locis barbari aliqui, subuolare, & è sublimi præcipites (κατάρασιν) capita eorum ferire, & rostris ad mortem vsq; vulnerare. Fabulantur autem Diomedis socios, cùm ipse ab Aenea regionum illarum rege dolo occisus esset, naufragio circa insulam facto, in has aues mutatos esse.* Ælianus paulò aliter, nempe hoc modo: *Insula quædam,* inquit, *nomine Diomedea, auibus Diomedeis abundat. Hæ hominibus ratione barbaris, neq; quipiam nocent, neq; eos adeunt: sin Græcus aduena, eò deuenerit, diuino quodam munere ab his auibus adiitur, alis explicatis, tanquam manibus ad prensationem, & complexum. Græcos se pertractantes, non refugientes intrepidè se palpari sustinent, in accumbentium sinus aduolant, veluti ad mensas hospitales inuitatæ. Vulgò socij Diomedis esse iactantur, qui vnà cum eo contra Ilium arma tulerunt. Prima eorum natura in auium speciem immutata, etiam nunc se esse Græcos, & Græcorum studiosos perseuerare.* Silenus verò fabulosarum historiarum author hanc fabulam longè aliter narrat: remq; ita se habere ait: Cùm Diomedes in patriam post bellum Troianum redijsset, fertur in vltionem eius vulneris, quod Marti & Veneri dijs intulerat, eius vxor Ægialia exagitata fuisse incredibili desiderio, atque furioso propè quodam amore Comutæ filij Stenelj, vel, vt alijs magis placuit, Cyllabari. Idcirco cùm domum redijsset, ita illum detentam vxorem reperit, vt parum abfuerit, quin ab ipsa Ægialia fuerit trucidatus: cùm vix se seruasset ad aram Iunonis Argiuæ. Postmodo de statu rerum præsentium decidens, ac desperatione captus ad populos vocatos Daunios in Italiam commigrauit, quibus per illud tempus, Daunus res imperabat. Cùm fortè tunc accidisset, vt Daunus ab hostibus obsideretur, audita Diomedis virtute, ac fortitudine, eiusq; in Italiam aduentu, misit rogatum ipsum Diomedem, vt sibi opem ferret in ea rerum difficultate: promisit etiam se partem suæ regionis ad habitandum esse daturum ad remunerationem tanti beneficij. Ille vbi auxiliatum Daunijs iuisset, victoriamq; illi peperisset, vrbem postea vocatam Argyrippam condidit, quam sibi esse regiam statuit. Nam cùm Daunus vellet videri tanti accepti beneficij minimè oblitus, proposuit Diomedi, concessitq; optionem, vtrum mallet, eligendi, vel totam prædam, vel totam regionem hostis, quam cepisset. Cùm neutrum horum voluisset eligere Diomedes, cupereteq; Daunus aliquo condigno munere satis Diomedi in se benevolentiæ facere, Althæum Diomedis fratrem nothum iudicem statuit. At enim Althæus, cùm fuisset captus amore Euippæ filiæ Dauni, velletque Dauno gratificari, regionem Dauno adiudicauit, iussitq; prædam dari Diomedi. Ferrur illo iudicio indignatus Diomedes Deos rogasse, vt neque semina terræ vtiliter concederentur, neque illa fructum ferret, nisi aliquis è suis cognatis, aut ciuibus ibi seminasset. Postea verò, cùm istud ipsum contigisset, neque terra vllos fructus ferret, & si qui nascerentur, per malignitatem aëris vel decciderent è plantis, vel ad maturitatem non peruenerint, animalia passim perirent, ac si qua ferrent in vtero, facerent abortum, dicitur Daunus misisse scisciratum oraculum, quænam esset tantæ Deorum indignationis causa, aut quid in Deos esset commissum, ex quo tot incommoda, totque calamitates Dauni regionem inuasissent. Cùm respondisset oraculum, istud partim ex imprecatione Diomedis contigisse, partim etiam ex ira Deorum, & præsertim Veneris, quæ vel ipsum fratrem in Diomedem per amorem Euippæ incitasset. Daunus in præsenti rem dissimu-

a Lib. 7. Geog.

Diomedes socij in aues.

Diomedes vt punitus.

lat, atq; consilium prorogat in oportunum tempus. Nec ita multis sanè diebus interiectis Daunus Diomedi insidias parat, & tanquam Dijs inuisum, atq; inimicum repente trucidat. Græci Diomedis socij, qui fuerant illum in Italiam sequuti, visa sui ducis morte tam fœda, tamq; miserabili, illum magnoperè lugere cœperunt, atq; stridulè conquerentes, dicuntur omnes Deorum misericordia in Cycnos aues canoras fuisse conuersi, quod accidit in insula Diomedea vocata à regione Gargani. Alij dicunt non in Cycnos quidem fuisse mutatos, sed in aues Cycnis simillimas, quæ dictæ sunt postmodum insulam vocatam Diomedeã habitasse de nomine ipsius Diomedis. Hæc ferè ea sunt, quæ de Diomedeis auibus fabulosè memoriæ prodita sunt ab antiquis scriptoribus, quæ si diligentiùs considerentur, partim nos admonent, nullam esse turpitudinem, nullamq; arrogantiam, quæ Deum non habeat vindicem, ac vltorem. Nam cùm Diodemes Deos ipsos vulnerasset, iustam Deorum vindictam omnino aufugere non potuit, quia tam felici rerum successu elatus fuerat, vt ne Dijs quidem pepercerit, in ipsa rerum felicitate, quos magis, vt authores omnis humanæ felicitatis, impensiùs venerari, atq; obseruare decebat. Eius autem socij dicuntur in aues fuisse mutati, quod omnis infelicitas, ac miseria alas adiungit prioribus amicis ad fugam. Facti sunt aues Diomedeæ, siue Artennæ, dum lugubres, & miserabiles voces emitterent, quoniam neq; tutum est, neq; sapiens, neq; valde pium, illorum sceleratorum calamitates lugere, quæ diuino consilio, diuinaq; prouidentia propter illatas, vel in ipsos Deos iniurias, illas calamitates patiuntur, cùm illud scire possimus. Fiunt enim brutis similes ijs, qui neque motibus animorum moderari aliqua saltem ex parte possunt, neq; æquo animo ferre nitantur illud, quod diuinitùs statutum nulla ratione mutari possit. Hæc res iure optimo fecit, vt socij Diomedis in aues Diomedeas vocatas dicantur fuisse conuersi.

Fabula expositio.

DE LARIS. Cap. IV.

AVEM Diomedeam, nisi rostro esset more rapacium adunco, ex Larorum genere videri, superiùs annotauimus: quamobrem horum historia aui Diomedeæ non incongruè coniungi queat, maximè cum & natura quodammodo sint similes. Hæc enim vt adipis plurimum corpori suo ex piscium esu adijciat, sic Larorum genus, licet macilentum sit, ac famelicum, non minus tamen, quàm illæ pingue euadit, nec minori, quam copia pisce deuorat, eos tam in mari, quàm in stagnis, ac fluminibus persequens.

ÆQVIVOCA.

Lari pisces.

Ἄρος, cùm auem significat, inquit Eustathius, paroxytonum est, & primam corripit, cùm verò suauem, oxytonum, & primam producit. Bellonius quosdam pisciculos Laros nominari scribit, & ab his auibus id nomen factum fuisse, quod non puto. Lari dictæ insulæ, teste Ptolomæo, Aphricæ adiacent. Quibus verò auibus Lari nomen ab authoribus cùm recentioribus, tùm veteribus applicetur, subinde examinabitur.

SYNONYMA.

Schacaph.

SCHACAPH Hebraicam dictionem Leuitici 11. & Deuteronomij 14. Septuaginta, & Hieronymus Larum, aut Fulicam transferunt. Alij aliter, vt abundè in Bubone scriptum est. Dauid autem Kimhi interpretatur auem, quæ laboret morbo Schachefet Hebræis dicto, quo corpus attenuetur, & deficiat, phthisi nimirum: quod Laris quodammodo conuenit; sunt enim macilenti, & excarnes, & ceu tabe laborare videntur. Thachmas Leuitici vndecimo exponitur auis quædam immunda, & rapax. Alijs est genus Accipitris: Septuaginta, & communis translatio Larum verterunt: nonnulli vulgò interpretantur Lusciam. Deuteronomij 14. Septuaginta γλαῦκα reddunt, Hieronymus Noctuam, alij Catuphita, quod sonat raptorem, aut Harpyiam: Chaldæus Tarphita, idest saceratorem, Arabs Catuph. Persa Hebraicam vocem retinuit. Albertus apud Aristotelem

stotelem pro Laro habet Aleroz, ex Auicenna nimirum, & alibi Latroz. λάρος non omnes Larum vertunt Latinè: sed Gauiam Gaza, Plinium secutus, qui de Gauia scribit, quod de Laro Aristoteles. D. Augustinus Fulicam, quem sequutus videtur Perottus, dum ait: Græci Larum Fulicam vocant, quæ auis est nigra aquatica, vulgò nota, paullò supra magnitudinem Columbæ: quæ sanè versio nullo modo accipienda est. Nebrissensis & ipse altissimis erroribus immersus, modò Mergum, modò Fulicam, alij Herodium, alij Ciconiam, alij Ibidem, fœdè simul omnes hallucinati, cùm alioqui Larus vulgò notissima sit auis, maximè ijs, qui maritimas regiones incolunt. a Bellonius in Græcia idem nomen hodiernum retinuisse scribit. Κίμφος Suidas, Scholiastes Aristophanis, & Varrinus etiam, Larum transferunt: ac si synonyma essent: Gaza verò Fulicam ea ratione, vt conijcit b Pierius Valerianus, adductus, quòd Arati carmina quædam Virgilius ad vrbem ferè in Georgicis expresserit, atque vbi ille κίμφος, hic Fulicam posuerit. Ego Fulicam, si modo ea auis Fulica est, quam plerique viri esse putant, à Ceppho longè, ac plurimùm differre puto: Cepphum verò simpliciter Larum non esse, sed ex Larorum genere, vel quodammodo similem, Lariq; nomen apud Aristotelem latius extendi, subq; eo non Cepphum tantùm, sed Catharracten quoque comprehendi, & quotiescunque Larum nominat simpliciter, & vniuocè, de magno eo, cuius præsenti capite iconem pono, loqui: quæ res ne Aristoteli insuetа, & inusitata esse videatur cuiquam curioso exemplo id docebo: Gracculus priuatim Monedula illi appellatur, in genere verò de Coracia, & Lupo, quæ aues & ipsæ Graculi species sunt, etiam prædicatur. Ἐρωδιὸς Augustinus, vt annotat Cælius, vertit Fulicam, Lycophronis interpres Larum esse scribit, Ambrosius etiam Sturnum, quem tamen Graci non Erodium, sed Psara, inquit, dicunt. Sed Erodius Ardea est, vt post patebit. Κέρκος alijs Eustathio, & Varrino auis est marina similis Hirundini (Gauiarum genus autem quibusdam locis Italiæ Hirundo etiam marina dicitur, fortè propter volatum plurimum, vel alarum proceritatem) vel Larus, vel Mergus, vnde genitiuus fit Κέρκου. Κέρκε Lari Hesychio quoque sunt, item Varrino. Κάρξ ab etymologo exponitur Larus: in epigrammate quodam Græco, cui titulus est, in naufragos, legitur κάρυξ, quæ vox videtur facta per onomatopœiam, vt fortè Gauia etiam apud Latinos, aut ad imitationem Græcæ: nam & Etymologus κάρυκα dici scribit ἀπὸ τῆς λίγεν καῦ καῦ, ad quam vocem Hollandorum Meau plurimum accedit, qui fortè καῦ erant nuncupaturi, nisi sic Coturnicem vocarent. Meuuven autē ipsis significat felium modo plorare, ac lamentari, quod famelicis Laris quoq; competit, qui continuo suo clamore famem indicant, & plorant. Lycophron verò Calchantem, Idomeneum, & Stenelum κάρηκας, non quòd eam ederent vocem, nuncupat, sed propter canitiem, & senectutem, qua Laris erant similes; quare & hæ aues Gallis vulgò Grisard dicuntur, id est, incani: incanos autem homines Belgæ, vel saltem Hollandi Grisardos nuncupant. Scribitur & κάρυξ in eodem significato, nimirum pro Laro ab Hesychio, & Varrino, qui pariter Κήρυκα Larum vertunt. Κορυδαλὸς genus Lari ab insigni voracitate dicti nominatur Eustathio. Possit autem omnibus Laris id nomen applicari: quando omnes natura voracissimi sunt, & insatiabiles. Γελαδικὰς vulgò hodie à Græcis vocatur auis quædam, Columba maior, quæ aquæ innatat, nec mergitur, albissima. Hæc an Lari genus, sit quærendum esset. Quod modò ad Lari etymum spectat, Bellonius, vt præcedenti rubrica etiam dixi, nomen à Laris piscibus accepisse arbitratur, quos appetit. Sed cùm huic etymologiæ nemo veterum patrocinetur, mihi parum arridet. Alij λάρον, quasi λάλον dictum volunt, id est, loquacem, nimirum à voce, quam continuè, semperq; reiterat, ac propterea in tutelam Mercurij ascribi. Scribitur & λαρὶς, quam dictionem diminutiuam esse volunt à Laros. Italis præsertim Venetis Crocalo dicitur, Liguris nomine æquiuoco Oca, vel Oca marina. Obscurus quidam vulgò Rasle dici scribit, sed qua dialecto non explicat. Gallis Mouette, vt apud c Bellonium transfert Carolus Clusius, Caniard, Colin, Grisard, Massilienſibus, teste Roberto Constantino, Gabian, Northmannis Mauue; quarum duarum vocum prior à Latino nomine Gauia derivata videtur. Circa Dieppam Mauue, quam vocem etiam Hollandi seruant, qui pariter Kockmeuu dicunt. Superiores Germani etiam Meyve pronunciant: Sed qui circa mare tantùm habitant aues Saemevuen, id est, Laros marinos nuncupant. Aues quædam, inquit Albertus, ex d Aristotele *palmipedes habent aliquando partem aliquam, qua comprehendant ea, qua sunt in aqua, & collum illis est sicut arundo piscatorum, & ideo est longum: rostrum verò eis est pro hamo. Et talis est auis, quæ Meba Germanicè vocatur.* Alibi etiam Meerschvvalm, id est, Hirundinem marinam vocari, vt & ab Italis quibusdam se audiuisse refert Ornithologus, & circa Gandauum Miesen tum fluuiatiles, tum marinas Gauias. Illyricè Vvlasto vvige, vel Morska dicitur. Anglicè, vt Turnerus

Aleroz. Latroz.

Lari quæ aues vocentur.

a lib. 1. obs. cap. 11.

b lib. 23. hierog.

Cepphus, quæ auis.

Lari nomine quæ aues comprehendantur.

Erodius.

Cex marina.

Hirundo marina.

Lari etymum.

c li. 1. obser. cap. 11.

Larus Marinus.

d lib. 4. de part. c. 12.

Meba.

interpretatur, Seecob, vel Seegel. Sed Bellonius hæc nomina marinis tantùm conuenire ſcribit.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Non eſſe Milui congeneres.

LARVS, inquit Albertus, *eſt de genere Milui, tam in aqua natans ad prædam, quàm in aëre volans.* Mihi autem Laros Miluis congeneres, aut cognatos facere, nequaquam placere poteſt, cùm ferè omnes palmipedes ſint, roſtro oblongo, & recto ferè, quamuis in extremo modicæ inflexo, non breui, & aduncо, vt Milui. Oppianus plura eſſe teſtatur Larorum genera. Quoſdam eſſe albos, & minoribus Colũbis ſimiles. His alios eſſe maiores, & robuſtiores, ac pennis denſiùs veſtitos. His rurſus tertium genus maius eſſe, albis itidẽ pennis extremis tantùm vnguibus, & collo nigricans, ijſq; cæteros omnes Laros de paſcuis, & ſede tanquam regibus concedere. Ariſtoteles itidem tria Larorum genera memorat, quorum primum, meo iudicio, Larum ſimpliciter nominat, fueritq; fortè ille, cuius ſubinde iconem dabo, alterum album, tertium cinereum. Albos itaq; cùm tantùm nominet Oppianus, horum rurſus diuerſas poterimus dicere eſſe ſpecies. Sunt autem plerunq; alibi marini. Differunt omnes etiam pro regionis, caliq; varietate. Britannicis enim circulum rubicundum aiunt collum inſignire, vt Danicis nigrum Luſitanicos paulò maiores cæteris, capita plumis criſtata ferè inſtar Vpuparum habere. Pruſſicorum capita partim albo, partim nigro colore diſtingui. Ego cinereorum quatuor ſpecies tam colore, quàm magnitudine differentes depingam poſtea, quorum primus idem fuerit cum eo, quem Bellonius, & Ornithologus quoque deſcribunt, & depictum exhibent: alter omnino fermè cinereus, ſed per dorſum fuſceſcens quodammodo alarum, & caudæ extremitatibus nigris, roſtro, pedibuſq; rutilis: tertius paullò minor, capite atro, roſtro, ac pedibus coloris cinnabrini, aut miniacei, quartus, ac poſtremus omnium minimus, pedibus croceis, roſtro, & vertice nigris. Differunt poſtremò Lari ratione loci proprij, quem inhabitant. Alij enim mare tantùm incolunt, quibus Ornithologus Cepphum, & Catharacten annumerat, meo iudicio non incongruè, alij etiam ſtagna, & fluuios.

Quomodo differant.

Lari cinerei ſpecies.

FORMA. DESCRIPTIO.

LARORVM omne ferè genus palmipes eſt, roſtro oblongo, ac parumper in externo recuruo, alis oblongis, & validis, cruribus breuiuſculis, corpore leuiſſimo, multis, & denſis plumis indutum, multa circa pellem pinguedine, clamoſum, vorax, famelicum, & piſciuorum. Oppianus ait, cùm ſeneſcunt pennas cæruleo colore infici. Io. Rauiſius Textor Larum ſcribit eſſe autem nigram, lato oris rictu: ſed nemo veterum Larum nigrum dicit. Ariſtoteles quidem gula tota ampla teſtatur, & lata, ſed de colore nihil nobis memoriæ prodidit, fortè quia in Græcia auis eſſet communis. Noſter verò Larus, quem hic depingimus, cæteros, quod obſeruaui magnitudine vincit. A roſtri enim acie ad alarum finem duas ferè ſpithamas longus eſt, capite maximo, ac craſſo admodum, ex albo, & cinereo variegato: pectore quoq; amplo, eodem colore, ſed dilutiori, maximè verſus ventrem inferiorem: roſtro craſſo, luteſcente, in extremo nigricante, & inſigniter acuto: in cuius ſuperiori parte narium foramina ſunt oblonga, rictu ampliſſimo. Oculorum pupilla nigra eſt, iris flaua, vel auri inſtar ſplendida, quam niger ambit circulus, hunc albus, album denique cinereus. Alæ ex albo cinereo, & ad caſtanearum colorem tendent ſimul commiſtis, conſtant, ad remiges pennas vſq; exteriùs fuſcæ ſunt, aut ſubatræ, intus fermè cinereæ: & caudam palmi longitudine excedunt: longiores autem ſpithamam ſuperant. Cauda ipſa ſemidodrantem, & amplius longa eſt, cinerea tota, niſi quod propè externum finem pollicis craſſioris ſpatio ſunt nigræ. Coxæ cinereæ, ac propè crura pennis nudæ. Crura, tibiæq; oblonga, exilia, vt lenem auem decebant, lutea: Pedes, & horum digiti interiecta membrana etiam lutei: vngues nigri, breues, & recurui: poſterior digitus ſatis conſpicuus, vngue etiam armatus.

Lari maioris authoris deſcriptio.

Larus maior cum iunco aquatico maximo.



LOCVS. VICTVS.

IN locis maritimis, ſtagnis, ac fluminibus, nulla auis frenquentior conſpicitur quàm Lari: propè mare autem maximè, & hic, cùm ingens aliqua tempeſta coorta eſt. In libro, Aurora inſcripto, hi verſiculi leguntur:

Fluminis eſt Larus habitator, & incola terræ,
Nunc natat vt piſcis, nunc volat inſtar auis.

Vbi pro terra non quæcunque terra accipienda eſt, ſed ea tantùm, quæ mari proxima eſt: nam in mediterraneis locis non inſident: Eſt qui, Gauias, ſcribit, in locis paluſtribus per hyemem latere. *Vanellus.* Sed cùm Lari, vel philoſopho teſte, non lateant, Gauiarum nomine fortè intellexerit eas aues, quas nonnulli, Vanellos nuncupant, Ariſtoteles, vt verè ſentit Bellonius, Capras. Hæ enim ijs in locis per hyemem latent, & capiuntur quandoque. Lari piſcibus viuunt, vt ſubinde ex Homero aſtruemus, qui certè præcipuus eorum cibus eſt, vt rectè *al. 3. epig.* ἰχθυβόρους, ideſt, piſcinoros vocauerit *a* Leonides. Veſcuntur & Lumbricis etiam, quorum cauſa ruſticos aratro terram aperientes obſeruant, vt piſciũ cauſa delphinum, à quo fruſtula, quæ eijcit, expiſcantur. Propè naues quoq; libenter verſantur, vt recrementis piſcium, aliarumq; ſpurcitierum, quæ nautæ proijciunt in mare, veſcantur. Delphinos in littore eiectos etiã deuorant, teſte Aeliano. A Teſtatis, ſiue conchylijs præterea non abſtinent: & cùm aliàs aues habeantur obtuſi, ſtupidiq; ingenij; in rumpendo eas, ſingularem aliquam, ac notabilem induſtriam oſtendunt. Ea enim ſublimia ſurripiunt, ſicut ex Eudemo refert *b* Aelianus, licet cochleas tantùm nominet, & ex alto deijcientes magna vi ad ſaxa allidunt, vt ſcilicet eſculenta, teſtis ſeiunctis, eligant. Io. Botereus Benenſis, & Laurẽtius de Anania noſtri æui hiſtoriographi Laros, ſcribunt, agros Tarentinos à Locuſtis, & Phalangijs, (Tarantulas vocant) repurgare, non aliter ac de Seleucidibus referunt veteres. Contrà in Liguria tota ferè, maxima ſunt oliuarum pernicies: dum illis auidiſſimè veſcuntur. Liguria autem olei omnium optimi eſt feraciſſima: vnde ſub hyemem cùm olearum baccæ ex arboribus decidunt, magnus harum auium, quæ ab incolis Oche dicuntur, numerus à proximo mari illuc deuolat: vt ruſtici vix ingenti clamore, & ſclopporum etiam bombis ſua rura ab illarum rapinis tueri queant. Sunt enim inſigniter voraces, ac rapaces, & nunquam non piſces captant; quare nec tempeſtates horrent, ſed ijs obortis ſummoperè lætantur, fortè quòd tunc faciliùs piſces capiant.

b l. 3. de animal. c. 20

VOLATVS. NATATVS.

Lari cur leues dicti.

LARI ab Oppiano leues cognominantur, ob mirum volatum, cùm leues ſint, leuis etiam hic exiſtit, & facilis; nam propter multas denſas pennas, leuiores ſunt, quàm apparent. Sed & ipſæ pennæ per ſe, quàm aliarum auium fortè leuiores fuerint; has enim piſcatores pelamydum, teſte Aeliano, ad humum lineæ alligant, vt propter earum leuitatem ab occurrente a qua ſenſim, at leuiter agitetur. *a* Homerus quoq; Lari πτερὰ πανικὰ dixit, & Mercurium ei aſſimilat non corpore, ſed motu, & volandi ſupra mare impetu.

a Ed. ſſ. E.

Mercurius Laro comparatus.

Πιερίθεν δ' ἐπιβὰς ἐξ αἰθέρος ἵετο πόντῳ
Σίνατ' ἴσως ἠὲ λάρῳ ὀρθυὶ ἰοειδέϊ
Ος τε κάτα δηναιὸς κολεῶν ἅλος ἀτρυγέτοιο
Ἰχθῦς ἀρτύσασθαι πυκιὰ πτερὰ δεύεται ἁλμῃ.
Pieria incenſa, ſe miſit ab æthere in vndas,
Deinde Laro ſimilis volitat iuxta æquora ſumma,
Qui maris indomiti ſinuoſa ad littora ſæpe
Captando piſces aſpergine tingitur vnda.

Virgilius, quanquam Macrobius in recenſendis carminibus; quæ Virgilius ex Homero trãſcripſit, nihil iſtius loci meminerit, ex Homero hos verſus in ſuam Aeneiden tranſtulit, ſed Larum non nominat, in genere, quàm in ſpecie verſari malens, cum omnino proculdubio Homerus non ſine cauſa Larum ex omnibus piſcatricibus auibus elegerit, cui Mercurium in volando compararet. Vergilij verſus hi ſunt:

Hic primum paribus nitens Cyllenius alis.

Conſti-

Constitit, hinc toto præceps se corpore in vndas
Misit auis similis, quæ circum litora, circum
Piscosos scopulos humilis volat aequora iuxta.

b Petrus Nannius Alcmarianus Hollandus, qui hunc locum in συμμικτοῖς suis, siue miscellaneis annotauit, arbitratur, Virgilium auis nomen tacuisse, quoniam non satis constet apud Latinos authores, quæ auis Larus sit apud Græcos: quam sanè coniecturam ego laudare non possum, & sufficisse poetæ existimo, auem quodammodo nobis depinxisse, cùm dicat præcipitem corpore se dedisse in vndas, quod proprium est Laris, & quod circũ litttora, & scopulos humilis iuxta aquam marinã volitet, quod licet & Hirundines faciant, magis tamen conuenit Laris, quorum in ijs locis ingentem semper, & sedentium, & volantium copiam est conspicere. Sed neq; placet ratio, quam nobis adduxit poëtæ scholiastes Seruius, incongruum esse, inquiens, heroico carmini, si Larum diceret: nam & Homerus heroico carmine scripsit. Vsus itaq; est periphrasi Virgilius, quemadmodum & alibi Ciconiam circũscribit.

b lib. 7.

Larivbi plurimi.

Candida venit auis, longis inuisa colubris.

Quod modò ad natandi attinet velocitatem, Oppianus author est, vix vllam volucrem cum Laro contendere posse, fortè propter corporis leuitatem.

Natandi velocitas.

NIDVS. PARTVS.

ARISTOTELES Laros, & Mergos scribit, in saxis maritimis nidulari, & bina, terna ue oua parere, sed Laros æstate, Mergos à bruma, ineunte vere, incubareq; cæterarum auium more: sed neutram earum, auium condi. Laros in petris nidulari Plinius quidem repetit, eos Gauias nominans, sed Mergos ait nidificare in arboribus: item parere plurimum terna, sed Gauias æstate, Mergos incipiente vere. Mihi aues palmipedes, quales sunt Mergi in arboribus nidificare, nouum est, quanquã etiam *b* Lucianus id de Laris scribat. Oppianus cur in petris illis nidificent, hanc adducit rationem: *Fœtificant*, inquit, *in petris, præcipuè à quibus potabilis aqua emanat, vt fœtus eorum victu quidem marino, aqua verò dulci vtantur, donec adulti, nidos relinquant: quo tempore tam cibo simul, & potu ex mari vtuntur.*

a l. 5. hist. c. 9.

b l. 1. Hist. verar.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

IDEM *a* Appianus Laros, scribit, humani generis esse amantissimos, & propè homines tanquam maximè familiares versari, ac vbi viderint piscatores sua retia extrahere ceu prædæ participes adiungere se nauiculis, & clamore partem sibi postulare: nautas verò, seu piscatores pisces aliquod postulantibus proijcere, quos aues statim deuorent, & si qui alij fortè lagenas subterfugiunt, prompiè excipiant. Est profectò ollaris hæc amicitia Larorum, quæ an occulta sit, alij viderint. Mihi, à fola, quam ab hominibus accipiunt, vtilitate, proficisci videtur. Cùm enim homines harum auium esum respuant, ideoq; illis non insidientur, fit, vt illæ audaces euadant, hominesq; sibi non nocituros certæ, accedant, non autem quòd occulto aliquo amore eos prosequantur. Sed Oppianus fortè ad fabulam eam allusérit, de qua ipse alibi: Vulgò, inquit, celebratur opinio, Laros homines fuisse, qui primi venationem, & prædam marinam exercuerunt: deinde sic volentibus Dijs, in aues muratos, inxta vrbes, & portus volitantes etiamnum veteris artis meminisse. Alij in Pontica insula, quæ Achillis insula, vel cursus dicitur, multas aues, & inter alias innumeros Laros esse aiunt, qui fanum Achillis colere feruntur, vt scribit Arrianus. Mane enim, inquit, quotidie aduolant ad mare, inde madefactis pennis ad templum studiosè redeunt, & aspergunt: & cùm bene habet, rursus pauimentum alis exiccant. Has easdem aues cum Monedulis amoris coniunctionem habere testatum reliquit Ælianus, qui quidem occultus amor fuerit, quanuis fortè quis eius hanc rationem reddere possit, nempe quod diuerso victu vtãtur, ideoq; inuicem diffidendi causam non habeant: quare contra cum Anate, & Harpe, testis philosophorum coryphæo, & communi præceptore Aristotele inimicitiam colit, quia nimirum cibum omnes è mari petunt. Plinius Harpen cum Gauia, siue Laro nominare non videtur: habet enim sic: *Aquaticæ Anates, & Gauiæ Harpe, & Triorches Accipiter dissident:* ac si Harpe cum Gauijs, siue Laris non dissideret, sed cum Accipitre eo, quem triorchim

a In Ixeut.

Lari hominum amantissimi.

Larorum fabula.

Monedulæ amant.

Larus cum quibus dissideat.

ideſt,

ideſt, triteſtigerum nominet. Doctiores itaq; hæc examinent. Ego, vt liberè, quod ſentio, dicam, Larum cum Harpe diffidere exiſtimo ob allatã ex Philoſopho rationem. Triorchim enim, qui è mari cibum nõ capit, Plinius quem in Arpes hiſtoria, in verborum eorum Ariſtotelis traductione, hallucinatum eſſe dixi, cum rubeta, & ſerpente coniungere debebat. Eſt præterea hic obiter aduertendus lector, Gazam pro Brentho Anatem vertiſſe, Pliniumq; ea parte, vt apparet, ſecutum eſſe, cùm alioqui, meo iudicio, Anas piſciuora non ſit: quæ verò auis Brenthus ſit, ſuo loco monſtrabitur. Quod verò ad Harpen attinet, de hac quoque noſtram pronunciauimus ſententiam, Miluum paluſtrem eſſe iudicantes, qui in maritimis, & paludoſis locis piſcibus inſidiatur, ideoq; cum Laris inimicitiam exercet: cuius pariter meminit Varrinus, etſi auem non agnoſcens. *Harpen*, inquit, *aliqui interpretantur animal marinum Laro inimicum*. Cæterùm illud ſaltem humanum iudicium fugit, & nemo eius naturalem rationem afferat, cur malo Punico, fructu non ſolùm & hominibus, & cæteris animantibus innoxio, ſed hominibus febricitantibus in primis ſalubri, ſoli Lari, Circi, Turtures, Merulæ, Vultures, & Scopes, vt addit Gyllius, pereant, vt memoriæ prodidit *b* Ælianus.

Plinij error.

Gazæ error

Harpæ qua auis.

b lib. 16. de anim. c. 6.

PRÆSAGIA.

Venti imminentis præſagium.

LARI cùm imminent, & iam coorturi ſunt venti, ſublimes in aëre volitant, & vento ſeſe obuertunt. Idem veterum quidam ſcripſit de Cepphis. Laros, ſiue Gauias nonnulli tradunt, aduolantes ad piſcatores, qui retibus piſcantur, copiæ piſcium capiendæ facere augurium.

Piſcium rapiendorum augurium.

CAPIENDI RATIO.

Lari quomodo capiantur.

GAVIÆ, ſiue Lari capiuntur ad hunc modum: Obijcitur ſpuma primùm longiore interuallo, deinde propiùs, propiùsq; proſtremò manibus geſtantes exhibent. Lari itaq; cibi auiditate capti cõprehenduntur: Alius quoq; capiendi modus Belgis circa maritima loca habitantibus familiaris eſt, isq; cæteris longè præſtantior. Funiculo prætenui, & longo caudam piſcis deuinciunt, conſtringuntq;, alteram verò funiculi partem ligno alligant, quod in maris littore terræ infixum eſt, & hunc piſciculum remotiùs à palo collocant: deinde homines ſeſe à loco ſeducunt, Lari autem aduolantes & piſciculum deglutientes, ab ocyùs accurrentibus capiuntur. Allusit ad hanc capturam, vt apparet, Lucianus, dum ait: *Sumpta verè fiducia, venatum aggrediere, ſi videtur, Lari in morem totam eſcam ore deuorans.* Oppianus Catharractas imaginibus piſcium ſuper tabulas pictis capi ſcribit: Nam dum impetu, inquit, in illas, ceu viuos piſces feriuntur, illiſi pereunt. Sed & Gauiarum genus in Rheno etiam ſic decipit narrat Ornithologus, vt ad tabulam in qua imago Gauiæ eſt, aduolantes capiantur. Vnde ſui generis ſtudioſos eſſe quis non ineptè iudicet: niſi auem pro piſce imprudenter poſuerit Ornithologus, quod ſuſpicandum videtur.

Laros quomodo Belgæ capiant.

DENOMINATA.

Larius lacus vnde dictus.

LARIVS lacus, inquit Perottus, Galliæ Ciſalpinæ vicinus alpibus, à Fulicarum, quæ ibi ſunt, multitudine appellatus: Græci enim Larum Fulicam vocant. Verùm quantùm Fulica à Laris diſcrepet, aliquando docebimus. *a* Cælius Rhodiginus etiam ita dictum putat, quoniam ibi ſtuuiatiles aues abundent. Cùm verò Larorum genus flumina ſolummodò non habitent, ſed mare potiſſimùm, itaq; magis probo vnà cum Ornithologo *b* Catonis ſententiam, qui ita dictum eum lacum ſcribit, quia Hetruſci Larunem (aliàs Larorem. Barones etiam pro viris fortibus quidam putant eſſe Latinum) vocent nobilem principem. Larinos boues Græci, teſte *c* Cælio, à Larino paſtore dici ſcribunt, qui ab Hercule redeunte à Geryonis nece eos exceperit, educauerit q; etiam ſi ſint, inquit, qui ab narium magnitudine dici velint, vt eſt ab interprete Ariſtophanis annotatum: ſiquidem Λα particula intendendi vim habet: λαὶς verò nares ſunt. *d* Io. verò Tzetzes omne magnum Larinum dici, ait,

a l. 10. c. 6.

b In Origin. Latini boues.

c li. 6. c. 7.

d Hiſt. Chiliad. 8. 186.

ab

ab eodē eo pastore, quòd & corpore magnus esset, & insignis belluo, vnde & boues illi Larini dicantur, Larinum verò nomen obtinuisse à Laro, aue, quæ integros deuorat pisces.

MYSTICA.

Larus, quibus Dijs dicatus.

HABVIT & Larus Deos suos, quibus à veteribus dicatus habebatur, Mercurium, & Herculem, illum propter loquacitatem, à qua, vt superiùs dictum est, nomen inuenit, Mercurius enim dicendi artifex perhibetur, aut propter suauitatem, vt addunt Eustathius, & Varrinus. Larus, inquiunt, Mercurio conuenit, vtpote auis alba deo argiphontæ: nam ἀργὸν album significant διὰ τὸ λευκὸν, ὃ ἐστιν ἀναρχὲς καὶ λόγου: commendatur autem oratio, cui præest Mercurius, cùm perspicua, & quasi candida fuerit, aut propter suauitatem, διὰ τὸ λαρὸν καὶ ἡδὺ λαρον enim suaue est: oratio autem res suauis, & iucunda. Quare quoque verisimile videtur, Homerum scribere, in hanc potius, quàm aliam auem conuersum fuisse. Sed Herculi magis hæc auis conuenit, siue Larus simpliciter, siue is, qui Buphagus à quibusdam nominatur. Talis enim Hercules quoque celebratur. Siquidem *a* Athenæus, & alij tradunt, fuisse eum ἑκατόμβοιον, ideſt, integri boui, deuoratorem, inq; eo certamine Lepreum vicisse, vt scribit idem Eustathius. Sed Athenæus Herculem Βυφάγον vocatum scribit: *b* Aristophanes quidem eandem ob causam Herculi Larum attribuit: *Si quis*, inquit, *ante hac Herculi bouem sacrificarit 'pro eo iam Laro, plenas & bene farctas placentas* (ναῦς μολιστὰς) *immolet.*

Cur Mercurio sacer.

Cur Herculi sacer.

Larus Buphagus.

a lib. 10.

b In Auib.

HIEROGLYPHICA.

HOMINEM, inquit *a* Pierius Valerianus, de quo magna aliqua fuerit expectatio, quam tamen ignauiter sit frustratus, ostendere si vellent Larum figurabant: illa siquidem clamore arguto admodum, cùm parturit, vociferatur, partusq; ædit plumosos vtique, atq; in primis pennatos, cæterùm carne admodum exigua. Hæc ille. Videtur autem huiusce modi hieroglyphicum, quando veteres, vel saltem Orus, eius non meminere, ex vulgato adagio (*Larus parturit*) de quo suo nos loco, detorsisse. Laudo tamen hieroglyphici significatum, sed quod non à pullis, sed à clamosis parentibus, meo iudicio erat accipiendum. Hi enim volantes, pennarum multa copia vestiti, admodū magni apparent, ignarosq; aucupantes prædam, quam magnam sperabant, frustrantur; dum præter pennas nihil fermè carnis, eiusq; cibi ineptæ reperiant. Vnde apud nos Bononienses simile ferè de Cuculo prouerbiū habetur in eos, qui multa, & magna iactitantes nihil vnquam præclari præstant. Tu sei come il Cucco, solamente penne, & voce, hoc est, Cuculi instar, nihil præter pennas, & vocem possides: qua in re Cuculus cum Laro conuenit, vterq; plumosus valde, vterq; stupidus, ac propter canis, & ingenij inopiam ridiculus. Larus verò etiam, vt id quoque tanquam hieroglyphicum symbolum ponamus, quia modò volat, modò natat, eos significabit, qui modò laboribus atteruntur, & quasi in arido versantur: modò verò luxuriæ, petulantiæq; fluxu resoluuntur.

a l. 23. Hieregl.

Hominis expectationem de se frustrantis hieroglyphicum.

De Cuculo prouerbiū.

Larus quos significet.

PROVERBIA.

ΛΑΡΟΥ ΒΙΟΝ ΖΗ, *Lari vitam vivit*, prō lucri gratia maria omnia obit nauigando. Dici conueniet de mercatoribus, qui vt rem faciant, peculiumq; augeant, quouis terrarū nauigāt, & ad extremos etiā Indos decurrunt. Hæc enim auis cū è mari, tū è fluminibus, ac stagnis victū quęritat, & semper famelica est, & instar mercatorū insatiabilis: vnde per quā appositè Matron Parodus Chærephontē parasitum Laro assimilat famelico, ob inexplebilē voracitatē: sumptū est adagiū ex epistolis rusticis Æliani sophistæ: vbi sic legitur: ἐπιζυμαιζει καὶ λαρυβιον ζῃ, καὶ ἀτιμως μαχηται διαγόρου: ideſt, *In vndis fluctuat, Larig. vitam degi, cum ventis diuersis dimicant.* Ab eadē voracitate aliud, nec omnino diuersæ significationis est adagiū, nempè λάρος κεχηνώς, ideſt, *Larus hians*, quod aptè dicitur, vbi quis auidiùs prædæ

In Mercatores prouerbium.

Charephon Laro assimilatus.

Larus hiās quid.

dæ inhiat. Acceptum autem eſt ex hoc Ariſtophanis. Λάρος κεχηνὼς ἐπὶ κέρδεσι δημηγορῶν. Quæ quidem Latinè reddi commodè non poſſunt. Cleonem enim ob rapacitatem Larum vocat, quòd quemadmodum auis in ſcopulis obuerſatur, ſi quid piſcium poſſit venari, ita ille verſaretur in Reip. negocijs adminiſtrandis, ſuum interim agens negocium. Repetunt idem prouerbium Suidas, & Varrinus, & in rapaces, & furaces dici aiunt Item Cælius Comicos, ſcribit, quandoq; vſurpare pro furaciſſimo: atque ab hac aue, Venetorum Laro, & Laron Gallorum dicta fuerint, quibus fur denotatur. Nos verò Bononienſes, & cæteri ſermè Itali Ladro pronunciamus: quæ vox an à Laro aue etiam dimanarit, vel à latro Latinorum, alij iudicent. Nos intereà proſequamur. Λάρος ἐν ἕλεσι, id eſt *Larus in paludibus*. Author adagiorum Suidam, ait, ſcribere, id dictitatum de ijs, qui faciles ſunt ad dandum: Ductumq; ab hac aue, quia facilè decipitur, alliciturq;. Suidas autem habet ſic: παροιμία ἐπὶ τῶν ταχὺ ἀποδιδόντων. Vnde Ornithologo, ſicut & mihi quidem adagiorum authoris interpretatio non placet, tanquam Lari dicantur, qui ſunt faciles ad dandum. Neque enim talis eſt Lari natura, vt liberalis ſit, aut facilè communicet: ſed contrà potius rapax voraxq; eſt, quare vel mendum eſt in dictione ἀποδιδόντων, & ἀναπαμένων, aut tale quid legendum: vel certè alio ſenſu accipiendum, vt de homine vorace, qui ſubinde ingerat, egeratq; vt ἀποδιδόναι, ſcilicet τὴν τροφὴν pro eo, quod eſt cibum ingerere, accipiatur. Ferè enim omnes piſciuoræ aues famelicæ ſunt, & mox aluo reddũt quod acceperint. Κέφος λάρου, ideſt, Cephus Larum in garrulum, & vecordem dicebatur, præcipuè qui cuiuſuis rei cupiditate deceptus capitur, ab auis ingenio ductum, quam ſpuma marina gaudere tradunt. Olim item præcipuus gurgitum luxus erat in piſcibus, id quod omnes libri teſtantur, quicunque vel apud Græcos, vel apud Latinos ſcripſerunt in hoc genere. Proinde congruet & in obſonatores, quòd Larus piſcium valde ſit appetens.

Cleon cur Larus dictus.

Laro Venetorum, & Laron Gallorũ vnde originem traxerint.

Cephus Larus.

VSVS IN CIBIS.

Laros cur nõ edamus.

LARI ideo nobis in cibum non veniunt, quoniam in veteri teſtamento ex translatione ſeptuaginta, & Hieronymi, impuri iudicentur, tanquam rapaces aues, & piſcibus, & alijs etiam impuris, cadaueribus nimirum, circa littora viuentes, vel quòd tam in mari, quàm in terra verſentur, & vtrinque cibum partum deuorent: verùm quod carne ſint, macra, nigra, tetri odoris, ac penè abominanda.

VSVS IN MEDICINA.

Cerebri vſus.

CÆLIVS Aurelianus nonnullos in Epilepſia Gauiæ, ſiue Lari cerebrum ſiccatum, atque conciſum infantibus, vel pueris odorandum, perfectis autem ætatibus bibendum dare ſcribit admodum cyathi cum mulſo, & aceto tribus cyathis. Demetrius verò Conſtantinopolitanus, Accipitrem ægrum inter alia cor Lari cum ſanguine, & paucis de pectore carnibus comedere præcipit. Et rurſus. *Lari cor tantum*, inquit, *& pectus voret Accipiter*. Cæteræ enim eius partes graues, & viroſæ ſunt. Kiranides Laro, & Alcyoni eaſdem tribuit facultates, eiuſq; cor tenentem ad mulierem partu laborantem ingredi iubet: illamq; mox pariturам: ſed ne quid ſubſequatur, mox vt peperit illa, recedere. Ventrem quoque auis aridum coctum, & guſtatum concoctionem maximè confirmare.

Cordis vſus.

Ventris vſus.

PENNARVM VSVS.

PLVMARVM vſum in ignobilem, vt audio, terra Belgica cognoſcit; earum præſertim, quæ leuiores ſunt, ac circa collum, & alas adnaſcuntur. His enim lectos preciosos infarciunt, quos reliquis omnibus præferunt, etiam ijs, qui ex lana Cygnea conſtant. Nam proprietate quadam occulta ſimulatq; mare intumeſcit, accreſcitque, quod fieri ſolet circa pleniluniũ, hæ quoque plumæ, intumeſcunt, eriguntur q; & decumbentem ſubleuantes ſunt in cauſa, vt molliſſimè cubet.

DE-

DE LARO ALBO, MAIORE & Minore. Cap. V.



LARVM album, cùm nunquam obseruarim, nam quem album prius arbitrabar, plerique viri docti cinereum esse volunt; itaq; & historiam eius, ac descriptionem ex alij excipiam: maximè cùm de eo tantùm dicat Aristoteles, quòd ad mare victitat. Quidam, vt ait Ornithologus, in Germania vocant Seegallen, & Albucken. Fuerit autem hæc auis. *Gauia illa peralba* Apuleo, *quæ*, inquit, *super fluctus marinos natat, demergit se prope ad Oceani profundum gremium*. Philes cum Ardea dissidere tradit: Petrus Bellonius de eo sic scribebat. Alborum Larorum bina sunt genera, maius nempe, & minus, de quo mox (Duorum quoque generum facere videtur Albertus, dum ait: *Alba quædam auis duorum generum, maior, & minor, volat super aquam, & aliquando residet, & natat in aqua, vestri Mere* (Ornithologus legit Mevv, ideſt Larus) *vocant, pisces venatur, & cadaueribus aquæ innatantibus vescitur*) Qui maritimos Gallinæ portus Hablam, & Dieppan habitant, eiusmodi Laros, & cinereos quoq; Maulues nuncupant. In maritimis vrbibus in officinis Artocreurgorum appensi conspiciuntur, quanquam nulli in cibum veniant. Cùm carnem eorum degustarem, non offendi tam ingrati saporis esse, vt vulgò fertur. Minor est cinereo, aspectuq; non iniucundus, & corporis pulchritudine ad Columbam albam accedens, quanquam mole corporis hanc vincere videatur, cùm alioqui pennis exutus, longè minus carnis obtineat. Niuis instar candidus est. Sub alis tamen aliquid habet cinerei. Oculi sunt grandiusculi, & nigro ambiuntur circulo. Propè aurium regiones vtrinq; macula est nigra. Alis optimè instructus est: nam caudam longitudine superant. Crura, & rostrum, rubicunda, contra ac in cinereo. Recta cruribus insistit, posteriora corporis magis eleuata gestans, ita vt inferiora in arcum quasi curuari videantur. Rostrum est teres, & acutum, alarumq; extrema nigra. Hæc & quæ sequuntur Bellonius, qui pariter Larum album minorem scribit fermè hoc modo. Statim atq; frigora ingruere incipiunt, exiguum quoddam Larorum genus apparet in mediterraneis locis supra flumina volitans. A iam descripto diuersum esse clarum est, summitatem enim capitis nigras habet, minusq; corpore est, & cæteris Laris diutiùs in volando perseuerat. Nisi industria piscatorum caperetur, nunquam nisi per aërem volitantem esset conspicere. Captus intrà biduum ferè cicuratur, facileq; nutritur, nihil non enim vescitur, intestinis, carne, & piscibus. Capitur hac arte. Ligneam aliquam crucem aquæ imponuntur, & in quatuor eius angulis totidem virgulas visco illitas erigunt: in medio crucis frustulo carnis, vel piscículo posito, ad quam escam descendens auis, & aquæ innatantē auferre volens alis suis visco irretita, ac affixa remanet: quo eodem modo Anates etiam tolluntur, item Milui quandoque. Larus verò istiu modi adeo clamosus est, vt aerem clamore suo percellat, & paludstria, & ripas fluminum frequentantes tædio, ac molestia afficiat. Hucusq; Bellonius. Cuius posteriori Larus meo iudicio Turneri, & Ornithologi Cepphus est. Neq, verò id temerè iudicasse videar, eorum scripta super hac aue ex ipsomet Ornithologo deprompta hic operæpretium est recensere. Recentiores Græci, inquit Turnerus, qui post Aristotelem scripserunt, Larum, & Cepphum eandem auem fecerunt, vt adagiorum author in adagio λάρος κήπφος, ex Aristophane, & eius interprete ostendit: sed Aristoteles distinguit libro octauo de historia animalium his verbis: Λάρος ὁ λευκὸς καὶ κήπφος. Iam quanam ratione authores istos conciliem nescio, nisi dicam, poetas rerum peculiares, & proprias notas ac discrimina, philosophis multò negligentiùs obseruantes, aues corporis figura, natalibus, & victus ratione similes, licet manifestis notis differentes, eadem aues fecisse, quas seueriores philosophi adamussim omnia expendentes, in diuersas species distinxerunt. Post hæc, quoniam Gaza Cepphum interpretatur Fulicam, recentiores autem alij Fulicam Vanellum auem interpretantur, quam Germani Kyuittā vocant, alij Gallinæ aquaticæ nigræ genus, cui alba in fronte macula, de qua nos suo loco scribemus, reprehensis vtriusq; subdit: Sed iam restat, vt quam auem, Fulicam (Cepphum: ipse enim distinguit) esse iudicem, ostendam. Est auis marina, magnitudine Monedulæ, sed alis acutioribus, & longioribus, colore tota albo, excepto nigro, quem in capite gerit, cirro: rostro etiam, & pedibus puniceis. Hanc ego sæpius in mari nauigans consideraui, tum præsertim, cùm deficiente vento, vel flante contrario, emissa anchora

Gauia alba Apulet.

Maulens.

Color.
Oculi.
Alæ.
Crura.
Rostrum.
Lari minoris descriptio.

Vt capiantur.

Anates, & Milui vt capiantur.

Cepphus Turneri.

Cepphus Turnero, quæ auis.

ventum

ventum quieſcentes expectauimus. Hæc ſtatim ſoluta anchora Gauijs comitata aduolat, ex purgamentis nauis eiectis, eſcæ nonnihil ſibi promittens: diutino clangore defatigata tandem Keph profert, vt Lari Cob; vnde à noſtris marini Cobbi dicuntur. Hæc itaq; Turnerus, qui hanc auem Germanicè ait appellari ein vvyſz Mevve, hoc eſt, Larum album, Anglicè à vvhitte Seemauvv, ideſt Larum marinum album, vel à Blakcob. Vocant autem Angli Laros quoq; Seecob, id eſt, Cobbos marinos, vt iam recitauimus. Hanc Turneri de Ceppho ſententiam quidam viri docti Germani confirmant: & Ornithologo quoque placet, hanc auem Cepphum eſſe, & eandem fortaſſis etiam Fulicam Plinij propter capitis circos. Fulicam verò recentiorum longè aliam eſſe. Addit tamen idem Ornithologus, ſe ſe inter Laro aliquot huius auis (Lari) genera nominaturum, ex quibus num aliqua cum Ceppho, aut Catharracta conueniant, diligentiores, qui loca maritima habitant, adeuntúe, obſeruare monet. Verùm ſi quis deſcriptionem Turneri cum Belloniana conferat, ne hilum quidem hæſito, quin eidem eiaui, quam perperam Cepphum illi putant, competere ſit iudicaturus. Perperam ſanè Turnerus Gazæ, vt videtur verſionem ſecutus, Cepphum à Fulica non diſtinguit, præterea adagiorum authorem iniuſtè accuſat: nam ex eo, quod hæc nomina κίπφος λάρος in prouerbio coniunguntur, non inde tamen eſt neceſſe, vt eandem auem iudicauerit, quin magis inquit Ornithologus, quadrat, duas, ſed eiuſdem naturæ leuitatis ſcilicet & ſtoliditatis aues ſimul nominari ad hominem ſtolidum, ac leuem, & clamoſum deſignandum: vt de improbis, & maſtigijs ſeruis ſimiliter, duæ aues diuerſæ quidem, ſed vtraq; variè punctis diſtincta, Attagen, & Numenis in prouerbio coniunguntur. Verùm ab adagiorum authore tantùm coniunctas has aues puto, non à veterum quopiam. Quod deniq; poetas confundere ſimul has volucres dicat, etiam verum non eſt, quando præter grámaticos quoſdam recentiores neminem ſit videre, qui Larum cum Ceppho implicet; quod tamen, & ipſum facilè excuſatur, ſi Cepphus Laro congener ſit, vt ego reor.

Cepphi vox Cobbi marini.

Fulica Plinij quæ Ornithologo.

Turneri error.

Attagen, & Numenius.

DE LARIS CINEREIS. Cap. VI.

SYNONYMA.

Gauia cinerea. Crocalo. Galedor.

ORNITHOLOGVS huic Laro pleraq; ſynonyma à nobis Laro ſimpliciter attributa, competere exiſtimat. Ariſtoteli λάρος σποδίων, Latinis Larus cinereus ſiue Gauia cinerea dicitur, Italis circa Comachium Crocalo, circa Comum Galedor: circa Lacum Verbanum, & alibi Galetra: Gallis, vti Ornithologus ſcribit, Gauian, vel Mouette, vel Glaumet: vel vt Bellonius habet Mouette cendree, vel vt Robertus Conſtantius, Falcorde griſe, Griſard, Caniard, Colin, quæ tria poſteriora nomina Bellonius Laro ſimpliciter attribuit, ſed variant fortaſſis pro locorum diuerſitate: Sabaudis Grebe, vel Griarbe, vel Beque, vel Heyron, quanuis Ardeæ potius id nomen conueniat: Germanis ſuperioribus Meb, Mevv, Mieſz, Heluetijs priuatim Holbrot, Holbruder, vti circa Acronium lacum Alenbock; inferioribus Germanis Cockmaeu, vel Maeu: Anglis ſecob, ſeegell. Turcis Raharè. Albertus quaſdam aues coloris cinerei ab imitatione vocis Meancas dici ſcribit, quæ hi Lari fuerint, maximè cum aliàs Meaucus apud eum legatur. Quidam viri docti Germani Gauias cinereas Germanicè interpretantur Kybite, quæ colore, vt ſcribunt, cinereo propemodum nigricant; ventre albent, criſtam capite gerunt, amnes, & flumina petunt, victus cauſa. Ego nullam Gauiam criſtatam circa aquas dulces verſari adhuc cognouit. Kybitz verò, vel Ornithologo teſte, Germani non has tantùm volucres, verumetiam vanellum appellant, quæ quidem auis criſtata eſt, ſed non Gauiarum generis, colore viridi ferè. Apud Friſios Larum hunc cinereum, Ornithologus Kabel, vel Meevv vocari ſe ſe audiuiſſe ſcribit, quæ ruſticos arantes ſequatur propter vermiculos: perquam φιλόσοργον eſſe in ſobolem, oua terna parere, idq; in magnis gregibus, ita vt aliquando ducenta, trecentaue per intervalla diſpoſitos habeant nidos: oua colore, & magnitudine ſimilia eſſe ouis auium, quæ ichryen appellant. Bellonius in Græcia etiamnum Larum dici teſtatur.

Meauta. Meauca. Kybie.

Kabel.

DE-

DESCRIPTIO.

GAVIA communior, inquit Ornithologus, apud nos huiusmodi est, Crura rubent, membranis digiti rubris sæpiuntur; rostrum quoque leuiter incuruum rubet. Magnitudo parum superat Columbam, oblongior, Alæ magnæ, & oblongæ. Color vndique albus, in dorso tantùm, & alis cinereus. Extremæ, & longiores alarum pennæ altero latere albæ sunt, altero partim albæ, partim nigræ. Tota leuis est, ac plumis abundat, parum carnis obtinet. Os etiam interius totũ, & lingua rubẽt. Linguæ extremitas bifida est. Quæ descriptio optimè quidem meæ conuenit aui, sed crura, pedesq; in hac fuscescunt, vel leuiter ad ferrugineum cum quodam rubore accedunt: Bellonius quoque pedibus fuscis describit: sed rostri & pedum color fortasse variauerit: nam cùm nuperrimè eiusmodi Gauiam emptã cum alia iam ante aliquot annos depicta conferrem, rostro differre etiam reperi. In depicta enim illud erat ferè ferrugineum, in nouiter empta lutescebat. Comachio mihi aliquando amicus quidam meus scripsit, Martio mense pennas in capite nigrescere: cùm anteà candicent, eamq; nigredinem trimestri spatio, quo soboli incumbunt, perdurare, reliquis nouem mensibus candidas esse. In dissecta aue nihil quicquam peculiare obseruaui; nisi quod ossa clauiculæ haberet lata, figura eadem, vt Onocrotalus. Verùm ne quid in hoc opere desideretur Bellonij quoque descriptionem afferre lubet. Larorum, inquit, bina genera veteres recensent: vnum cinereum, de quo modò sermo est, alterum album, de quo mox. Ambo è mari ad loca mediterranea secus lacus, & fluminum ripas volitant (a Aristoteles Larum cinereum quoque scribit lacus, & fluuios petere) Cinereus haud ab re nomen à colore obtinuit. Dorso enim toto cinerei coloris est, sed ventre, & inferna cauda albi. Crura & pedes sunt fusca, digitiq; membrana sæpiuntur, vt in Anseribus, & in Anatibus. Caput supremum omninò candicat, sed macula nigra vtrinque ad extremum oculi angulum insigne. Rostrum longiusculum, & aliquantulum velut arcuatum, introrsum cauum ad instar thecæ eius, qua reconditur nouacula, colore, vt in Ardea stellari corneo. Alarum extremũ nigrum est, præcipuè quinq; pennarum remigum maiorum, quarum tamen prior exiguam tantùm nigram maculam obtinet. Posterior pedis digitus admodum est exiguus, vt vix digiti nomine sit dignus, caput aciculæ non excedens. Nulla alia similis magnitudinis auis hac leuior reperitur. Quanquam enim Gallina minor esse non videatur, nihilominus pennis spoliata Coturnicem non excedit; etiamsi sit voracissima. Aquis innatat, pedibus pro remis vtens. In Græcia ab ea piscis quidam nomen inuenit, quoniam hunc audissimè deuoret. Color hiatus oris, & linguæ malo Assyrio similis est. Hactenus Bellonius. Ego præter iam descriptam alias quoque cinereas Gauias obseruaui: quarum prior hìc depicta superiori duplo minor ferè: vix enim spithamam excedit, dorso, & alis colore est leucopheo, siue cinereo, sed longè intensiore, quàm in illa, & ad cæruleum quodammodo vergente: Remigum pennæ extrinsecus etiam cinereæ sunt, intrinsecus verò nigræ, sed vtrinque in extremitatibus albæ. Rostrum exilius pro portione corporis, parum arcuatum, nigrum. Capitis vertex posteriora versus nigricat. Pedes, tibiæ, membranaq; digitos intersepiens crocei coloris, vngues nigri: cætera auis est candidissima. Tertio loco positus Larus rostro, & crassiori, recto, acuto in fine, coloris miniacei, oculis quoque, & pedibus miniaceis, capite nigro, costis alarum, & remigibus albis, dorso, & in reliqua parte cinereis: cæterea candicãt. Postremo icon Lari est, pectore, & ventre albo cinereis, vti quoque alarum superiori parte: capite admodum magno, quod cinereus quidam velut torquis ambit, qui tamen ad ceruicem non peruenit, sed supra verticem medium defertur: deinde per ceruicem, & dorsum ex cinereo ad cæruleum vergit. Plumæ, quæ remiges tegunt, ex albo, & cinereo misto tinguntur: remigum verò longiores nigræ sunt, pollicis longitudine caudam excedentes. Cauda cinerea est, in fine nigra, pedes, rostrum, & oculi rufi, rostrum tamen in fine nigricat.

Crura.
Rostrum.
Magnitudo.
Ala.
Color.
Os.
Rostri, & pedum color variat.
Caput eis quãdiù nigricat.
Descriptio ex Bellonio.
a li. 8. hist. c. 3.
Nominis ratio.
Pedes.
Crura.
Caput.
Rostrum.
Ala.
Digitus posterior.
Leuitas.
Larus piscis.
Alarum cinerearum
Gauiarum descriptio.
Ala.
Rostrum.

Larus cinereus maior cum Damaſonio ſtellato.



Larus cinereus minor.



Larus cinereus alter roſtro, & pedibus rubris.



Larus albocinereus torque cinereo.



Sterna cum Polygono fœmina.



DE STERNA. Cap. VII.

Magnitudo. Mores.

TVRNERVS Anglus ex Larorum genere eſſe ſcribit, & aliam paruam auem, quæ ſua lingua Sterna appelletur, & marinis Laris, ita ſimilis ſit, vt ſola magnitudine, & colore ab illis differre videatur. Eſſe autem marinis minorem, & nigriorem. Tota æſtate tam improbè clamoſam eſſe, quo tempore parturit, vt iuxta lacus, & paludes degẽtes, immodico clamore obtundat. Hancq; auem eſſe credit, cuius improba garrulitas adagio, *Larus parturit*, locum fecit. Volare ferè perpetuò ſuper lacus, & paludes, nunquã quieſcere, ſed prædæ ſemper

semper inhiare. Deniq; nidulari in densis arundinetus. Hæc ille. In Hollandia præcipuè in diœcesi Delphensi harum alitum quoq; copiam esse,& æstate per vrbem Delphensem aquis vndiq; plenam frequentissimè volitare mihi isthac exaranti narrabat illius vrbis ciuis non indoctus, vocariq; nomine parum immutato Iesterre, quasi Iesternam, nidulari in paludosis, quibus eius vrbis agri ab vno latere plurimum abundant, & optimos, laudatissimosq; cespites pro igne subministrant. Frisij, referente Ornithologo, hanc eandem autem Stirn appellant,& aiunt esse coloris fusci, clamosam, Laro cinereo ab Ornithologo descripto minorē, minus albam, vertice nigro, cruribus,& rostro etiam rubere. Circa Argentoratum Spyrer vocitur, Heluetijs Schnirring. Capitur, inquit, aliquando visco virgis illitis circa Limagū. Ex alto ad prædam piscium se demittit. Volant aliquando frequentes nimium clamosæ.

Icharna.

Stirn.

Spyrer.

Schnirring.

Larus piscator Ornithologi cum marrubio aquatico, de quo agitur sequenti capite.



DE LARO PISCATORE. Cap. VIII.

Fiſcherlin. Fel aues nomen.

ETSI Larorum genus omne piſcari, & piſcium præda victitare ſolet, inquit idem Ornithologus, hunc tamen priuatim piſcatorem circa Argentinam appellari audio, ein Fiſcherlin, circa Oppenhemium candē, aut aliam certè ſimilem Gauiarum generis auem vulgò Fel vocitant. Albicare eam aiunt vertice nigro. Minor eſt hic quoque Laro cinereo, vertice nigro, vt Sterna, roſtro, & cruribus è fuſco pallidis: volatus celerrimi, & dum piſces captat etiam in aquā ſe mergens, quod Larus cinereus non facit. Sunt qui etiam Aquilæ ſpeciem, quæ circa paludes Anatibus, & piſcibus inſidiatur, piſcatorem (Fiſcher) Germanicè nominent. Hactenus de hac Laro Ornithologus. Ex hoc genere fuerit, cuius icon hic infra datur, miſſus mihi pro Hirundine marina ſine alia deſcriptione.

Deſcriptio.

Aquila piſcator dicta.

HIRVNDINE MARINA.



DE LARO NIGRO. Cap. IX.

DE hoc Laro nunquam mihi obseruato, idem Ornithologus sic scribit: Larus hic niger est rostro, capite, collo, pectore, ventre, & dorso parte superiore saltem (neq; enim ex pictura de toto iudicare licet) alis cinereis, vltra caudam extensis: cruribus leui rubore notatis. Circa Argentoratum Meyuogelin, idest, auis Maij appellatur. Haud scio, an idem sit ille Larus niger, qui in Germania inferiore, vt circa Gandauum Brandvogel nominatur, à colore nimirum: nam & ceruos, & vulpes colore nigricantes Germani vocant Brandthirtz, & Brandtfuchs, Laro cinereo maiorem esse aiunt, & homines perquam auersari. Alibi Meuan nigram appellant ein Svvartzen Mevv, & forsan eadem Fulica veterũ fuerit. Albertus quidem Fulicæ, & Mergi nigri appellatione non Fulicã nostrã (ein Bollhinen, quæ alia, quam Fulica veterum est) ed Larum nigrum mihi accipere videtur.

Descriptio Meyuogelin.
Branduogel.
Brãdthirtz.
Brandtfuchs.
Meua nigra.
Fulica veterum.

LARVS NIGER CVM GRATIOLA.



Larus niger fidipes cum plantagine aquatica.



DE LARIS FIDIPEDIBVS. Cap. X.

Rondon marin.

Differētia.

Descriptio.

Color.

Ala.

Cauda.

Pedes.

EIVSCEMODI aues, quòd corporis figura Hirundines quodammodo referant, nobis Rondoni marini, ideſt, Apodes marinæ nominantur. Sunt autem duorum, vt obſeruaui generum, licet colore parum admodum differant, alis nempe longis vnum, alterum breuibus. Quales quoque differentias in palmipedibus Laris obſeruauimus. Priori loco depicta, auis planè per alas, & pectus cinerea eſt, ſiue leucophea, alis maximis, vtpote, quæ longitudine trium fermè digitorum caudam exuperant, & finem verſus nigricant. Cauda eſt breuiuſcula, cinerea, podex albus, pedum digiti ſatis longi, & inſignibus mucronibus armati,

mati, nigri, tibiæ breues etiam nigræ: oculi nigerrimi, vti caput totum, & collum etiam, necnon & rostrum, quod longiusculum est, & in extremo leuiter curuum. Altera auis eiusdem ferè magnitudinis est, sed alis longè breuioribus, & cauda è contrario multò longiori. Hanc aliquando in foro emptam sic breuiter descripsi. Magnitudo Merulæ æqualis, color fermè cinereus, caput nigrum: Longitudo à capite ad vropygium vsque dodrantalis, cauda palmum explet. Alarum costæ albescunt. Rostrum nigrum, gracile, aliquantulum recuruum. Pennæ, quæ sunt sub cauda candicant, pedes rubescunt, parui vt Hirundinibus, digiti quatuor, membranulæ quodam rudimento interiecto, vngues nigri, exiles, quoquo pacto incurui. Similem, vel fortè eandem auem Genuæ, vt audio Martin pescao appellant, licet ijdem populi Ispidam hoc quoque nomine appellent.

Lari fidipedis alterius descriptio.

Martin pescao.

Larus fidipes alius alis breuioribus cum arundine vallatoria.



DE CATHARRACTA. Cap. XI.

Catharracta Ariſtotelis, & Oppiani.

IVBA aues Diomedeas, teſte Plinio Catharractas vocat, ſed alia Catharracta eſt Ariſtotelis, ac Oppiani meo iudicio, de qua, cùm & Ornithologus Lari ſpeciem, vel ſaltem congenerem faciat, hoc loco videtur agendum eſſe.

ÆQVIVOCA.

Catharracta quid propriè ſignificat.

CATHARRACTÆ propriè ſunt loca petroſa, in quibus flumina curſu impedito, & aqua copioſa collecta ex alto cum impetu decidunt, vnde etiam cæli Catharractas dicimus. Sipontinus Catharractes appellari ſcribit, aquas è terra exeuntes, & ita ex alto defluente:, vt ruere potius, quàm defluere videantur. Vnde in ſacris legimus. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magni, & catharractæ cæli apertæ ſunt;* hoc eſt, feneſtræ aërei cæli, in quo generantur nubes, & pluuiæ. Catharractæ etiam dicuntur fores pendulæ intra portas murorum aduerſus irruptionem hoſtium ex ligno, ferruoúe, quæ demitti, ac tolli pro voluntate cuſtodum poſſunt. Vſus eſt in hoc ſignificato *a* Liuius, dum ait: *Porta catharracta deiecta clauſa erat, cam partim vectibus leuant, partim funibus ſubducunt in tantum altitudinis, vt ſubire recti poſſint.* Dicuntur hac ratione etiam catharractæ obices, quibus aquæ curſus temperantur, & ſuſtinentur, teſte Budæo. Huiuſmodi obices multos in Hollandia eſſe audio, vocariq; indigere lingua dammen, ſuperiores Germani vocant Loſzladen, vel Laſzladen, ideſt, tabulas demiſſorias, quòd vel eleuatis illis aqua in præceps dimittatur, vel depreſſis cohibeatur. Italis pleriſque ſoſtegni dicuntur; nam & in Italia quoque aduerſus fluminum, aliarumque aquarum iniurias hiſce obicibus vtimur, & plurimi conſpiciuntur in via, qua Bononia itur Ferrariam. Catharractas verò amnis eſt Pamphiliæ, multum, & torrentis more impetuoſus ab alta petra deſcēdēs, adeo vt lōgiſſimè ſtrepitus exaudiatur. Author eſt *b* Strabo: apud quem quoque legimus Catharractus Danubij, ideſt, partes quaſdam, in quibus præceps decurrit: Sunt autem petræ quædam, & veluti mons, per quæ ingenti cum ſtrepitu, & vorticibus, vertiginibuſq; multis deuoluitur. Nili Catharractas quoque celebrant Diodorus, Plinius, & ipſe etiam Strabo. Dionyſius Afer poëta Blemyum κολώνας dicit, τὰς δυο καταῤῥάκτας ἢ τοι καταδύσεως καὶ χρήνας, ideſt, duo illa præcipitia, per quæ Nilus labitur. Sunt autem duo (vtrinque ſinguli) montes, per quos defluit. Sunt & Rheni, teſte Ornithologo in Heluetia paulò infra Scaphuſiam, Lauffen, inquit, appellant locum à decurſu aquarum, deinde alias eſſe ad oppidum Laufenberg. Ioannes Tortellius Catharractas etiam quibuſdam accipi ſcribit pro nubibus item ab alijs nonnullis pro ſpecubus ſubterraneis. Reperitur autem hæc Catharracta fœminino genere, & hic catharractes maſculino. A Græcis καταῤῥάκτης maſculino genere dicitur. Vt modò ad auem noſtram procedat oratio profectò quæ ea ſit, apud authores nondum conſtat. Non enim de lubæ Catharractis, ſiue de Diomedeis auibus nunc ſermo eſt. Sed de Catharracta Ariſtotelis, & Oppiani ab illis longe diuerſa. Hanc rectè quidem doctiſſimus Ornithologus Larorum, ſiue Gauiarum genus facit: verùm quod eundem iudicet cum Friſiorum Seemeevv, ideſt, Laro marino, quoniam Miluo ſit æqualis, & cadaueribus, vt putat, veſcatur, & in fame etiam Anates rapiat, ei neutiquam ſubſcribo: nam Oppianus Catharracten eſſe auem ait inſtar Lari minoris, ſed robuſtiorem, colore candido, & Accipitri Palumbario ſimilem; quæ notæ, vt poſtmodum ſuo loco patebit, in mea aue optimam illucęſcunt. Interim verò non me latet, Albertum Catharracten Latinè interpretari Mergum magnum, ſed is vim nominis non expreſſit. Non enim Mergi ab alto in præceps ruūt, vt facere Catharracten ex etymologia eius diſcimus, quemadmodum ex ſuperioribus ſatis, ſuperq, conſtat: hoc autem Mergi cum Catharracta commune habent, quòd piſcibus viuant, ſub aquis ſeſe mergant. Alia præterea auis Euſtathio Catharracta eſt, & *c* cui eadē nomenclatura optimè conuenit, ὄρνεον nempe ἀετῶδες, ὡςάν συγκαταῤῥάσσον ἐν τῷ ὑψόθεν τὰ ὄρνεα. ideſt, *auis Aquilæ ſimilis, è ſublimi cum impetu rectà aues inuadens:* quæ fortè Haliætus fuerit, quem Plinius ſcribit ex alto ſeſe, viſoque in mare piſce, præcipitem in mare ruere: vel fortè Harpe dicitur Varrino, quam ait, vel Millum eſſe,

a l. 7. Belli Punici.

Damme Hollandis quid. Sollegni.

Catharractes amnis b lib. 7.

Catharracta Danubij.

Lauffen.

Catharracta quæ auis.

Larus marinus Friſiorum.

Mergus magnus.

Catharracta quæ auis Euſtathio.

c In Comm. in Dionyſ.

Haliætus.

Harpe quæ auis.

vel

vel Aquilæ similem, & in sublime euectam, facilè quo libet, cum impetu rectà se demittere. Nos quoque Harpen Milui genus esse suo loco docuimus. Cæterùm non ineptè omni rapacium auium genus, Catharracta dici possit: omnes enim prædam inuasuræ deorsum in præceps labuntur, ruuntq; ita tradit Sophocles alibi etiam de Harpyijs, vt testantur Hesychius, & Varrinus. Nonnulli quoq; eodem sensu Catharracten interpretantur Falconem album, fortè quod magis, quàm cæteræ sese ad prædam præcipitet: nam & Crescentiensis tradit de eodem, in conspectam Anatem, aut aliam auem instar sagittæ clausis oculis vngue posteriore lacerandam descendere.

Quæ aues Catharractæ dici possint.
a In Lacoõte.
Aquila.
Harpyiæ.
Falco alb.

SYNONYMA.

DIVVS Hieronymus Leuitici vndecimo, vbi Septuaginta pro Hebraica voce Schalac Catharracten vertunt, Mergulum reddit, sicuti alibi fusiùs diximus. Ijdem septuaginta decimo quarto Deuer. Hebraicam vocem Kaath Catharracten vertunt, Hieronymus Mergulum, alij aliter: sed & hoc aliàs annotauimus. Latinè Catharractes, vel Catarractes dici potest, item Catarracta, vt Gaza ex Aristotele transtulit. Ornithologus rectè per ι simplex scribi arbitratur, cùm scilicet deriuetur à præpositione κατὰ, & verbo ἀράσσω, & rursus per duplex ρ à verbo eiusdem significationis ῥάσσω, quod est, cum impeto decido. καταῤῥάκτης, ὁρμητικὸ. Varrinus. Ornithologus legit καταραχτης.

Schalac.
Kaath.

FORMA. DESCRIPTIO.

OPPIANVS, apud quem solum Catharracten descriptam inuenias, *auem* ait, *esse instar Lari minoris*, (hoc est, vt ego conijcio, magnitudine ferè æqualis: mea autem auis eâ, quam Larum simpliciter vocaui, minor est, cinereo ferè compar) *robustiorem, colore candido, Accipitri Palumbario similem.* Quanquam verò hæc mea auis candida non sit, Accipitrem tamen Palumbarium exactè exprimit, vt vix discernas: pronè enim vt hic per alas, dorsum, betico, & albo, & luteo mixtis variegatur, supinè tota alba est, maculis beticis distincta, vt pictura ostendit. *a* Aristoteles quoque Accipitre minorem esse scribit, item gulam totam amplam habere, & latam, quæ postrema nota meæ auis quadrat optimè, licet alioqui cæteri quoque Lari latam, & amplam gulam habeant. Arbitror autem Aristotelem non ob magnitudinem tantùm Accipitri assimilasse, sed ob macularum varietatem etiam, tum verò maximè, quod ferè Accipitris more prædam rapiat: ad quam rapiendam rostro prædita est, longè proportione corporis crasso, ac robusto, acuto, & supra non modicè adunco. Est autem pollicem crassum, coloris atterrimi: Collum etiam est oblongiusculum: Caput, quàm Laris minus, alæ longitudine caudæ extremitati respondent. Cauda palmam longa, nigrescit. Coxæ ad crura vsque plumis testæ, contrà ac in Laris, quibus prope crura nuda sunt. Tibiæ, pedes, & membrana eos interstipiens coloris cinereis, vngues nigri, aduncti, parui.

a 9 Hist. 12 & 3. c. vlt.
Cur Accipitri assimiletur.
Collum.
Caput.
Ala.
Cauda.
Coxa.
Tibiæ.
Pedes.

Catharracta cum Stratiore aquatico.



LOCVS.

ARISTOTELES Catharracten in mari victitare scribit, innuens forte ssis ad fluuios, vel ad stagna non accedere, præcipuè cũ in potu aqua marina, non vt cæteræ aues, fluuiatili, & fontana vti aliàs affirmet: Oppianus etiam scopulis, & littoribus, & petris, quas chærades vocant, supra aquam eminentibus insidere ait. Et Suidas deniq; Catatharracten marinis animalibus annumerat. Mea autem auis quoque, vt audio, tantùm maritima colit. *a* 29. *Hist.* 12.

VICTVS.

IN potu aqua marina tantùm vti, diximus modò ex *a* Aristotele. Oppianus scribit, Catharracten, vbi pisces aliquot natãtes viderit (perspicacissimus enim, inquit, est vel ad fundum vsque maris) altiùs volare, & pennis omnibus contractis à mare tanquam delapsum per medium aëris interuallum quouis telo celeriùs ferri, & ad vlnæ, seu passus (ὀργυιὰς) spatium immergi, donec comprehensum piscem extraxerit, huncq; mox euolantem deuorare adhuc palpitantem. Meminit eiusdem lapsus *b* Aristoteles, & cum ita sese aquæ ingurgitauit auis, asserit non nimus temporis manere, quàm quo spacium transieris iugeri. Author est etiam idem Oppianus, qui exactè huius auis historiam tradidit, pisces captare exiguos: deinde cùm adoleuerunt, maiores inuadere. *a* 39. *Hist.* 12. *Vt pisces capiat.* *b* 9. *Hist. cap.* 12.

NIDVS. INCVBATVS.

30

Educatio.

MIRVM quidem harum auium modum incubandi esse prodidit Oppianus, nimirum eiusmodi. Fucum, aut algam ouis super petram insternuut, nec aliter fouent, sed ventis semper exposita relinquunt: præterea sic etiam tractant oua sua mas illa, vnde marem conijcit procreandum, fœmina, vnde fœminam in sublime ferunt vnguibus comprehensa, inde mittunt in pelagus, atque hoc subinde repetunt per dies aliquot. Hoc motu concalfactis ouis pulli excluduntur. Quòd verò ad fœtuum educationem pertinet, tradit idem author, pullos, mox vt lucem aspexerint, nulla in nidis mora, parentes volatu sequi contendere: à parentibus autem susceptos in mare demitti, & rursus illicò extrahi, vt sic faciliùs auxilio parentum genus exercitij ipsis reddatur. Itaque nõ ineptè comparueris eos filijs agricolæ alicuius grauem annis patrem sequentibus: quorum alter impositio bubus aratio terram proscindit, præit, alter, & sulcis semina committit: operantibus pater docens simul & gaudens assistit.

CORPORIS AFFECTVS.

50 MORS illis eodem Oppiano teste, grauior, quàm vlli ambiguæ vitæ auium contingit. Acies enim oculorum senio confectis obtusa, in causa est, vt in mare se precipites ferri ad piscium prædam arbitrantes, scopulis, aq; præcipitijs illidantur, & pereant.

CAPIENDI RATIO.

CATHARRACTAS imaginibus piscium super tabulas positis capiunt. Nam dum impetu in illas ceu viuos pisces feruntur, illisi pereunt. Oppianus.

VSVS IN CIBO.

Cur in cibo prohibita.

CATHARRACTES interdictus eſt cibus in biblijs ex traductione Septuaginta interpretum Leuitici vndecimo,& Deuteronomij decimoquarto. Procopius rationem reddit, cò quòd aues ſint piſcium voraces,& eorum rapinæ inhient. Chriſtiani verò non ideo eas reijcimus, ſed quòd carnem habeant Larorum more terram, & abominandam.

DE CEPPHO. Cap. XII.

ÆQVIVOCA.

Gazæ error.

EX ijs, quæ de Ceppho aue prodita memoriæ reliquit Ariſtoteles, quæ ſuis locis in hoc tractatu citabo, nihil aliud colligitur, quàm quod maritima auis ſit, quare perperam mea ſententia Theodorus Gaza philoſophi communis interpres non rectè Fulicam tranſtulit, quanquam Virgilius eo loco, quo Aratus Ceppum nominat, nominet Fulicam. Fulica enim maritima loca non incolit, ſed lacus: nec piſciuora eſt, inque ijs Cygnorum,& Anſerum more quælibet in cibum quæritat, & antiquum, aut ſaltem antiquo ſimillimum nomen retinet apud nos Italos, qui etiamnum quædam, maximè nomina plantarum,animalium, aliarumq; rerum naturalium ab antiquis impoſita retinemus: Folega enim quaſi Fulica nobis dicitur. Sed videamus, qui errores ex Gazæ traductione ſequuti ſint. Ea Bellonio in primis impoſuit: nam Fulicam eam ipſam, quam dixi nobis Folegam vocari, Græcè Ceppum,Latinè Fulicam nuncupari aſſeuerat: quidam Angelus Ceppum quoque Latinè interpretatur Fulicam: hanc verò ex Larorum marinorum genere eſſe ait: quam ego adductis & eius viri, & Bellonij verbis, Larum album eſſe oſtendi. Ornithologus, ſicuti eodem loco ſignificaui, cuiuſdam Angli Fulicam veterum Ceppum eſſe admittit, ſed in eo Anglum illum accuſat, quod Latinè vocet Fulicam: eſt enim eiuſdem mecum ſententiæ: quod noſtra Folega ſit Fulica veterum. Alij, vt Scholiaſtes Ariſtophanes, Suidas, & Varrinus Ceppum cum Laro eundem faciunt, cùm alioqui Ariſtoteles diſtinguat. a Pierius Valerianus diuerſas aues eſſe inde ſuſpicatur, quod Laro longè aliud ſit ingenium, quàm Ceppho. Cepphus enim, inquit, ad cibum quæcunque ſectatur,vt etiam marina ſit ſpuma contentus: Larus verò inter voraciſſimas numeratur,omniuorumq; animal eſſe fertur,vnde ſit à veteribus Herculi ſacrificatus,quē belluonem maximum fuiſſe prædicant. Hæc ille,ſed quæ itaque Cepphus ſit, non explicat. Ne ergo ſtudioſi harum rerum nullam auem habeant pro Ceppho, depingam ego aliam auem maritimam, quam ſemper Laro congenerem nominaui propter ſimilitudinem, cuius ſanè auis, nulli, quod nouerim, hactenus meminere, quam ſi quis pro Ceppho velit accipere,non contendam. Eſſe etiam quadrupes Cepphus dictum habemus apud b Plinium,quod Pompeius ex Ægypto deportatum Romanis oſtenderit,cuius pedes poſteriores humanis pedibus, priores manibus erant ſimiles. Idem negat poſtea Romæ viſum.

Quorundã error.

Fulica veterum.

al. 3. Hierog.

Cepphus authoris.

b li.8.c.19 Cepphus quadrupes.

SYNONYMA.

Cepphi etymologia.

Κήφος vocatur Ariſtoteli. Inuenio etiã apud Varrinum κίμφος ſcribi pro eadem aue, alibi quoque ita habet ἁλκυόνεσσι, τοῖς κίμφοις, ἁθαλάσσιοις ὄρνισι. Cepphus autem ab ipſa leuitate nomen habet, vt κέπφος παρὰ τοῦ κυφότητος, teſte Oppiano, dicamus. Plumis enim, vt ait Scholiaſtes Ariſtophanis, abundat, carne exigua prædirus. Ornithologus arbitratur Cirim, vel Cirrhim, in quam Scylla ab Ouidio, alijſq; poëtis conuerſa dicitur,Cepphum,vel ei congenerem eſſe,quoniam leuiſſimo etiam volatu patrem Minoem in Niſum immutatum fugere ſuper mare volitando dicatur. Ego potius Scaligeri ſuper hac aue opinionem amplector, de qua vide in Alauda, atq; inter Ardeas. Hiſpanus quidam Cepphum ſua lingua, referente Ornithologo, interpretabatur Cercetam; ſed hoc nominis Querquedulæ potiùs conuenire putat.

Cirris Ornithologo qua auis.

FOR-

Lari genus aliud, Cepphus fortè Arist. cum cypero.



FORMA. DESCRIPTIO.

Cephi authoris descriptio.

CEPPHVS, inquit Scholiastes Nicandri, *Laro similis est*. Mea auis nihil habet similitudinis cum Laro, quàm in rostro, & tibiarum, & pedum forma: in cæteris enim Anatem potiùs refert. Cepphum propter corporis leuitatem currere per summam aquã scribit Oppianus; & Hesychius ait auem esse gracilem, ferè nulla carne, cùm tota prope ossibus, & plumis constet: item leuissimam esse, indeq; facilè vento impelli. Mea auis à rostro ad caudæ extremum commensurata sesquispitamam longa est, & quòd pennis abundet, satis corpulenta videtur; cùm tamen res aliter sese habeat. Rostrum mediocre tam in longitudine, quàm in crassitie, colore corneo ad mandibularũ latera ruffo, in extremo, quod aduncum est, nigro. Oculi exigui ferè ruffi albicante circulo ambiente. Caput, quod paulò minus est, quàm in Laris, collo, pectore, ventre, coxis, & vropygij initio, ex albis, & fuscis, intercurrente etiam colore betico, & luteo maculis variegantur. Alæ nigrescunt, pennis in fine lutescentibus: Caudæ pennæ maiores etiam nigrescunt. Crura, & tibiæ virideſcunt. Pedes, & membrana digitos intersecans, fuscescunt. Eiusmodi auem mihi communicauit Marchion Manzolus Comes, vrbisq; nostræ Senator amplissimus.

Longitudo.

Rostrum.

Oculi.

Alæ.

Caudæ.

Crura.

LOCVS. MORES. Victus.

Cur thunnos sequatur, & delphines.

CEPPHVS, inquit Aristoteles, *apud Mare victitat*. Oppianus etiam his locis gaudere scribit, in quibus meliores piscium greges fuerint, thunnos vero maximè comitati, propter pisciculos, quos dentibus suis descerpunt: quòd caruncula aliquot in aquis relinquantur, quas Cepphistatim ingurgitent: sequi etiam Delphines, & piscium ab illis occisorum sanguine vesci, item maris quoq; spumam vorare. Nunquam otiosos, aut dormientes, terra mariq; ab aliquo facilè deprehendi: semper aut volare, aut venari. Ad tonitrua adeo perhorrescere, vt eorum sonitu exaudito ex aëre in mare decidant. Generationem quidem eorum ex mariné, an ex aëre sit (locus hic in Græco codice nostro mutilus videtur) non constare; nam terra etiam, inquit, cùm tonuerit, fructus quosdam (quod de tuberibus legimus) sponte emittit. Cepphum quoq; stolidam auem esse aiunt, quia facilè decipiatur, vt mox patebit, vnde etiam homines stolidi, & decepta faciles proueibialiter Cepphi dicuntur.

Tonitrua quàm timeant.

Terra quãdo sponte fructus proferat.

CAPIENDI RATIO.

ARISTOTELES Cepphos spuma capi tradidit, appetere enim eam auidiùs, quocirca spuma insperſa eos venari in vsu esse. Quod Nicandri Scholiastes paulò aliter repetijt. Aliter rursus Suidas, & Scholiastes in Plutum Aristophanis *Piscatores*, inquit hi, *marinam spumam Cepphis eminus primùm obijciunt, deinde propius subinde, donec paulatim ad manum vsq; illiciant, & ita facilè capiunt.*

PRÆSAGIA.

Piscium copiæ præsagium.

Venti præsagium.

VERSARI solent, teste Oppiano ijs in locis, in quibus meliores piscium greges fuerint itaq; prosperum vbi apparent, piscatores sibi successum promittunt. Nonnulli ex Arato Cepphos, inquiunt, cùm relicto mari gregatim in terrã aduerso vento reuolant, ventũ prænunciare. Scholiastes verò eiusdẽ Arati habet sic: Cepphi, cùm ventũ imminentem sentiunt, aduersi volant, vt pisces quoq; contra ventum noti solent. Sic enim vnda à capite eis defluens, caudam versus, squamas eorum quò minus inhorrescant, componit (com-

(complanat) sic & Cephi gregatim contra ventum volantes, ne illum sequentibus pennæ, ac plumæ peruertantur, & rigeant, venti imminentis indicium præbent. Arati carmina ita se habent.

Καὶ σφῶν κὴξ ἔπποι ὅποτ' ἴοδιν ποτίωνται
Αντία μελλόντων ἀύτμων εἰλαδὰ φέρονται.
Πολλάκι δ' ἀργιὰ δέγεσθαι, ἢ εἰς ἁλὶ δῦναι
Αἴθυιαι χερσαῖα τιτάσσονται πετρύγεσσιν.

Vergilius ita reddidit.

Cum medio celeres volitant ex æquore Mergi,
Clamoremq; ferunt ad littora, cumq; marinæ
In sicco ludunt Fulicæ.

PROVERBIA.

Κύπρος ἐδίνε, Cepphus parturit. Author adagiorum Larum vertit, quod non probo: Dicebatur huiusmodi adagium in eos, qui pollicentur ingentia, deinde nihil promissis dignum præstant. Aiunt enim Cepphum auiculam esse stupido ingenio, vnde & in prouerbium stoliditatis abijt. Alij aiunt plumis, & pennis esse copiosis, corpore pusillo, & cùm parturit valde vociferari. Hesychius tradit esse auem leuissimam circa mare versantem, quæ facilè vento moueatur, eoq; hominem inconstantem, ac leuem Cepphum dici. a Pierius Valerianus Cepphum, ait hieroglyphicum fatuitatis, & stuporis, quo animal hoc egregiè laboret. Cæterum author adagiorum prouerbium hinc natum putat, vbi quis magna præ se fert, pusilla præstiturus. Hac ferè scribit interpres Aristophanis in comœdiam Pacem. Repetit author adagiorum idem adagium, vbi dicit confine esse illi.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Cepphus parturit in quos dicatur.

Cepphus qui dicatur.

a *Lib. 23.*

Fatuitatis hieroglyphicum.

VSVS IN CIBO.

Aristoteles correctus.

ARISTOTELES ex translatione Gazæ carnem ait Cephorum probi odoris esse, excepta parte posteriore, quæ sola lituum (Ornithologus legit limum: Græce scribit βυτὸς, malim βῖνος, id est littus & sic quoq; legi potest; non limum, quanquam eodem sensum in Gazæ versione. Vetus interpres habet, quæ sola fœtet) olet: item pinguescere satis, & esui esse.

DE FVLICA. Cap. XIII.

Ordinis ratio.

QVANQVAM nostra Folega, quam vnà cum Ornithologo veterum Fulicam esse diuinamus, palmipes non sit, habet tamen digitis sui annexas membranas, easq; latiusculas, quarum opera natando vix alteri, quæcunq; ea sit, cedit, quin diutiùs in aquis, quàm vel Anas, Anser, reliquæq; aquaticæ, si aliquot Mergos excipias, perseuerat; adeo vt rarò admodum in terra conspiciatur. Quamobrem cùm suprà eius mentio facta sit, hoc loco non incongruè de ea aliquid dicemus, rem arduam, multisq;, ijsq; difficillimis nodis implicitam aggredi non dubitantes. Magno enim labore nobis constat Græcorum authorum interpretatio, cùm ipsa litterarum culmina, quorumq; authoritate stamus, etiam videamus in his dissentire. Et ne longiùs digrediar, Ερωδιὸς à Cicerone vertitur Fulica, à Marone Mergus in illo Arati versu.

Καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρῷ ὁ ἐρωδιὸς ἠὲ κατακόσμου.

Quem ipse Maro sic vertit.

Cum medio celeres reuolant ex æquore Mergi.

Cicero sic:

Cana Fulix itidem fugiens è gurgite ponti.

Ita Erodius Virgilio Mergus est, Ciceroni Fulica; Plinio verò, & alijs Ardea, Auieno autem modò Fulica, modò Ardea, vt cùm scribit:

Cùm

Cùm procera salum repetit clangore frequenti
Ardea. Quo loco Aratus Ερωδιὸς habet. Fulica verò cùm sic transfert:
Et cum parua Fulix trepido petit arua volatu.

D. Augustinus Ερωδιὸν etiam Fulicam transtulit, ex Plinio fortassis. Hic enim scribit, naturam Fulicarum generi cirros (in capite) dedisse: quod Ardeis competit. Idem Plinius vbi ex authoritate Iubæ Diomedeas albis Fulicis similes esse tradit, videtur Fulicas omnes albas facere: nam non de eo, quod rariùs, sed frequentiùs accidit, in genere loquuntur classici scriptores: quare nec omnes Ardeæ Plinio Fulicæ dicentur, sed albæ tantùm. Sic Cepphum aliqui Fulicam, alij alias aues interpretantur: nam illud Καὶ πότε καὶ κίπφοι, &c. Virgilius sic vertit:

——— *Notasq; paludes*
Deserit, atq; altam supravolat Ardea nubem.

Auienus sic:

Mox picturati conuertit pectoris artus
Sturnus edax, premat vt tenuas vis obuias plumas.

Ita Cepphus Maroni est Ardea, Auieno, quod mihi mirum videtur, Sturnus. Theodorus Gaza pro Ceppho apud Aristotelem alibi Fulicam transfert, alibi apud eundem pro Ερωδιὸς vertit Fulicæ, vel potiùs Ardeolæ, quasi dubitans, vtro modo rectiùs verteret. Porrò vbi Aratus habet Αἴτιαν, Virgilius Fulicam traducit.

a Li. de incessu anim.

In sicco ludunt Fulicæ.

Rursus Plinius cuipiam videretur Ολολυγὼν Fulicam interpretari: nam quod scribit: *Et Fulicæ matutino clangore tempestatis signa sunt*, esse quispiam putaret, quod scripsit Aratus Η' τρύζειν ὀρθριὸν ἱρηκαὶη Ολολυγῷ. Sed potiùs Theophrastum interpretatur, scribentem: καὶ ἐροδιὸς ὀρθριὸν φθεγγόμενος ὕδωρ ἢ ἄνεμα σημαίνει. Possem plura eiusmodi loca in medium afferre, sed vereor, ne plura afferens lectori tenebras offundam. Nonnullos tamen nequeo non multis nominibus reprehendere, qui Phenem, quæ Ossifraga est, Fulicam ineptissimè interpretantur; quemadmodum facit interpres Galeni pro Nissa, ideſt, Anate. Quamobrem hæc, & plurima alia attentos, ac probos lectores admonent, vt in optimis quibusq; Græcis authoribus legendis codicum fidem diligenter examinent, Latinosq; cum his conferant. Aduertendum autem etiam est in locis à me citatis quàmplurimis verborum significationem exactam Poetas non perquirere, vtpote qui metris, vel numeris astrictiores oratoribus verborum licentia liberiores sunt, nomenq; aliud pro alio similem rem significante sæpè statuunt. Cùm itaq; nihil quicquam certi, quod ad Fulicæ notionem attinet ex veteribus tam diuersimodè quæ de ea prodiderunt, tradentibus, expiscari liceat, mirũ mox est si alij aliam auem esse sint arbitrati. Belloniu seandem quidem auem, quam ego depingo, sed cum Cepphum Aristotelis esse putat, à me plurimùm dissentit, vt antè monui. Cur verò hanc veterum Fulicam esse asseram, nullum aliud magis efficax argumentum habeo, quàm quod etiam apud nos vetus quodammodo nomen Latinum retinuerit, vti quoq; in Græcia. Scio dissentire à nobis in primis Virgilium, qui Fulicam marinam cognominat, cùm nostra lacustris tantùm sit. Sed quemadmodum lacustris duplex genus est, quid vetat etiam marinam posse dari, sicuti apud Græcos Larus: vel si hoc nõ admittatur, dicam, quod certissimum est, poetam eo loci Aratum vertisse, qui Αἴτιαν, ideſt, Mergum, non Fulicam nominat: is autem & marinus, & lacustris est. Germanorum Kyuitta, siue noster Pauoncellus, neutiquam esse potest Fulica, vt nonnulli volunt: nam neque marina, neque palmipes est.

SYNONYMA.

SCHACHAPH Hebraicam vocem Deuteronomij 14. D. Hieronymus Fulicam interpretatur: Septuaginta λαρον, ideſt, Larum, sicut in Bubone, ni fallor, annotaui: Pro Chasida dictione pariter Hebraica, quam plerique Ciconiam esse asserunt, Arnobius, & Augustinus psalmo 104. transtulerunt Fulicam. Fulica nostra, cum nostro iudicio κίττφος, Aristotelis non sit, Græco nomine caret: hodie tamen Græco sermone loquentibus λάρος per literarum transpositionem, quasi Fulica appellatur, Ciceroni etiam Fulix. Isidorus hanc nobis Fulicæ etymologiam, sed cuius authoritate non video, scriptam reliquit, ita dicẽtã inquiens, quòd caro eius leporinã sapiat. Alij à furuo, ideſt, nigro colore nomen meruisse

a Lib. 12. etymol. c. 7.

se volunt, quod etymum magis congruit. Porrò Kiranidi hæc auis Phalaris vocatur, vt liquet ex addita descriptione. Phalaris, inquit, eius interpres, auis est, quæ dicitur Alba frons: nam tota nigra est, & frontem totam albam habet: inuenitur autem in fluuijs, & stagnis. Sic ille. Albertus etiam Mergum nigrum vocari scripsit, item pullum aquæ, & pullum aquatici. Italis, vt dictum est, nominantur Folega: quam vocem indoctiores nonnulli libris suis tanquam Latinum inseruere, item Follega, & Follata, Arnoldus Villanouanus etiam Fulca, & Fulsa: Gallis Foulque (Monspessuli hoc nomine marinas tantùm quasdam aues vocari sese audiuisse refert Ornithologus, diuersas à nostris) alijs Foulcre. Ornithologus Parisijs Diable, ideſt, diabolum à nigro colore dici ait: Sed Bellonius Gallus aliud Fulicæ genus, vt pòst patebit ita ibi nominari asserit. Alibi in Gallia Fulica nostra appellatur Pelle d'eau, ideſt, pullus aquaticus, sicuti Italis quoque circa Verbanum Lacum Polon, vel Pullon, Neocomi dicitur Belleque: Heluetijs ein Bollhinen, vel Belchinen circa lacum Acronium, ein Belch: quæ nomina facta videntur, vel ab Italicis Folega, Pullon, vel Gallicis pulle d'eau, Belle que: alijs Frorn, vt circa Francfordiam ad Mœnum: alijs à macula alba frontis, quæ rasum sacerdotis verticem refert, Pfaff: Sueuis Bleſz, Bleſſing. Georgius Agricola interpretatur Vuasserhun, ideſt, Gallinam aquaticam, quòd corporis magnitudine accedat: vnde, & Rorhennle alicubi appellatur, ideſt, Gallina arundinum. Sunt qui etiam Germanicè reddant Hegelganſz, ideſt, Anserem grandinis, nescio qua ratione, alij Taucher, ideſt, Mergum, nimis communi vocabulo: alij Svvartztaucher, ideſt, Mergum nigrum. Rostochij vocant Zapp. Hollandi een Meercoot, nam lacum sua lingua meer appellant. Dubitat verò Ornithologus, an hæc sit Fulica maior, vel Phalacrocorax: nam, inquit, à Frisijs genus Fulicæ maius, & marinum audio nominari Marcol, de quo mox subinde dicam. Sed vt ab Hollando quodam non indocto viro, intellexi, Meercoot Hollandis nihil aliud est, quàm nostra Fulica. Illyrijs Lyska dicitur, etsi ita quidam Phalacrocoracem interpretentur, vel Coruum aquaticum. Polonis Kacza, vel Dzika.

Phalaris.

Mergus niger.

Pullus aquaticus.

Folega.

Diable.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

FVLICA nostra continuè in aquis obseruatur dulcibus, quare aquaticarum auium genus est, sed palmipedibus nè potiùs, an assipedibus ascribenda sit, dubium videtur: nam nec fissipes est omnino, nec palmipes, vt supra monui. Ego palmipedibus potius annumerarem, maximè propter perpetuas in aqua moras. Est, inquit Albertus, de genere Mergorum, in mari, & circa stagna degens, nec vagatur, per diuersa volitans, sed in loco generationis manent. Tunc enim in profundum maris natat, & ludit. Nidificat in petris, quas aqua circumfluit, vbi & ciborum thesauros recondit, vnde etiam extraneis auibus liberaliter impertitur. Videntur autem hæc omnia ad Mergi naturam referenda. Arbitrorque omnino Albertum Mergi nigri nomine (sic enim ipsi vocari dixi) & Fulicæ, nõ Fulicam nostram, de qua sermo est, sed Larum nigrum accipere, de quo suprà egimus. Ornithologus à Frisijs genus quoddam Fulicæ maius, & marinum se scribit audiuisse nominari Marcol: quas aues dicant Coruorum instar exosas esse, quòd cadaueribus pascantur, parere inter arundines, nidum ab accolis perforari, ova eximi, vno tantùm relicto in absentia matris: illam reuersam ova per foramen cecidisse suspicari, & alia parere: ijsq; rursus ademptis alia, donec effœta tandem exhauriatur, emoriaturq:, nisi maturè ova, quæ peperint, in nido relinquantur. Idem Ornithologus, apud Italos duas Folegæ, siue Fulicæ nomine aues esse, ait, se intellexisse, eamq;, de qua hic agimus minorem, & maiorem, quæ in arboribus nidificet, ac pisces tantos ferè deuoret, quanta ipsa est, quam, inquit, ego Phalacrocoracem, vel Coruum aquaticum Aristotelis esse puto. Ego quidem vnum tantùm Fulicæ genus in Italia noui: quare si Phalacrocorax non est, vt suspicatur Ornithologus, vel ea potiùs, quam pòst ex Bellonio describemus, Parisijs Diable à furuo colore dicta, quam ipse Fulicam maiorem vocat, omnino quæ sit, nescio. Postremò Ornithologus quandam ait, ad se missse pictam auem, Fulicæ nostræ persimilem, vndiquaque nigram, nisi quòd infra oculos vtrinque alba macula rotunda apparet, caluitio in syncipite nullo, rostro quoque, & cruribus nigris. Apud Misenos, inquit, nimium communi nomine ein Vvasserchun, ideſt, Gallina aquatilis appellatur.

FOR-

FORMA. DESCRIPTIO.

Deſcriptio. QVANDOQVIDEM hæc ſcribenti Fulica ad manum non ſit, quanuis ad viuum depictam aſſeruem, quæ de eius forma ſcripſerint Ornithologus, & Bellonius, hoc loco allata, lectori ſuffecerint. Fulica noſtra, inquit Ornithologus, quam dum hæc conſignarem, manibus tractaui, magnitudine eſt Gallinæ, colore nigro per totum corpus, in collo quidem, & capite atro, ideſt, nigerrimo. Roſtrum ex albo ſubrubeſcit (ſecus pictura noſtra oſtendit: nã in ea nihil prorſus rubeſcit, adeo vt, pro regionis fortè varietate, differant) ſynciput glabrum eſt, figura ouali, alba pellicula intectum, caluitij ſpecie. Ventris plumæ molles, & confarctæ ſunt, colore cinereo. Alarum ſuperior ambitus per anguſtam lineam albicat. Digitis pedum membranæ nigræ latę adhærent, non vt in reliquo ferè palmipedum genere continuæ, ſed diuulſæ, vt in Colymbis magnis, & paruis: ſed hoc peculiare habent, quod ſecantur vtrinque, aut ſaltem ab altera parte, iuxta digitorum articulos, præſertim in medio. Internodia membranarum ſemicirculos ferè conſtituunt. Color pedum pullus, ſupra genu verò vbi deſinunt plumæ, pars femoris in ambitu ex viridi flaueſcit. Collum oblongum, cauda breuiſſima. Hæc itaque ille. Bellonius verò ex Gallico in Latinum ſermonem translatus de Fulicæ forma ſcripſit his ferè verbis: Nunc autem demonſtra-
bimus, eas aues, quas Galli Poulle, & Poulette d'eau, hoc eſt, Gallinas aquaticas nominant, etiamſi ſteganopodes non ſint, ſed fiſſipedes, aquæ nihilominus innatare, atq; ſeſe immergere, quemadmodum quo que ea facit, quam Diable de mer vocant, quod ſanè la Pouette, cui digiti prorſus diuiſi ſunt, non præſtat. Fulica rarò præterquam hyeme capitur. Corporis magnitudine Gallinæ domeſticæ compar eſt; qua propter non ab re Poulle d'eau, hoc eſt Gallina aquatica Gallis appellatur. Capite pariter eam refert, toto verò corpore nigra vndiq; eſt, nihil albi obtinens, præterquam in alarum plicis, quod tamen & ipſum niſi explicentur alæ, obſcurum eſt. Et cùm ſit ex aquatilium genere, plumis optimè inſtructa eſt, contrà alis exiguis, cauda breui, eademq; nigra, & quæ alas longitudine non excedat. Quod ſingulari quadam prudentia factum à natura exiſtimamus. Nouerat enim in aquis magis natando, quàm in terra volando victum ſibi hanc volucrem quæſituram. Maculam habet inſuper in ſummo capitis, quo in loco Gallinis criſta enaſcitur. Eiuſcemodi maculam conſtituit quoddam corpus calloſum, roſtro ſupernè coniunctum, magnitudine, figuraq; Gallinaceæ criſtæ correſpondens: colore verò magis candido, & ex cinereo velut pallente. Oculi illi nigri, & parui (ſecus rurſum monſtrat pictura mea, in qua oculi quidem exigui ſunt, ſed elegantiſſimo coccineo colore micant) Nullum ſexus diſcrimen, vt in cæteris auibus agnoſcitur: vterque enim, mas ſcilicet, & fœmina, nigri ſunt, quandoq; tamen aliæ alijs in ventre colore magis ſunt ſpadiceo. Verſatur ſemper in paludibus, & quanuis, vt Anſer, palmipes non ſit, Naturam nihilominus rationem illius habuiſſe manifeſte liquet: præſcia etenim hanc auem loca paludoſa, vadoſaq; frequentaturam, crura ei largita eſt oblongiuſcula, colore ex viridi pulchrè ſaturato, pedum inſuper digitos quatuor oblongos, quorum tres anteriores latam in ſingulis articulis habent membranam, vt quanuis palmipes non ſit, attamen pedes ſatis in latum extenſos obtineat. Digitis enim membranæ latæ adhærent, quæ tamen nequaquam inuicem coniunguntur. Recta pedibus incedit, velociterq; currit. Lingua ei, quàm Gallinæ mollior: vngues grandiuſculi, ac nigri. Alæ ad reliqui corporis conuexum incuruatæ. Ventriculus Gallinaceo minor non eſt, cui lien adhæret vna ex parte gracilis, ac tenuis, altera verò in extremo craſſior, atque ſoleæ equi inſtar inflexus, latitudine dimidiæ iuglandis. Hepar ventriculo magnitudine reſpondet, folliculum fellis annexum habens lobo dextro magnitudine digiti auricularis. Aues vt reliqua animantia diaphragmate præditæ ſunt, vti quoque pulmonibus, qui coſtis adhærent. Illud obſeruatum à nobis Fulicas oua intus formata, & lumbis annexa iam inde ab hyeme etiam obtinere. Si quis inteſtinum rectum in ſuperna parte inſpiciat, inueniet appendices vtrinque ſingulas longitudine palmi extremo ſurſum reflexo: quod ei cum cæteris ferè auibus commune eſt. Hæc omnia Bellonius. Virgilius, & Cicero ab alba illa frontis macula Fulicam canam dixerunt.

Magnitudo.
Color.
Roſtrum.
Synciput.
Venter.
Pedes.
Collum.
Deſcriptio ex Bellonio.
Magnitudo.
Caput.
Color.

LOCVS.

Fulica cum millefolio aquatico.



LOCVS.

MARO, vt annotauimus antea, Fulicas marinas appellauit, Acthias ex Arato vertens. *b* Ouidius paluſtres hoc verſu:

Nunc celebres Mergis, Fulicisq; paludibus vnda.

Quod epitheton noſtræ Fulicæ optimè quadrat, cùm paluſtria, ac ſtagnantia loca plerunq; incolat, obuia vbique vbi eiuſcemodi loca dantur, vt Ferrariæ, Rauennæ, Mantuæ: vnde canebat *b* Baptiſta Mantuanus.

Abſtulit vt Fulicam pedibus Iouis armiger vncis
Circum ſtagna volans patrij prope littora Minti.

a In Metamorph.

b l. 2. troph. Gonz.

NATVRA. MORES.

TEMPESTATIBVS, inquit Albertus, gaudere videtur, tunc enim in profundum maris natat, & ludit. Fulicam quidem noſtram tempeſtatibus delectari facilè credo: ſed profundum mare non petit, cùm maritima non ſit. Intelligit autem Albertus, vt iam dixi, Lari quoddam genus, ſed an id quoq; de mare accedat, nondum à me eſt obſeruatũ: facilè autem id credo. Georgius Agricola aquatiles etiam volucres hybernis tẽporibus ad lacus, & fluuios in Auſtri partibus ſitos, qui frigore non congelant, aut ad aliquam fluminum partem, cui aqua non conglaciat ſe conferre ſcribit, quibus Fulicas quoq; accenſet. Suas autem aues querulæ, ac vociferabundæ, maximè ſi quo veſcantur, in promptu non ſit, vt eleganter his verſibus expreſſit *a* Ælius Iulius Crotta:

Paſcuntur volucres querulæ vndique, & vndique nigræ
Merſantur Fulicæ, aut molli piſcantur in aluo.
It fluuio roſtrata acies, aliſq; ſub ipſis
Vnda latet, muſſant rauco vada cærula cantu.

a In Cyreſio

Idem innuit *b* Iacobus Sannazarius, dum canit:

Mirabar vicina Mycon per littora nuper
Dum vagor, expectoq; leues ad pabula thynnos,
Quid tantum inſuetus ſtrepere mihi Corus, & vda.
Per ſcopulos paſſim Fulicæ, perq; antra repoſtæ
Triſtia flebilibus complerent ſaxa querelis.

b Arg. 1.

VICTVS. NIDVS. PARTVS. Volatus.

HERBIS, & quouis ſeminum genere, inquit Bellonius, ſine diſcrimine veſcitur, quemadmodum nitentibus Albertus Fulicam cadaueribus paſci ſcribit, hoc eſt, piſciculis, ni fallor, mortuis, ſed hoc Laris competit: ſicuti quoque quod ſcribit, in petris nidificare, quas aqua circumfluit: nam noſtra Fulica nidulatur humi, ibique in æſtate oua parit magnitudine ouorum Gallinaceorum: Franciſcus Petrarcha Fulicas neſcio cur vagas nuncupat: nam volatum celerem non exercent, alis præditæ breuibus pro corporis portione.

CAPIENDI RATIO.

RVSTICI in Gallia, referente Bellonio, haſce aues laqueis capere norunt, omnium enim, inquit, quotquot venales in foro cõſpicere potui, nulla viſco inquinata, aut vllo modo erat vulnerata. Sed quomodo ita laqueis capiant, non explicat.

PRÆ-

PRÆSAGIA.

FVLICÆ, inquit interpres a Theophrasti, tranquillitate existente, quò euolarint, ventum prænunciant. Alij inquiunt ventos minari, cùm per serenitatem relictis paludibus in ficco ludant, atque hoc est, quod dicebat Maro. *a l. de ventis.*

Cumq; marina
In sicco ludunt Fulicæ, tibi tempora signent
Infesta, & pluuijs, & tempestate sonora.

Venti, & tempestatis præsagium.

Tunc enim vapores ab aquis ad imbriferam nubem erigendam, sursum attolli sagaciter odorantur: vnde tempestatiuè aliò migrare festinant. Cicero verò procellas voce testari his versibus canit:

Cana Fulix itidem fugiens è gurgite ponti
Nuncat horribiles clamans instare procellas.

Obscurus quidam, dum alas quatiunt, aquam, dum se submergunt, simulq; alas quatiunt, ventum prædicere tradidit.

EMBLEMA.

Aquã, aut vẽtum quo modo præsagiant.

ALCIATI de Orata, Mergis, ac Fulicis extat emblema, cuius est lemma OBNOXIA INFIRMITAS. Est autem tale.

Pisciculos Orata rapit medio æquore Sardas
Ni fugiant pauidæ, summa marisq; petant.
Ast ibi sunt Mergis, Fulicisq; voracibus esca,
Heu intuta manens vndique debilitas.

PROVERBIA.

FVLICAM Cycno comparas, dicitur de rebus, aut personis maximè inter se dissimilibus. Sumptum est adagium ex his Paulini Nolani apud Ausonium versibus:

Si confers Fulicas Cycnis, & Aëdona Parræ,
Castaneis corylos æques, viburna cupressis.

Dissimillimi sunt inter se Fulicæ colore fusco, & Cycni niueo: rursus Aedon, siue Lucinia vocis amœnitate auium regina, & Parra auicula inter oscines à Festo habita, sed stridulo, & ingrato sono. Eadem imparitas spectatur in castaneis arboribus proceris, & humilibus corylis: itidem inter cupressos editas, ac proceras admodum arbores, & breuia, depressaq; viburna: qua comparatione etiam Virgilius Romam vrbem reliquis Italiæ vrbibus præfert, vt eam tantùm dicat, caput præ cæteris efferre,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

VSVS IN CIBIS, AC MEDICINA.

FVLICÆ nostræ, nescio quid graue, ac palustre plerunq; olent: quamobrem qui eas esse volent, prius in olla aperta elixabunt, vt odoris virus exhalet, deinde assabunt, condientq; nam eo modo non ingrati saporis esse offendent, & teneriusculam, nec duram concoctu. Arnoldus Villanouanus magis per autumnum conuenire author est, sed corporibus temperatis nunquam expedire ijs vti. Scribit ex plurimorum relatis Aretæus illustris ille, ac nobilis Cappadocum medicus, quem Paulus Crassus interpretatus est, Vulturis cerebrum, & crudæ Fulicæ cor, & domesticos feles comesos epilepsiam discutere. Sed Græcè legitur Æthyiæ, id est, Mergi. Ad Arancorum morsus Sextus hoc recenset remedium: Renes Leporis, & Fulicæ eius bestiæ, qui ab araneis laborat, si crudos deglutiat, sanabitur: morsis etiam cocti dentur. *Ad epilepsiam.*

FABVLOSA.

DE Hyperippa Mumichi Molossorum regis filia in Fulicam versa Antonius Liberalis huiusmodi recenset fabulam ex Nicandro. Molossorum rex fuit Mumychus Oriantis filius, vates egregius, idemq; vir iustus. Is è Lelanta filios habuit, Alcandrum, qui vaticinio patri præstabat, Megaletorem, Philæum, filiamq; Hyperippam. Eos omnes ob probitatem Dij dilexerunt. Quadam nocte eos, latrones subitò in agris circumuenerunt; cùmq; pugnæ impares de turribus se defenderent, ignemq; latrones domibus injicerent, Iupiter habita eorum pietatis ratione, miserrima morte perire non est passus, sed in aues transmutauit; Et Hyperippa quidem, quoniam ignem fugiens aquam subijt, facta est Fulica: cæteri ex igne euolarunt, Mumichus Buteo, Alcander Orchilus factus, Megaletor, & Philæus, quod ignem fugientes per parietem ad terram se dimisissent, in exiguas auiculas abierunt: hic in eam, quæ Canis dicitur, ille in Ichneumonem: mater in Piponem, quæ culices muliones legit. Cum hac bellum est Aquilæ, & Erodio, quorum oua confringit, dum quercum cædit propter culices. Viuuntq; vnà reliqui in syluis, & latebris, Fulica ad lacus & mare obseruante. Hæc ille.

DE ALIA FVLICÆ SPECIE, quam Galli Macroule, vel Diable de mer appellant. Cap. XIV.

CVM loquuti fuerimus, inquit Bellonius, de Mergis, & Fulica, alterius cuiusdam Fulicæ à prædicta diuersæ mentionem, facere placuit, quam Normanni Macruole, Parisienses Diable de mer; id est, diabolum marinum nuncupant. Eiusmodi auis aquis se se dulcibus semper immergit, & colore est tam exquisitè nigro, vt penicillo inductus ei videatur. Alba capitis macula latior est, quàm in Fulica: imo, & paulò maiore corpore est. Crura ad se se attrahit, digitosq; habet latos, & ab inuicem seiunctos, sicut Fulica. Quia verò deniq; vndiquaque sint similes, ex superiori eius delineatio haberi potest. Sic ille.

DE COTTA, SEV CVTTA Anglorum. Cap. XV.

Cotte. Kut.

FVLICAS nostras in Anglia neutiquam reperiri aiunt, sed similem eis forma, & colore auem, magnitudine paulò minorem, quæ vulgò Cotte, vel Kut appellatur, in fluuijs, & stagnis conspici; cuius rostrum tuberculo quodam rubeo insigniatur, crura etiam rubeant, nulla syncipatis macula. Hanc negant diutiùs posse volare, quàm pedis cauo hausta (priusquam volet) aqua retineatur. Vrinando ad maris fundum vsq; alga, limo, gramine, paruisq; cochleis se nutrit, piscibus abstinet.

DE RALLO ITALORVM. Cap. XVI.

Ordinis ratio.

Capiendi modus.

ITALORVM Rallum Fulicis subnectit Ornithologus, quod parum ab eis differat, deq; eo sic scribit. Rallus magis aquatica est auis, quàm terrestris, ac Mæstris (rure Venetijs non multum distante) magis capitur expensis, Falconum scilicet, Accipitrumùe, ac famulorum cateruæ, qui venaticorum canũ vice cothurnis induti per aquas illas modò hac, modò illac errantes, volucres illas quibusdam fustibus exturbent, nonnullos frutices, & arbusculas, quas incolunt, concutientes, quo ita postmodum præda fiat Falconum insidijs. Celeberrima quidem est hæc auis illius ciuitatis: verùm iudicio meo, multò & Turdo, & Coturnice gustu inferior. Aloysius Mundella Archiater Brixiensis in suis ad me literis, à

Ralli celebritas.

quo

quo iconem quoque accepi. Differt hæc à nostra Fulica, quòd in alis, & circa oculos plus albi coloris habet, rostrum nigrum, crura subuiridia, membranas inter digitos non ita dissectas, caluitium nullum, quantum ex pictura assequor. Hactenus ille. *Descriptio.*

DE ANSERE IN GENERE, & de domestico priuatim. Cap. XVII.

QVAM magnas, atq; mirabiles vtilitates nobis genus Anserinum præbeat; quot quantisq; commodis inseruiat, quotidianus eius vsus demonstrat. Nãdum in viuis est, oua, pulloſq; ad victum, plumas ad mollius cubandum, & alias quoq; pennas ad animi nostri conceptus exprimendos, quæ tanquam mutorum interpretum officio funguntur, abundè suppeditat. Et quod amplius est, corporis nostri, domuumq; tutissimum, & multo fideliorem, quàm canes, custodem sese præbet. Vbi verò de nobis, quàm optimè meritus è vita decessit, mensas nostras suis lautis, ac suauibus epulis exornat, instruitq;. Adipes deniq;, & medullã ad corporis humani affectus curãdos elargitur; quare cùm hæc auis viua nobis vtilissima sit, eadem quoq; mortua non minorem afferat vtilitatem, quis est, qui eam non multis nominibus celebrandam putet? Sed nonne, quæ præstat, commodis relictis, ipse per se tantùm inspectus, inter omnes aues conspicuum, & nobilem oculis, animisq; nostris sese offert? Magnus enim est, & non magnitudine tantùm placet, sed & candore etiam, quo ad Cygnum proximè accedere videtur. Fortis est insuper, adeò vt aduersus Aquilam, alioſq; fortissimos hostes sæpè sese tueri consueuerit. Quod ad sensus pertinet, Anser, odoratu, & auditu nulli animalium cedit, multa verò ingenij sagacitate vincit. Nouit etenim se naturaliter garrulum esse; quare ne natiua ea garrulitas, dum loca ab Aquila infensissimo hoste frequentata præteruolare cogitur, illam tam egregiè cohibere nouit, iustæ magnitudinis lapide mordicus arrepto, vt planè inauditus euadat. Sed quid si etiam in nonnullis, hominibus sapientiorem celebremus? qui vt gulæ satisfaciant, à nullo cibo, etsi noxio, dummodo palato arrideat, abstinent: ipse verò quæ sibi obfutura nouit, præscitq;, prorsus vitat; ideoq; lauri folia, & rododaphnen ne in extrema quidem fame, nec sua sponte, nec adhibita vi attingit. Non ignorat etenim se ijs deuoratis, moriturum. Eodem modo, quæ incolumitati suæ conducere nouit, summa auiditate prosequitur, atq; idcirco lactuca, cæteriſq; cibarijs frigidis, quibus innata eius caliditas obtemperetur, maximoperè delectatur. Taceo singulare in eo beneficij accepti memoriam, & erga altores, alioſq; de se bene meritos gratitudinem, & beneuolentiam: incredibilem item, in excludendis, educandiſq; pullis sedulitatem, summumq; in illos amorem. Nec referam, quot, quantiq; ipsi à Romanis rerum dominis, & ab alijs præclarissimis populis honores decreti sint. Hæc omnia etenim, aliaq; quamplurima, quibus eius dignitas, & gloria eluceſcit in subsequenti historia patebunt. Has itaq; ob causas si non Cycno præferri, saltem secundum ab illo locum ipsi eram assignaturus, nisi quam tum in Onocrotalo, tum aliàs adduxi ab hac me sententia deterruisset ratio. Cæterùm lectores prænonitos velim, cùm pauca de Anſere scriptores tradiderint, quæ generatim domestico, & fero conueniant, me hoc in loco de domestico priuatim, de cæteris generatim acturum.

Anseris præconia.

Magnitudo.

Pulchritudo.

Fortitudo.

Sensuum, & ingenij perspicacitas.

A noxijs cibis abstinet.

Lactuca, cibisq; alijs frigidis cur libẽter vescatur.

Beneficiorũ memoria.

Amor in filios.

ÆQVIVOCA.

NON pauca inter Anserem, Anatemq; intercedit morum, corporisq; similitudo, vnde fortassis tempestatis nostræ Græcis χὴν Anser, χλῶν Anas nuncupatur. Olim similiter νηττὸς, ni fallor, Anserem significabat, nunc verò Pappon Anatem vocant. Ita etiam Arabicorum librorum interpretes hasce aues quàm sæpissimè confundunt, Auaz modò Anserem, modò Anatem reddẽtes. Anser verò Latinis nomen fuit poëtę, quem a Ouidius procacissimum vocat.

Cinna quoque hic comes est, Cinnaq; procacior Anser.

Fuit vir is omnibus ferè eruditis viris ore quodã temerario, ac petulanti infensus præcipuè Virgilio, & Horatio, vt Donatus, & Seruius tradidere, nec minores cũ Marco Tullio Ciceronem habuit simultates, vt ex eiusdem Philippica colligere licet: ait enim: *Ex Phalerno Anse-*

Anseris, & Anatis similitudo magna.

Pappon.

Auaz.

a lib. 2. de triſtib.

res depellantur. Intelligēs eum agro Phalerno spoliandum esse, quo à Marco Antonio Triumviro fuerat donatus, ob librum fortè, quem in ipsius Antonij laudem composuisse dicitur: eundem fortè etiam innuit *b* Virgilius, cùm dixit:

b Aeglo. 9.

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere Anser Olores.

c Erot. l. 1. Meminit quoque huius *c* Strozius pater his verbis:

His comes accedit Caius, mollisq; Catullus,
Atque Anser, flammas, qui cecinere suas.

Eum autem ibi recenset inter poëtas, qui cùm amore capti essent, amatoria carmina cōscripsere. Anseres item Cicero alicubi vocat Brutum, & cæteros oratores, qui accusationes fœtitabant. Chenisc⁹ verò tam Latinis, quàm Græcis Anserculus est, & puppis extremum, quod loco ornamēti ad Anseris similitudinem effingitur. Vnde Apulcius puppim intortam chenisco dixit, & Lucianus in eo dialogo, qui πλοῖον, ἢ εὐχαὶ inscribitur, *Vt verò*, inquit, *ipsa quidem puppis paulatim assurgit inflexo aureo chenisco ornata.* Idem *d* alibi: *Chenisc⁹ enim, qui ad puppim erat, repentè alis plaudere capit, & clangorem edere.* De huius chenisci forma, & cur nauibus apponi consueuerit, plura suo loco dicemus.

Chenisc⁹.

d in ver. narratic. nib.

SYNONYMA.

Auaz.

Kaki.

Ouze.

ANSER Arabibus, aut finitimis populis dicitur Auaz, nisi fortè, vt suspicatur Ornithologus, legendum potius sit Anaz. Apud quendam in lexico trilingui Kaki pro Anſere legitur. Verùm in lexicis Hebraicis nihil tale reperias. Arabibus quoq; Ouze, & Vze dici testatur Syluaticus. Græcè χὴν dicitur παρὰ τὸ χαίνειν ἢ χανδὸν ἐσθίειν, teste Eustathio, & Varrino, hoc est ab oris hiatu, & voracitate: nam & vorax est animal, & insuper hiare solet subiunde, cùm audaciam, vel timorē præsefert. Nisi fortè quòd χαονες aduersus eos, à quibus inuadi se putat. Etymologus à voce ἠχὴ χηνὸς vocabulū deducit quod obstreperum, & clamosum sit animal, Hermolaus à verbo χηνίζειν, feres: inquit, & ocæ siue aucæ à Græcis χῆνες appellantur, vnde χηνοβόσκιον locus vbi aluntur, nam χηνίζειν verbum ἀφτ. ἐπὶ τῶν αὐλεῖν τῶν ideſt ad musicos pertinet, nam de ijs dicitur, qui tibia canunt. χὴν fœminino etiā genere ab Homero vsurpatū testantur *a* Athæneus, & Eustathius, qui posterior insuper addit, hoc à poëta factū Ionum more: sed & Aratus χὴν ἐπιγόμενα genere fœmineno dixit. Alioqui frequentiùs in masculino vsurpatum reperitur, tam à poetis, quàm à prosæ scriptoribus. Hodie vulgò in Græcia χήνα appellatur. Euphronius Grammaticus in auibus Aristophanis πάπαξ genus auis interpretatur, alij negāt auē esse. Ego libēter Euphronio assenserim: & Anserem ita vocari, ex hoc non malè quis fortè coniiciet, quod verbum παπαζειν veteres Græci de Anserum voce dicunt, teste Polluce. Nos quoq; Itali auem hanc consimili voce appellamus, vt infrà dicetur. Græci tamē nostri æui, vt iam dixi Pappon, & Papitzan Anatem, non Anserem vocant. χηνίσκος quoq; voce diminuente nominatur. Reperitur & χηναρ eadē forma apud *b* Athenaū, vbi sic habet: Καὶ ἰσθίας μεμιγμένα τὰ σφάγια ὀλίγα καὶ χηνία ὀπτὰ, καὶ τρυφὴ πλακουντων. χηνίδες verò Anserum pulli sunt Eustathio. Apud Latinos Anser plerunq; genere masculino legitur, licet aliqui in fœminino vsurpent, quod non est faciendum, nisi cùm de faminis est sermo: sic enim Varro, & Columella, *Singulæ, inquiunt, non plus quater in anno pariunt.* Huius nominis etymum ita refert Isidorus. *Anseris nomen*, inquit, *Anas dedit per derivationem, vel à similitudine: vel quod & ipsa natandi frequentiam habeat.* Varro autem sic per onomatopœiam dictum fuisse autumat, dum inquit, *volucrum pleraq; à suis vocibus nominantur, vt hæc, Vpupa, Cuculus, item hæc, Anser, Gallina.* Anserculus, & Chenisc⁹ paruulū Anserē significant. Rasis interpres, & alij recentiores barbari linguæ nostræ imitatione Aucam pro Anſere scribunt. Nobis etenim Italis auis hæc oca dicitur, cuius etymū à Græco deducere nititur Io. Tortellius, dū scribit. Oca nomē est à Græco deductū, ἀς ἀπὸ nobis con positum ex illorum masculino articulo, & χὴν, ideſt, Anser, vltima littera abiecta. Sed verius fortè Ornithologus à Saracenorum Oke, qua voce illi Anserem marem significant, fœminam Vvoſshe vocantes, deriuat. Habet item & alias apud nos Anser nomenclaturas: nam aliquibus Pauara, & Papara, alijs Papera dicitur, nominibus fortè à vetere Græcorum παπαπο deductis. Nisi potius à verbo pappare quis deriuare malit, quòd anima edacissimum sit: papare etenim tam latinis, quam nobis comedere significat, & præcipuè de pueris vsurpatur, vnde Persius:

Auca.

Oca vnde dicta.

Oke.

Vvoſshe.

Papara vnacula.

Papera.

Et similis regum pueris pappare minutum
Persius. Pro Papero deniq; pullū Anserinū accipimus. Galli Anserē fœminam Oye

Oye.

vocant

vocant, marē autē Ger, vel Iar, & Oyard: Oyon, & Oyson diminutiua sunt. Germani Ganss, proferunt, vt vulgus apud Heluetios Gauss, marem priuatim Ganser, vel Gansarich. Scribit Plinius Morinis Belgicę populis Gansas appellari. Hodie Belgis plerisq; Gans dicitur, fęmina priuatim Goes. Vnde Hollandi, cæteriq; Philippo Hispaniarum Regi rebellantes Goesios, ideſt, Anseres se vocant. Angli à Gose, vel Goose, Illyrici Hus, vel Gansy, Hispani Ganso, Pato, Ansar propriè marem, alicubi Biuar, & Ansaron, pullum verò Anseris Patico, hijo de Pato. *Ganſæ.*

10

GENERA. DIFFERENTIÆ.

ANSERES ex illarum auium genere sunt, quas Philogræci amphibias vocant, quæ nō terrestria tantùm, sed aquatilia etiā pabula desiderāt, nec magis humo, quàm stagno assueuerunt. *a* Aristoteles duæ tantū Anseris genera facit, maius, & minus, quod posterius gregatile esse asseuerat: Quo argumento ducti pleriq; scriptores Anserē nostrū serū cum minori Aristotelis eundē esse non male iudicant, eoq; magis cùm Plinius Anserem indomitum, & ferum distinguat, addens tamen postea velut obiter, Chenalopeces, & quibus lautiores epulas non nouit Britannia, Chenerotes, quas aues Anserini generis esse 20 memorat. Atq; hæ propriæ, & veræ sunt Anserum differentiæ. Cæterùm Anseres domesticos alij rursus subdiuidunt in eos primò, qui naturaliter tales existunt, nimirum toto corpore candidi, secundò in eos, qui hominum industria syluestrem naturam exuerunt: atq; eos sic distinguit *b* Varro, qui, *Inter Anseres*, inquit (domesticos) *genus varium, ferum vocatur, & cum albis, nec libenter congregatur, nec aquè fit manſuetum*, & Columella, qui sic de eis scriptum reliquit, *Est aliud genus*, (Anserum) *quod à fero mitigatum est: id neq; aquè facundum est, nec tam pretiosum.* Contrà *c* Petrus Bellonius, Anseres feros nullo pacto manſuefieri posse existimat, nisi quis ferorum oua domesticis, aut Gallinis supponeret. Ex his etenim exclusos pullos in 30 tentiam scribit his verbis: *Quarem rusticam scriptis concluserunt* (Varronem, & Collumellam, ni fallor, intelligit) *eligere suadent amplos, & candidos, scilicet propter plumam: eos verò, qui varij sunt, feros esse existimant, nec posse manſuefieri: quod tamen falsum est in confesso: quippe vary, apud nos multò numerosiores sunt, quàm candidi, admodum facundi, & cibis grati.* Sicut autem diximus Anseres domesticos varios, nonnullis feros censeri, sic contrà alij tradunt feros alicubi domesticos esse, & çstate in chenoboscijs in natali solo manſuetos degere, ex quibus vigente hyeme ad nos deuolent, æstiuis temporibus eo, vnde venerunt redituri. Sed hos tanquam ridiculos meritò explodit Bellonius, qui adeo feros esse scribit, vt cicures alicubi vixisse stultum sit affirmare. Cōcludamus itaq; domesticos nostros Anseres vnius tātùm generis esse, ferosq; manſuescere nequaquam. Cæterùm præter Chenalopeces, & chenerotes alij 40 quoq; feri dātur, quos cùm de feris agam, enumerabo, & eorum historiam fusiùs persequar, hic modò annotaturus alias quoq; dari Anserum differentias, nam in regno Senagæ Nigritarū, vt inquit Aloysius Cadamustus, Anseres sunt, non vt nostri, sed colore, & pennis multijugis variati. Et Hispana insula, si Christophoro Columbo credimus, Anseres habet Oloribus candidiores, capite tantùm rubeo. Odoricus è foro Iulij scribit, in prouincia Manzi Indiæ superioris in Cenescalam, quæ est illius regionis emporium, Anseres haberi pulchros, duplo maiores nostratibus, totos albos, cum osse supra caput vnius breui (fortè oui) quantitate, colore sanguineo: sub gula pellem per semissem pendere, pinguissimos esse. Sed hi forsan ex Onocrotali genere fuerint, vt alibi annotaui. Postremò in India maiori Anseres esse 50 refert Io. Mondauilla, duplo nostratibus maiores, vropygium nigros, cætera albos. Sed an hi cum illis, quos recenset Odoricus, ijdem fuerint, dubitari potest.

Anſeres anes amphibiæ dictæ, & cur.

a Hiſt. l. 8. c. 3.

Anſer ferus cū Anſere minore Ariſtotelis idem.

Anſeris domeſticigenus duplex iuxta quoſdam.

b De re ruſt. l. 8. c. 13.

c De auib. l. 3. c. 3.

d De re Cib. l. 5. c. 29.

Anſeres feros alicubi domeſticos eſſe perperam cēſent aliqui.

Anſerum ad noſtrorū vnum tantùm eſt genus.

Anſeres candidiſſimi capite tantùm rubeo vbi.

Anſeres duplo maiores noſtratibus vbi.

FORMA. DESCRIPTIO.

ANSEREM manſuetum auem notissimā, vtpote quæ singulis horis oculis nostris obuersatur, descripsisse superfluum est. Nota enim est omnibus eius magnitudo, circa quā hoc notandum est, quod Albertus ad Aquilam accedere scribat, cùm alioqui Anser longè sit carnosior; quare is altitudinem, nō pondus cōsiderarit. Nota totius corporis forma, & habitus, rostri latitudo, & crassities (quod & instar ferræ dentatum est) Nota colli lon-

Magnitudo.

Roſtrum.

Collum.

Pedes.

Anſer domeſticus cum dracunculo aquatico.



Anseruculus cum œnanthe aquatica.



longitudo, pedumque conformatio lata, planaque intercedentibus inter digitos membranis, ſoà qua palmipes, planipes, & latipes paſſim à ſcriptoribus meruit appellari. Cùm verò quidam candidi, quidam candidiſſimi, & ad Cygni candorem proximè accedentes, alij cinerei, multi vtroque colore variantes reperiantur, iconem tum iunioris, tum adulti tantum exhibere ſufficeret; Verùm cùm aliquos obſeruauerim, qui vel membrorum numero, vel conformatione, à reliquis differant, placuit ceu minimè ſilentio dignos hoc loco depingere. Ex his anno 1596. in pago quodam, qui ad Argentinenſem ſpectat Epiſcopatum, cui Sagheum nomen eſt, duobus ab Argentina milliaribus Anſer eiuſmodi forma, monſtruoſa planè inuentus eſt; duobus nimirum capitibus totidemq; linguis, collo vnico, quatuor pedibus, quorum vnum par eum locum occupabant, vbi in alijs alæ adnaſcuntur; alij circa podicem (vbi duplex etiam eijciendi naturæ excrementa exitus erat) appendebant Alæ duæ circa collum

Anſer biceps, & quadrupes.

ex-

Anſer biceps vnico collo, & quatuor pedibus, ac alis totidem.



Anſer quadrupes. *Anſer alter quadrupes.*

expanſæ, & vt figura indicat. Secundo loco poſitus monſtroſus quoque Anſer eſt, quem ſe vidiſſe refert Albertus: duplici erat collo, quaternis pedibus, & totidem alis: dorſo vno, adeo vt viderentur duæ aues, altera alteram ferens; ſed huiuſmodi monſtrum non diù vixit. Poſtrema hæc icon eſt Anſeris quadrupedis, qui Bononiæ aliquot annos vixit, quem ipſe vidi, & tanquam inuſitatum quoddam de pingi, & excubi curaui.

Anser duplici collo, duplicique corpore.



Anſer quadrupes alius cum althæa paluſtri.




ANATOME.

Aſpera arteria.

IN diſſectio Anſere aſpera arteria tres dodrantes erat longa, penitus rotunda, totaq; dura, & cartilaginea, donec in ſatis inſignem longitudinẽ exteoſa in tuberculum concauũ deſineret: ex cuius ima parte hinc inde duo diuaricãtur rami in pulmones, ſed nõ duri, aut cartilaginei, ſed velut ex tunica admodũ læui efformati. Lingua ſupernè arteriæ adnexa eſt, duobus oſſibus hyoidæis vtrinq; fulcita ſatis longis, vt figura indicat, ſeparatim ab aſpera arteria exhibita. Erat autẽ latiuſcula, & non ſecus ac roſtrũ vtrinq; inciſuris altis crenata.

Lingua.

Habes.


FF
A
A
B
B
A
A
B
B
C
F
G
D
E
D
E
E
D

Habes & iecinoris iconẽ, cum aliquot illi annexis vasis, cisti fellis nimirum, liene, & qui ad hæc pertinent, ductibus. Quæ omnia cùm ex simplici iconis intuitu, vel mediocriter erudito manifestò patere queant, nihil est, vt in ipsorum historia tempus frustrà conteram.

Testes. Testes sub diaphragmate siti sunt, inq; eos duo ex vena caua rami inseruntur. Ex infima autem vtrinsq; parte, vt est ab *a* Aristotele traditum, duo alia emergunt vasa euidentia, quæ deorsum per lumborum regionem rectà feruntur: donec prope os sacrum in vnum coëuntia, canalem teretem efformant, qui in plures orbes circumuoluitur, & duplici hic videtur constare substantia: nam superior eius pars tota carnea ferè cõspicitur, inferior intus cartilaginea apparet: vnde portionem hanc extremam loco penis illis esse datam, quæ & in coitu erigatur, haud male fortè quis conijciat. Quæ omnia ab Aristotele non discrepant, qui de eis nobis sic scriptum reliquit: *Testes lumbis annexi sunt infra septum transuersum omnibus ouiparis: de singulis singuli meatus pertinent, eodemq; coeunt supra ilium excrementi, vt in piscibus. Itaq; meatus, qui in coitu amborum conspicitur, genitale est: quod in mineribus latet, in Ansere verò, & similibus euidentius est, cùm recens inierint.* Cæterùm vt omnia hæc clariùs innotescant, hasce notas, quæ singulas harum quatuor iconum particulas demonstrant, subijcere non piguit.

a H. A. l. 3. cap. 18.

Num. 1.

AA. Testium Anserinorum dispositio.
BB. Vasa spermatica.
C. Spira in se circumuoluti meatus seminalis.
D. Extremus meatus.

Num. 2.

A. Loborum hepatis caua parte dispositio.
B. Folliculus fellis.
C. Ductus superior folliculi.
D. Ductus fellis inferior.
E. Vena lienis.
G. Lien.
H. Intestinum, in quod ingreditur ductus felleus.

Num. 3.

A. Aspera arteria Anseris domestici.
BB. Lingua.
C. Aspera arteria.
D. Quadrangulus laryngis compressus.
EE. Pulmones.

Num. 4.

FF. Lingua Anseris domestici inferiore, seu prona parte depicta.

Gula. Quod supereſt, omnia, quæ de Anserum interaneis tradit Aristoteles, vera esse in hoc Anſere reperimus: nam gula ei tota erat ampla, & lata, vt ille scribit, & Albertus confirmat: cùm ait: *Aues, quæ anterius in collo pappam, siue strumam* (ingluuiem) *habent; hac in quibusdam maxima est, ascendens in collo vsq; ad linguæ radicem, sicut in Anſere.* Tradit quoque vterque Anseri appendices quasdam infrà esse, qua definit intestinum, quod in Anſere nostro veriſſimum esse cognouimus.

Appẽdices intestini.

LOCVS. VOLATVS.

Gressus.

QVOD de Cygno superius traditum est, id modò de Anſere similiter est asserendum, ancipitem scilicet esse, hoc est, vt Varro ait, non terram solùm, sed aquam requirere. Columella quoque amphibij generis esse, nec terrestria tantùm, sed aquatilia quoque pabula desiderare scribit, nec magis humo, quàm stagnis consueuisse; sed ipse denique *a* Aristoteles Anserem tum maiorem, tum minorem circa amnes versari tradit. Baptista Mātuanus inter palustres aues his verbis enumerat, antiquos nēpe imitatus.

Montana frequentat
Culmina cœlicola: sed Anas, & Mergus, & Anſer
Ibis, Onocrotalus, Milui, Fulicæq; paludes.

b Alibi etiam aquis gaudere Anserem dixit:

Anſer aquis gaudet, ſyluis aper, aere Falco.

Huc spectant multa Anseri attributa epitheta; ac in primis Virgilius aquosum nominat.

Aut Cornix, aut aqueſus Anſer.

Vocauit consimili nomine Baptista Mantuanus:

Strepit hic & aquaticus Anſer.

Idem alibi palustrem.

A Gruis ore fabas, & ab Anſere farra paluſtri.

Porrò nulla ferè regio est, quæ Anseres non alat: scribit tamen *c* Strabo, Arabiæ partem, quæ Austrum versus assurgit, aues omnis generis habere, præter Anseres, & Gallinas. Apud nos magna est vbique eorum copia, vt in tota ferè Gallia: quamuis, teste *d* Iohanne Bruyerino, in quibusdam eius tractibus commodiùs. In Blesia, ait idem, agro aquarum ferè experte greges eorum spectari, magnumq; ex his in pluma pretium. Turingia quoque optimos habet Anseres, & multi quoque sunt circa Norlingam in Germania, & Gallis finitimam regionem Mediomatricum. Quod ad volatum attinet; ob corporis grauitatem, nunquam ferè in nostris hisce regionibus se humo tollunt. Iulius Cæsar Scaliger tamen, vbi contra Cardanum disserit, pedum latitudinem velocitati volatus nihil obesse, scribit, licet Anseribus pedes toto capite sint latiores, tamen syluestres esse volaciſſimos, nec multò minus in Belgio domesticos. Cæterùm, vt dictum est, apud nos aut nunquam, aut rarò volatum, & non nisi grauem exercent. Quantò verò minus alis, tantò magis pedibus valent, ita vt pedestri itinere in longinquas regiones possint peruenire; vnde Plinij tempestate à Morinis vsque Romam pedibus venire solebant: qua tamen in re ductores hac industria vtebantur, vt eos, qui iam essent fessi in prima loca ferrentur, vt sequentium indefessorum impulsione eorum lassitudo leuaretur: vt ex *e* Plinio liquet. *Mirum*, inquit, *in hac aluo, à Morinis vsque Romam pedibus venire. Fessi proferuntur ad primos, ita cateri stipatione naturali propellunt eos.*

Anser cibi libenter dedat.

a Hiſt. l. 8. cap. 3.

b In Eleg. contra amorem.

c Geog. l. 6. Anseres vbi nō sint. Anserum copia vbi.

d De re cib. l. 15. c. 30.

e lib. 10. cap. 59.

MORES. INGENIVM.

QVOT, quantæq; animi, & corporis dotes Anserem exornent, partim suprà enarraui, partim etiam hìc modò ordine à nobis veniunt recensendæ. *a* Aristoteles in primis, cùm auium quasdam verecundas, & cautas esse scripsisset, Anserem tanquam maximè cautum, verecundumque commemorat. Plinius alibi sapientiæ intellectum eidem huic volucri, inesse videri, alibi verecundum esse tradit, sicuti Pauonem malcuolum, & glorioſum. Quòd autem verecundus dicatur, aliqui causſam assignant, quòd non frequenter: vt Gallinæ, & Anates, nec quouis anni tempore coeat, sed rarò, & in aqua tantùm, qua & ipsa post coitum sese lustrat. Cur verò cautus censeatur, alia ratio est; nimirum quòd suis nouit mederi incommodis, noxiaque sibi summa cautione vitat, ac prosectura auidissimè complectitur: quapropter non annua tantùm fastidia, vt Plinius tradit,

Anseres cur verecundi, & cauti.

a Hiſt. l. 1. cap. 1.

fide-

a Annua fa-lidia herba sideritide purgat. sideritide purgat, sed omnibus alijs incommodis suis eadem medetur, vt testatur *b* Antonius Mizaldus. Scribit insuper Ælianus, eum, cùm natura calidissimus sit, idcirco lauationum cupidissimum esse: etenim natare gaudet, & quemadmodum cibarijs summè humidis, lactucis nimirum, alijsq; quibus refrigeretur, delectatur, sic contrà lauri folia ne in extrema quidem fame attingit: & rhododaphnen ne coactus quidem edit, præclarè gnarus, si quid tale comederit, se vita priuatum iri. Quæ omnia his versiculis repetit Philes à Camerario filio, latinus factus.

b De anim. l. 5. c. 29.

Lauationũ cupidissimus.

A quibus abstineat.

Quod est caloris Anseri vis ignea,
Gaudet lauacris frigidæ perennibus
Velcensq; lactucis, & herbis humidis,
Alui hoc florem peruocat medicamine,
Citraq; medicos, & dieta dogmata.
Non ille lauri carpat ore pabulum,
Non si fames præmat, sibi necis præscius.

Anseris timiditas. Cæterùm eiusmodi in noxijs declinandis cautio eò procedit, vt in timiditatem, hancque ignominiosam ferè multi abire existiment, animalq; inde præcæteris timidum vocent: nam si quid fortè, inquiunt, splendidum eminus conspiciant, summopere sibi timet: adeo vt ad aspectum chenomyci herbæ, teste Plinio, aliàs innoxiæ, & quæ hinc nomen habere videtur perhorrescat, quinimò pabulo sæpe relicto, cùm alioqui animal cibi sit auidissimum, in pastu tamen falsa concepta imagine exterritus, illicò euolet in Chenoboscium. Quia verò eiuscemodi timiditati, coniuncta sit perpetua quasi vigilantia, ipsa q; auis naturaliter ad sensus, & strepitus sit valde acuta, non imminentia tantùm pericula, sed intentatas etiam insidias à longè præsentit, adeo vt ne per somnum quidem opprimatur: nam nunquam in vtramuis, quod aiunt, aurem dormit, sed ad minimos quosque strepitus excitatus elato clamore alios etiam, qui in ea domo habitant, à somno excitat: imò verò, vigilias noctis assiduo clangore testatur, vt Isidorus loquitur, & Albertus parum tantùm dormire affirmat. Vnde meritò *c* Plinius, *Est*, inquit, *& Anseri peruigil cura, Capitolio testata defensio.* Et Prudentius eum peruigilem appellat, & proditorem pericli occulti.

Vigilantia. Sensus acuties.

c lib. 10. c. 22.

Depulit hos equitum nimbus, non peruigil Anser,
Proditor occulti tenebrosa nocte periculi.

d Rer. natur. lib. 4. Quod modò ad sensus attinet, quibus potissimùm mala sua præuidere Anser creditur, eos quidem velut exquisitissimos multi celebrant, præcipuè olfactum, & auditum. *d* Lucretius in primis odoratum sic commendat:

—— Humanum longè præsentit odorem
Romulidarum arcis seruator candidus Anser.

e Etymol. l. 12. c. 7. *e* Isidorus nullum animal melius odorem hominis sentire existimat, quàm Anser, vnde & clangore eius Gallorum ascensum in Capitolio deprehensum esse. Etsi autem ita hominum aduentum subodorare dicatur, verisimillimum tamen est alia etiam odoratu suo percipere posse. Idem ferè de exquisito eius auditus sensu tradunt plurimi, præcipuè Alexander abAlexandro, & *f* Cælius Rhodiginus, quanuis hic anceps videatur, aprone, an Anseri primæ partes in audiendo sint concedendæ, inquit enim: In qua quidem ratione sensuum illud obiter adnotabimus, in cane vim odorandi esse præcipuam, in Aquila visum, in Protogeuste Indico animali gustum, in serpentibus, & quibusdam auibus tactum, in apris auditum, vel vt Græcus præfert codex, in Anseribus. Quamobrem, & horum sensuum ope solertem sese præbet ædium nostrarum custodem, homines enim etiamsi nocte media venerint, vel ad prædandum, capiendumùe, vel ad quid aliud scelus perpetrandum, diligenter obseruat: nam vnus, aut alter egregiè vigilat, excubatq; pro cæteris, qui accedentium, & insidiantium strepitum, & odorem percipiens, socijs indicat, clamoreq; ingenti concitato prædones in fugam vertit. Prælellunt igitur Anseres canibus, vt pote quorum silentium frusto panis, Anserum verò ne maximis, quidem blanditijs sedari potest. Quod eleganter nobis *g* Ælianus testatum reliquit his verbis: *Anseres ad custodiam præferendi sunt canibus, quod Romanorum perfidiatione constat. Canes enim ad cibum oblatum* (à Gallis) *silebant. Anserum verò proprium est ad esculenta, quæ eis obijciuntur, non quiescere, sed exclamare.* Non itaq; illa timiditas, de qua anteà sermonem habuimus, quidquam de eius laude detrahit, nam cum summa quadam prudentia coniuncta est. Cauet enim, & prospicit imminentes noxas. Quòd si autem manifestò iam tenentur periculo, tunc (quod est prudentis animi officium) vim vi repellent, animi, & corporis vires in auxilium prouocat, & quidem tanto alarum robore hostem propulsat, vt se ab Ansere deiectum Falconem vidisse testetur doctissimus Scaliger

f Lect. antiq. lib. 22.

g De anim. l. 12. c. 33.

Anseris pugnacitas.

liger inter Sabaudiani ducis aucupes. Sic Anseres nihili facere canes, & magnas Struthiones, Accipitrem verò vel minimè formidare scribit Ælianus. Quod etsi fortasse de Ansere sylvestri intelligant, domesticis tamen non dissimilem fortitudinem, ac animositatem esse non debemus inficiari. Sunt enim & ipsi robusti, & in pugnando admodum pertinaces, vt testatur *h* Franciscus Petrarcha his verbis: *Anatum, atq; Anserum pertinaciam quis non vidit? vt pectoribus se perurgent, clangoribus increpitant, alis diuerberant, rostris hærent.* Huc spectat eius erga homines studium, solicita suæ familiæ cura sagacitas in dignoscendis suis ab alienis & multæ aliæ dotes: de quibus singulis proprijs locis agemus, ne eadem sæpius repetamus: nunc aliquid dicturi, quod quidem opprobrio Anseri vertendum videtur, cùm tamen non sit. Tale quid est, inexplebilis eius edacitas, adeo vt ipsis non facilè quicquam edacius inueniri scribat *i* D. Augustinus; & Bargæus quorundam voracitatem mordens, eos Anseribus, & Onocrotalis voraciores vocet: Et sanè passim à scriptoribus edax appellatur: nec immeritò: nam vt ait *k* Scaliger præ nimia voracitate fabulum etiam deuorat. Quam voracitatem etiam indicant, dum cibũ deferenti præ lætitia gestientes, omnibus modis abblandiuntur; vnde Q. *l* Calaber, Troianos summa lætitia, & honore auxilio illis venientem Euripilum Herculis filium, multis militibus comitatum accipientes, Anseribus pastori suo abblandientibus comparat. *Troiani autem*, inquit, *eum stipantes magno gaudio perfundebantur, vt quando septis inclusi Anseres virum videant, qui pabulum obijcere consueuit, adblandiuntur illi; at hic videns, frontem exporrigit: sic certè Troiani gauisi sunt, cùm vidissent frontem Euripilum.* Hæc ille. Sed hanc voracitatem illi probro non esse vertendam existimo: ita enim est natura comparatum, vt quæ calido habitu sunt animalia, plurimo indigeant alimento. Anserem verò esse huiusmodi, nemo est, qui ignorem. Cur autem à Virgilio, & ab alijs improbus vocetur, diuersi diuersam rationem assignant. Inquiunt nonnulli eum in vaticinijs, & rerum aliarum elogijs improbitatem quandam præseferre: quibus nequaquam assenserim: nusquam enim legitur, Anseres inauspicatas esse aues, cùm præsertim eis in sacrificijs tùm Romani, tum Ægyptij vterentur. Quapropter illis lubentiùs accesserim, qui improbum clamosum interpretantur, quia semper vociferatur: aut illis potiùs, qui insatiabilem exponunt: nam ibi Virgilius de pernicie illa loquitur, quæ agris ex Anserum edacitate accidit. Hisce omnibus Anserum encomijs adijcere libuit hos Camerarij filij elegantissimos versiculos, quòd auem nostram à calumnijs etiam vindicent: sunt autem huiusmodi.

Falso ab Ansere dictus.

h De aduers. fort. in præfatione.

i Contra epist. manich.

k In Lib. 1. Theoph. de plant.

l Paral. L. 6.

Forte Anseres, hoc alites inquam, videns
Porcosq; distentos fagina duxerit,
Nil esse, carnem præter, illos quippiam,
Quæ pro sale animam acceperit, putredine
Ne colliquescat, ferculum pascens probè
Sed mentis illis haud inest prorsus nihil.
Nam nec lues lupus aggredi compescuos,
Ac congregatos audeat grunnitibus:
Concordia tantum potest consensio
Quin & iuentam grandis elephas bellua
Robustaq; exhorrescit, hunc si audiuerit
Vel grunnientem comminus, nec videris
At Anseres quæ gratitant experti a,
Haud sunt loquela, ipsiq; se se mutuò
Notis loquentes consonis intelligunt,
Ceu conferentes verba secum seria.
His conuocant se se vt vel agmen porrò agant,
Vel ordine ad consueta redeant pascua
Ac tanquam in acie, cum est opus fugam petant.

VOX.

Gratitare Anseris proprium.

GRÆCI παπάζειν dicunt de voce Anseris, authore Polluce. Alij præterea Anserem πλαταγίζειν dicũt, sicut Aratus πλαγγηδὸν aduerbio de eiusdem voce est vsus. Apud Latinos verò maximè illi proprium esse volunt gratitare, quo verbo vtitur Philomelæ author.

Cacabat hinc Perdix, hinc gratitat improbus Anser.

Gingrire de anserum voce.

Sunt tamen, qui legant glacitat; sed prior lectio magis placet; nam & Thomas Rhadinus, & alij hanc vsurpant. Æquè peculiare illis est gingrire, si Pompeio Festo credimus, à qua voce deriuatam putat gingram, quæ minutula tibia est, flebilem emittens sonum, à Phœnicibus comperta. Cæterum sunt & alia multa verba alijs auibus communia, quæ Anseribus quoq; attribuantur. *a* Virgilius eos canere dixit.

Gingra quid.

a Aeneid. 8

——— *Gallos in limine adesse canebat.*

Sic eorum vox à Plinio, & ab Isidoro cantus nominatur, eos vigilias suas cantus assiduitate testari dicentibus. Ab eodem Virgilio strepere dicuntur.

Sed arguios inter strepere Anser Olores.

b In Brix. Quem imitati sunt multi alij, vt *b* Baptista Mantuanus:

Strepit hic & aquaticus Anser,

c In Epist. Plinius verò aliàs clangere ait, & hunc imitatus *c* Petrarcha: *Anserinum*, inquit, *iuge tedium, sed quod facilè perferas si in animum redierit, clangore Anserum excitatum Capitoly defensorem, irrumpentes Gallos nostris ab arcibus arcuisse*. Sidonius Apollinaris, etiam Anseres connubia nocte clangentes dixit. Siue igitur Anser gratitat, seu gringit, siue canit, siue clangit, id ferè sine intermissione facit, quod varijs epithetis passim poëtæ, & oratores exprimunt. Atq; ita argutum vocat Martialis:

Anser argutus.

Argutu Anser, gemmeq; Pauones.

Canorus. Raucus. Canorum Catullus, & alij: raucum Sidonius Apollinaris. *Hoc more*, inquit, *tu & Olorinis cantibus Anseres raucos sociaueris*. Idem alibi garrulum sic: *Tum quoque totam aciem Senonum, dum garrulus Anser nunciat*. Stridulum Pamphilius, dum canit:

Garrulus. Stridulus.

Versibus incomptis stridulus Anser agat.

Sic & multa alia apud authores Anseris attributa reperies, quæ ingratæ, & obstreperæ vocis eius assiduitatem arguunt. Omnis enim Anser, vt ait Albertus, clamosus est, & vix vnquam tacet.

COITVS. PARTVS.

Incubatus.

a De re rus. lib. 8. c. 13. Quot fœminæ vni mari sint destinãdæ.

ANSERES nõ tam frequenter, vt Anates, & Gallinæ, coire, & idcirco verecundos esse existimatos à multis suprà diximus. Quapropter si *a* Columellæ credimus, terræ tantùm fœminæ singulis maribus sunt destinandæ; nam plures propter grauitatem inire non possunt. Hodie tamen vsus obtinuit, vt singulis maribus sex fœminæ destinentur, plus minus. In aqua verò coëunt, vt placet *b* Varroni, sic enim de eorum coitu tradit. *Salunt* (coëunt) *ferè in aqua, inungentur* (inigentur legit Turnebus) *in flumen, aut piscinam*. Idem sentit *c* Columella scribens: *Ineunt autem non vt priores anes, de quibus diximus, ac sitientes humi: nam ferè in flumine, aut piscinis id faciunt*. *d* Aristoteles scribit aquis à coitu se se ingurgitare. Tempus admittendi aptissimum est à bruna, vt Varro, & Columella tradunt. Pariunt non solùm, quæ iam coiuerunt, sed illæ etiam, quæ coitus adhuc sunt expertes, contra quorundam sententiam, quos meritò redarguit *e* Aristoteles his verbis. *Nec audiendi sunt, qui ouã hypenemia dicta à vento, quasi subuentanea dixeris, reliquus esse partus, quem coitus fecerit, arbitrantur. Iam n. aliquas Gallinarum, & Anserum iuuencas expertes adhuc coitus parere hypenemia visum sæpius est*. Sic ille, idem *f* alibi reperens. Quinimo absque coitu plura pariunt, sed minora, minusque grata, magisque humida, & sterilia, vt ibidem, testatur *g* Philosophus: *Sunt hæ steriles, statim subdit, & minora, ac minus incunabilia speris, quam ea, quæ fœcundæ gignun-*

b De re rus. l. 8. cap. 3.

c De re rus. lib. 8. c. 14.

d Hist. lib. 6. cap. 2.

e Hist. lib. 6. cap. 2.

f Hist. lib. 3. cap. 1.

g Hist. lib. 5. cap. 33.

gignuntur, sed plura numero. Vt plurimum autem Anseris ouum non minus est, quam Crocodili fluuiatilis, vt memoriæ idem prodidit. Singulæ non plus quater in anno pariunt, teste Varrone. Columella verò ter parere scribit, eiq; subscribunt plurimi ex recentioribus, dummodo fœtus non excludunt. Contrà Plinius (si mendo non caret contextus) ab vtroque dissidet: bis tantum parere scribens, etiamsi, vt dictum est à Columella, fœtus suos non excludant, sed Gallinæ earum vicem subeant. Aristoteles huius rei non meminit, quod nouerim. Pariunt autem (singulis fœtibus) vt idem quoque *h* Plinius notat, plurima oua, sedecim, pauciſſima septem. Si quis surripiat, eò procedunt pariendo, donec rumpantur. Columella aliter, *Pariunt*, inquit, *singulis fœtibus oua, primo quina, sequenti quaterna, nouissimo terna.* Quintilius vsque ad duodecim, aliquādo etiam plura parere aiunt. Inter Geoponicos recentiores Carolus Stephanus scribit has aues, si excludant, primo fœtu quinque edere, secundo quatuor, vltimo tria tantùm: si verò non incubent duodecim, & plura singulis fœtationibus. Quidam alij recentiores multò maiorem numerum faciunt, ad centum, & quandoq; ducenta procedere asserentes, nimirum donec rumpantur, vt ait Plinius. Tempus porrò pariendi est, vt testantur Varro, Columella, & alij, à calendis Martijs vsque ad solstitium. Plinius ex Varrone scribit, quod si bruma coniuerint, pariunt post solstitium quadraginta propè diebus. Cùm primò pariunt, ad haras, hoc est, ad nidos sunt deducendæ, vt monent Columella, Palladius, & alij. *Minimè autem*, inquit Columella, *concedendum est fœminis extra septum parere, sed cùm videbuntur sedem quærere, comprimendæ sunt, atque tentandæ: nam si appropinquant partus, digito tanguntur oua, quæ sunt prima parte locorum genitalium: quamobrem perduct ad haram debent, includique, vt fatum edant.* Cuius verba eò libentiùs adscripsi, quod modum etiam doceant, quo pariendi tempus præscire queamus. Singulis autem, inquit *k* Varro, vbi pariant, faciundum haras quadratas circum binos pedes, & semipedem. Eas substernendum palea. Quòd autem sensu admodum valeat hæc auis, semel singulas ad haram duxisse sufficiet: nam per se deinceps parituræ illuc reuertuntur; quod non tacuit Columella. Idq; inquit, *singulis semel fecisse satis est: quoniam vnaquæque recurrit eodem, vbi primo peperit.* Et Palladius, *cum semel hoc fecerris*, inquit, *consuetudine sponte retinebunt.* Ijdem omnes citati authores monent, vt oua Anseribus subducamus, & Gallinis excludenda præbeamus, quòd ab his commodiùs, & maiori cum diligentia excludantur, educenturq; & sic ipsæ Anseres maiorem ouorum numerum hero parient. Columella cùm dixisset, singulas ter anno parere, si prohibeantur fœtus excludere, *Quod magis expedit*, statim subdit, *quàm quod ipsæ suos fouent* (fortè foueant) *nam & a Gallinis maximè enutriuntur, & longe maior grex efficitur.* Quod consilium, si aliquis is qui voluerit, ouorum supponendorum numerum à Columella audiat. *Supponuntur autem*, ait, *Gallinis huius generis* (Anserini) *oua plurima quinque, pauciſſima tria.* Quod meritò faciendum monet: nam cùm multò maiora Gallinaceis sint, si plura subdantur, ea Gallinæ alarum ambitu satis continere nequeunt, nec vt decet, fouere. Palladius, ne Anserina oua supposita Gallinis noceant vrticam subijci præcipit. Sed alij alia de causa id faciendum consultiùs docent, vt infrà ostendam. Si quis autem Anseres ipsas suis ouis incubare malit, ex Varronis præscripto earum oua aliquo signo notabit, quòd aliena non excludant. Quod & Plinius, & alij quoque passim asserunt. Quod tamen ita accipiendū est, vt aliena non excludant, nisi sua quoque habuerint supposita, vt ex hisce Columellæ verbis colligitur. *Sed nouissimo fœtu*, inquit, *cùm volumus ipsas incubare, notandi erunt vniuersorsq; partus, vt suis matribus subijciantur, quoniam negatur Anser aliena excludere oua, nisi subiecta sua quoq; habuerit.* Quod quidem summa est admiratione dignum: nam cū, vt est in prouerbio, nihil sit tam ouo simile, quam ouum, valde mirū est, tātam huic aliti à natura inditam perspicacitatē, vt sua ab alienis ouis, etsi eiusdem speciei dignoscere queat. Vt modò minori quò fieri potest, dispendio sua Anseri oua fouenda tradātur, monēt Columella, Palladius, alijq; extremū partū illis subijci oportere, & rationem addunt, quia postmodū amplius parient. Ita q; si primi, aut secundi partus ouis incubare permitterētur nō pauca fieret ouorum iactura. Ter enim, quaterue, vt diximus, quotannis pariunt. Cùm autē vrticarum aculei eius pullis maximè infesti, & pernitiosi sint, adeo, vt ab ipsius vel leuiter expunctis moriantur, præcipit Columella, vt radices ipsius vrticæ ouis subijciantur, sic enim pullis enatis vrtica non nocebit. Sed verba clarioris doctrinæ gratia hic apponam. *Sed tu fodiri debet*, ait, *vt cuis subijciantur radices vrticarum, quo quasi remedio medicantur, ne nocere possint exutus Anserculus, quos enecant vrticæ, si tenuiores pupugerint.* In nido collocando etiam adhibenda est cautela, nam vt monent ne oterici geoponici, nidi loco statuendi sunt non adeo calido, vt pro Gallinis fieri solet: nam cùm tempestate, inquiunt, calidissima sint Anseres, timendum est, ne tum matrum, tum locicalore immodico comburantur potiùs ouа, quàm

Anserini oui magnitudo.

Quoties in anno pariant.

Quot ouа singulis fœtibus pariant.

h lib. 10. c. 59.

i De re rust. l. 3. c. 13.

k De re rust. l. 3. c. 10.

Ouа Anserina quot Gallinis supponēda.

Vrtica ne pullis noceat quid agendum.

Tempus ad incubandũ idoneum.

quidquam ex illis nascatur. Tempus præterea incubandi obseruandum est, quod maximè idoneum esse ait Palladius à calendis Martijs vsque ad æstiuum solstitium. Recentiores verò quidam à principio Nouembris ad Decembrem exactum. Cæterùm alijs etiam temporibus incubare Anseres experientia docet. Incubandi autẽ tempus triginta dierum spatio naturaliter absoluunt, teste *l* Aristotele, sicut Aquilæ, Tardæ, & cæteræ quoque magnæ aues. *m* Plinius addit, si dies tepidiores sint, viginti quinque diebus perficere, Varro tamen, Columella, & alij quamplurimi Anserem trigesimo die nasci aiunt. Postremò de ouorum

l Hist. li. 6. c. 6.

m li. 10. c. 59.

Quot ova supponẽda.

supponendorum numero alij aliter sentiunt, diuersiq; diuersum assignant. Varro plerique nouem supponi ait, aut decem, & qui hoc minus septem, qui hoc plus quindecim. Columella pauciſſima septem, plurima quindecim. Quintilij non plura, quàm nouem. Recentiores aliqui nouem, aut vndecim, aut tredecim, nec plura, nec pauciora. Incubant autem in hoc genere fœminæ tantùm, vt scribit Plinius, sed tanta diligentia, vt & suam, & masculorum vicem suppleant: nam ab incubitu nunquam recedunt, donec pullos excusserint.

Fœminæ tantùm incubant.

n Hist. l. 6. c. 8.

Anserum, inquit *n* Aristoteles, *fœmina tantùm incubant, quæ vt cæperunt, nunquam intermittunt, sed perpetuo fouent incubitu.* Cùm itaque à fouendo non recedant, necesse omnino est, cibum, potumq; incubantibus semper apponere: alioquin ipsæ matres pullorum desiderio à nidis non digredientes, fame pereunt, vel si cibi causa discedant, oua frigescunt, & fœtus irritus euadit. Ordeum ijs intritum cum aqua apponi Varro iubet: sed alia quoque ipsis conuenientia edulia apponi nihil prohibet. Cùm autem, vt ait Ælianus, natura vorax sit, & ventriculo calidissimo, gaudet herbis, riguis, & frigidis, laurum non attingit, cibarijs summè humidis, quibus interius refrigeretur, delectatur.

Anseres an educandi.

EDVCATIO. VICTVS.

Sagina.

Anseres quæ damna inferant.

NVNQVID Anseres educandi sint, in controuersiam quis meritò reuocet. Agris enim valde damnosus est, indeq; à Virgilio improbum nuncupatum suprà diximus. Et Columella *cum non vtilem locis consuis*, ait, *quia quicquid tenerum contingere potest, capit:* nam tenella arborum gemina adsumit, viridariorum herbas penitus depascitur, vitium pampinos rodit, & segetes morsu, & stercore demolitur. Quapropter in illis regionibus, ad quas Anseres indomiti migrant frequenti numero, visæ sunt, sæpenumerò segetes per longissima spacia, quàm paucis horis obsumptæ. Eadem & maiora etiam damna inferunt domestici, si absque custodibus per agros liberi vagari permittantur. Quas enim segetes ipsi radicitus non euellunt, eas alui excrementis, quasi ab igne cõtactas aridas reddunt, & quod amplius est, nihil deinde ibi, nisi post multum interuallum enascitur. Narrat Mauricius Cordæus se vidisse aliquando litora, prataq; quæ antea herbarum multitudine, florumq; varietate luxuriabant, plus quam credibile est, arida, steriliaq; euasisse. Accidisse verò id, non tam quod ibi pascerentur Anseres, quàm quod ibidem quiescentes liquidis, quibus à natura donati sunt, stercoribus suis agros inquinarent. Aluo etenim sunt profusiore. His itaq; ante oculos positis Anseres nequaquam alendos dicemus. Veruntamen si contrà vtilitates, & commoda eorum, quæ alibi diffusè recensebo, consideremus, haud dubio sententiam mutabimus: præsertim cum commemorata modò omnia nocumenta facilè euitari possint, si vel domi alantur in cohorte, vel si in agris præfecto ijs custode, qui ab inferenda pernicie prohibeat: vel denique si illis in agris, in quibus, cum tantum illorum enutritioni sint destinati, nihil detrimenti afferre possint, enutriantur. Veteres sanè, altores eorum extitere, vt ex ipsorum monumentis elicere licet. *Horum greges*, vt narrat Marcus Varro, *Scipio, Metellus & M. Seius habebant magnos aliquot. Merula, Seius* inquit, *ita greges cõparauit Anserum, vt hos quinq; gradus obseruaret, quos in Gallinis dixi. Hi sunt de genere, de fatura, de ouis, de pullis, de sagina.* Habebant etiam Anserum pastores, vt meminit *a* Paulus Iure consultus: & apud *b* Athenæũ refertur Cratinus in Dionysalexandro sic: Bubulci Anserum pastores Florentinus, referente Alexandro ab Alexãder magna inter Iurisperitos authoritate, equos, boues, Gallinas, Anseres, & cætera hoc genus, quæ pecorum numero habentur, quanuis in quotidiano vsu forent, in suppellectili non haberi censuit. Sexcenta alia loca hic adducere possem, quæ veterem, & vsitatissimum alendorum Anserum morem ostendunt, sed cum alibi sint recitanda, ne idem sæpius inculcem, ea in aliud tempus adducenda reijcio. Non igitur commemorata

Anserum alendorum vetus consuetudo.

Anseres plurimos qui aluerint.

a Dig. l. 9.

b Genial. li. 1. cap. 19.

nos

nos incommoda deterreant, vt à villis, & ruribus nostris hasce aues arceamus, & potissimũ, si locum idoneum nacti fuerimus, vbi prædicta damna inferre nequeant: & hac in re Geoponicorum omnium consilium sequamur, qui vno ore illas ob multa, quæ ab eis proueniunt, commoda, educari suadent, & Columellæ præsertim, qui non ad eas enutriendas adhortatur his verbis: Sicubi vero flumen, aut lacus est, herbæq; copia, nec minus iuxta satæ fruges, id quoq; genus (Anserinum) nutriendum est; quod etiam nos facere censemus, non quia magni sit fructus, sed quia minimi oneris: attamen præstat ex se pullos, atq; plumam, quam non, vt in ouibus lanam, semel demetere, sed bis anno, vere, & autumno vellere licet: 1olam quomodo antiquitùs construerentur chenoboscia dicamus; sic enim quod dictum est de alendorum Anserum consuetudine magis confirmabitur. In quoque imprimis docet ipse Columella, cuius hic verba recitabo, vt si cui est harum auium cura, eius præcepta, vt qui hac de re quàm appositè scripserit, sequi possit. *Qui verò*, inquit, *greges nantium possidere student, chenoboscia constituant, quæ tum demum vigebunt, si fuerint ordinata ratione tali. Cohors ab omni catero pecore secreta clauditur, alta nouem pedum materia, porticibusque circundata, ita vt in aliqua parte sit cella custodis: sub porticibus deinde quadratæ harũ cementis, vel etiam latericulis extruuntur: quas singulas satis est habere quoquo versus pedes ternos, & adùus singulos firmis hostiis munitos, quia per saturam diligenter claudi debent, & extra villam: deinde non longe ab aedificio si est stagnum, vel flumen, alia non quæratur aqua: sin aliter, lacus, piscinæq; manu fiant, vt sint, quibus* 2ornerinare possint aues, *nam sine illo præsidio non magis, quam sine terreno recte viuere queunt.* Hæc ille, qui etiam, quod ad chenoboscij constitutionem attinet, dixerat in præcedẽti capite, intra cohortem vt protecti sint, secretis angulis haras facere oportere, in quibus cubitent, & fœtus edant. Quod autem præcipit de aqua, in qua inurinare possint, adeo est necessarium, vt Anseres absq; hac velle enutrire, extremæ sit demen iæ: cùm enim amphibij generis sint, vt testis est Marcus Varro, nulla villa, aut terra sunt contenti, nisi vicinas habeant piscinas. *Manlio*, inquiunt Quintilij, *fuit hara Anseraria, quam Chenoboscium Græci appellant, constituatur in loco paludri, & aquoso.* Et Palladius: *Anser sanè, nec sine herba, nec sine aqua facilè sustinetur.* Et paulò inferiùs: *Si defit diuitis, lacuna formetur.* Verùm parum fuerit, chenoboscium instruxisse, & locum, vbi innatare valeant natura, vel arte comparasse: nisi quoq; cibi eorum natu- 3oræ, & palato conuenientes largè suppeditentur. Hac igitur gratia iubet Columella, *paludtris quoq; sed herbidus ager destinetur, atq; alia pabulo conserantur, & vicia, trifolium, fanum Græcum, sed præcipuè genus intubi, quod σέρι Græci appellant: lactucæ quoq; in hunc vsum semina, vel maximè serenda sunt, quon iam & mollissimum est olus, & libentissimè ab his auibus appetitur. Tum etiam pullis vtilissima est esca.* Idem præcipit Palladius: *Si herba*, inquit, *non suppetit, trifolium, fanum Græcum, agrestia intyba, lactuculas serotinas seremus alimento.* Et Varro: *Eos pascunt*, inquit, *in humidis locis, vbi pabulum serunt, quod aliquem fructum ferat, seruntq; his herbam quæ vocatur seris, quòd ea aqua tacta etiam cùm est arida, fit viridis. Folia eius decerpentes dant, ne leo integrum, vbi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant. Voraces enim sunt natura. Quo temperandum est, qui propter cupiditatem sæpe in pascendo radicem prenderunt, quam educere velint è terra, ab-* 4orumpunt collum: *perimbecillum enim id, vt caput molle. Si hæc herba non est, dandum hordeum, aut frumentum aliud. Cùm est tempus farraginis, dandum, vt in seri dixi.* Quintilij verò cibum illis offerri dicunt, ex omnibus leguminibus, eruo excepto. Danda quoq; esse & lactucæ folia: prohibendos tamen à graminis esu cruditatis enim causa est. Plinius, quod alij quoq; meminerunt, illis vrticam contactu mortiferam esse scribit: nec minus auiditatem, nunc satietate nimia, nunc suametui: *quando*, inquit, *apprehenso radice, morsu sæpe conantes euellere, ante colla sua abrumpunt.* Pro quo remedium superius à nobis est annotatum. Nostris temporibus pleriq; omnis fermè generis legumina Anseribus offerunt, furfure, & aqua tepida commistis: aliqui furfurem cum vrticæ foliis teneriusculis incoquunt, & simul exhibent: aliqui furfurẽ tantum in iure: & aliquando lactucæ aliquid, cicorij, crescionisq; aliarumq; id generis her- 5obarum ad reuocandum marcescentem palatum. Idq; mane, serò, & meridie factitant. Reliquis diei horis ad prata mittunt, & ad lacum aliquem, vel fluuium sub pueri custodia, qui ne longius euolent, obseruat, & à consitis locis prohibet cauetq; in primis, ne vrticas, hyoscyamum, & cicutam deuorent: quòd tale quid fortè gustantes sopore correpti, nunquam deinceps excitantur; sed vitam cum morte commutant. Scribit Io. Bruyerinus, (quod in Gallia fortè fieri consueuit) Anseres veteres castaneis, pyris, malisq; rura farcire. Cæterum qui, qualesque Anseres sint eligendi, iam dicamus: vt quò fieri licet, ex ipsis veriorem fructum capere possimus. *Merula*, Varrone teste, *tubebat seruum in legendo obseruare, vt essent ampli, & albi: quod plerumq; pullos similes sui faciant. Est enim alterum genus varium, quod ferum vocatur, nec cum eis libenter congregatur, nec æquè sit mansuetum*, sic & Columella. *Curandum*, inquit, *est vt mares,*

c De re rus. l. 8. c. 14. *Chenoboscia quomodo constituenda.*

Aqua Anseribus quam necessaria.

Ager quis Anserum pabulo sit destinãdus.

A gramin. cur prohibeantur.

Anseribus quæ herba mortifera.

Anseres qui eligendi.

mares, fœminæq; quàm amplissimi corporis, & albi coloris eligantur: nam est aliud genus varium quod à fero mitigatum, domesticum factum est, id neque æque fœcundum est, nec tam pretiosum, propter quod minimè nutriendum. Io. Bruyerinus, cuius verba iam ante recitaui, varios in Gallia multò numeriosiores esse, quàm candidos asserit, admodum fœcundos, & cibis gratos. Item Ornithologus varios à Germanis albis præferri ait, ceu firmioris valetudinis, nec minus fœcundos, nec pluma deteriores. Idem ferè in nostris regionibus obseruamus: quapropter albiuè, an varijsint, parum interest, dummodo bona sint habitudine, & amplo corpore. Hi enim oua maiora, & pullos sui similes parient. De numero fœminarum maribus destinando, deq; incubatione, & reliquis ad fœtum pertinentibus supra diximus. Restat modo, vt quomodo pulli sint educandi aperiamus: qua in re à Varrone, & Columella, cæterisq; in hac, & superiori rubrica frequens citatis Geoponicis nõ discedemus: quare etiam præcepta eorundem circa hanc curam recẽsere non pigebit, vt eos imitari quisquis possit; qui sese hac in re diligentiores, & prudentiores præbuerunt. *Cùm excludit,* inquit Varro (fœmina pullos) *quinque diebus primis patiuntur esse cum matre. Deinde quotidie, serenum cùm est, producunt in prata, item ad piscinas, aut paludes: ipsæ faciunt haras supra terram, aut subtus, in quas non includant plus vicenos pullos. Easq; cellas prouident, ne habeant in solo humorem, & vt molle habeant substramen è palea, aliaque quare, neue quà eò accedere possint mustelæ, aliæue bestiæ, quæ nocent.* Hucusque ille: & rursus post quædam ad Anserum victũ generatim spectantia subdit *Pullis primũ biduo polenta, aut ordeum apponitur, tribus proximis nasturtium viride confectum minutatim ex aqua in vas aliquod. Cùm autem sunt inclusi in haras, aut speluncas, vt dixi dicti obiciunt his polentam ordeaceam, aut farraginem, herbamue teneram aliquam concisam.* De hac eadem pullorum educatione hac habet Columella. *Atque is* (Anserculus) *dum exiguus, decem primis diebus pascitur in hara clausus cum matre. Postea cùm serenitas permittit, producitur in prata, & ad piscinas: cauendumq; est, ne aut aculeis vrticæ compungantur, aut esuriens mittatur in pascuum: sed ante concretis intubis, vel lactucæ folijs saturetur: nam si adhuc parum firmus, & indigens ciborum peruenit in pascuum, fructicibus, aut solidioribus herbis oblectatur ita pertinaciter, vt collum abrumpat. Milium quoque, aut etiam triticum milium cum aqua dulci præbetur, atque vbi se paulum confirmauit, in gregem coæqualium compellitur: & ordeo alitur, quod & matricibus præbere non inutile est. Pullos autem non expedit plures in singulas haras, quàm vicenos adiici, nec rursus omnino cum maioribus includi, quoniam validior enecat infirmum. Cellas, in quibus incubitant, siccissimas esse oportet, subtratosque habere paleas: vel si ea non sunt, gratissimum quoq; fanum: cætera eadẽ, quæ in alijs generibus pullorũ seruanda sunt, ne culex, ne vipera, felisque aut etiam mustella possit aspirare: quæ ferè pernicies ad internecionem prolernunt teneros. Sunt qui ordeum maceratum in cubantibus apponunt, ne patiantur matrices sæpius nidum relinquere: deinde pullis exclusis, primis quinque diebus polenta, vel maceratum far, sicut Pauonibus obiciunt. Nonnulli etiam viride nasturtium confectum minutim cum aqua præbent, eoq; eis est esca iucundissima.* Hæc omnia Columella. Quintilij iubent, vt cum serenum cælum est, ad pascua prius, deinde ad aquam, vbi iam cibo satiati sunt, producantur. Item ne hœdi, aut porci pilos deuorent esse obseruandum; quia his deuoratis interirent. Præterea vt pullis nouissimè editis polenta, & frumentum madefactum cibi loco obijciantur, & nasturtium viride. Ex Neotericis Petrus Crescentiensis iubet semine papaueris primis decem diebus pasci intus, posteà verò foras educi, vbi vrtica non fuerit, cuius formidant aculeos, & præcipuè in prata, & piscinas, aut paludes. Carolus verò Stephanus decem primis diebus cum matribus in haris includi vult, ibiq; farina ordeacea, melle, furfure, & aqua commistis enutriri, & aliquando lactucas teneras obijci: postremis verò ex his decem diebus milium, & frumentum ipsis exhibenda asserit: sed deinceps ea facienda esse, quæ superius ex aliorum monumentis retulimus. Insuper à bestijs, vt lupis, & vulpibus tuendi sunt, ac conseruandi, vt Petrus Crescentiensis, & alij admonent. Sed à lupis vt conseruentur, non multum laborabimus: verò etenim Anseres à lupo rapiuntur à vulpibus sæpissimè, contra quas Antonius Mizaldus vulpem decoctam, & in frusta concisam illis in cibo exhiberi iubet, promittitq; ita per bimestre temporis spacium à vulpibus securos fore. Habent & alios infensos hostes Anseres, Aquilam nimirum, & Miluum, & alias id genus aues, à quibus haud alio pacto, quàm sedula, & diligenti custodia, præsertim dum iuniores sunt, conseruari possunt. Atque hæc de educatione dicta sunto. Superest modo vt de earundem auium saginatione nonnulla subijciamus. Antiquissimis autem etiam temporibus Anseres saginare solitum fuit, vt ex Athenæo colligitur, apud quem cùm præter alia cibaria Anseres durei, idest, equi duratei modo farcti Deipnosophistis appositi essent, alijq; accuratissimè præparati, αὐτόματοι, id est alitles esse dixit quidam. *Tum Vlpianus αὐτόματος χῆνας apud quem legimus?* At Plutarchus: *Theopompus inquit, Chius in Hellenicis, & libro decimo octauo Philippicorũ, author est, Agesilao Lacedæmonio, cùm in Ægyptum*

Pulli exclusi quomodo educandi.

A vulpibus quomodo conseruentur.

Anserũ saginandorũ vetus consuetudo.

a Deipn. l. 9.

ptum appulisset, Aegyptios misisse Anseres vitulos q̃, σιτευτὰς, ideſt ſaginatos. Antigenes Comicus in Bacchantibus fœminis ait: Si quis alendum me ſuſciperet, velut Anſerem σιτευτὸν, ideſt, qui optimatur. Archeſtratus in famoſo illo ſuo poemate, altilis Anſeris pullum ſimul cum parente iubet apparari, eumq̃ aſſari ſimpliciter: Hæc omnia ex Athenæo: ex quibus liquidò patet ſaginandorum Anſerum vetuſtiſſimam fuiſſe conſuetudinem. Et cùm noſtris etiam temporibus id maximè ſit conſuetum, operæpretium fuerit hîc præcepta tradere, eaq̃; etiam ex ipſis antiquis, quibus edocti Anſeres pinguiſſimos reddere poterimus. *Cùm igitur*, vt Columellæ placet, *pulli quatuor menſium ſunt, fartura maximus quiſque deſtinatur, quoniam tenera ætas præcipuè habetur ad hanc rem aptiſſima: & eſt facilis harum auium ſaginatio: nam præter polentam, & pollinem ter die nihil ſanè aliud dari neceſſe eſt, dummodo largè bibendi poteſtas fiat: ne vagandi facultas detur: ſintq; calido, & tenebroſo loco: quæres ad creandas adipes multum conferunt: hoc modo duobus menſibus pinguefiunt & eapropter etiam tenerrima pullities ſæpe quadraginta diebus redditur optima.* Eadem habet Varro, verum paullò aliter. *Ad ſaginandum*, inquit, *eliguntur pulli circiter ſeſquimenſes, qui ſunt natus eos includunt in ſaginario, ibiq; polentam, & pollinem aqua madefacta dant cibum, ita vt per dies ſaturent. Secundum cibum, largè vt bibant, facium poteſtatem. Sic curati circiter duobus menſibus fiunt pingues. Quotieſcunq; ſumpſerunt, locus ſolet purgari: quod ipſi ament locum purum.* Palladius Columellam potius, quam Varronem ſecutus videtur: nam quatuor menſium Anſeres ad ſaginandum eligit, iubetq; polentam in die ter dari, largè vagandi licentiam quoq; prohibet, obſcuro loco claudit, & calido: aſſeritq; maiores etiam ſecundo menſe pingueſcere: paruulos verò ſæpe trigeſimo die mori, ipſo ſcilicet ſaginationis tempore. Addit etiam melius ſaginari, ſimilium ad ſatietatem præbeatur infuſum. Præterea, Græco ſaginandis Anſeribus polentæ duas partes, & furfuris quatuor aqua calida temperare, & ingerere pro appetentis voluptate: tribus per diem vicibus potu adiuuare: media quoque nocte aquam miniſtrare. Deinceps docet, qua arte hepar, quod maximo habetur in pretio, in ipſis teneru fiat, & inquit peractis viginti diebus, nempe à ſaginæ principio, tunſas caricas, & aqua maceratas in offas exiguas efformandas, & per dies viginti continuos miniſtrandas Anſeribus. Sed hanc curam, ſiue ſaginam longè diffuſiore oratione proſequuntur Quintilijs, qui cùm dixiſſet. Anſeres pingueſcere in domibus calidis polentæ partibus duabus, & furfurum partibus quatuor, aqua calida ſubactis, & obiectis, vt inde quantum velint, edant; ter die cibum ſumere, & circa mediam noctem, bibere largiter; & poſtquam magni euaſerunt, caricas ſiccas in tenuia ſegmenta conciſas, & aqua ſubactas per dies viginti in potu exhibendas eſſe. Hæc, inquam, cùm de Anſerum ſagina tradidiſſent, alia ad augendum iecur, ipſoſq; magis pinguefaciendos ſpectantia ſubinde ſubijciunt. *Poſt dies triginta, ſi quis iocinora ipſorum magna eſſicere velit, caricas ſiccas in tenuia frusta conciſas aqua ſubigat, & per dies viginti, aut minimum decem, & ſeptem in os ingerat. Quidam vt magnum factant hepar, ſiq; ipſe Anſer pinguis, ſic nutriunt. Incluſo nimirum frumentum maceratum obiciunt, aut ordeum eodem modo. Frumentum enim cito pinguefacit. Hordeum verò carnem albam facit. Paſcatur autem ex prædictis ſpectebus ſingulatim, aut etiam vtriuſque ad dies viginti quinque, bis per diem oblatis collyris inde factis, ita vt ſeptem collyria ſingulis primis quinque diebus offerantur, conſequenterque paulatim numerus augeatur, vſque ad dies viginti quinque, vt ſint dies ex toto triginta. Quibus impletis maluas ſeruefactes, & decocto eius adhuc calido fermentum madefactum exhibebis, atque id facies quatriduum. Iisdem etiam diebus aquam mullam offeres, ter ſingulis diebus ipſam permutans, & non eadem vtens, & ſic in ſequentibus vſque ad ſexaginta diebus, aridis ficis contuſis cum prædicto fermento veteris in eorum alimentum, contingetq; tibi poſt dies ſexaginta, & ipſo Anſere, & hepate eius tenero, & albo vti, quod ſanè exemptum in vas amplum mittendum eſt, in quo calida ſit aqua, quæ etiam iterum, atque iterum eſt permutanda. Præſtant autem fœminarum tum corpora, tum iocinora. Sint verum Anſeres non anniculi, ſed duorum annorum vſq; ad quatuor.* Hæc omnia de Anſerum ſaginam ex veterum placitis dicta ſunto, quibus adde, ſi videtur, quod eadem de re ſcriptum reliquit e Caro, qui vt pingues reddantur Anſeres, eodem modo eos ali iubet, quo Gallinæ. Gallinas autem, quæ primùm pererint, farcire docet cum turundis factis è polline, vel farina ordeacea conſperſa, quæ in os indantur. *Paulatim*, inquit, *quotidie adias, & ex gula conſideres, quod ſatis ſiet. Bis in die farcias, & meridie bibere dato, nec plus ante* (in vaſe appoſitam) *ſinas, quàm horam vnam. Eodem modo Anſerem aluto, niſi prius dato bibere bis in die, & bis eſcam.* Recentiores quidam aſſerunt, Anſerum vnum ſaginari poſſe ſolo modio auenæ, & aqua ſubinde appoſitis. Teſtatur Ornithologus apud ſuos ab aliquibus ſaginari hoc modo. Anſerem loco anguſto includunt, in quo conuerti non poſſit, ſed ſedere tantùm, aut ſtare, aliqui etiam oculos ei effodiunt: tum paſcunt cum infertis offis è milio, in ſartagine fixis, deinde lacte madefactis. Potum nullum apponũt. Sic pingueſcere aiunt, & iecur ad mirificam magnitudinem excreſcere. Cæterùm

Anſeres cuius ætatis, & quomodo ſaginentur.

Hepar in Anſere, quomodo magnum, & tenerum reddatur.

e *De re ruſt. cap. 89.*

valde

valde mirum eſt, quod de potus ablatione memorat, cùm veteres omnes potũ abunde Anſeribus ſuppeditari, communi conſenſu præcipiant: quod tamen & ab alijs recentioribus obſeruatum video, qui eius etiam rationem reddere conantur ex Ariſtotele dicẽte, impinguationem fieri calido, & humido abeunte, & arido conſtante: cùm ergo potus exhibetur, inquiunt, multum humidi generatur, quod impugnationi obeſt, ideo ſine potu melius pinguẽſcunt. Quod ſupereſt, qui de Anſerum ſagina ſcripſerunt recentiores, nihil noui literis prodidere; ſed ea tantùm repetunt, quæ ab antiquis ſunt tradita. Carolus tamen Stephanus hæc tantùm adijcit, nonnullos illis plumas è capite, & corpore euellere, alarumq; pennas maiores demere, & oculos conſueuere, quò magis pinguẽſcant.

Cur aquæ Anſeribus ſaginandis negetur.

CORPORIS AFFECTVS.

Ætas.

Anſer an rabiat.

ANSEREM ſolum ex animalibus non rabire omnes ferè tradunt: ſed an id Ariſtoteles ſcribat (alij enim aliter Ariſtotelis textum legunt) incertum eſt. De qua re audiãs Niphum: Anſer, inquit, vnus ex pedeſtribus morſus à cane rabido nec rabit, nec moritur ex morſu: quare apud Ariſtotelẽ libro octauo, capite vigeſimo ſecundo de hiſtoria animalium, vbi legitur, animalia à cane rabido morſa omnia rabiunt excepto homine (πλὴν ἀνθρώπου, vbi aliqui legunt πρὶν ἀνθρώπου, ideſt, prius, vel citiùs, quàm homo) quidam medicus legit πλὴν χηνὸς, ideſt, excepto Anſere, quod licet verùm ſit, non temerè tamen mutandus eſt Ariſtotelis locus. Hæc Niphus. Vt vt eſt ab æſtate in autumnum morbo conflictati iam dictum eſt. Laborat quoq; pituita, ad quam curandam mulieres quaſdam ſcribit Tragus vti pimpinella maiore, quæ in pratis naſcitur. Infeſtatur autem etiam, & phthiriaſi, ſeu morbo pediculari, quemadmodum Gallinæ, à quo eiſdem remedijs liberatur, quæ pro Gallinarum curatione præſcripſi. Cæterùm ipſi ſibi mederi nouerunt, frequenti nimirum ablutione, & fideritis eſu: qua induſtria, quia etiam ſuapte natura ſunt viuaces admodum, in multos annos vitam producũt. Albertus ſexaginta annos exceſſiſſe ſcribit: Exiſtimarem hæc fabuloſa, inquit Cardanus, etiam illo dicente: verùm cùm ſciam Carduelem, adeo paruam auem tredecim annis in cauea educatam, adducor, vt credam id, quod de anſere relatum eſt, tum præcipuè, quòd duræ carnis admodum ſit, atq; ſolidæ. Conſtat enim ſylueſtrem Anſerem tribus perpetuis diebus excoctam non potuiſſe emolliri, obiectam canibus, alijsq; animalibus intactam manſiſſe: quibus adducor, & credam, ſolidam eſſe carnem illarum, & humido pingui abundare, atq; ideo longioris vitæ eſſe. Hæc ille. Verùm multò maius eſt, ac admirandum, quod de harum auium ætate tradit Gulielmus Grattarolus, Anſerem, dicens, compertum aliquando eſſe, qui ducentos attingeret annos. Quod an verum ſit, alij dijudicent. Ego quidem, etſi interim maximè viuacem Anſerem non negauerim, id ne iuranti quidem crediderim.

Pituita laborat.

Ipſi ſibi medentur.

Anſer ducentos annos natus.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

Anſerem ſympathia cum Pauonibus, & Gallinis.

PAVONES, Gallinæ, Anſeres mutua quadam beneuolentia conuenire videmus. Cùm Aquila verò tanta ei intercedit diſcordia, vt poſt vtriuſq; mortem etiam non ceſſet. Aquilæ enim penna Anſerinis immixta conſumit eas: id quod ſe expertum ait Albertus in pennis alarum. Oſtendit, innuitque eiuſmodi internecinum inter haſce aues odium Homerus, vbi Hectorem impetu in Græcorum naues irruentem comparat Aquilæ, quæ Anſeres, Gruesue, aut Cygnos paſcentes apud fluuium impetat. Inquit autem:

Antipathia cum Aquila.

Sed ſicut auium volatilium Aquila velox
Multitudinem contra mouetur fluuium apud depaſcentium
Anſerum, vel Gruum, vel Cygnorum longum collum habentium,
Sic Hector rectà tunc ad nauem nigram puppem habentem
Contrarius ruens.

a Iliad. lib. 15.

Quintus

Quintus Calaber eodem modo Aiacem inducit cum Vlysse disceptãtem de armis Achillis, seq; metipsum Aquilæ equantem, Troianos Anseribus, aut Gruibus, dum ait: *Cùm Troiani Achillem prostratum ad se trahere cupiebant: sed ego hasta, & viribus hisce quidem in pugna animam extinxit, aliis verò terrorem inieci, semper instans: siquidem maximè fugam capessebant, Anseribus, aut Gruibus similes, in quos ingruat Aquilæ, littoralem aram depascentes.* Habent prætereà Anseres hostes alios, non solùm aues, vt Vulturem, Miluum, aliasq; rapaces, sed quadrupedes nonnullos etiam, inter quos commemorantur à Petro Crescentiensi Lupi, & Vulpes, & ideo ab eis custodiendos esse præcipit. *Anthipathia cũ reliquis rapacibus.*

PRÆSAGIA.

Auguria.

ANSERES, inquit *a* Theophrastus, continuo clangore intempestiui, vel ad pastum festinantes, ac pugnantes idem (tempestatem) monent. Aratus in eandem sententiam sic habet: κλαγγηδὸν ἰέναι ὁμαι βραυσῶν: ideſt, maiore solito clangore ad pascua exeuntes: quem locum sic transfert Auienus: *a lib. de signis temp.*

Gramina sic carpit lemes apetacius Anser.

Clangoris mentione omissa, quod non est accipiendum. *b* Plinius idem de eorum continuo clangore tradit, sed de festinatione in pastu non meminit. *c* Gaudentius Merula Anseres, & Anates iugi clamore obstreperas mutationem aëris prædicere affirmat. Antonius Mizaldus, Anseres, inquit, valido cum clangore ad pastum festinantes seq; non sine motu alarum, & frequenti ad alas attritu fluuio, aut alibi placidè mersantes: prætereà garritu insolito prostrepentes, pluuias (modò recentis aquæ facta illis anteà fuerit liberior facultas) præsagire, vt annotarunt antiqui, ita nos sæpenumero sumus experti. Ad bilis refrigerium, & humectationem, quam de omnibus animalibus æruginosam cacant, aquis venientibus, vociferatione, & gestu applaudere videntur. Et alibi, Anseres, instante septentrionali vento, in meridiem volatum exercuisse sępenumerò deprehendimus: ingruente verò Australi ad Boream. Et rursus: si Anseres pro cibo, & pastu inuicem pugnantes in clangorem insolenter prorumpant, hyemalem tempestatem proximam esse moneberis. Quod postremum repetit Carolus Stephanus. Aquilonares, vt refert *d* Olaus Magnus, ante solstitium hyemale augurium sumunt ex osse pectoris Anserini, quàm sæua, & quàm durabilis futura sit hyems, hoc scilicet modo. Si clarum est, esis carnibus, hyems rigida apparebit. Si spissum, & opacum, nix plurima, hyemsq; tepida sequitur. Quod modò ad auguria attinet, ales non minus ac Cygnus, fuit habita gratissima, nautis potissimùm, quia nunquam mergitur vndis, & propterea, vt ex Phauorino annotaui, cheniscus nauibus addebatur. Ab hac autem maximè aue veteres sua petijsse auguria ex *e* Homero antiquissimo poëta potissimùm patet, qui pluribus in locis ea recensęt, potissimùm Telemachi, quod ei: *b lib. 10. c. 35 c Memor. l. 2. c. 35. Tempestatis hyemalis præsagium. d Hist. sept. lib. 19. c. 7. Aquilonares quomodo hyemis qualitates præsagiant e Odyss. O.*

Ἐπίστατο δίξιὸς ὄρνις
Ἀϊετὸς Ἀργιλίῳ χλῶρα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον
Ἤμερον ἐξαύλης, hoc est,
Volauit dextera auis
Aquila album Anserem ferens vnguibus magnum
Domesticum è stabulo.

Partem suum rediturum, procosque matris suæ dispersurum ostendit: nam vt posteà interpretata est Helena, sicut Aquila veniens ex monte, vbi ei est nidus, partusq; rapiebat eum Anserem album, ideſt, domesticum, vel nutritum in domo, sic Vlysses mala multa passus post multos errores domum breui erat rediturus, & de procis, qui per Anserem significabãtur debitas pœnas sumpturus. Alibi rursus eosdem procos per viginti Anseres ab Aquila in somnio illo Penelopes auspicato, quod in nostræ Ornithologiæ tomo primo retulimus inter auguria, significat. Cæterùm Lampon sacrificus vates per Anserem autem maximè auguralem iurare solebat: vt subinde inter prouerbia dicemus.

VSVS IN VANIS ETHNICORVM Sacris.

Anser quibus Dijs sacer.

ISIDI, Iunoni, ac Priapo Anseres sacros olim fuisse legimus: Nam Aristidi, vt ipsemet narrat, Isis duos Anseres in somnijs, vt illi essent comites, misit, tanquam sibi oblati sacrificij gratiam: quod *a* ille sic narrat: *Vt aliquid etiam referam magis horrendum, cum Isidi, & Serapidi quondam in Isidis templo Smyrnæ sacra fecissem, vestibulum egresso Anseres duo sacri occurrerunt, ac progressi tam exactè me, quò iturus eram, præcesserunt, vt id euidenter animaduerterem. Tum ad amicos, & eos qui me deducebant conuersus, hi quoque, inquiebam in amicorum numero nos deducunt, ac simul de seueritate Deæ loquebar, eiusq; potestatem circa rumores, & omina prædicabam, ac sæpe iam mihi ad preces datum esse responsum: & nunc adeo duces illam nobis illos misisse, inquiebam. Dum autem de his colloquebamur, quid agerent, interim obseruamus, ac postquam aliquantisper à templo discessimus, ego Anseribus alludens, satis aio, nobis ministratum est, abite. Quæ cùm vix dixissem, illi auersi discesserunt.* Hæc ille. Huic igitur Deæ Anserem tanquam ei sacrum, Thoreæ, vbi summa veneratione colebatur, bis quotannis certis diebus sacrificabant, vt narrat *b* Pausanias. *Et Isidi sanè*, inquit, *Thoreæ binæ celebrantur quotannis nundinæ.* Et paulò inferius: *Postremò tertio die, qui adeum mercatum conuenere, vendunt mancipia, & quoduis genus pecudes, vestem etiam, argentum, & aurum. Pomeridianis autem horis ad sacra animum adyciunt: immolant lautiores, boues, & ceruos: tenuiores Anseres, & Meleagrides aues.* Romani quoque, qui alioqui huic aui diuinos decreuerant honores, ipsam Isidi similiter mactabant: vnde Ouidius:

a Orat. tem. 1. serm. 3.

b In Phoc.

Nec defensa iuuant Capitolia, quò minus Anser
Det tecum in lances, Inachi lauta tuas.

Ouidius correctius.

Alij legunt, Inache laute, quod non placet. Inacho enim sacram fuisse hanc auem nusquam legitur, quare Inachi lauta restituendum putaui, vt sit patronymycum fœmininum ab Inacho, cuius Isis fuit filia. Petrus Marsus, ait, quosdam legere.

Det tecum in lances Inachi vacca tuas.

Io q̃ Dea.

Quam lectionem ipse probat, cùm inquit: Apud Herodotum inuenerim Ægyptios sacerdotes olim solitos Anserinis, ac bubulis carnibus vesci: à quibus Isis colitur, quàm quidã volunt lunam esse: vt *Inerant lunaria frontis Cornua*. Anser autem eius temporis, quod est lunæ proprium, ideſt noctis silentium turbat. Et paucis interiectis verbis, sanè, inquit Io Inachi Argiuorum regis filia, à quo fluuius nomen accepit à Phœnicibus rapta est, vt Herodoto placet, atque in Aegyptum adducta. Eam poëtæ fabulantur in vaccam fuisse conuersam. Nota est fabula. Post mortem Isis appellata est, atque habita Ægypti genius, authore Seruio: vbi eius simulachrum sistrum dextra tenens, ac sinistra situlam, bubulis præditum cornibus fuit, quemadmodum Io Græci describunt. Habuit autem templum in vrbe Busuri, quæ in medio Delta Ægypti sita est, vbi ei rem diuinam aqua, & igni in primis faciebant in monumentum nauigationis, qua Io in Ægyptum delata est. Quam ob causam factum existimo, vt Anser Isidi mactaretur, qui aquis gaudere consueuit. Hanc Deam nonnulli lunam esse volunt, vt diximus suprà: alij Cererem, alij terram. Hæc, & alia Petrus Marsus, quibus quæ Dea esset Isis, docet, & causam reddit, cur Anser ipsi mactaretur, & quod præcipuum erat, demonstrat, non Inacho, sed eius filiæ Isidi hanc auem mactari solitam. Sed quod legat, *Inachi vacca* non placet: multum etenim vocis figura inter se differunt Lauta, & vacca. Fuit item, vt dixi, Anser Iunoni sacer, vnde Seruius, Manlium, ait, cùm Senones in Capitolium irrepsissent, ab Ansere fuisse excitatum, quem priuatus quidam Iunoni dono dederat. Cur verò Iunoni dicetur, causam hanc reddũt aliqui, quia hoc animal facillimè sentiat omnem, vel minimum aëris motum. Iunonem autem aërem significare, nemo est, qui ignoret. Priapo denique Petronius Arbitrer Anseres sacros facit, cuius sunt super hac re verba: *Itaq; ad casa ostiolum processi, & ecce Anseres sacri impetum in me faciunt, fœdoque ac velut rabioso Aridore circumsistunt trepidantem: atque alius tunicam meam lacerat, alius vincula calciamentorum resoluit, ac trahit: vnus enim dux, ac magister sauitia non dubitauit crus meum serrato vexare morsu. Oblitus itaque ingarum pedem mensulæ extorsi, capioq; pugnacissimum animal armata elidere manu, nec satietus defunctorio ictu morte me Anseris vindicaui. Cùm procul Anserem, anus, vt vidit, tam magnum aquè sustulit clamorem, vt putares, iterum Anseres limen intrasse, & complosis manibus,*

Isidi cur Anser mactetur.

Anser cur Iunoni sacer.

Iuno aerẽ significat.

Anser Priapo sacer.

Scele-

Scelerate, inquit, *occidisti Priapi delicias, Anserem omnibus matronis acceptissimum &c.* Hæc ille. [c] Martialis Velium Domitiani comitem inducit Marti Anserem vouere, & mactare: qua de re eius elegans legitur hoc epigramma: [c] *lib. 9.*

Dum comes Arctois hæreret Cæsaris armis
Velius hanc Marti produce vouit anem.
Luna quater binos non tota peregerat orbes,
Debita poscebat iam sibi vota Deus.
Ipse suas Anser latus properauit ad aras,
Et cecidit sanctis hostia parua focis.

Verùm nolim quis inde conijciat, Marti etiam sacrum fuisse Anserem: nam alijs quoque Dijs immolabatur, quibus minimè dicatus erat: vt ex [d] Alexandro ab Alexandro habemus, qui cùm dixisset, Anserem propriam victimam Isidi dicatam esse, *Aegyptij*, inquit, *Luna tantùm, & Libero suem, reliquis Dijs boues mares, vitulosque, & Anseres immolabant.* Idem repetit [e] Lylius Gyraldus, qui præterea, *Victimæ*, inquit, *antiquis hæ frequentes fuere; ouis, sus, bos, capra, Gallina, & Anser.* Et rursus: *Sciendum Aegyptios ex nulla alia pecude sacra fecisse, praterquam sue, boue, vacca, & Ansere.* Ita ergo Anserem non solùm Isidi, sed alijs etiam, quibus minimè erat sacer, ab ethnicis immolabatur. Cæterùm non apud omnes populos: nam, vt testatur Alexander ab Alexandro, Britannis lege vetebatur, leporem, Gallinam, & Anserem in cœnis apponere, aut Dijs offerre: Sed Iulius Cæsar, ex quo ille id transcripsisse videtur, illos populos solùm Anserem gustare nefas putasse dicit. Verisimile interim tamen est, illis eius auis prohibitum quoque fuisse sacrificium, cuius vetabatur esus. Iam verò Romanos quis non admiretur eò dementiæ deueniisse, vt his auibus, tanquam Dijs sacrificarent? Nam cùm velut fortuitò accidisset, vt Anseris clangore excitatus Manlius, Gallos irrumpentes è Capitolio pelleret, tanti beneficij memores longo post tempore, non solùm è publico ipsos cibarunt, verùm etiam aurea Anserum simulacra fecere, & ceu Deos coluerunt: nam singulis annis canem in crucem ex sambuco sublatum affligebant, vt scilicet silentij pœnas lueret, eò quòd in Gallorum aduentu non oblatrasset; Anserem verò, quòd fideliorem custodem sese præbuisset, in eleganti grabatulo, gestatiolouè quàm decentissimè sedere faciebant. *Viuos etiam canes*, inquit [f] Alexander ab Alexandro, *cruci affigi, atq; inter ædes Iuuentutis, & Summani singulis annis Ansere insidente deferri, vulgò proditum est, quæ crux nisi ex sambuco fieret, sacrum ritè fieri minimè putarunt.* Quantùm verò ob hunc cultum ridendi sint Romani, qui Anseres potiùs, quàm Deos suos colebant, eleganter his verbis docet D. [g] Augustinus: *Tunc enim tota vrbs in hostium potestate redacta, solus collis Capitolinus remansisset, qui etiam ipse caperetur, nisi saltem Anseres, Dijs dormientibus, vigilarent. Vnde penè in superstitionem Aegyptiorum, bestias, auesque colentium Roma decciderat, cùm Anseri solennia celebrarent.* Ridet eosdem Deos meritò D. [h] Ambrosius his verbis: *Nocturnas verò Anserum quis non miretur excubias, qui vigilias suas etiam canibus assiduitate tesiantur? Denique eo etiam Romana Capitolia à Gallo hoste seruantur. Meritò illi debes, Roma, quod regnas. Dy tui dormiebant, & vigilabant Anseres. Ideo illis diebus Anseri sacrificas, non Ioui. Cedunt enim Dij vestri Anseribus, à quibus se sciunt esse defensos, ne & ipsi ab hoste capiantur.* Porrò Anseres non solùm à Romanis, sed etiam ab alijs populis diuino cultu affecti sunt: nam & Britanni Anseribus ob æternitatem, qua commendati ipsis esse videbantur vesci vetabant. Quinimo sapientissimos viros per Anserem solitos olim iurare legimus, in quos inuectus Lucianus, cùm non modo eos circa humanas res incerta, ac stulta docere, verum etiam de rebus sublimibus, de Deo, de prouidentia diuina, & id genus alijs absurda, atque impia quædam tradere dixisset, *Illi rursus*, inquit, *per canes, & Anseres, ac platanos deierarent*: Ac si innuere vellet huiusmodi animalia, & stirpes ab ipsis in honore habita esse: cum certè id eos non alia de causa fecisse constet, quàm ne nomen diuinum in vanum assumerent: vnde Philostratus sic loquentem inducit Thespesionem gymnosophistam in vita Apollonij. *Socrates quidam Atheniensis, senex fatuus, vt vos putabatis, canem, Anserem, platanum Deos putans per eos iurare consueuit. Minimè verò fatuus habitus est, inquit Apollonius, sed diuinus quidam vir, & verè sapiens. Iurabat autem per ea, quæ dixisset, non tanquam Deos, sed ne per Deos iuraret. Ne Deorum nomina cuiuis sermoni adhiberentur.* Sed ante ipsum Socratem Suidas, & Aristophanis Scholiastes Rhadamantum, inquiunt, per Anserem, & arietem iurare iussisse. Quod confirmat hoc [i] Porphyrianum testimonium: *Socrates*, inquit, *per animalia quadam, vt canem, & Anserem iurabat; & ante ipsum Rhadamanthus.* Ex mox. *Lex apud Cretenses erat, authore Rhadamanto, omne genus animalium iuramentis adhiberc.* Non absurdè quis, vt annotat Ornithologus

[d] *Genial. dier. lib. 3. cap. 12.*
[e] *Hist. Deor. syntag. 12.*
Victimæ antiquis frequentes.
Anseri Romani tanquam Deo sacrificabant.
[f] *Genia. dier. lib. 3. c. 12.*
[g] *De ciuit. Dei lib. 2.*
[h] *Exam. l. 5. cap. 13.*
Viri sapientissimi per Anserem iurabant.
Socrates cur per Anserem iurauerit.
Per Anserē iurare qui primus instituerit.
[i] *lib. 4. de abst. ab an.*

thologus, per χλῶα, & χυὼ frequentiùs, quàm per alia animalia Socratem alioſq; iuraſſe conijciat; quòd hæc vocabula quodammodo alludant ad ξλεω, ideſt, Iouem. Sic enim vulgus ad iurandum, ac blaſphemandum pronum, dum Dei nomen declinat, vnam vel alteram literam immutat, vel detrahit, vel addit. Iurabat & Lampon etiam per hanc auem, ſed longè ob aliam cauſam, vt pòſt patebit.

COGNOMINATA.

Denominata.

Anſer quis dictus.

ANSER cognominabatur poeta ille Vergilio, & Ciceroni cæteriſq; bonis infenſus, de quo alibi eſt abundè dictum. Idem Tullius accuſatores, qui obſtrepunt tantùm, nihil tamen nocent, Anſeres quoque vocabat, ſed de his poſtea fuſiùs. χλωῖα ouа, ideſt, Anſerina, Athenæo nominantur, nimirum à primitiuo χλὼ χλωιὸς præter Anſerculum, pars eſt quædam in naui ad Anſerini capitis effigiem efficta, & id in lyra, quod axes continet, eadem forma donatum, de quibus etiam alio in loco pluribus agam. χλωΐας apud Suidam nomen proprium eſt, ab Anſere deductum, vt videtur, ſicut & χλωΐδα, cuius viri in meretricijs dialogis meminit Lucianus. χλῶα vrbs eſt Laconiæ, cuius ciuis χλωΐτης dicitur, qualis celebratur Myſon apud Laertium: & Chænæ vicus memoratur à *a* Pauſania. Verùm nunquid hæc poſtrema nominata à χλὼ deducta ſint, ignoro. Contrà certò ſcio χλωροσκία Ægypti vrbem è regione Dioſpolis ab Anſerum paſturis dictam (nam & locus vbi aluntur Anſeres, chenoboſcium appellatur) cùm alioqui, teſte Stephano, nulli illic appareant Anſeres, ſed circa crocodilos occupentur chenoboſciatæ, hoc eſt illius vrbis ciues. Chenotrophia penultima producta, & Chenoboſcia, etſi à χλὼ deriuata nomina Anſeribus tantùm conuenire alicui videri poſſint, tamen omnium nantium volucrum auiaria ſignificãt, teſte Ambroſio Calepino. Chenomycon herba eſt *b* Plinio, ad cuius aſpectum expaueſcunt. Anſeres alijs nominibus dicitur Nyctegreton, & nyctilops, eò quòd noctibus luceat. Idem Plinius Chenopodem nominat herbam aliam, quòd Anſeris pedem referat, cuius flores, vt etiam rumicis apibus attingi negat, ſuibuſque vt Ornithologus ait, ab Heluetijs obſeruatum, venenum eſt. Pes Anſerinus Latinis dicitur; de cuius viribus, quòd Anſerini pedis formam repræſentet, ſic *c* Io. Baptiſta Porta: Atriplex vulgò pes Anſerinus dicitur, quòd inſtar Anſerini pedis laciniata ſint folia: ſylueſtris atriplicis ſpecies eſt, ad omnia, quæ Anſerinus adeps, valet. Igni ſacro medetur; tubera, & quæcunque emolliri opus eſt, efficaciſſimè Anſerino adipe curantur ex Plinio. Valet ad vuluæ vitia, & mollitorijs vteri medicamentis crebro Hippocrates admiſcet, & medicorum aliqui axungia ad podagras vti iubent, admiſto Anſeris adipe. Sed atriplicem Hippocrates vuluæ vitijs infundi iubet, duritias omnes vel decocto, vel crudo illini putat: ignem ſacrum cum melle, & aceto, nitroque ſimiliter, & podagras. Hæc Porta, qui ſubinde eryngium, quod Anſerinum etiam pedem referat, ſerpentibus, & venenatis omnibus reſiſtere ſcribit. Omnibus verò, contra toxica, & aconita efficaciorem Heraclides medicus in iure Anſeris decoctum arbitratur ex Plinio, qui etiam viſas ſerpentes dicit pedibus Anſerinis. Alibi apud eundem *d* Plinium, vbi Cynopus legitur, codices quidam manuſcripti (vt Hermolaus annotauit) Chenophus habent: quod non probatur, cùm locus ille ex Theophraſto translatus ſit, apud quem nulla planè Chenopus nominatur. Hederam, vt notat Calcaginus ex Plutarcho, vt apparet, Dionyſio conſacrarunt Ægyptij, Chenoſirim, ideſt, Oſiridis plantam vocitantes, quo quoque nomine Ornithologus herbam, quam ſerim vocant, Anſeribus præcipuè gratam dici poſſe exiſtimat. Ab Anſere fit Anſeribus adiectiuum, ſignificans, quicquid ad Anſerem pertinet, vel ex Anſere eſt ſumptum. Anſerarium pro loco, vbi aluntur Anſeres apud Columellam in inſcriptione decimiquarti capitis libri octaui, ſed in textu Chenoboſcium & hara legitur. Anſeraria herba nominatur in breuiario Arnoldi capite de ramice, quam Ornithologus ſuſpicatur eſſe argemonem alteram Dioſcoridis. Quanquam, inquit, ſcio illud caput, vt Marcellus Virgilius monet in vetuſtiſſimis codicibus non legi. Recentiores quidam, eodem ſimiliter referente, eandem herbam à colore argentariam vocant, vt & aliam quandam ab hanc diuerſam

Anſer quis dictus.
Anſeres qui à Cicerone vocentur.
a In Meſſenicis.
Chenotrophia.
Chenomycon. bl. 21. c. 11
Chenopus.
c Phycog. l. 4. c. 23.
Pedis Anſerini herba vires.
Eryngium venenatis omnibus reſiſtit. dl. 21. c. 15
Anſerariũ.
Anſeraria herba.
Angẽtaria & eius vires.

vis

vis ei astringendi, glutinandi, siccandi sine morsu: potentillam, ni fallor, intelligit; nam hæc à Tabernamontano, & alijs herba Anserina nuncupatur, & à quibusdam argentina. Tradit e Scaliger, colorem quendam, pallidum nempe ingrato nigrore mistum, Anseris stercus vocari. f Gabriel Fallopius, vbi agit de instrumentis, quibus tela educuntur è vulneribus, quoddam forcipem Anserinum vocat, & tenaculam Anserinam. Nominat & spatham Anserinam instrumentum simillimum auriscalpio, sed maius. Nomen his à similitudine rostri Anserini, quod in extremo serratum est. Nos Itali quædam etiã ab hac aue denominamus; cuiusmodi in primis est Pauarina herba, quàm Græci μυοσωτιν dicunt, Latini auriculam muris, & communiter alsinen. Pauarina autem nobis vocatur, quòd Anseribus, quos Pauaras, seu Paparas appellamus, gratum sit pabulum. Hac eadem ratione lenticula palustris alicubi Pauarina etiam vulgò dicitur. Acer prætereà, seu aceris, quod genus arboris Theophrastus inter campestres recenset, nobis vulgò dicitur pie d'Oca, ideſt, pes Anseris. g Scaliger partem quandam agri Taurinensis Val d'Oca, ideſt, vallem Anseris appellari scribit: eoq; commigrantes parum viuere. Multis gulam turgescere. Qui verò nascuntur ibi, eorum neminem eo malo carere; penè omnes, & amentes, & ineptos ad loquendum esse, allata etiam ratione, quoniam aqua è niuibus liquefactis, quæ multum terrestris, & crudi continet, bibant. Gallia Narbonensis nobis hodie dicitur Lingua d'Oca, ideſt, lingua Anseris, quòd, vt conijcio, incolæ, cum affirmare volunt, Oche proferant, ac si etiam dicerent. Item ea Galliæ pars, vbi olim habitant Morini, hodie Gallis la contè d'Oye, ideſt, comitatus Anserum nominatur, fortè quòd ibi Anseres maximè abundent. Leander in Italiæ descriptione prope Foianum in Apennino, Veteor, oppidum, turrim esse ait, quæ torre dalle Oche, ideſt, turris Anserum dicitur. Io. Goropius de Gordunorum vrbe præclarissima loquens, quæ Gent vulgò dicitur, à Gent, quæ dictio illius regionis gentibus Anserem masculum significat etymum deducit: sed eius verba, vt res clarior euadat, adducam: Quare Gent, inquit, post dici hæc vrbs cœperit, aliter ab alijs traditur: nec magni refert ad antiquitatis cognationem. Mihi si ludere liceat, ita vocari videtur, quòd collis hic, in quo antiquitùs vrbis primordia fuerunt, velut Anser musculus in aquis vndique circumfusis frequenter nataret. Nam Gent Anserem masculum significare nostri nouerunt. Hæc ille. A Gallis item bec d'oye, ideſt, rostrum Anseris dicitur potentilla. Hæc eadem Germanicè Genserich, vel Genskraut, quòd Anseres eius pabulo gaudeant. Bellis maior Genszblum, ideſt, flos Anserinus, multis Germaniæ locis appellatur, teste Ornithologo: Hieronymus Tragus intybum hortense etiam Germanicè inquit dici posse Genszungen. Ornithologus verò Sonchi asperi, & syluestris genus quoddam ab Heluetijs Genszdittel, ideſt carduum Anserinum vocari testatur. Idem maluam syluestrem minorem aliquos ait vocare Genszbapplen, ideſt, Anserinam maluam: & sedi genus tertium Genszlaiterle. Postremò, Nostri, inquit, Anserinum vinum Genszlewin per iocum de aqua dicunt.

Potentilla herba Anserina dicta.
e Exer. 325.
Anseris ſtercus quis color.
f Li. de vul. cap. 28.
Forceps Anserinus.
Spatha Anserina.
Pauarina vnde dicta.
Pie d'Oca, quæ arbor.
g Exer. 60.
Val d'Oca.
Lingua di Oca.
Comitè d'oye
Torre dalle Oche.
Gent vrbis etymum.
Bec d'oye.
Gallis quæ herba.
Gẽſzkraut.

MORALIA.

FRANCISCVS Petrarcha Friderico Aretino, qui cùm ruri delicijs omnibus frueretur, se à solis Anseribus molestari scripserat, respondens, pulchra admodum, & ad mores facientia ex harum quium assiduo clangore elicit, quæ quia disertissimis expresserit verbis, eametipsa transcribere minimè piguit; Vnum, inquit, quod festiuè admodum litterarum tuarum finis attigit, intactum liquisse noluerim; ne quid prorsus in tuo tibi rure displiceat. Cum ex omnibus nempe, quæ ibi sunt, sobriam, honestamque præcipias vtilitatem, vnus, vt intelligo, non perdius modò, sed pernox, ac perpetuus clangor te Anserum inquietat. Habet, non inficior, aurium laborem hæc improbitas. Offendunt quietis, silentijque auidos, & Anseres, & Cicadæ stridulæ in ramis, & rudentes in pascuis aselli, & quæ sunt huiusmodi. Sed in primis ineptissimus in triuijs vulgi fragor, ac strepitus. Nulla enim vsquam bellua, crede mihi, tædiosior vulgo est. Cætera tamen ferè omnia vel hyeme, vel noctibus saltem silent. Quædam verò noctibus importuna luce ferias agunt. Anserinum iuge tædium, sed quod facilè perferas: si in animum redierit, clangore Anseris excitatum quondam Capitolij defensorem, irrumpentes Gallos nostris ab arcibus arcuisse: idque ob meritum multis post seclis auis huius effigiem illic argenteam exstitisse. Quod an illi excubitricis eximiæ famam quæsierint, an quod haud dubiè vigilan-

gilantiſſimum ſit animal, non noui. Inſuper idipſum an Calendis Nouembris geſtum ſit. Atque hic iſta, quam cernimus die illo Anſerum celebritas funeſta proceſſerit: mira vtique ſi ſic excubiarum merces: nouum premij genus mors. An ex hoc tantùm, quòd eo tempore opimior, eſuiq; aptior cibus eſt, rurſus incertum habeo. Sed vtrumuis horum opinemur, hæc profectò ſaluberrima cogitatio, atque huiuſce tædij remedium erit optimum. Quod nuper, dum de remedijs ſcriberem, caſu fortaſſe ideo prætermiſſum fuit, vt ijs ad te nunc literis inſertam ſingulariter nunc tibi eſſet vtile: vt ſcilicet quoties ales illa præſertim noctibus ſtrepit, putes te ad reſiſtendum vitijs excitari: & confeſtim arma corripias, arma, inquam, non quæ apud Æoliam Achilli Mulciber, aut Æneæ: ſed quæ intus in anima cæleſtis tibi faber excuderit. Neque verò minores tibi extimes, vitiorum inſidias, atque inſultus, quàm Gallorum Manlio. Proinde non Anſerem, ſed angelicum tubicinem ſtrepuiſſe credito: quoties nocturnus Anſer increpuit, & te obſeſſum, & circumfuſos hoſtes acerrimos, mundum, carnem, dæmonia recordare, teq; per tenebras, ad dumeta reptantibus obuium fer armatum. De quo alibi pluribus, tibi in præſens iſta ſufficerint, hoc addito, vt quotiens ore Anſeris experrectus hoſtibus tuis diuina ope ex altiore animi parte reſtiteris, arcemq; defenderis, nihil hic tibi, ſed totum illi tribuas, de quo ſcriptum eſt: *Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.* Et iterum: *Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.* Et rurſus: *Obumbrabit ſuper caput eius in die belli*: ne qua te maius gloriæ vi Manlium, ne qua bene geſtæ rei cõſcientia, atque hinc oriens excellentiæ appetitus è ſeruati Capitolij arce deijciat. Hæc omnia Petrarcha, quæ quiſquis legerit, ſibi dicta fuiſſe putet. Præterea cùm obſeruatum Capitolium Anſeres præmio affectos legamus, canes verò ſuſpenſos, quòd non latraſſent, ac ſi illorum factum ad perfidiam, & proditionem facere videretur, hinc moneri nos arbitror à bene faciendo animum nunquam abſtrahẽdum, & à vitijs penitus abſtinendum; cùm benefacta etiam in brutis compenſentur, vt de Capitolino Anſere dictum eſt; ob malefacta verò in eadem ipſa bruta etiam animaduertatur, quod in canem illum fuit factum.

HIEROGLYPHICA.

Cuſtodia hieroglyphicum.

APVD Horum nulla de Anſere hieroglyphica extant. Pierius hæc recenſet. Sunt, inquit, qui per Anſerem pictum, cuſtodiam interpretentur, idq; ex Romana potius hiſtoria deſumptum, quàm ab Ægyptijs traditum. Neq; tamen ab huiuſmodi ſignificato phyſica abeſt ratio, quippequi naturæ admodum pauidæ cùm ſit, peruigili cura, vt acutiſſimus eſt ad ea ſentienda, quæ latent, facilè excitatur, & minimo quoq; ſtrepitu expergiſcitur, vt ita olim vrbem ipſam, ſedem, ac domicilium Imperij defenderit, ac conſeruarit, vnde illi honores apud Romanos inſtituit quanquam Heliogabalus totius humani ordinis inuerſor, omniumq; bonorum morum illuſor, eos ita ſit vltus, vt canes iecinoribus Anſerum paſcendos inſtituerit. Illud verò iuniorum commentum eſt, per Anſerem alligatum ad anchoram, firmam cuſtodiam intelligere. Anchora porrò firmitudinis indicium eſt, vt loco ſuo dictum. Hæc ille, qui aliud ſubinde de Anſere hieroglyphicum recenſet, ſilentij nimirum, quod quia Anſeri fero non domeſtico conueniat, in ſuum locum reijcimus. Quod autem Anſerem in vaticinijs, & rerum aliarum elogijs improbitatem quandam præ ſe ferre videri dicat, in hoc eſt, quod ab illo diſſentiam. Anſer enim boni ominis ales ſemper fuit habitus, vt alibi diximus. Et quamuis Homerus in ſomnij præſagitione procos per Anſeres innuat, non idcirco quiſpiam improbitatem aliquam in Anſeribus meritò arguat, ſed edacitatem potius, voracitatemq;, in quam cum procis omnia Vlyſſis bona abligurientibus ſatis conueniunt, ita vt hoc nomine prudentiſſimus ille poëtarum princeps procos per Anſeres rectè innuere potuerit: non autẽ, vt ille exiſtimat, quod auis hæc improbitatẽ aliquam præſeferat: nam cur improbus aliquando vocetur, cauſam alibi retulimus, ipſam ſcilicet eius inexplebilẽ ingluuiem. Quod præterea ſcribat eius garrulitatem à Virgilio, & à Propertio ei vitio datam, id quoq; verum non eſt: non etiam poëtam illum Antonij familiarem vocauerunt Anſerem ob eius garrulitatem, ſed quia reuera hoc erat illi nomen. Neq; quia auerſum habeat à poëticis ſtudijs ingenium, idcirco Phœbæam arborem laurum non attingit, ſed potius, quia eam tanquam calidam, & naturæ ſuæ repugnantem ſibi exitialem eſſe non ignorat, quod laudi potius illi, quàm vitio eſt vertendum. Sed modò iam ipſius Pierij hiero-

Canes iecinoribus Anſerum quis pauerit.

Silentij typus.

glyphica

glyphica de hac aue prosequamur, quæ à veritate aliena putamus. Est, inquit, & detrimenti hieroglyphicum Anser pascens, propterea quod quacunque ille oletum suũ sparserit, adurere omnia soleat: neque quicquam magis, vel satis, vel pratis officere, quàm si eò pabulatum Anseres immittantur. Quin etiam eorum stercus, si muria dissoluatur, & oleribus inspergatur, omnia vitiabit. Tum Anser ille poëtarum perditissimus, qui inter Olores satis cum imprudentia strepere notatur à Marone, à Cicerone quoque carpitur, quòd illi Falernum fundum Antonius dono dedisset: quod nisi & improbus, & perditorum morum fuisset, coniectura, Antonium id minimè facturum. Eoq; spectat Ciceronianum illud in Antonium, *Anseres de Falerno depellendi sunt*. Et ne longiùs ab eo digrediantur, apud eundem oratione pro Sexto Roscio Anserem inuenias pro eo accusatore positum, qui obstrepat tantùm, noceat tamen nihil, cùm canis non tantùm alaret, sed etiam mordeat. Eius verba sunt non importunè repetenda. *Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt significent, si fures venerint, at fure interficere non possunt, significant tamen si qui noctu in Capitolium venerint: & quia id est suspiciosum, tametsi bestiæ sunt, in eam partem potius peccant, quæ est cautior. Quod si luce quoque canes latrent, cùm Deos salutatum aliqui venerint, optnor his crura suffringantur, quòd acres sint etiam tum, cùm suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio: Alij vestrum Anseres sunt, qui tantummodo clamant, & nocere non possunt*. Neque illud dissimulabimus, quòd hominem, qui suæ tantùm familiæ curam suspiciat, aut rerum tantùm suarum satagat, quid rei gerant alij, securus, ac minimè curiosus, per Anserem ouis incubantem apto admodum hieroglyphico indicare possumus. Anser siquidem, vt Quintilij, qui de agricultura, quàm diligentissimè scripserunt, tradidere, aliena oua in suo etiam genere fouere nequaquam solent: quare curatores eorum, dum oua pariunt, certis characteribus vniuscuiusq; fœtum signare debent, atq; ita vnicuiq; sua ad nouem supponere. Hæc omnia ex Pierio. Potest præterea Anser mali poëtæ esse hieroglyphicum, tum ob eius vocem obstreperam, tum quòd nunquam se humo tollat, quo nomine Bacchillides malus poeta huic aui comparatur ab *a* Alciato, sicut contrà Pindarus Falconi, dum ait:

Vt sublime volans tenuem secat aera Falco,
Vt pascuntur humi Graculus, Anser, Anas,
Sic summum scandit super æthera Pindarus ingens,
Sic scit humi tantùm pergere Bacchelides.

Postremò aliqui Anserem illius, qui sedulò mortem meditatur statuunt simulacrum. Anseres, inquiunt, exempla sunt eorum, qui sedulò mortem meditantur. Quid enim nostra mens est tenebris obnubilata, & obuoluta, nisi nox pallens, & atra? Excubant igitur, hi vigilant clamitantq; semper. Custos quid de nocte &c. tanquam milites arcem custodientes, pauidi, ne media nocte clamor efficiatur, & ne dies Domini veniat, sicut fur in nocte. Nesciunt enim, qua hora fur veniet, num in prima vigilia, num in secunda, nempe qua vitæ ætate: pueritianè an iuuentute, vel senecta. Pauentque ne aduenient die dicat anima corpori, veluti olim Angelus Iacob: Dimitte me, quoniam aurora est. Igitur, qui vt Anseres vigilant infestorum dæmonum deprædationi non subiacet: immo sicut olim Anseres à Gallis vrbis Capitolium conseruarunt, ita isti animam huius vrbis nostræ, huius, inquam, corporis arcem tutantur, ac seruant.

Detrimẽti hieroglyphicum.

Accusatoris inanis hieroglyphicum.

Suos tantũ curãtis hieroglyphicũ

Poetæ mali hieroglyphicum.

a Emb. 139.

Sedulò meditantius morẽ hieroglyphicũ

PROVERBIA.

INTER prouerbia ab Anser desumpta sese nobis primum offert satis vulgatum *a* illud, λάμπων ὄμνυσι χλῶα, ὅταν ἐξαπατᾷ τινά, ideſt, *Lampon, cum aliquem fecit, Anserem iurat.* Primi Socratici, inquit Suidas, hom modò iurare soliti fuerunt. Rhadamantus autem primus vetuit, ne in iureiurando Dij nominarentur. Sed iurari voluit Anserem, canem, arietem, & similia. Lampon autem aruspex fuit, & vates, cui Athenienſium coloniam Sybarim missam ascribunt. Iurabat autem per Anserem, vt fatidicam Iauem. Vsurpatur de ijs, qui, iureiurando interposito fallunt. Hæc Suidas. Meminit *b* Aristophanes, dum ait: λάμπων δ' ὀμνυσιν ἔτι καὶ τὸν χλῶα ὅταν ἐξαπατᾷ τὶς τι, ideſt, *Lampon etiam nunc iurat per Anserem, vbi quis fallit in aliquo.* Vbi Scholiastes: Primi, inquit, Socratici hoc iuramentum vsurparunt: nam Socrates libro duodecimo Criticorum sic scribit. Rhadamanthus cùm regnum administraret, videtur omnium hominum iustissimus fuisse, & ferunt

a Glos. mag. in Gen. c. 1

Lãpon cur per Anserẽ iuraret.

b De auib.

Lampon Cuius.

de illo, quod iuramentis per Deos interdictis, iurare iusserit Anserem, Canem, arietem, & similia. Fuit autem Lampon sacrificus, diuinator, & vates, cui etiam Athenienſium Coloniam in Sybarim deductam aliqui attribuunt, ipsum cùm Athenienſis esset, cum alijs nouem ducem eis fuisse dicentes. Iurabat autem per Anserem, tanquam auem vaticinam (κανονικὸν, auguralem, adagiorum author) consecutus est etiam cibum honorarium in Prytaneo. Hæc ille, sed id abijsse in prouerbium non meminit, quemadmodum fecit Suidas, & adagiorum author. Cùm autem nonnulla alia huc spectantia aliàs tradiderimus, ad alia pergam ex Anſere prouerbia, ab Eupolidis quodam versiculo apud Athenæum exorsus:

Εἰμὴ σὺ χλωὸς ἧπαρ ἢ φυσᾷ ἔχεις, ideſt:
Niſi Anseris hepar, aut ſenſus habes.

Quem sic interpretatur Ornithologus: niſi parum sapis, aut non amplius Anſere. Nam, inquit, & mulierculæ noſtræ hominem parum sapientem vocant ein vvizige Ganſz, ideſt, Anſerem prudentem: quemadmodum & vulgus Italicum noſtrum imprudentes appellat Ceruelli di Oca, quaſi Anſeris cerebro præditos. Huic simile apud Plutarchũ legitur χλωὸς ἀφρονέστερος. Cæterùm quàm perperam huic volucri ascribatur ſoliditas, alibi est ostensum.

Anseres inter Olores.

Anſer inter Olores: Cygnus, inquit Polydorus Virgilius, auis est candidiſſima, vocem habens angustam, Anſer autem clamore obſtreperus. Ob hanc igitur distantiam factum est in eos prouerbium, qui se ijs rebus, quas ignorant, petulantiùs audent immiscere, vel de rebus suis nimis sibi assumunt, aut inerudíti, inter doctos garriunt. Hac prouerbiali figura, vt alibi est annotatum, vtitur Virgilius, cùm ait:

—— *Sed argutos interſtrepere Anſer Olores.*

Et hunc imitatus Strozius filius.

Inter Apollineos resonam velut Anſer Olores.

E fatto il becco all'Oca, Italis dicitur de re iam perfecta. Omiſſa hypera pedem inſequeris, prouerbium illi affine Hollandorum esse ait Ornithologus. Su suist nae thennen ay vnde leſt tganſen eyuaren, ideſt, Gallinarum oua conquiris & Anſerina negligis. Idem Ornithologus memorat Anſeres vicinis, vel familiaribus furtim auferre pro furto apud Helvetios non haberi: ſed etiam familiaritatis indicium, ſi illi, quorum Anſer fuerat, ad conuiuium, in quo Anſer surreptus apparatur, inuitentur. Itaque, inquit, ſæpe è culina, dum aſſatur, auſertur. Celebratur à noſtris prouerbij inſtar conuiuale hoc dictum: Eſſed vvas it hand vnd laſſend den luen die Ganſz gon, ideſt, veſcimini præſentibus, & Anſeres alienos relinquite. Cuius originem ferunt huiuſmodi. Vir quidam parum aſturus, cui Anſer surreptus erat, paſſim de illo inquirens, circumibat: & cùm forte cœnantes quoſdam obſeruaſſet, ſuſpicatus Anſerem ſuum (id quod res erat) ab illis conſumi, ſtans foris pone feneſtram ſermonem illorum auſcultabat. Tum quendam intus (qui nimirum foris illum animaduertat cæteros hortantem audiens, vt cibis præſentibus veſcerentur, relictis Anſeribus alienis, ſuſpicione depoſita, diſceſſit.

APOPHTHEGMATA.

SOCRATES, vt refert Laërtius, Alcibiadi illum increpanti, quòd modeſtiùs, quàm par esset, vxoris moleſtias pateretur, respondit: An verò tu non toleras clamore perſtrepentes Anſeres? Illo dicente, At mihi oua, pulloſq; pariunt. Et mihi, ait Xantippe filios. Non minus facetè Myrtilus apud *a* Atheræum quoſdam, qui veſpertini ad conuiuium accesserant, alloquitur, inquiens: Conſiſtite poſtea iuxta Theopompi hedycarem, ò ieiune Mugilum chore, oleribus velut Anſeres excepti.

a Deip. l. 7.

APOLOGVS.

De Anseribus, & Gruibus apologus.

ANSERES, & Grues in eodem prato paſcebantur, venatorij autem visis, Grues, quòd essent leues, ſtatim euolauerunt, Anſeres verò ob onus corporum cum manſissent, capti fuerunt. Fabula ſignificat in expugnatione vrbium inopes facilè fugere, diuites autem seruire captos.

ICO-

ICONES. NVMISMATA.

Insignia.

HOC loco primùm sese nobis offert Anser ille pictus tam artificiosè, vt viuas sui generis aues falsa vitæ imagine in sui amorem pelliceret, & ad Venerem stimularet, vt meminit *a* Athenæus his verbis: *Acceptimus autem, bouem eam, quæ est in Pyrene area, bouem conscendisse, canemque pictum, & Columbam, & Anserem. Hanc quidem canis, illam Columbus, hanc Anser conscendit, atque vsluit: Verùm cum fieri non posse his omnibus exploratum esset, abstitere.* Plinius alterius Anseris ærei meminit à puero similiter æreo velut strãgulati, qui quàm affabrè effictus fuerit indicant hæc ipsius Plinij verba. *Boëthi statuarij infans ex ære eximiè Anserem strangulat.* Proserpina, vt refert *b* Pausanias, olim pingebatur, velut manu Anserem tenens, vt in fabulosis ex ipso Pausania asseram. Romani Anseris clangore, vt dictum est, à Gallis liberati, hoc beneficium compensaturi, præter alios honores, quos ei decreuerant, Anserem ex argento confinxerunt, & in Iouis Capitolini templo collocarunt, quod innuit Virgilius, dum canit:

Atque hic auratis volitans argenteus Anser
Porticibus Gallos in limine adesse canebat.

Vbi Seruius, Satis prudenter, inquit, argenteum Anserem dixit: nam quasi epitheton est coloris, & significauit rem veram. Nam in Capitolio in honorem illius Anseris, qui Gallorum nunciarat aduentum, positus fuerat Anser argenteus. Huius Anser effigies insculpta erat illi clypeo, quem Vulcanus in Veneris gratiam pro Æneæ fabricauerat, vt ex recitatis Maronianis versibus patet. In ædibus Eminentissimi Cardinalis Casij inter alias innumeras affabrè factas statuas in quodam conclaui puerum obseruaui, vt est videre in meo de statuis libro, qui Anseris collum ita manu premeret, ac si ea eius ore aquam exprimeret; quæ statua, etsi parua, multis tamen pulcherrimis veterum monumentis conferri potest: & fortè ad æneï illius imitationem, cuius suprà ex Plinio meminimus, factus fuerit. De vase marmoreo, cui Anseris effigies insculpta erat, & simili pecunia referto, in Moravia inuento meminit Hector *c* Boethius his verbis: *Est & in Moravia, marmore lucente inter vetustissimæ arcis marmoreum vas, cui Anseris duobus cum Anguibus decertantis effigies mira arte insculpta, haud absimilis pecunia refertum anno Christi 1460. à patribus inuentum. Fuit idem lapis, vti à fide dignis accepimus, haud minus, quàm nummi aliquot spectantium admirationi, argumentum apud maiores nostros Romanæ pecuniæ aliquando fuisse vsum.* Sed hæc breuiter percurrisse sufficiat. De cheniſco paulò pluribus erit agendum. Ita autem Græci præter Anserculum vt alibi diximus, partem quandam in naui appellant, quæ qualis fuerit, audite: *Cheniscus*, inquit Phauorinus, *pars est proræ, cui appenduntur anchoræ, & quæ carinæ nauis ille principium. Sunt qui puppis totius principium dicant, ad quam epotides naues connectuntur. Sed vtcunque sit, Chenisceus dictus est, quoniam nauium artifices eam partem in Anserini capitis formam effingunt, ponuntque in summo nauis, fortè quod vel nauigium in eius speciem, & similitudinem formant, vel potius boni augurij causa, tanquam immersabilis nauis sit, vt aues illæ, quæ fluctus enatet.* Hæc ille, ex Varrino nimirum *d* vel Etymologo, vel Eustathio. Licet autem ambigere videatur proræne, an puppis pars esset illa, quã in Anserini capitis effigiem effictam chenisceum vocarent *d* Lazarus tamen Bayfius puppis partem esse asseuerat. *Quod nos*, inquit *Anserculum vertimus* (vbi Lucianus habet χλιακα) *intelligit formam Anserculi effictam ad puppis ornamentum, vt vidimus in antiquis nauibus depictis: quæ adscribendos curauimus in lectorum gratiam.* Hæc ille, qui mox iconem exhibet, quam si quis videre cupit, illum adeat. Chenisci meminit *e* Artemidorus, vbi Chenifcon, ait, in somnis significare gubernatorem. Meminit & Lucianus in dialogo, qui ναλκη inscribitur, dum ait: Ως δε ἡ πρῳρα μετ' ἀναισχυντιας πρυμναιοτερα χλιακος χλιαζεται, ideſt, *Vt verò ipsa puppis sensim insurgit inflexa aureo Anserculo ornata:* Et *f* rursus ἐμιξομαιον, ideſt, *Vt verò ipsa puppis sensim insurgit inflexa aureo Anserculo ornata:* Et *f* rursus ὁ δε ἡμετερος μικρος χλιακος ἀρτιως ἐπερυξατο και ἀνεβοησε, ideſt, *Anserculus enim, qui ad puppim erat, repentè alas promere capit, & clangorem fundere.* Vt mirum sit, inquit Lylius Gyraldus, Cælium virum multæ lectionis, planè hoc ipsum ignorasse, vt qui nauem esse chenisceum putarit, non nauis partem. Sunt & qui in Apulcio vndecimo libro parum scitè ita legant: *puppis intorta cerucho*: cùm antea legeretur *intorta chenisco*. Hæc Gyraldus. Ad formam quoque Anserini capitis effingebantur in Lyraligna illa, quæ axes continens, vsum fibularum habente;

Anser pictus.

a Deip. l. 13. c. 29.

Anser aureus.

b In Boeticis.

Proserpina Anserem manu tenens.

Anser Argẽteus vbi.

Puer Anseris collum manu premens.

Vas marmoreum cum Anserc insculpto pecunia plenum.

c Hist. Scot. lib. 6.

Chenisceus.

d l. de re nauali.

e l. 2. Oneocritic.

f In varia narrat.

Apuleius correctus.

bentes, de quibus g Oribaſius: *Chenisci*, inquit, *cuiusmodi sunt in Lyra, excogitati sunt ad axas continendos. Vbi enim fibulæ non sint, quid poterit aliud vtilius inuentri? Quod ad rem igitur, vsum habent fibularum: decoris autem causa insculpta habent Anserina capita lignea.* Ad similitudinem pariter roſtri Anſerini affirmari conſueuerunt extremæ iugorum partes, quibus equi iunguntur, ἀκροχηνίσκοι Græcis dictæ, quas aliqui cornua latinè interpretantur, vt ex his Iulij Pollucis verbis colligere licet: *Ipſe verò iugi curuatura, quibus equi ſubiunguntur Zeugla, quarum extremitates acrochenisci vocantur.*

g l. de machinis c. 4.

FABVLOSA.

CÆLIVS a Rhodiginus, vbi pluribus diſſerit, nunquid Nemeſis, & Leda diuerſæ ſint, an vna eademq; quod affirmat, ſcribens, ex nonnullis Græcis Iouem, cùm Nemeſim comprimeret, ſeſe in Olorem, eam verò in Anſerem conuertiſſe: ſed hanc fabulam exactè in Cycno tradidimus. Cæterùm Eriphus poëta, quod illic omiſimus, Athenæo teſte, ex ouo Anſerino Ledam (imo Helenam) natam ait. Nunc quod aliàs polliciti ſumus, cauſam reddamus, quare Proſerpina Anſerem manu tenens appingeretur. Refert eam b Pauſanias ſic. *Iuxta Lebadiam ciuitatem Phocenſibus finitimam nemus eſt Trophony. Ferunt ibi Hercynnam vnà cum Proſerpina ludentem Anſerem, quem tenebat, inuitam dimiſiſſe. Atqui in cauam ſpeluncam auis cum deuolaret, & ſubter lapidem ſeſe occultaret, ingreſſa Proſerpina cepit ſub lapide ſedentem. Aquam itaque profluiſſe aiunt, quo loco lapidem amouerat Proſerpina, & hac de cauſa fluuium dictum fuiſſe Hercynnam.*

a Lec. anti. l. 11. c. 19. Nemeſis & Leda an diuerſæ.

Proſerpina cur Anſerem manu tenens appingeretur.

b In Bœoticis.

Hercynna fluuius cur ſic dictus.

VSVS IN CIBIS.

VT modò pro ſedulitate in educandis Anſeribus commodum aliquod nanciſcamur, operæpretium erit de vſu eorum in cibis loqui. Sed prius quo in pretio olim habiti ſint, & nunc habeantur, & de ſucci, qui ex huiuſmodi cibo corporibus noſtris adijcitur, qualitate, nonnulla occurrunt dicenda. Anſeres igitur antiquitùs in delicijs fuiſſe teſtantur in primis laudatiſſima illa Athenæi conuiuia, in quibus inter opiparas alias epulas ſæpenumerò recenſentur, vt cuius eius monumenta lectitanti innoteſcit. Ex a Dioſoro Siculo habemus, olim Regum Ægypti menſis nihil inferri ſolitum præter vitulum, & Anſerem, illiusq; regionis populo Anſeres cùm elixos, tùm aſſos quotidie tanquam lautiſſimos apponere conſueuiſſe. Teſtatur Lampridius Anſerem diebus tantùm feſtis ad conuiuium ab Alexandro Seuero receptum. Eundem eſitaſſe Annibalem, magnum illum Pœnorum ducem adeo, vt Gallinis etiam Numidicis illos prætulerit, arguunt hæc Martialis carmina:

Anſere Romano quamuis ſatur Annibal eſſet,
Ipſe ſuas nunquam barbarus edit aues.

Hodie quoque nonnullis inter cupedias habentur, præcipuè ſi optimè ſaginati fuerint, vt in Gallia, vbi teſte b Bellonio, non minoris fit Anſer altilis, quàm Romæ olim Lupus, ſcarus, aut Mulus. Iudæis quoque ferè omnibus cibus eſt, non minus gratus, quàm conſuetus, qui his auibus diuerſimodè præparatis frequentiſſimè veſcuntur: vnde facetè quidam ipſos duræ ceruicis dicebat, quòd, vt plurimùm Anſeribus viuant, quorum caro dura eſt, & muſculoſa, concoctuq; difficilis. Cæterùm apud plerosque populos nunc temporis in pauco honore habẽtur, & à delicatis non recipiuntur. Angli illis nunquam in cœna veſcuntur, vt refert Ornithologus, neque temerè, cum plurima ipſorum frequens eſus hominibus incommoda adferat, quæ mox narrabuntur: quapropter qui ſanitati conſultum vult, rariùs eos edat: & quamuis ſuccum parum laudabilem gignere vulgò notum ſit, hoc tamen magis ex authorum ſcriptis innoteſcere cupio. *Anſeres*, inquit c Galenus, *& Struthocameli caro excrementitia eſt, & difficulter concoquitur.* Idem d alibi confirmat, inquiens: *Anſerina partes, alis exceptis, duræ, & excrementoſæ ſunt, neceſſariè concoctionem admittunt.* Idem alio in loco, eum, qui attenuante victu vti volet, auibus, quæ in locis aquoſis degunt, vt Tardis, quas Otidas vocant, Anſeribus, &c. abſtinere ſuadet. Vnde patet, quantùm à Galeni doctrina recedat liber de Dynamidijs, ipſi aſcriptus, vbi Anſeres duplici quartanæ in victu præſcribũtur, quid enim

a Rerũ antiq. l. 2. c. 3. Anſeribus qui frequẽter veſcerentur.

b De Auib. l. 3. c. 3. Iudæi frequẽter Anſeribus veſcuntur.

Angli nunquam Anſeres cænant.

Anſerum eſus frequens multa affert incommoda.

c l. 3. de alim ent.

d li. de cib. bon. & mal. ſuc.

enim dici eo potest absurdius? Galeno assentitur *e* Simeon Sethi, carnes Anserum, inquiens superfluitatum, & excrementorum productrices esse, & difficulter coqui, domesticisq; cunctis auibus crassiores esse, & calidiores, & humidiores: easq; priscos eodem ordine posuisse, quo Struthiocamelorum carnes. Eadem ferè tradit Elluchasem, nec discrepat Rasis, qui scribit, Anseres natura humidiores esse omnibus alijs auibus, & duriores concoctu. Auicenna crassam eorum carnem esse asserit. Albertus alibi frigidam, siccam, duram, atrabiliariam, & concoctu difficilem, alibi verò propter frigiditatem, & crassitiem insalubrem, quod sanè ab omnibus grauissimis authoribus, & à veritate ipsa est alienum. Recentiorum alij omnino super hac re vetustioribus subscribunt. Anserum caro, inquit Michael Sauonarola, calida multum, sed minus, quàm Anatum, & humidissima inter carnes domesticarũ auium, crassæ substantiæ, & propter nimiam humiditatem febres generat *f* Gulielmus Pantinus in eundē sensum sic scribit: *Anserum, qui Græcè χηνες appellantur, carnes superfluæ excrementa producunt, & difficulter concoquuntur, domesticisq; cunctis auibus crassiores, & calidiores, humidioresq;. Earum caro* (Anserum) inquit *g* Cardanus, *inter alias auium carnes calidior, atque humidior est.* Qui paulò infrà eius nocumenta sic memorat: *Verùm omnium* (tam domesticarum, quàm syluestrium) *caro damnata est, quoniam dura, & concoctu difficilis, & valde excrementitia, atque improbum generat succum, valdeq; putredini obnoxia: immo experimento comprobatum est, copiosum eius vsum febres excitasse. Ob etenim partium crassitiem, atque duritiem, maximeq; nisi valido, robustoque ventriculo concoquatur, obstructiones generantur, quæ & febrium, & aliorum præter naturam affectum sunt in causa. At si rectè conficiatur, multùm alit, licet vitiosum corpori alimentum adferat.* Quod postremum ex Cornelio Celso desumptum esse videtur, qui Anserem numerat inter cibos valentissimæ materiæ, & plurimi alimenti. Idem ferè ait *h* Iulius Alexandrinus, qui cùm vtrorunque, domesticorum scilicet, & ferorum Anserum carnem illaudatam esse dixisset, atque etiam damnatam concoctionis peruicacia, & duritia, alimentiq; prauitate, & humoris superflui redundantia inutili, vitiosaq; & putredini parata, vnde facilis sæpe in febres incursus; statim subijcit, nihil præter alarum extrema commendari quicquam in his magnopere ad salubritatem posse ob partium crassitiem, meatus infarcientem, atque attenuatis victus rationi aduersissimam, duritiemq; nisi valido, robustoq; ventriculo propè indomitam, sed quæ si rectè concocta vincatur, non parum alat, vt pleraque alia, quæ difficulter quidem, sed rectè tandem concoctione ventriculi iustè superata, egregiè nutriunt, bene, praueq; pro succi, quem elargiuntur, bonitate, aut prauitate. Sed nimis longum esset, omnium verba, qui de Anserina carne loquuti sunt, hic adducere: qua propter quibus affectionibus potissimùm officiat breuiter ostendam. Alexander Benedictus eam tempore pestilentiæ mensis damnari asserit, & Arnoldus Villanouanus Anseres veteres ijs noxios esse, quos hæmorrhoides frequenter vexant. Item quos lues Gallica, vt Hieronymus Fracastorius innuit:

e De cib. facult.

f In Corn. Cels. li. 11. c. 18.

g De tuēd. sanit. l. 3. c. 18.

h Salub. li. 13. c. 3.

i In Syphil.

——*Tibi pinguis Anas, tibi candidus Anser*
Victur: Arthriticis insuper omnibus maximè noxios esse affirmant: sicut etiam febribus, præsertim putridis, vt supra ostensum est: in summa omnibus morbis huiusmodi carnes pernitiosas esse asserere possumus. Quid mirum? cùm sanis etiam corporibus, si frequenter sumantur, plurimùm aduersentur. Cæterùm ne prorsus abijciantur, docebo, quo anni potissimùm tempore minori cum noxa edi possint, cuius ætatis sint eligendi, quibus ipsorum partibus innoxiè, imò vtiliter vesci liceat, & tandem qua arte culinaria sint concinnandi, vt sanitati minus repugnent, ac palato gratiores, iucundioresq; euadant. Hyeme igitur tutiùs meo iudicio in cibum cedent, sint omne aliud edulij genus, quod calfacit, difficulter concoquitur, & multum præbet alimenti: quam meam sententiam confirmat Arnoldus Villanouanus, asserens eos hyeme magis probari: sed quod pullos, dicat, quandiù pinguiores fiunt, magis conuenire æstate, & autumno, de hoc dubitari potest. Scribit enim *k* Plinius, Anserē ex aliorum relatu, Coruumq; ab æstate in autumnum morbo conflictari. Quod si verum est, quomodo dum ægrè habet seu iuniorum, seu adultorum esus salubris esse potest? Vt vt est, apud nos in autumni fine, prope hyemis principium frequētius, quàm alijs temporibus comeduntur, sed præsertim die omnium Sanctorum nomini sacrato, quo in singulis ferè domibus Anser esitari consueuit. In Germania verò ferè in D. Martini festo vsitatissimus cibus perhibetur: Illius enim regionis incolæ eum diē musto præcipuè, & Anserē celebrant. Cuius vsus causam sic querit Fridericus Nausea. Quod verò, inquit, tum plerisque omnibus peculiaris cibus est Anser, potus autem mustum, siue vinum, fit ideo partim, quia tum vix vicius est, quàm vel Anser, & omnibus æquè commodior, meliorisq; fori: nec musto, siue vino potus tum quispiam communior, & qui possit omnibus par esse in emptione. Vnde fieri

Quo tempore minus noxiè comedantur. k l. 29 c. 3.

Itali quando Anserē comedant. Anser cur in festo S. Martini esitari cōsueuerit.

solet,

solet, quod sicut non solùm Pannonia genetrix, & Italia tanquam altrix, & Gallia triplex ipsa tanti viri filia spiritualis gaudere debet in ea die, sed & omnes gentes, quæ gaudent eũ habere patronum, gaudere debent: ita cibum, & potum decet habere, qui possit omnibus ad hilaritatem esse communis, & ad emendum facilis, & æquus. Et meritò partim profectò peculiaris est cibus in D. Martini ferijs Anser, quod hic conditionem fermè habet cum S. Martino parem. Sicut enim Anser natura nocturnas excubias celebrat, suasq; vigilias assiduitate cantus testatur, ita quoque S. Martinus tam fuit semper orando, prædicando, contemplando vigil, suasq; vigilias bene viuendo testatus est, vt Ecclesia censuerit, in eius memoriam legi Euangelium, in quo Christus esse beatos seruos ait, quod Dominus in prima, & in tertia vigilantes inuenerit, qualis fuit S. Martinus. Hucusque Nausea, qui cùm huius rei causas afferat, quæ mystæ magis, quàm Philosopho satisfaciant, quærenda est alia physica ratio, quæ, ni fallor, est huiusmodi. Nam cum D. Martini festum, iuclinante autumno celebretur, eo tẽpore Anseres, ex prægressa æstate paucioribus superfluitatibus scatent, & ventres ob accedentem hyemem, magis sunt ad concoquendum idonei. Franciscus Petrarcha, vt alibi recitauimus, causas hasce esse suspicatur, aut quòd tunc auis hæc sit optima, quę nostræ rationi repugnare videtur, aut quòd ea die, (siue ea sit omnium Sanctorum, aut D. Martini festum) Capitolium aduersus irrumpentes Gallos conseruarit suo clangore. Quod ad ætatẽ attinet, satis inter omnes conuenit, iuniores adultioribus esse præferendos, & quò ad senectutem magis accedunt, eò magis esse damnandos, vtpote deteriorem succum gignentes. Id quidem euenire arbitror, quod iuniorum carnes teneriores existant, vnde quicquid eis inest noxij, perfecta concoctioue euincitur, & domatur: Licet alioqui libro Galeno attributo de dissolutione continui pulli Anserum propter multitudinem superfluitatum tardæ digestionis dicantur. Carnes pullorum Anseris, inquit Crescentiensis, si pingues fuerint, & quatuor mensium ætatem non excesserint, à plurib⁹ appetuntur. Scribit *l* Polydorus Virgilius, Anseres iuniores antequam primam mutent plumam in Anglia loco lautarum haberi: cùm creuerint, non item. Postremò pullum Anserinum esse inter cupedias testantur hæc *m* Pontiani carmina.

Anseres qui præferendi.

l Hist. Angl lib. 1.

m Erid. l. 1.

Altilis inde Capus, raptiq; à matre Columbi,
Anser, & implumis, & bene pastus Anas.

Iam de partibus disseram, inter quas, seu quis gulę rationem habeat, siue sanitati consultum velit, principatum absque vlla controuersia obtinet iecur, adeo exquisitum cibi genus Romæ habitum, vt nihil æquè loquantur Romanorum culinæ: vnde gloriatur *n* Plinius, suos primùm agnouisse huius edulij bonitatem, scribitq; non sine causa in quæstione esse, cui Romanorum primo tam præclarum inuentum sit acceptum referendum. *Nostri sæpentiores* (cæteris inquit) *qui Anseres iecoris bonitatem nouere. Fartilibus in magnam amplitudinem crescit, exemptum quoque lacte augetur. Nec sine causa in quæstione est, qui primus tantum bonum inuenerit, Scipio Metellus vir consularis, an M. Seltius eadem ætate Eques Romanus.* Cùm igitur tanti fieret Anserinum iecur apud eos, qui in vrbe gulæ studebant, præcipua erat illis cura, vt in quam maximam molem excresceret, & tenerrimum fieret: vnde omni adhibito studio culinæ magistri præcepta tradebant, quomodo id assequi possent: quorum aliqua ex grauissimis authoribus, cùm supra loqueremur de sagina, retulimus. Vt autem iecur in ipsis magis, & delicatius euaderet, viuos ficis potissimùm saginabant, deinde ex eis recens mactatis exemptum lacte mulso immergebant, vt ex Plinij modò recitatis verbis patuit: quo etiam modo iecur suillum curabant: cuius rei Authorem fuisse M. Apicium omnium nepotum altissimum gurgitem testatur idem Plinius, vbi inquit. *Adhibetur & ars iecori suum sicut Anserum, inuentum M. Apicij, fico carica saginatis, à satietate* (alias ac satie) *necati repente mulsi potu dato.* Quod autem, vt dictum est, ficubus saginarentur, iecur exemptum à Græcis ἧπαρ, à Latinis verò ficatum dicebatur. His artibus curatum Anserinum hepar, adeo magnum aliquando capiebat incrementum, vt Anserem ipsum æquare dicat *o* Iuuenalis hoc versu:

Anserinũ iecur quomodo curandum.

n Lib. 10. cap. 22.

o Sat. 5.

Anseris ante ipsum magni iecur, Anseribus par.

Et Martialis superare, sic canens:

Aspice quam tumeat magno iecur Ansere maius
Miratus dices: Hoc rogo, creuit vbi.

In eligendis verò Anseribus, quorum iecur esset præstabilius, admodum erant curiosi, in quos sic inuehitur *p* Statius:

p Syl. l. 3.

Ah miseri, quos nesse iuuat, quid Phasidis ales
Differt ab hyberna Rhodopes Grue, quis magis Anser
Extaferat?

Vbi

Vbi Domitius Chalderinus interpres, exta, inquit, ideſt, iecur. In quo ſenſu exta etiam accepit q Perſius de eodem iecinore loquens, vbi Romanorum luxuriam, & gulam deteſtatur. q Sat. 6.

Vt tuus ille nepos diui ſatur Anſeris extis,
Cùm moroſa vago ſinglutiet inguine vena,
Patritiæ immetiat vuluæ.

Eligebant autem eos, qui non ſolùm ficis eſſent paſti, ſed qui eſſent albi, vt innuit r Horatius de Naſidieni cœna loquens: r Serm. 28.

Pinguibus & ficis paſtum iecur Anſeris albi.

10 Vbi Acron ex parte, inquit, totum, ſcilicet Anſerem denotauit. Hic igitur ab antiquis Anſerino hepati honor fuit habitus, is delectus, & præparatio, Noſtri qui non minus gulæ ſunt dediti, imò fortaſſis eos ſuperant, non minori in pretio hoc viſcus habent, nec minus curioſa de eo parando tradunt præcepta. Varia enim illis cibaria lacte, aut fero imbuta in cibum exhibent, maximè verò Iudæi, qui mirum in modum Anſeribus delectantur, eorumq; greges alunt, vt ilibre aliquando iecur eximunt: quod etiam Galeni temporibus factitatum video: nam, referente Ioanne Baptiſta Porta, ſic hac de re ſcriptum reliquit: *Quemadmodum in ſuibus, dum adhuc viuunt, hepar ex caricarum paſtu ficatum ad voluptatem præparatur, ita in Anſeribus video eorum alimenta lacte imbui, vt non modò eorum iecur ſit iucundiſſimum, ſed potenter nutriat, & ſit optimi cibi.* Eiuſmodi autem iecur non ab hiſtoricis, & geoponicis tantùm, velut 20 delicatum, ſed & medicis plurimùm vt ſalubre commendatur, præcipuè ſi ficatum fuerit, aut alia ratione curatum. Quantùm id Galenus medicorum omnium coryphæus laudet, ex eius verbis modò recitatis liquet: idem facit author libri de diſſolutione continui. Raſis Galenum ipſum citans, *In omni recentorum genere*, inquit, *præſtat Anſerinum, tanquam humidius, tenerius, & ſuauius.* s Iſaac quoque ceu omnium iecinorum præſtantiſſimum celebrat. s De diat. vniuerſ. Recentiores etiam omnes miris laudibus Anſerinum iecur extollunt, ſed quorum encomia breuitatis cauſa lubens prætereo, t Iulij Alexandrini verba tantùm, quibus ſummam eius præſtantiam exprimit, allatus. *Porrò*, inquit, *qua cura Anſeribus ſaginandis adhibeatur, cibatu inter alia lacte multo madeſcente, in id vnum, vt pandas ſæpe lances implentia iecora habeantur, nouimus ſuauiſſimi ſaporis, plurimi, ſuccoque abundantiſſimo præditi alimenti, concoctione* 30 *non repugnante, nec morante diu deſcenſu, æquabiliſſimo caloris, atque humoris temperamento, vt ad bonitatis alimenti ſummam non ſæpè deeſſe multa videantur.* Sunt tamen nonnulli, qui prorſus reclamant, ſibi perſuadentes, iecur cum in elixatione durius euadat, eodem modo dum in ventriculo concoquitur (namque, inquiunt, elixationi quodammodo ſimilis exiſtit) non tantùm non liqueſcere, ſed potius indureſcere, craſſiuſq; propterea, & minus probum præſtare alimentum. Verùm cum concoctio, quæ in ſtomacho celebratur elixationi non ſit ſimilis, neceſſe eſt, vt falſam conuincere, quæ huic argumento innititur, rationem. Nam elixationis author eſt calor extraneus, concoctionis vero naturalis: qui duo calores quantùm inter ſe differant, & quàm diuerſos pariant effectus, nemo eſt in arte medica, vel mediocriter verſatus, qui ignoret: quod etſi multis argumentis probari poſſet, breuitatis tamen gratia, 40 couorum tantùm exemplo confirmabo, quæ quò magis elixantur, eò magis indureſcunt, nimirum à calore ignis: ſecus accidit id ſtomacho noſtro: alioqui enim cibus hic, qui ſaluberrimus meritò ab omnibus habetur, omnium eſſet deterrimus. Quibus adde, ſi libet, quod ſi iecinora in concoctione velut in elixatione magis, magiſq; dureſcerent, dura ſemper, & incocta à nobis excerni eſſet neceſſarium. Neutiquam igitur illis eſt aſſentiendum. Sed modò ad alias partes procedat oratio, inter quas ſiue ſalubritatem, ſiue guſtus ſuauitatem ſpectes, ſecundus meritò ab authoribus locus ab hepate aſſignatur alis: quas Galenus, cùm alias partes velut excrementoſas, duraſq; difficileſq; coctu reijciat, ſemper excipit, præſertim in libro, quem ſcripſit de cibis boni, & mali ſucci. Alibi eaſdem, & ventriculum homini intemperato, & æſtuanti, dum redit è balneis, concedit. Et in libro de diſſolutione continui, qui eidem attribuitur, ſic legitur: *Sed hepata pullorum, & Anſerum, & axilla ipſorum ſunt temperata, & reliquum corpus eſt multarum ſuperfluitatum.* De eiuſdem alis u Galeno ſubſcribens ſic loquitur Aetius: *Anſerum, & Struthiocamelorum caro excrementitia eſt, & difficilius concoquitur, quam prædictarum volucrium, non tamen alas prædictis peiores habent.* Item Ægineta, *Anſerum verò*, inquit, *& Struthiocameli caro excrementitia ægriùs, & difficiliùs, quàm commemorata concoquitur, ſi ala excipiantur, quæ non minus, quàm aliarum autum probi ſucci exiſtunt.* Simeon Sethi denique Anſerum alas reliquis corporis partibus præſtare aſſeuerat. Idem recentiores partim ex antiquorum monumentis, partim experientia edocti confirmant. Collum etiam non ſpernunt, quin ſunt qui laudent plurimùm. Platina præſertim, qui Anſerinum, & Gallinaceum inter cæteras volatiles commendat, ſi ſanguine intercutaneo caruerit.

Alarũ Anſeris præſtantia.

u Galen. ſubſcribens ſic loquitur Aetius: *Anſerum, & Struthiocamelorum caro excrementitia eſt, & difficilius concoquitur, quam prædictarum volucrium, non tamen alas prædictis peiores habent.* Item Ægineta, *Anſerum verò*, inquit, *& Struthiocameli caro excrementitia ægriùs, & difficiliùs, quàm commemorata concoquitur, ſi ala excipiantur, quæ non minus, quàm aliarum autum probi ſucci exiſtunt.* Simeon Sethi denique Anſerum alas reliquis corporis partibus præſtare aſſeuerat. Idem recentiores partim ex antiquorum monumentis, partim experientia edocti confirmant. Collum etiam non ſpernunt, quin ſunt qui laudent plurimùm. Platina præſertim, qui Anſerinum, & Gallinaceum inter cæteras volatiles commendat, ſi ſanguine intercutaneo caruerit.

Collum.

Idem

Pectus. Idem author in hac alite pectus commendare videtur, cùm inquit: *Ego verò hanc Auem* (Anserem) *atque quas Columella aquatiles, hoc est terra, & aqua victum quærentes vocat, malis nutrimenti, tradiderim esse: tutius enim & alis, & pectore vescemur.* Cui ego hac saltem in re minimè assenserim, tum quia sine authore loquitur, tum quia cum iecur, collum, & alas laudari dictum sit, aliasq; nonnullas partes non improbari simus demonstraturi, profectò, si quoq; pectus salubris esse alimenti dixerimus, nihil penè superfuerit, quod sit probandum, atq; perperam à Galeno, & alijs improbati fuerint Anseres. Textor quoque dum cor eorum

Cor. olim inter mensarum cupedias ceu laudatissimum quid habitum scribit, nullius classici scri-

Ventriculus. ptoris (quod nouerim) authoritate nititur. Sed fortè ipse cor, non animaduertens, pro ic-

y De succ. bon. & vit. cap. 6. re scripserit. Ventriculus verò, vt dixi, in hac alite, & in Gallinis minus, quàm in reliquis volatilibus, damnatur. Sic enim nobis de eo scriptum reliquit y Galenus: *Est enim auium venter crassus, durus, & qui ob id agrè concoquatur, quique concoctus multum præbet alimenti. Optimis*

z Salub. li. 13. c. 9. *habetur Gallinarum, atque Anserum &c.* Laudat quidem eundem z Iulius Alexandrinus, sed vires ei à nonnullis ascriptas omnino negat his verbis. Plurimarum auium ventriculus in cibatu nostro non est: Gallinarum autem, & Anserum in quotidiano prope vsu: saporis per se non iniucundi, alimentiq; non illaudati vterque: sed non vt tamen concoquendi viribus (quod persuasum habuere aliqui) adijci inde quicquam posse credas, vt alia multa, quæ concoctionem iuuant, aut calorifica vi, vt gingiber, cinnamomum, piper, aromata quædam aut calore, atque humore, natiuiq; caloris fotu, vt vinum: aut partium dissectione, vt acetum, aut quod incidendi facultate minutim magis confecta alimenta subeundæ promptiùs concoctioni paratiora exhibeat. Horum nihil ventriculi Gallinarum, vt diximus, Anserumue non sanè magis, quàm aut Struthiocameli, aut Mergi præstat. Quin ipsi per se in concoquendo pugnaces substantiæ densitate quadam, nisi validiores ventriculi vires experiantur, tantum abest, vt concoctioni de suo hac causa opitulari posse existimari debeant: nec alioqui peculiaris dos aliqua inest, cuius euidenti successu aliquo periculo factum à iuratis authoribus

a l. 2. cap. 133. proferri queat &c. de quibus omnibus alias nos lõga oratione disseruimus. a Aëtius eiusce-modi ventrem saporis gratia Gallinaceo præfert. *Ventres verò* (auium, inquit) *esiles sunt, & bene nutriunt. Quidam ipsorum etiam in cibo sunt iucundi, velut Anserinus, deinde Gallinaceus.*

Pedes. Pedes quoque suos habuere cultores, & præcones: eorum enim palmas Messalinus Cottæ Messalæ oratoris filius torrere, atque patinis cum Gallinaceorũ cristis condire reperit, authore Plinio, Hos, inquit, Iulius Alexandrinus, nostra tempestate in primis comedi, carnosarumq; palmarum succo, si rectè parentur gustu non ingratos. Contrà Platina, hoc edulij genus non admodum probat, etsi in multarum regionum culinis piperato iusculo, & alijs condimentis cibus sit haud infrequens, vt infrà ostendam. Quod ad medullam attinet, etsi pauca ex hac aue extrahatur, in delicijs nihilominus olim fuisse haud ineptè quis forsan

Anseris medulla. coniiciat ex illo *b* Catulli:

b Epig. 22.

Cinæde Thelle, mollior cuniculi capillo,
Vel Anseris medullula (aliàs medulla) *vel inula mollicella.*

Nam & Turnebus in hunc locum sic scribit: Quod autem ait, vel Anseris medullula, & ingo obscæno quoque est carmine positum. *Quidam mollior Anseris medulla.* Id aliquando sum suspicatus de mollissima Anserum pluma accipiendum, quæ interior est, & corpori proxima: Sed cum intelligam, Anseres in delicijs Romanis olim fuisse, quos altiles, signatosque tenerioris ætatis apponere solebant, quorum tenerrimis pulpis etiam tenerior multis partibus esset medulla, inducor, vt credam Anseris medullã pro mollissima, & tenerrima re vsurpari solitam esse, cum Romanorum iudicio teneritatem carnis longè superaret mollitudo

Adeps. medullæ. Vberiorem longè vsum præstat in mensis adeps; de quo Grapaldus, Anseres, inquit, commendantur apud nos & adipe: liquamine etiam inde excogitato, quo præcipuè Hebræi in condimentis vtuntur. Sed vt videre erit, varius apud varios populos eius vsus

c De re cib. l. 15. c. 19. est. Adipes Anserum, inquit c Io. Bruyerinus, celeberrimos vsus apud nos in condiendis

d Hist. sept. l. 19. c. 7. brassica frigoribus hybernis obtinent, & ad alia obsonia paranda. Hoc adipe scribit d Olaus Magnus vti homines Septentrionales in cibis condiendis loco butyri. Eodem adipe plura

e De Hone. volupt. l. 2. c. 21. cibaria condiri tradit e Platina, qui insuper, liquamen quomodo ex huius auis, & porci adipe paretur, docet his verbis. *Liquamen ex agipe porci, atque Anserum hoc modo fit: conchylium minutim ad carbones ignitos in catabo pones: ne si ad flammam suspenderis, fumum concipiat, tantùmque satis indes, quantum sasis esse putabis. Liquefactum antequam refrixit, in ollam repositoriam colabis, reponesque ad vsum, vt ubi voles, eo vti liceat. Fit item liquamen ex Anserino, & Gallinaceo adipe.*

Ouum. lib. 2. cap. 134. Postremò ad ouum quod attinet, cum Gallinarum, & Phasianorum alijs præstare dixisset Galenus, deteriora Anserum, ac Struthiocamelorum statuit. f Aëtius eadem vt apparet, ex ip-

so

so repetit; Psellus deterrima vocat, Simeon Sethi crassa, & difficilia concoctu, quod si tamen quis eis vesci velit, vitellis tantum vtatur. Tradit Ornithologus apud suos pauperiores solùm Anserum, & Anatum ouis vesci frixis, aut iure permistis. Apud nos admisto caseo, & lacte aliquando frixantur in sartagine. Sed hæc de partium Anseris consideratione dicta sint: iam vt gulæ, & sanitati consulatur, quomodo ad cibum concinnentur, & quæ fercula ex eis parentur, operepretium est dicere. Quomodo Anserinæ carnes tenerrimæ euadant, docet *g* Porta, iubens, vt Accipitribus, alijsq; rapacibus auibus obijciantur. Dum enim, inquit, præliantur, aufugiunt, & aliquantisper Accipitrum vnguibus detinentur, ovarijsq; ictibus confodiuntur, adeo tenerescunt, vt mirum sit dictu. Michael Sauonarola cùm harum carnium noxam detexisset, mitigari eam ait, eodem modo, vt de Anatibus dixerat. His autem iusserat ante earum interfectionem insufflari, & inde assari, inungiq; oleo, & optimis aromatibus, vt zinzibere rusticorum. *h* Marsilius Ficinus iubet eos nutriti spelta, aquaúe nitida, & post necem carnes, sale & coriandris aceto præparatis conditas, dies septem seruare, antequam edas. Hali scitè admodum docet, vt huiusmodi aues tribus diebus postquam interfectæ sunt collo suspendantur, graui lapide pedibus alligato, vt caro tenerescat, digestioniq; paratior reddatur. Cardanus per biduum, antequam decoquantur, iugulari vult. Quod modò ad cocturam attinent, aues amphibias, hoc est, aqua & terra victum quærentes elixari iubet *i* Platina. Castor Durantes verò adulta quidem elixari, iuniores autem herbis odoratis, & aromatis inassari præcipit. Io. Bruyerinus, verulos castaneis, pyris, maliśq; farciri docet: pullos verò, qui iam adoleuerunt oleribus, herbisque caseo, lardoq; minutatim concisis. Huiusmodi vel simili modo paratus fortè fuerit Anser ille dureus apud Athenæum; qui coqui cuiusdam apud Diphilum hæc verba citat:

Integrum agnum, illæsa compage corporis condimento, delibutum:
Porcellos sua pelle tectos, exsiccatos prorsus,
Anserem etiam dureum adduco magna inflatum mole.

Platina Anserem eodem modo, quo porcellum farciri vult. De porcello autem farciendo hæc præcepta tradit: Porcellum adhuc lactentem iugulato, villosq; cultro acuto abradito. Per spinam deinde scindito, eximitoq; quicquid in ventre habet, iecuscula eius cum larido allio, cumq; odoriferis herbis minutim concidito, tritum caseum, oua agitata, tunsum piper, crocum in puluerem redactum cum superioribus bene misceto, in porcellumq; omnino ita inuersum, vt quod intus erat, foris sit, indito, ac claudito, ne excidat. Coqui in vetu, aut super craticulam lento igne non incommodè potest, vt omni pariter esui bona sint. Dum coquitur, aceto, pipere, croco, simul mistis cum saluiæ, aut rorismarini, aut lauri ramusculis sæpe aspergenda est. Idem etiam fieri ex Ansere, Anate, Grue, Capo, pullastro potest. Male hoc, & parum alit, tardè concoquitur: stomacho, capiti, oculis, atque hepati nocet, opilationes facit, calculum creat, pituitam auget. Hæc *k* Platina. Ius candidum in Ansere exilio hæc omnia recipere ait Apicius. Piper, careum, cuminum, apij semen, thymum, cepam, laseris radicem, nucleos tostos, mel, acetum, & oleum. Idem Anserem elixum calidum è iure frigido Apiciano sic præparat: Teres piper, ligusticum, coriandrum, mentham infundis liquamen, vt oleum, modicè tempera. Aliter: Anserem elixum, feruentem sauano mundo exiccabis, ius perfundes, & inferes. Ornithologus Anseres inuenes minutatim concisos in pastillo per duas horas coqui tradit. Possunt etiam, inquit, integri coqui in massa farinæ fecalis cum aqua calida subactæ, quemadmodum pastili de carne ceruina coquuntur. Sic igitur, vt dictum est, apud lautiores in cibum parantur Anseres. Cæterùm & aliter paratis vescimur, recentibus, vt inquit Platina, & salitis. Eos autem sale condire Iudæis potissimum est vsitatum, qui eos continuè vorant, quare plerunq; melancholici euadunt, & mali coloris, & nigri, & plumbei. Septentrionales quoque, vt *l* Olaus Magnus refert, carnibus Anserinis sale conditis, ventoq; siccatis tum coctis, tũ crudis post æstiuale solstitium, vti omnium aliorum animalium vescuntur. Docet Io. Baptista Porta, quomodo Anser viuus excoctus conuiuis apponi possit: Anser, vel Anas, inquit, vel aliud viuacius animal, sed in hoc Anser omnibus attestat, sit tot corpore implumis, capite, colloquè relicto, sit hinc inde obuallatus igne, & circumseptus non arctè, ne suffocetur fumo, ne tie igne torreatur citiùs: non largè, ne implumis euadat: intus passim pocilla, & ollulas aquæ plenas, cui sal, & mel adijcias, ibique lances elixatis malis sint plenæ, & tessellatim disco concisis, ipse totus liquamine obductus, & laridatus, vt esculentior sit, & faciliùs decoquatur: ignem admoue. Festinare nolito, vt calore efferuere cœperit, circumambulando, & fugiendo præsepit ignis, & iter includit: sic improbus aquam absorbendo

g Mag. nat. lib. 4. c. 1. Carnes Anserinæ, quomodo tenerrimæ euadant.

h De vita producenda lib. 2. cap. 6.

i Lib. 6.

k De re culin. l. 6. c. 3.

l Hist. Sept. lib. 19. c. 7. Quomodo Anser viuus coctus apponi possit.

compeſcitur, cor, cæteraque membra refrigerando, medicamenti vi laxat aluum, abſtergit, & exinanitur: & vbi inferbuerit, interiora decoquet, ſpongia continuò cerebrum, & cor humectato: vbi verò inſania ferri, & ceſpitare conſpexeris, deficit cordi humidum: remoue, conuiuis appone, euulſis ſemper partibus vociferantem, vt ferè prius commeſſatus, quàm mortuus videatur. Hæc ille omnia, fortè ex *m* Athenæo, qui ex Poſſidonio refert, Antiochum regem cognomento Gripum acceptiones ſplendidas paraſſe, cùm conuentus fierent in Daphnes honorem, in quibus integrorum eduliorum fiebant diſtributiones, poſteà viuentium etiam, Anſerum ſcilicet, leporum, & dorcadum. De ipſo iecinore præparando ſic quidam tradunt: Anſere occiſo iecur ſcitè eximè, in frigidam impone, vt ſolidius ſit. Deinde in adipe Anſerino in ſartagine frige, & aromatibus conde: cibus eſt principum. Ioan. Bruyerinus, vberiores culinas Gallicas, tradit, ceruicem, alas, pedes cum palmis adiecto vino, piperéq; elixare, & id genus edulij prima menſa ſolere apponi. Olim, vt ex Plinio dictum eſt, palmas pedum torrebant, atque patinis cum Gallinaceorum criſtis condiebant. *n* Iulius Alexandrinus alium præparandi modum docet, vbi de inteſtinorum Gallinæ eſu agit. Inteſtina, inquit, quæ Galeni tempeſtate nullatenus veſca fuiſſe perhibentur, pòſt eum edi cœpta, Gallinarum ex acetario ſæpe, Anſerum pedes ſectos, proſciſſis in longum auis eiuſdem inteſtinis illigant, coquuntq; ſucci expectatione pituitoſi, crudioriſq;. Demum quoddam edulij genus ex Anſeris adipe paratur, de quo ſic Ornithologus: Anſeris lac vocamus lingua vernacula, Anſerinum pingue lacti incoctum, ſaccharo, vuiſq; paſſis adiectis: hoc inter cautelas recenſetur.

m Diſp. lib. 12. cap. 19. Iecoris parandi ratio.

n Salub. lib. 13. cap. 9.

VSVS IN MEDICINA.

AB vniuerſalioribus ad magis particularia pergam. Vniuerſalia autem voco, quæ velut à tota aue petuntur. *a* Ioan. Baptiſta Porta, carnes Anſerinas comeſtas ad vitæ diuturnitatem facere credit, quòd eas Celſus inter cibos plurimi alimenti numeret, ipſæq; aues longæuæ ſint. Eandem vitæ protrahendæ facultatem non in carne tantùm, ſed & in adipe agnouit *b* Ficinus, qui loquens de adminiculis, quæ ſenibus ſydera pariunt ad membra fouenda, *Vt igitur*, inquit, *totum ipſi quoque vobis corpus veget* (Saturnus) *pro ceruinis, atque confirmet, accipietis ab eo regnante mumiam ſimul, & Anſeris aſsi pulpam: hæc Anſeris adipe modico delinite, contundite diligenter.* Supradictus *c* Porta animalia canora, & obſtrepera, homines loquaciores reddere aſſimans, Anſerem, Gallum, canem, in exemplum adducit, & quæ noctù vocalia ſunt, facere, vt in ſomnis patrata narrentur; quibus ranam, Anſerem, Luſciniam, Bubonemq́ue adnumerat. Poſtremò cum Anſer animal aquaticum ſit, & vt ſcriptum reliquit Ariſtoteles ſolus inter animalia non rabiat (Alij aliter Ariſtotelis textum hac in re citant, vt alibi dixit) contra hydrophobiam, ideſt, æquæ metum, in quem qui à cane rabido ſunt, incurrunt, valere exiſtimat. Ego in quodam herbario Italico, qui Pandectarium citat, ex Anſeris eſu ſemen augeri, & ad Venerem homines cieri me legiſſe memini. Aliud præter commemorata ex toto Anſere emolumentum apud authores non obſeruaui. Verùm inter eius partes, quæ in vſum medicum veniunt, nulli eſt adipe ipſo celebrior, magisúe in omnibus ferè medicamentis vſitatior, cuius multiplices, in medicina vſus antequam recenſeam, primò de illius qualitatibus, atque præparatione ex doctiſſimorum virorum placitis, nonnulla præmittam. Galenus vbi varios animalium adipes inuicem comparat, de eo ſic ſcriptum reliquit: *Vulgus medicorum nouit leoninum adipem in vtroque, calfaciendo dico, & digerendo longè eſſe valentiſsimum. Proximum locum habet Pardi adeps, adeo vt parum emolliat. Minore autem in calfaciendo, ac dirigendo præditus virtute eſt Aſſyrinus, habetque plus quiddam in emolliendo: pari ſpatio ab hoc recedit Gallinaceus:* d Alibi ſic ſcribit. *Eſt adipes Gallinaceorum familiariſsimus, magisq; etiam Anſerum, quamodo tamen ad digerendum potentior, eſt enim ſubſtantia ſua tenuior.* Quod verò tenuium ſit partium, aliàs innuit, altiùs eum deſcendere ſcribens. Alibi in volucrum genere ad emolliendum primas obtinere affirmat, & alijs pluribus in locis ſuillo, & Gallinaceo vehementius, laxare, citra moleſtiam reſiccare, dolores, & laſſitudines auferre. Si deſit, Gallinaceum ſubſtituit, & in vtriuſque defectu, ſuillum: aliquando pro ceruino etiam Anſerum ſylueſtrium, item pro hyenæ ad alopecias. Hippocrates *pro medulla cerui*, inquit, *adeps Anſerinus ſubſtitui poteſt*. Auicenna non ſolùm huius quadrupedis medullæ ſed

a Phytogn. lib. 5. c. 2.

b De vitæ product. l. 2. cap. 16.

c Phytogn. lib. 1. c. 16. Factunt ad loquacitatem.

Vt in ſomnis patrata narrentur.

Ad hydrophobiam.

Anſerini adipis qualitates, & vires.

d De ſimpl. med. fac. ſecun. loc. lib. 5. c. 9.

sed etiam sepi loco vtitur. Aëtius ex Galeno nimirum, calidiorem, & ficciorem suillo esse tradit, & nequaquam terreum. Paulus Ægineta similiter, suillo, & caprillo calidiorem, & tenuiorum partium. Cæterum scire licet plurimum refetre, recensne, an inueteratus sit, pro vt vsus postulat, & hoc ne, vel illo modo sit præparatus: nam recēs, & sine sale asseruatus ad vuluæ vitia, & ad alios quosdam affectus confert: cùm sale conditus, & qui temporis spacio acrimoniam contraxit, eisdem malis longè sit inimicus. Quapropter antequam multi iuges eius vsus recitem, prudentem lectorem prænonitum volo, vt acre iudicium adhibeat, qua ætate conueniat, & quo modo paratus, sit adhibendus. Operæ erit ergo in omnium gratiam, quod paulò antè pollicitus fui, hic diuersas eius præparationes enarrare. *Anserum quoque adeps*, inquit Plinius, *& omnium auium præparatur, exemptisq; venis omnibus patina noua fictili operta in sole subdita aqua feruenti liquatur: siccaturq; lineis, iacets, & in fictili nouo situs loco frigido, minusq; putrescit, addito melle.* Dioscorides præparat sic: *Recens exemptis membranis, in fictilem ollam demissus, quæ altero tantopere capacior sit, quantus sit modus adipis, quem curare instituetis, obstructo diligenter vase, flagrantissimo soli exponitur. Eliquescens inde humor in fictile alterum excolatur, donec adeps omnis absumatur, mox loco vehementer frigido reconditur, & ad vsus dirigetur. Aly fictile fulciunt super aquam calidam, aut tenuem, & elanguidam prunam, quæ solis vicem penset. Est & alia curandi ratio. Exemptis membranis teritur, cōtectusq; in ollam eliquatur, adiecto minuti salis momento. Mox lineo colo transfusus reponitur.* In libro, qui Seruitoris inscribitur isthiusmodi præparatio legitur. Accipe ollam nouam, & pone in ea adipem, & hanc ollam pone intra aliam ollam plenam aqua, & pone ambas super ignem, & quicquid dissoluetur ex adipe clarifica in alio vase, quousq; totus dissoluatur, & repone in loco frigido. Et sunt, qui proijciant super eum modicum salis, quando reponunt, quia confert lassitudini, quando miscetur medicinis conferentibus ad hoc. Et qui est sine sale confert doloribus matricis, & admiscetur emplastris, quæ imponuntur super oculum, & scissuris labiorum, & doloribus auris, & asperitatem faciei, & confert colori. Hæc ille. Quomodo verò hunc adipem, Gallinaceum, & vitulinum à putredine seruemus, sic docet Dioscorides: *Quemuis adipem (horum trium, quæ diximus) diligenter elotum, & siccatum in vmbra super cribrum per linteamunda manibus vehementer exprimat, linoq; contusum vmbroso in loco suspendat, & post multos dies noua carta inuolutum frigido loco recondat. Pinguia autem indito melle, vindicantur à putredinis vitio. Vis omnium est excalfacere, mollire, rarefacere.* Docet quoquè, quomodo hic, aliusùe adeps odoratus fiat *Gallinaceus, Anserinusq;* (adeps) *sic odoribus imbui solent. Curiosis eorum percurati sextarij duo fictili olla excipiuntur. Eryßi sceptri, xylobalsami, palmæ elates, & calami planè contusi singulorum sexuncia admiscetur. Vini Lesbij cyatus vnus adijcitur. Eater efferuescunt prunis. Mox vase sublato ab igne, die noctuq; refrigerantur: postriate liquata per linteum crassum, mundum in vas excolantur. Vbi verò adeps coierit, concha excipitur, fictilisq; nouo operto per frigidis locis reponitur. Hyberna tempore id instituere oportet. Aestate liquidem pinguia non coguntur. Nec desunt qui Tyrrhenicæ cera momentum adijciant, quò facilius in vnum corpus omnia coalescant. Eadem ratione galbus adeps, & vrsinus, cæteriq; id genus odoramentis imbuuntur. Verùm lampsuchi odorem adeps ipse representabit hoc modo. Curati quàm optimè adipis, præsertim taurini manu na, tempestiuique lampsuchi exquisitè confracti sexquimina miscetur, & insper so largiori vino digeruntur in ossas, quæ in vase cooperto noctem quiescunt. Matutinis in fictili olla, lentulo igni, affusa aqua, leuiter coquuntur. Dumque suum adeps odorem exuerit, defæcatus, ac bene opertus nocte tota permanet. Postero die deterra sorde, quæ pessum ierat, lampsuchi, vt dictum est, contusi iterum sexquimina priori adijcitur, eodemque modo in ossis cogitur. Alijs quæ diximus, peractis decoquitur, & colatur: & si qua fundo basit spurcitia, deraditur, & loco frigido recondituir.* Item quoque ferè legitur apud *e* Plinium, qui adipem sic paratum ab agente Comagenum vocat. Honorem debemus (inquit) Comagenorum clarissimæ rei. Fit ex adipe Anserino, alioq; Celeberrimi vsus est: an hoc in Comagenæ Syriæ parte cum cinnamomo, casia, pipere albo, herba, quæ Comagenæ vocatur, obrutis niue vasis, odore iucundo, vtilissimum ad perfrictiones, conuulsiones, cæcos, ac subditos dolores, omniaq; quæ acopis curantur, vnguentumq; pariter, & medicamentum est. Fit & in Syria alio modo adipe auium curato, vt diximus, additis crysisceptro, xylobalsamo, phœnice elate, item calamo, singulorum pondere, qui sit adipis, cum vino bis, aut ter subferuefactis. Fit autem hyeme, quoniam æstate non glaciat, nisi accepta cera. Hæc omnia *f* Plinius, & alibi rursus. Aliud (inquit) repetit Syriæ pars, qua Comagenæ vocatur. Adipem enim (Anserū) in vase æreo cum cinnamomo niue multa obrutū, ac rigore gelido maceratū ad vsum præclari medicaminis, quod ab agente dicitur Comagenū. Sic Plinius. Sed Dio-

Anserini adipis præparatio.

Quomodo à putredine vendicetur.

Quomodo odoratus fiat.

e l. 29. c. 3. Medicamē Comagenū.

f lib. 10. c. 22.

ſcorides Comageni non meminit, cum tamen apud Nicolaum Myrepſum id nomen ſe legiſſe teſtetur Ornithologus. Sed iam ad huius adipis celeberrimos vſus accedamus: qui cum plurimis conferat morbis, eos recenſebo, ab ijs exorſus, qui totius ſunt corporis, ad eos progrediens, qui ſingularum ſunt partium. Eo igitur per ſe in omnibus affectionibus, quæ dolorem inducunt, vti licebit, eas enim maximè mitigare ſcribit Galenus, qui pariter alicubi pharmaco cuidam, vt dolorem ſedet huius adipis aliquid inijci iubet velut ipſe facere conſueuerat. *Adeps verò*, inquit, *Anſerinus ſit, vel eius inopia Gallinaceus. Si neque hunc habemus, ſuillum inijciamus, non ignari quidem magnam eſſe Anſerini ad reliquos eminentiam.* Idem adeps humores in intimis corporis partibus mordicantes mirum in modum obtundit, vt idem Galenus teſtatum reliquit. *Porrò ob tenuitatem eſſentiæ nonnulla acrimonias magis retundunt, vbi mirum in alto mordicantium corporum, quod moleſtum eſt, hæſerit: nam quod craſſiorum eſt partium minus, magis autem, quod ſubtilium tota corpora penetrat, & omnibus ipſum ſanitatibus mordicantibus permiſcetur. Hac ratione adeps Anſerinus, quæ in alto corpore mordicant, magis obtundit &c.*

Ad laſſitudines. Sicut autem dolores, ita etiam laſſitudines tollit, idcirco inter medicamenta acopa, ideſt, laſſitudines, & fatigationes leuantia ab eodem authore reponitur: vnde aliquando medicamentis ammiſcet, quæ myracopum conſtituunt, ſic ab eo deſcriptum. *Ceræ candidæ ʒ ij, adipis Anſerini odoramentis conditi vnciam vnam, medullæ cerinæ vnciam, ſalis ammoniaci ʒ ij, piperis albi ʒ ij, thuris vnciam, cinnamomi ʒ iij, aphronitri vnciam, Iridis Illyricæ ſextarios ij, mellis lib. iij, opobalſami ſextarium, Comagent lib. ij. Para, vt nolit.* Hanc eandem vim ſedandi, inquam, laſſitudines in eo pariter agnoſcunt & alij, vt Kiranides, qui Adeps Anſerinus, inquit, vtilis eſt acopis, & malagmatis.

Ad tumores omnes. Porrò omnibus ferè tumoribus præter naturam præcipuè confert: dolorem enim ſedat, emollit, & diſcutit: quæ tria in tumorum cura, quàm maximè plerunque requiruntur. Sic Galenus ad inflammationem cum dolore eum laudat, & phlegmonis cum oleo roſaceo mederi ſcribit, & alibi phlegmonis familiariſſimam eſſe, & rurſus conferre pro reſolutione tumoris, ne aliquid duri remaneat; ſic quoq; Plinius tubera, & quæcunque emolliri opus ſit, efficaciſſimè illo curari affirmat. Sic Æſculapius, & Conſtantinus omnem duritiem ſoluere teſtantur. Syluius Pariſienſis non contemnendus noſtri ævi medicus, quod maximè tenuium ſit partium in volucrum genere ad ſcirrhi curationem præferendum iudicat. Inſuper ſacro medetur igni, teſte Plinio, qui etiam eum cum ſinapi, melle, & cera Cypria illini liuoribus, ſugillatiſq; ſcribit. Apud Æginetam recipitur cum adipe Phaſianorum in emplaſtrum diapyranu, cui emplaſtro diſcutiendi vim tribuit. Non minus vtilitatis vulneribus præbet. Plinius cucurbitam toſtam in argilla, ac tritam cum adipe Anſeris, item Bubonis cerebrum cum eodem ad vulnera glutinanda commendat: & alibi ſcribit, cum butyro pari pondere paſtillis inditum ſanguinem ſiſtere: denique cum cerebro, & alumine, & œſipo attritis mederi. Hippocrates eiuſmodi medicamentum molliens præſcribit, quod etiam cicatrices emendat: *Scyllæ internam partem muſoſam tenuo, & reſinam de pice cum recenti adipe ſuillo, & oleo modico, reſinaque ac ceruſa modica.* Et adipem Anſerinum, ac ſuillum recentem purum, & oleum modicum, & ſcyllam, & ceram albiſſimam. g Olaus Magnus ex Plinio, vt videtur: nam idem ferè apud hunc legas, hunc adipem melli commixtum, & morſui canis rabidi appoſitum celeriter ad ſanitatem perducere ſcribit. Prodeſt etiam ad venena. Poſt venena ſumpta, inquit Gainerius, vomitus eſt prouocandus cum aqua calida mixto butyro, cui rectè additur etiam parum adipis Anſerini, vel adeps ipſa cum vino dulci decocta bibitur. Reſtat modo vt de morbis agamus, qui ſingularum partium ſunt peculiares, inter quos ſeſe nobis primum prodit alopecia, cui hunc adipem mederi teſtatur Auicenna. Et Marcellus infantum alopeciarum vitia huius perfrictione ſuppleri affirmat. Galenus de compoſitione medicamentorum ſecundum loca inter remedia alopeciæ, *Vrſæ adeps*, inquit, *præſtat, ſi vetuſtior eſt: quamquam etiam hyenæ, leoniſque, ac pardalis, ac Anſeris adipes conueniunt: & quicunque tenuium partium ſubſtantiam habent, quò prompte in cutis profundum penetrare queant, atque ad radices uſque capillorum pertingant.* Et rurſus ad eundem affectum, *Quæ ex adipibus*, inquit, *componuntur, medicatæ autem thapſia amixta ſimiliter proſunt: præſertim ſi cupherby, & adarcy addatur pars duodecima. Sit autem adeps trium generum leonini, pardalij & hyenæ, cuiuſque pars vna. Si verò hyenæ adeps non adeſt, ſufficit præſentibus reliquis duobus, vti Anſerino ammixto. Si verò omnes quatuor habeas, ſimul omnes miſcebis, addito inſuper, ſi adſit, vrſino, &c.* Porrigini quoque, ſeu capitis furfuribus hic adeps probeſſe dicitur cum naſturtij ſemine mixtus. Tali enim aſſidua lotione capitis furfures depellit: ſicuti ex Plinio patet, qui non ſolum porriginem, ſed

Ad dolorẽ ſedandum.

Ad tumores omnes.

Ad inflãmationem cũ dolore.

Ad duritias.

Ad ſcirrhos.

Ad ignem ſacrum.

Ad liuores ſuggi lataque.

Ad vlnera.

Ad ſanguinẽ ſiſtendũ.

Ad attrita.

Ad cicatrices.

Ad venen.

Ad alopeciam.

Ad porrigi nem.

g *Hiſt. ſept. l. 19. c. 7.*

capitis

capitis etiam vlcera, nasturtij semen tritum, & adipi Anserinæ mixtum emendare tradit, authore Sextio. Ad capitis, & temporum dolorem Apollonius apud Galenum medicamenta quædam ex adipe Anserino illinire iubet. Sanguinem verò à crebro profluentem; Anseris, aut Anatis adipem cum rosaceo coctum, & infusum sistere tradit Plinius. Idem somnos allicere, œsipum cum adipe Anserino & vino myrtite; & rursus cutem in facie adipem Anseris, vel Gallinæ custodire. Quod ante eum scripserat Dioscorides: ait enim vtilem esse εἰς περίλειαν πρόσωπου, hoc est, ad conseruationem faciei, ne scilicet tempestatibus, aut soli lædatur. Ruellius vertit ad mangonizandam faciem; Marcellus Virgilius ad tutorem vultus. In hanc quoque sententiam fortè scriptum reliquit Plinius, Iecur vituli cum Anseris adipe, & ocimi succo genarum vitijs optimum esse. Oculorum vitijs in homine, nullum remedium ex hoc adipe apud authoees obseruaui. De eisdem verò affectionibus in equis sic memoriæ prodiderunt, Absyrtus, & Hierocles Hippiatri: *Si vnius (διαχωσι) acciderit in oculo equi, & gramina (lemæ) crassa emanant cum periculo, ne oculi subflantia effluat, medullam cuiusdam tritam illines, & manu aliquandiu cohibebis, his die: præstat autem meaullarecens. Quod si ad manum illa non fuerit, adipe Anserino, Gallinaceoue veteris. Iuuat etiam medulla cum adipe Anseris permixta.* Commendatur etiam ab Hierocle sepiæ ostracum ad equorum leucomata cum alijs quibusdam, & adipe Anseris permixtum. Aurium vitijs diuersis quis mederi volens, plurima hinc remedia accipiet, quæ licet simplicia omnia non sint, imo pleraque composita, nihilominus referre hic placuit, eoq; maximè cùm præcipua facultas huic adipi debeatur. *Apud Nicolaum Myrepsum in primis multis auricularibus medicamentis amiscetur*, aurium autem vitijs mederi quamplurimi alij testantur viri doctissimi. Si auricula aliquo pacto vitiata fuerit, Anserina adipe infusa diligenter expurgabitur, sanitatiq; reddetur. Marcellus. Si terreni vermes cum adipe Anseris decocti infundantur auribus, constat deplorata vitia eo remedio sanari. Plinius, & Marcellus. Anserinus adeps instillatus dolorem aurium lenit. Dioscorides, Auicenna, & Simeon Sethi. Anserinum, aut Gallinaceum adipem liquefactum tensim instillat Apollonius ad aurium dolores apud Galenum de compositione medicamentorum secundum loca: vbi Galenus, *Gallinaceus*, inquit, & *Anserinus adeps, si quidem euacuatum corpus inuenerint, & humorem, qui inflammatam affectionem excitat, non amplius influentem, duabus vtrisque actionibus tum mitigandi, tum curandi profuerint. Si verò influente adhuc causa adhibeantur, affectioni quidem nihil auxiliantur, leniunt tamen doloris accessionem, siue symptoma, quemadmodum si ob humorum acredinem mordacitas contingat.* Hæc Galenus. Aures mirificè iuuat adeps Anserinus cum ocimi succo impositus. Plinius. Ocimum auribus vtilissimum, infantium præcipuè cum adipe Anserino. Idem. Seuum vitulinum adipe Anserino mixtum, adiecto ocymi succo, tepidum auribus dolentibus infusum optimè sanat. Marcellus. Adeps Anserinus cum ocymi succo tepefacto instillatoq; dolores auricularum infantilium sanat. Idem: qui vtrumq; locum ex Plinio decerpsisse videtur. Aſt contusas, & fractas aures: Adipem Anserinum, & lac muliebre mixta instilla, aut adipem bubulum, ac Anserinũ portionibus liquefactos instilla, aut myrrham, & adipem Anserinum, vel butyrum, vel resinam, & conchylij partem internam æquis partibus trita super aurem, & propinqua tempora impone. Asclepiades apud Galenum. Lac muliebre aurium vitijs medetur, modicè admixto oleo: aut si ab ictu doleant, Anserino adipe tepefactum. Plinius. Cùm auris percussa, & rupta fuerit, seuum Anatis (Ornithologus rectè legit Anseris, Anserem enim, & Anatem interpretes Arabum nonunquam confundunt) coletur guttatim, & apponatur cum eo lac mulieris. Hæc tepida cum succo basilici, cuius semen est rubeum apponatur (instilletur) [b] Rhasis ex Galeno. Ad aurium inflammationes in superficie cutis ex humorum impressione, aut plaga obortas, item tumores, ac rubores, adipem Anserinum, & lac muliebre mixta, aut adipem bubulum, ac Anserinum, æquis portionibus liquefactos instilla. Apollonius apud Galenum. Apud eundem Andromachus medicamento ad aurium vlcerationes siccas, non humentes, inscripto, miscet adipem Anserinum. Terreni vermes cum Anseris adipe, vel cum oleo decocti sine dubio medentur auribus purulentis. Marcellus. Quia verò hæc auis auditu admodum pollet, vt dictum est, ideo eius adipem ad aurium grauitatem facere scribit Io. Baptista Porta. Valere autem ad eam plurimi alij quoque scripserunt doctissimi viri. Serenus.

Si verò obtusa (alias obstructa) sensus remoretur in aure
Lumbricos terræ, seuumq; ex Ansere rauco
Excoque: vel veterem poteris depellere morbum.

Grauitatem aurium emendat adeps Anserinus: quidam adijciunt succum cepæ, & allij pari modo. Auricularum sonitum, & grauitatem emendant succo ceparum cum adipe Anseri-

Ad capitis dolorem.
Ad sanguinem profluentem à crebro.
Ad somnũ conciliandum.
Ad cutem faciei cutioseandũ.
Ad oculorũ vitia.
Ad leucomata.
Ad aurium vitia.

[b] *De bo. animal.*

no, aut cum melle inſtillato. Plinius, & alibi: Allij ſuccus auribus inſtillatur cum adipe Anſerino. Adeps Anſerinus cum cæpæ ſucco mixtus bene, auriculæ infuſus, ſurdis auditum reuocat. Sextus Philoſophus Platonicus. Adipem Anſerinum, & fęl Bouis, ac taurinum pari menſura mixta inſtillato ad auditus grauitatem. Apollonius apud Galenum. Si maior ſit dolor, aut grauitas Auriũ, ſeuum bubulum cum adipe Anſerino tepefactum infundunt. Plinius. Et rurſus: Prodeſt & ſeuum vituli cum Anſeris adipe, & ocymi ſucco. Adeps Anſerinus miſcetur croci ſucco, quæ infuſa auribus incommodos ſonitus, tinnituſq; earum propriè, & vnicè tollunt. Marcellus. Ad ſonitus, & inflationes aurium, nitrum, & reſinam, & adipem Anſerinum æquis partibus cum oleo commixto diſſoluta inſtilla. Apollonius apud Galenum. Et rurſus: Cæpas, & allium, & adipem pari menſura trita, & excolata infunde. Sonitũ, ac grauitatem in auriculis emendant cum adipe Anſerino, aut melle inſtillantes cæparum ſuccum. Plinius. Si aqua auditorium meatum intrauerit, plurimùm prodeſt adeps Anſerinus (atque item vulpinus, & Gallinaceus) mediocriter calidus infuſus. Galenus duobus in locis. Adeps Anſerina cùm crocei ſucco mixta, & tepefacta, ac ſic infuſa aquam, & omnem humorem ve auriculis euocat, & perſanat: Marcellus.

Si verò in patulas animal penetrauerit aures
Proderit admixto pauidi fel muris aceto,
Aut ſi lympha potens peruaſerit, Anſeris aptus
Immittatur adeps caparum non ſine ſucco.
Qui grauis eſt oculis, ſenſum tamen auribus auget.

Ad narium affectiones varias. Serenus. Idem remedium legitur apud Plinium, Sextum, Æſculapium, & Galenum, qui tepefactum inſtillari iubet. Sextus bene miſeri. Ad varias narium affectiones. Adeps Anſeris cum butyro pari pondere infuſus, profluuium narium ſiſtit. Marcellus. Vbi cruſtæ vlceri narium obductæ, adipe Anſerino, aut butyro cum roſaceo cerato curantur. Lampon ad ozænas apud Galenum: vbi quoque medicamento cuidam Aſclepiadis ad ozænas adeps Anſerinus adijcitur. Ad labia affecta. Adeps Anſerinus labiorum rimas illitus ſanat. Dioſcorides, Simeon Sethi, Plinius, & Marcellus, fiſſuras faciei, & labiorum. Auicenna. Profundiores in labijs fiſſuras, adipe caprillo, aut Anſerino curabis. Nicolaus Myrepſus. Hirci ſeuum efficax eſt labrorum fiſſuris cum adipe Anſerino, ac medulla ceruina. Marcellus. Paulò aliter Sextus, ſepum, capræ, inquit, & adipem Anſerinum, medullam cerui, & cæpæ cum reſina ſimul, & calce viuo fac vt malagma: mirè ſanant labiorum fiſſuras. Vlcera oris, ac rimas, ſeuum vituli, vel bouis cum adipe Anſerino optimè iungit. Marcellus. Plinius etiam ocimi ſuccum addit. Ad aphthas, ideſt vlcera oris, adipem ſuillum, aut Anſerinum manna inſperſa illinito. Archigenes apud Galenum, vbi Crito etiam ad aphthas medicamentum componit ex alumine, & malicorio punici dulcis: quòd, inquit Galenus, niſi adipem Anſerinum miſcuiſſet, ad putrefactiones fortè congrueret. Ad ceruicem læſam. Rigor ceruicis adipe Anſerina, vel potius Gruina perunctus velociſſimè mollietur. Marcellus. Ad ceruicum tumores ſedandos ouorum vitelli cocti cum adipe Anſerino illinuntur, felle caprino æquis ponderibus permixto, atque inde ceruices fricantur. Idem. Aliqui ad inunctionem gibberis adipem ex Anſere ſic eliciunt. Anſerem pinguem muribus minutatim inciſis farctum aſſant, & deſtillantem inde liquorem ad inunctionem gibberis vtuntur. Ad mammarum affectiones: Mammas à partu cuſtodit adeps Anſeris cùm roſaceo, & aranco. Plinius. Serenus, vt conſtringantur papillæ Anſeris adipem illini præcipit, cum lacte tepente Plinius earundem dolorem minui ſcribit, ſi hoc adipe perungantur. Ad ſuppuratos. Anethi ficci veteris puluerem, & reſinæ pityinæ puluerem cum adipe vetere Anſerino, aut Gallinaceo edendum mane ieiuno empyico cochlearia tria, & veſpere tantummodo dabis, mirè ſubuenies. Marcellus. Idem medicamento è cancris marinis pro phthiſico adipem Anſerinum addit. Hydropicis œſipum ex vino, addita myrrha, modicè potui datur, nucis auellanæ magnitudine. Aliqui addunt & Anſerinum adipem, & oleum myrteum. Plinius. Adeps Anſerinus cum eiuſdem cerebro, & butyro, & alumine, & œſypo impoſitus ad cerati modum efficaciter renibus prodeſt. Marcellus. Ad colicum Galenus huiuſmodi ænema præſcribit: At ſi cum febri vnà talis dolor aliquando incidat, principio quidem, ſi id ferunt, fomentum ficcum ex milio eſt adhibendum: ſi ab hoc non quieſcunt, ſemen aliquod, quod flatum diſſipet in oleo, quod tenuium ſit partium coquere, mox per linteum, quod purum ſit, oleum colare: deinde Anſeris ſeuum in oleo liquare, ac per ſedem iufundere oportebit. Si Anſeris ſeuum non ſit, Gallinaceo eſt vtendum: in primiſq; curandum, vt ſit expers ſalis: eſto autem non admodum vetus: licet verò & recenti vti, præſertim Anſerino. Ad ſedis vitia. Adeps Anſerinus cum eiuſdem cerebro, & œſypo, & alumine ſubigitur, & imponitur ani omnibus cauſis. Marcellus.

Ad oris vlcera.
Ad ceruicis rigores.
Ad cinſaẽ tumores.
Ad mammas à partu conſeruandas.
Ad papillas cõſtringendas.
Ad earum dolorem.
Ad ſuppuratos.
Ad phthiſim.
Ad hydropem.
Ad venes affectos.
Ad colicũ affectum.
Ad ſedis vitia.

lus. Idem adeps, alijq; diuersi apud Galenum de compositione medicamentorum, secundū loca miscentur medicamentis ad sedem. Sedis vitijs prodest butyrum cum adipe Anserino, ac rosaceo. Modum ipsæ res statuunt, vt sint illitu faciles. Plinius. Agrimonia trita cum adipe Anserino imposita condylomatis medetur. Marcellus. Muliebrem hæmorrhoidem ita curato. Multa calida aqua prolnito, in aqua verò adorata, velut estmyrica trita coquito. Deinde spumam argenti tostam, & gallam misceto, & vinum album, & oleum, & Anseris adipem affundito, omniaq; simul trita post factam prolutionem illinenda dato Proluere verò oportet, sede quàm maximè extracta. *i* Hippocrates. Ne acria perurant adeps Anserinus cum cera punica, cerussa, rosaceo infricatur. Idem adeps Cygni. Hæc & hæmorrhoidas sanare dicuntur. Plinius. Cuius verba, *Ne acria perurant*, contra acres, & calidos sedis dolores interpretanda sunt: nam & apud *k* Galenum sic legimus; Ad sedis ex ardore dolores, recentem Anseris adipem inungito, & emplastri in modum imponito. Heras in medicamentum quoddam sedis pro œsypo, inquit, Galenus, adipem Anserinum pari pondere coniecit. Hippocrates autem, Anserino adipe, & suillo, solani succo, chrysocolla, & resina, & cera alba commistis, & simul liquefactis, sedem inflammatam illinire iubet, quamdiù inflammatio durauerit. Ad vlcera genitalium. Oesypum sanat vlcera genitalium cum Anserino adipe. Dioscorides. Ad vrinæ stillicidium. Vrinæ incontinentiam cohibent leporis testiculi tosti, vel coagulum cum Anserino adipe in polenta. Inhiberi Venerem pugnatoris Galli, testiculis Anserino adipe illitis, adalligatisq; pelle arietina tradunt. Plinius. Ad vluæ vitia. Adeps Anserinus matrici vtilis est. Auicenna. Adeps Anserinus, aut Gallinaceus recens, & sine sale conditus ad vluæ vitia proficit: sale inueteratus, & qui temporis spacio acrimoniam concepit, vluæ inimicus est. Dioscorides; & alibi: Adeps Anserinus, & Gallinaceus conueniunt muliebribus malis Lac muliebre cum œsypo, & adipe Anserino vluarum doloribus imponitur. Si verò dolores ad extremam debilitatem deduxerunt, spongijs calidis ex aqua, & oleo expressis foueto, & subdititia mollia apponito, medullam cerui, adipem Anserinum, & ceram albam, & oui luteum, aut ceratum picatum cum resina subdito. Hippocrates. Si dolor fuerit vehemēs post purgationē (ex subdititijs) sambuci fructum, lauri baccas, in vino nigro coquito, & de aqua duas heminas excolato, misceto autem cum adipe Anseris, & oleo rosaceo, & tepidum infunde. Hippocrates. Aliud Si dolor vexarit ex subdititijs purgatam, myrrhæ acceptabulum, thuris tantundem, melanthium, Cyperum, seseli, anisum, apij semen, netopon, mel, resinam, adipem Anserinum, oui candidum, vnguentum Ægyptium singula paribus portionibus in vino albo duci duarum heminarum mensura tertio, & tepidis infusis colluito Hippocrates. Vluarum durities, collectiones (locorum duritias, & concretiones Sextus) adeps Anserinas, aut Cygni illitus emollit. Plinius. Hippocrates adipem hunc mollitorijs, alijsq; plurimis vteri medicamentis crebro admiscet, vt ex sequentibus patebit. Adipem ouillum, ouorum vitellum, mel, oleum rosaceum sumito, & cum his farinam subigito, & ad lentum ignem tepefacito, & quod destillat, lana exceptum emollito, ac apponito: aut adipem ouillum aromatis conditum, & nitrum rubrum, Anseris adipem, ouillum adipem, ceram albam, netopon, rosaceum oleum, hæc quàm optimè permisceto, & tenuibus linteis excipito, & statim vbi lota est, apponat tepida osculo vterorum, aut cerui adipem in rosaceo oleo liquefaciat, & molli lana excepta subdat. Hippocrates. Aliud subdititium molle. Cum verò duri fuerint vteri, & sic doluerint, subdititia apponito, velut est cerui medulla, aut Anserinus adeps, aut suillus adeps, aut vnguentum irinum cùm melle, & oui luteum, & ceram albam velut cataplasma emollito, hordeaceam, ac triticeam farinam cum aqua, & ruta concoquito Hippocrates. Aliud. Vtatur & subdititijs mollibus ex myrrha, pice, cera, & adipe Anserino. Hippocrates, qui paulò superiùs penicillos ex lino eodem adipe illitos subdi iusserat. Semen vrticæ, & maluæ succum cum adipe Anserino tritum subdito. Idem. Aliud purgatorium. Glandulas facito ex mellis, bituminis drachmis duabus, Ioanisi acetabula, felle bouis, myrrhæ drachmis tribus, elaterij potione, hæc in vase æneo coquito, & Anseris adipem misceto. Idem. Aliud. Vrticæ semen, & maluæ succum, & Anserinum adipem simul permixta subdat. Idem. Aliud ad sanguinem vteri ducendum Elaterij potiones quatuor adipe Anserino, & Caprino, & myfi ammisceto, in glandulam formato, & in linteo apponito. Idem. Aliud quod vteros expurgat, & sanguinem euacuat. Absynthij radicem tritam, melle, & adipe Anserino ammixtis apponito. Idem. Aliud. Si menses non compareant, Styracem, & origanum terito, & permistis adipem Anserinum affundito, ac apponito. Idem. Idem remedium alibi recenset. Aliud. Si menses non fiant, adipem Anseris, & nepotum & resinam mulier lana excepta subdat. Idem. Si ex partu mulier non fuerit purgata: Ad os verò vterorum adipem Anserinum illinito, & myrrham, & resinam

Ad muliebres hæmorrhoidas

i l. de hæmorrhoidib.

k Eupor. 1. Ad sedis ex ardore dolores.

Ad vlcera genitalia.

Ad vrinæ stillicidia.

Ad vluæ vitia.

Ad veteri dolorem.

Ad vluarum durities, & collectiones.

Ad veterū purgandū.

tepi-

Ad partum difficilem.

tepidam. Ad partus difficultatem ex vteri siccitate: Siverò ea, quæ in partu est ficca fuerit, & difficulter humectetur, oleum bibat, & locos oleo calido cum maluæ aqua irriget, & cerato liquido illinat, & Anserinum adipem cum oleo infundat. Idem. Ad

Ad fœtum mortuum extrahendum.

ejciendum fœtum mortuum subditicium: Testam recentem, & adipem Anserinum terat, & apponat. Aliud. Crocum terito, & adipem Anserinum affundito, & excolata in vteros infundito, & ad plurimum tempus relinquito. Idem. Aliud. Calamum odoratum, & cucumeris syluestris medullam, cum adipe Anserino terito: diliget autem vmbilicum, & pectinem, & de hoc modicum lanæ instillatum ad os vteri apponat, & ab hoc paulatim extrahetur. Idem. Si verò mulier abortum fecerit egressus, siue putrefactus, & intumuerit, aut aliud quid huiusmodi passus fuerit, hæc fieri præcipit. Porri & apij succum per linteum expressum de vtriusque colligito, & olei rosacei heminam, & adipis Anserini quadrantem adijcito, resinæ obolos tres in oleo liquefacito, & vbi mulierem ad pedes altiorem feceris in vteros infundito, & decumbens ad plurimum tempus contineat: deinde ad dies quatuor desidere iubeto, &

Ad secundas expellendas.

egreditur puer putrefactus &c. Secundarum expulsorium, quod vteris infunditur. Quum secunda à frigore mortificata computruerit, vbi ventus frigidus fecerit, crocum leuiter tritum drachmæ pondere cum adipe Anserino infundito, & ad plurimum tempus finito. Idem.

Ad fluxum rubrum.

Ad fluxum rubrum vteri sistendum. Si reficcare fluxum opus fuerit, calamintham in vino nigro coquito, & lineo inuolutum apponito, aut hyoscyami folia, & cicutam simul coquito. Similiter porrum, & maluam, & ceram, & Anseris adipem amisceto, deinde tepida ad pudenda subdito. Ad aquam intercutem vteri. Quum aqua ex pudendo fluxerit, myricæ folia, & thus, & resinam cum Anserino adipe terito, & per clysterem in pudendum infundito. Idem. Alibi hunc adipem per se aquæ ex vtero fluenti auxiliari scribit Alibi cum sulphure delingendum dat. Si verò non solùm vterus aqua intercutem laborarit, sed etiam vlceratus fuerit, hoc remedium præscribit. Anseris adipem, & ouum illinito, aut ouillum, aut suillum adipem, & lentem in vino coquito, & hoc pari aqua temperatum infundito. Ad vteri inflammationem. Si inflammati fuerint puerperæ vteri, venter ardet, & magnus sit, & ad præcordia suffocatio habet. Quum sic habuerit, muscum marinum, quem super pisces injiciunt, pro cataplasmate, netopum, resinam, mel, adipem Anserinum, acetum album, vnguentum album Ægyptium: hæc omnia simul trita, & vini alibi heminis duabus diluta, tepida infunde. Et rursus paulò inferius: Aut adipem Anseris in resina liquefacito, & similiter oleum cedrinum modicum affundito, & cum melle liquefacito, ac tepida infundito. Idem. Ad vteri suffocationem. Axiliatur & aceti albi cyathus potatus: aut iuniperi fructum, aut adipem sumere Anserinum, & ceratum resinatum, ac picem in ipso liquefacere, & subditicias glandulas efformare. Idem. Ad pustulas. Quum in purgatione pustulæ circa osculum vteri fuerint sic curato: Carnem bubulam cum butyro, aut adipe Anserino, & anisso tritis illinito, & ipsam carnem in pudendum inde. Idem. Ad vlcera inflammata. Si vlcera fuerint acria, & inflammata, hac collutione vtere: Adipem Anseris, & resinam misce, & aqua tepida diluta infunde. Idem. Aliud. Si ex partu, aut inflammatione vteri fuerint inflammati Anseris adipem resinæ amisceto, affuloque ad hoc vino, tepefactum infundito. Idem. Aliud ad vterum ex partu vlceratum, & inflammatum. Si verò os eius vlceratum fuerit, ac inflammatum myrrham, & adipem Anserinum, & ceram albam, & thus pilis leporinis sub ventre natis misceto, & simul trita in lana apponito. Idem: & alibi: Si vlcera fuerint acria, & inflammata hac collutione vtere. Adipem Anseris, & resinam misce, & aqua tepida diluta infunde. Ad conceptum. Portulacam cum adipe Anserino, & myrrha, & porri semine, & felle bubulo lanæ terito, & lanæ inuoluta ad os vteri apponito. Idem. Aliud. Secundam mulieris, & vermium capita, & alumen Ægyptium cum adipe Anserino diluito, & in lana ad os vteri apponito. Idem. Aliud. Quibus autem à viro immissa graueolentia fuerint non concipit: portulacam igitur, & adipem Anserinum misceto. Idem, qui passim plurima alia huiusmodi subditicia ad conceptū facientia recenset, quæ breuitatis causa lubens prætereo. Ad abortum ex eodem. Pastinacæ semen lauissimè terito, & lacti superstantem concretionem amisceto, & adipem Anserinum aliquatum. Hæc feruefacta bibenda dato. Alibi abortum facienti adipem ouillum, & Anserinum, & mel simul mixta, ac trita dat elingenda. Ibium cineres cum adipe Anseris, & irino perunctis, si conceptus sit, partum continere tradunt. Plinius. Ad vteri procidentiam. Postquam autem purgaueris, fomento vteris adhibito ex his, quæ cum lauro præparantur id, quod ex narciso præparatur apponito, & posterà die apidem Anserinum: postea interm issis tribus diebus collutione aceto parata vtere. Hippocrates. Cum Anserino adipe perunctis mammis dolores minuere putant, molas vteri tum pere, scabiem vuluarum sedare, si cum cimice trito illinatur. Plinius. Adipem Anseris

Ad abortū.

Ad vteri procidentiam.

calentem

calentem adhuc à recenti ex ventre Anseris exemptione illini iubent ventri, & coxis puerperæ statim à partu, & eadē loca mox fascijs lineis astringi, quas per dies nouē relinquunt: ita ventrem sine rugis, & læuem permansurum. Andreas Furnerius. Adeps Anseris vtilis est in pessarijs. Kiranides. Atq; hæc sunt remedia, quæ ex Anseris adipe desumuntur. Iam accedamus ad ea, quæ subministrat liquor quidam, quæ arte ex Ansere elicitur, qui propriè adeps dici non potest, sed ad adipis naturam accedit: cùm non paruam illius in se portionē habeat permixtam. Leonellus igitur Fauentinus, resolutionis curam præscribens, Anserem veterem deplumari, exenterariq; iubet, & in ventrem eius imponi pinguedinis Anatis, lupi, vulpis, taxi, felis syluestris æquis portionibus drachmas duas: saluiæ viridis, iuæ primulæueris, herbæ paralysis, vel arthiticæ paribus portionibus manipulum dimidium. Herbæ virides, inquit, cum adipibus validè contundantur. His farctus Anser in veru assetur: & pingui, quod destillauerit collecto, spina dorsi, membrumq; paralyticum inungatur. Antonius Gainerius inter remedia arthritidis vnguentū ex Ansere describit, quo innumeri homines restituti sint. Sed ipsos, quos recitat ex innominato authore versus vtcunq; barbaros adscribā.

Ad ventrē à rugis vindicandum.

Ad paralysim.

Ad arthritidem.

Anser fumatur, veteranus qui videatur,
Mox deplumetur, vitalibus euacuetur,
Intus ponantur, quæ superius numerantur,
Trita caro, tota trita (locus apparet mutilus, & deprauatus, fortè legendum, trita caro catti parūi) *mox pelle remota*
Vncium porcinum, thus, cera, sagimen eiusdem.
Pondere sint æquo sal, mel, faba, fitq; sarigo.
Post hoc assetur. Tamen assus non comedetur.
Vas supponatur sic, vt liquor accipiatur:
Quo membris vnctis, gutta dissoluitur omnis,
Certè hoc vnguentum præstat super omne talentum.

Ioannes Gorrotus in libro Gallico de curandis morbis vnguentum ad arthritin quoque ex consimili pingui describit huiusmodi: Anserem pinguem deplumatum exentaratumq; felibus paruis bene habitis minutatim incisis farcito, adiecto etiam sale, & ad ignem lentum assato: & quod destillauerit, reseruato. Quidam hoc oleum, siue pinguedinem ex Ansere contra arthritin frigidam, & etiam contra membrorum extenuationem describunt. Anser antiquus repleatur sanguine, suillo, sepo ouino, pice, lardo, vel communi pinguedine, pari pondere vncijs duabus, thuris vncijs tribus, ceræ modico, assetur, & quod destillat reserua, & cū eo sæpe vnge locum affectum. Aduersus spasmum, inquit Marcus Gattinaria extat experimentum egregium, quod Nicolaus Florentinus ex Thadæo refert. Conuenit post diuersiones, euacuationes, resoluens ac remittens dolorem, huiusmodi. In Anseris pinguis exenterati ventre cattus minutim incisus cum lardo, murrha, & thure (ventre scilicet à farctura consuto) assetur in veru, & supponatur vas aceto albo medium. Defluentem hinc pinguedinem post primum succum, qui minus vtilis est, colligito supernatantem aceto, & in aliquo vase recondito. Deinde bulliat Anser in dicto aceto, & pinguedo, quę copiosè ab eo separabitur aceto supernatans, similiter colligatur, & misceatur cum prima. Hac inungetur membrum spasmo affectum. Ipse noui quendam simili vnguento feliciter vsum ad tendines in cervice induratos, atque obtortos. Syluius ad huiusmodi affectus Anserem exenteratum farcire docet carnibus felis annosæ, & herbis, quæ neruos iuuent, vt inde eliquatus adeps fit medicamentosior. Ius quoque contra venena vel intus sumpta, vel etiam quomodolibet aliter naturæ vim inferentia exhibetur. A serpente morsi cùm qui venenum exugat, non sit, iubet Celsus, vt hoc iure vel ouillo, vel vitulino vomitus moueatur. Idem præcipit Nicander contra cantharides, qui etiam ius ex pullo Anserino dat contra toxicum. Dioscorides post vomitionem oleo irino concitatam exhibet ijs, qui coriandrum hauserunt. Heraclides Medicus, teste Plinio, eryngem in iure Anseris decoctam remedijs omnibus contra toxica, & aconita efficaciorem arbitratur. Idem ius, si Kiranidi credimus, potum cum vino, prodest eis, qui biberint vinum multum, aut aconitum, aut dorycnium, id est, herbam Apollinaren; cui quoque malo viscera Anseris assa, & in cibo sumpta prodesse affirmat. Sanguis vtilissimè in antidota miscetur, vt testatur Dioscorides, cumq; imitatus Paulus Ægineta, inquiens: Antidotum ex sanguinibus, quod in lethalia medicamenta efficax est, Anatis, hœdi, & Anseris sanguinem recipit. Nicolaus Myrepsus ad deleteria, lethaliaue sanguinem Anserinum cum aceto, aut Anatis cum vino bibendum dat, quod ait esse mirabile. Bibitur quoq; contra leporis marini venenum calidus, authore Dioscoride. Auicenna an calidus sit bibendus non exprimit. Aëtius adhuc calentem cum passo bibi iubet. Contra eosdem lepores marinos

Ad malorum extenuationem.

Ad spasmum. Iuris vires.

Contra venena.

Sanguinis vires.

Aduenena.

nos eundem ſanguinem cum olei æqua portione valere ſcribit Plinius. Item contra medi-
camenta mala omnia, aſſeruari cum Lemnia rubrica, & ſpinæ albæ ſucco, paſtillorum dra-
chmis quinque, qui in cyatis ternis aquæ bibantur. Idem ſanguis ſiccus miſcetur medica-
mento ad febres chronicas in libro, qui Galeno adſcribitur de remedijs experimento pro-
batis inter Azariconis medicinas. Fel Anſerinum contuſis oculis laudari ait Plinius, ita vt
poſtea hyſſopo (fortè œſypro) & melle inungantur. Ipſum autem cum felle bubulo, & ſuc-
co daphnes furiosos ſanare ſcribit Kiranides. Plinius anguinis felle Anſerino cum elaterio, &
melle ſuccurrit. Kiranides quoque fel Anſeris, maximè ſylueſtris cum ſucco praſſij, aut po-
lygoni in peſſario poſitum, conceptionem præbere, viriſq; intenſionem tradere. De medul-
la cùm huius, tum aliarum auium Monachi Meſues commentatores ſit ſcriptum reliquere:
Ex cruribus autem, ſiue ex alis volatilium nuſquam legimus admiſſas medullas (Atqui Hip-
pocrates eis frequenter vtitur) nec enim putamus, ipſas omnino virtute carere, vt ſunt me-
dullæ crurum, & Alarum, Anſeris, Anatis, Gruis, Ciconiæ, Struthionis, ſiue Struthiocame-
li. Tamen nos, ni fallimur, credimus ipſas eiuſdem virtutis eſſe cum alia ipſorum pingue-
dine, & optimè pro ea poſſunt ſubſtitui. Non obſtante, quod tales medullæ ſint generaliter
liquidæ, plus quam medullæ quadrupedum. Quod poſtremum ab ipſis pronunciatum à ve-
ritate non abhorret: nam Hippocrates Anſerina medulla in vteri affectibus vtitur, quibus
eiuſdem volucris adipem tanquam emollientem eſſe familiariſſimum omnibus eſt in con-
feſſo. Ad vteri igitur duritiem hoc ſubditicium molle præſcribit Hippocrates: Medullam
Anſeris magnitudine nucis, ceram magnitudine fabæ. Hæc cum roſaceo vnguento ad len-
tum ignem liquefacito, & velut ceratum efficito: deinde ex hoc tepido os vteri illinito, &
pectinem irrigato. Aliud ad molliendum, & purgandum vterum docet huiuſmodi. Me-
dullam Anſeris, aut bouis, aut cerui, magnitudine fabæ, affuſo vnguento roſaceo, & lacte
muliebri terito, velut molle pharmacum teri ſolet: Deinde ex hoc os vteri illinito. Hæc ea-
dē alijs in locis repetit Hippocrates. Oua Anſeris efficraſia eſſe dixerimus, & difficilia con-
coctu, malumq; ſuccum parere: tamen apud Simeonem Sethi dicuntur proprietate quadam
peculiari euphyan, hoc eſt ingenij bonitatem præſtare ijs, qui cum melle, & butyro aſſiduè
eſitauerint. Quæ tamen verba de Anſerinis nè priuatim, an de ouis in genere prolata ſint,
dubitatur. Antonius Ludouicus id de Anſeris abſque vlla hæſitatione accipiendum aſſe-
rit. Kiranides hæc oua idem præſtare tradit, quod Gallinacea. Galemis ad diuturnam dy-
ſenteriam cocti Anſerini oui putamen minutiſſimè tritum dimidiæ drachmæ quantitate ex
vino propinat. Anſeris ſtercus ob nimiam caliditatem inutile eſſe affirmant grauiſſimi au-
thores. l Galenus etiam ob nimiam acrimoniam: reijcit, ſicuti & Actius, inquiens: *Anſe-
ris, Accipitris, Gruum, & ſimilium ſtercora, de quibus multa nugaces quidam fabulantur, inutilia eſſe
experimento compertum eſt.* m Fernelius eiſdem, ſed efficaciores facultates tribuit, quā Co-
lumbino: nempe attrahendi, calfaciendi, & rubrificandi cum hordeacea farina, & aceto mi-
ſto ſtrumas diſcutiendi, arefacto, tritoq; cum naſturtij ſemine, inueteratos coxendicis, late-
ris, ceruicis, & lumborum dolores, podagras, & arthritides exſtirpandi. Poſteà tamen ſub-
iungit, eſſe Columbino aliquantò calidiorem, ac vix præ acrimonia vllius vſus eſſe. A medi-
cina tamen non omnino eſſe abigendum ſubiecta remedia declarāt. Antonius Mizaldus ad
quæuis apoſtemata hoc ſtercus ſic præparat. Veterem Anſerem maſculum triduana inedia
macera: deinde illi obijce fruſta anguillæ recenter occiſæ, & excrementa eius collige. Ha-
bebis præſens remedium ad quæuis apoſtemata. Ornithologus ait. Heluetios Anſerem ruri
perſequi, & ſtercus, quod in fuga concaluactus emiſerit, collectum inflammationibus qui-
buſdam (griggelen vulgò vocant) in manibus puerorum imponere, vt eas maturet, rum-
patq;. Lautentius Ruſius medicamento acri contra morpheam, ſerpiginem, vel impetigi-
nem in equis inſcripto, ſimum Anſeris admiſcet. Kiranides potum tuſſes mitigare ſcribit,
Facilius enituntur, inquit Plinius, *quæ limum Anſeris cum aquæ cyathis duobus ſorbuere*. Hippo-
crates, vt mulier concipiat, vbi menſes defecerint, Anſeris, aut vulpis ſtercus in roſaceo vn-
guento terere iubet, & pudendum illinire, ac poſt condormire. Sed in hoc, & in alijs huiuſ-
modi præſidijs adhibendis admodum cautos eſſe oportet: nam ſi quis temere hoc ſtercore
vtatur, ob vim eius adurentem multas noxas inferre aptū eſt. Præclarus & ad ſcorbuticum
morbū efficax potus qui ſequitur, ingratus tamen, abominabilis, quo ad prædictum mor-
bum, tanquam certiſſimo remedio, vtuntur Phriſij orientales. Recipit autem vini rhenen-
ſis menſuram ſexquiquartarum (ſingulæ quartæ pendent lib. iiij. medicinales) radicum ra-
phani maioris boni & recentis in mortario lapideo diligentiſſimè contuſarum ʒ iij, quę cum
parte vini dicti in ollula deorſum miſta macerentur per horam integrā. Liquor fortiter ex-
preſſus per linum cum ſex vini dicti quartis miſceatur: deinde in eiuſdem vini dicti portio-
nem

Ad febres chronicas.
Fel ſuis vires.
Ad contuſos oculos.
Ad ſurditatem.
Ad anguinas.
Ad conceptionem.
Medulla vires.
Ad vteri affectus.
Ad vteri duritiem.
Ouorum vires.
Ad ingenij bonitatem.
Fimi vires.
l De ſimpl. med. facul. lib. 10.
m Met. lib. 6. cap. 9.
Ad inflammationes, quas griggelē Heluetij vocant.
Ad morpheā ſerpiginem, vel impetiginē.
Ad tuſſes.
Ad partus facilitatē.
Ad conceptum.
Ad ſcorbuticū morbū.

nem aliam immittatur seorsim stercoris taurini, & Anserini par quantitas trium magnarum nucum: itidemq; per horam relinquantur, post validam deinde expressionem in vino affundatur. Hinc recipe nucum myristicarum, garyophyllorum ana ʒ ij. contusæ seorsum, linoq; illigatæ in dicto vino suspendantur, atq; eo modo horis viginti quatuor potus constet. Deinde quotiescunq; sitit æger, largè bibat, nec aliam vsurpat potionem, donec integrum fuerit consecutus sanitatem. Potus autem hic apparari secundo poterit, si requirat necessitas, cùm Ersia Anserum sit feracissima. Habẽt & suum in medicina pennę Anseris vsum. Quidam enim plumas ex ventre Anserum tritas, & insparsas sanguinem sistere aiunt. Marcellus ad sanguinem è naribus profluentem hoc remedium præscribit: Pinnam Anseris, quàm maximam, vel calami scriptorij fistulam, modicè pleniorem aptare oportebit ad longitudinem nasi, atq; ita præcidere, vt ex vtraq; parte perforata sit, atq; inuoluere eam fasciola tenui lintea, quasi instita, & explere circuitum eius, donec videatur in narem cum cunctatione quadam recipi posse: atq; ita vt est circumuoluta immergere eam naso aceto acri infectam; & per eam injcere interdum acetum acre, vel succum supradictorum medicamentorum. Hoc autem remedio magis vti oportebit, cùm per vtrasq; nares fluxerit sanguinis abundantia. Nam qui sine instrumento temere acetum, aliaq; acria medicamenta infundunt; sæpe nares ipsas lædunt, vnde respiratorius ad fauces meatus quandoque obturatur. Vt autem sanguinem è naribus elicias, pennæ Anserinæ caulem crassiorem sumito, eiusq; neruosam partem denticulatim instar serræ incisam in narem vsque ad os ethmoides immittito. Ad ventriculi eruditatẽ Vvecchervs sacculũ ex plumis Anserinis apponi iubet. Postremò harum plumarum cinerem aduersus calculum à recentioribus quibusdam commendari tradit Alexander Benedictus. Sed iam de ijs, quæ propriè sunt huius auis partes est dicendum, & primum de cerebro. Anserinus, inquit Plinius (addendum adeps ex Marcello) cum cerebro, & alumine attritis medetur. Idem adipem Anserinum cum eiusdem cerebro, & butyro, & alumine, & œsypo impositum ad ceroti modum efficaciter renibus prodesse scribit. Idem cerebrum, vt ait Kiranides cum proprio adipe, & melle lotum, & decoctione, vel iure suppositum rhagades, & hemorroides, omnemq; tumorem ani curat. Cum roseo (rosaceo oleo) verò, & adipe, & assifgusis (sic habet) vel testis ouorum solutum ad tumores matricis facit. Cum medulla ceruina ad scissuras labiorum, & chimetla conuenit. Ad Athas (lego aphthas) vtile cum succo stringit. Cum melle quoque ea, quæ circa linguam sunt, sanat. Cum nardo ad rehumaticantes aures facit. Cum passilis verò purgatis carbunculos curat. Cum liliaceo oleo immissum mortuos fœtus educit. Hæc omnia Kiranides. Lingua peculiariter ad vesicæ vitia facere creditur. n Galenus inuolũtariè vrinam reddentibus per triduum quoq; die vnam edendam apponit. Idem apud Plinium, & Marcellum legitur: sed linguas inassatas in cibo sumi iubent. Authorem o Plinius citat Anaxilaum. Et alibi ex eodem Anserum trium linguas inassatas hydrocelicis conferre scribit. Simeon Sethi peculiari proprietate ad stanguriam, hoc est vrinæ difficultatem commendat; ex quo idem repetit Gaudentius Merula. Carolus verò Stephanus ad eundem affectum vult hanc linguam exiccari, & in puluerem redigi. Sunt qui in cibo, vel potione sumptam mulierum libidinem mouere dicant. Demum, quod nugacissimum videtur, Anseris viuentis, inquit Kiranides, si quis abscideritlinguam, posueritq; super pectus viri, aut mulieris dormientis, confitebitur omnia quæcunq; fecit. Ventriculus huius auis prodest stomachicis, intestinis cœliacis, cor, & pulmo phrhisicis, teste eodem, iecur hepaticis. Galenus hoc postremum viscus salsum cum nardo eliquatum & in aurem inditum, magnum aurium dolorem remittere asserit. Nos suprà adipem Anserinum ad aurium dolores commendari scripsimus: & adeps sanè cum nardo, idest, oleo nardino permisceri, eliquariq, potest, iecur non item. Verùm Kiranides, neq; iecur, neque adipem, sed cerebrum Anseris cum uardo ad rheumatizantes aures commendat. Testes Anserum, inquit Simeon Sethi, si comedantur, dicuntur multum ad sobolem creandam facere. Gaudentius Merula, & alij eosdem à muliere illico à mensibus sedatis comesos, non solum ad libidinem excitandam, sed ad sobolem procreandam conferre aiunt: Et hæc de huius auis vsu in cibo, & in medicina dicta sufficiant. Iam eius reliquos vsus prosequamur.

Pennarum vsus.
Ad sanguinem sistendum.
Ad sanguinem è naribus eliciendum.
Ad ventriculi eruditatem.
Ad calculum.
Ad attrita.
Ad renes.
Ad rhagades, & hemorrhoides.
Ad matricis tumores.
Ad scissuras labiorũ
Ad aphtas.
Ad aures rheumatizantes.
Ad carbũculos.
Ad fœtum mortuum educendũ.
n Empirist. 2.76.
Ad hydrocelicos.
o L. 30. c. 8.
Ad stranguriam.
Ad mulierum libidinẽ mouendam.
Ad aurium dolorem.
Testium vires.
Ad generationem, & ad libidinem.

VSVS IN VARIIS.

Anseris custodia.

SVNT & alij præter iam commemoratos huius alitis vsus, inter quos ceu celebrior ab omnibus decantatur eius peruigil, & fida custodia: adeo vt iuremerito canibus in hoc præferendum antè obiter monuerimus: qui nempe ad obiectum à furibus cibum obmutescentes liberum in domos aditum latronibus præbent: cùm Anseres contrà siue blandientes, siue terrorem incutientes videant propius accedere, magis magisq; vociferentur. Hoc nomine præsertim à rusticis aluntur, & ab antiquis celebrantur: vt à [a] Columella, dum inquit. *Eiusque generis* (amphibiorum) *Anser præcipuè rusticis gratus est, quod nec maximam curam poscit, & solertiorem custodiam præbet, quàm canis: nam clangore prodit insidiantem, sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitolij, cum aduentu Gallorum vociferatus est canibus silentibus.* [b] Vegetius quoq; vbi docet, quomodo caueamus, ne hostes furtim occupent murum, præter alias cautiones, quas commemorat, Anseres ad hoc alij iubet. *Anseres quoque*, inquit, *non minore solertia* (quàm canes) *nocturnos superuentus clamoribus indicant, Nam ingressi Capitolinam arcem Galli, Romanorum nomen eruerant, nisi clamore Anserum excitatus Manlius reliti sset. Mira diligentia, siue fortuna viros, qui vniuersum orbem erant missuri sub iugum, auis vna seruauit.* Fuisse porrò vetustissimam consuetudinem Anseres præponẽdi domorum custodiæ, præsertim villarum, testatur Anser ille apud Ouidium, quem Baucis, & Philemon Dijs hospitibus, Ioui nimirum, & Mercurio in cibum parare decreuerant, nisi ab eis necari vetitum esset, de quo idem Ouidius.

a Rei rust. li. 8. ca. 13.

b De re milit. l. 4. cap. 26.

Vnicus Anser erat minimæ custodia villæ,
Quem Dijs hospitibus domini mactare parabant.

Nutriebam ego aliquando Anserem candidissimum in suburbano meo, qui cùm quempiam extraneum accedentem videret, non solùm ingentes protinus clangores edebat: verùm se se ei quoque opponebat: notos verò, & vxorem meam potissimum, animi gratia deambulantem velut canis vnà cum famulis, ac pedissequis comitabatur, alis voceque obstrepens, ac sibi lætitiam quandam præseferret. De simili Ansere heram custodiente elegantissimum hoc Francisci Bernij carmen non incongruè hîc inseretur:

Anser edax, clamose, quid è clangore proteruo
Ad dominam nobis improbe claudis iter?
An tu Tarpeia quondam custodia rupis
Instare armatos ferte putas Senonas?
Non ego barbaricus Romani nominis hostis
In Capitolinum molior arma Iouem.
Sed foribus dominæ obnixus noctem moror vnam,
Quam modò sopito est pacta puella viro.
Tu tamen ingratis clamoribus improbus instas,
Et tegis sancta dulcia furta Dea.
Furta quibus non nocturni magis orgya Bacchi,
Non celenda alma sacra reor Cereris.
Quid potest mea quod custodes docta puella
Nuper diuersos egerit vsque canes,
Non posset longè strepitum venientis amici
Noscere, & inusa prodere voce pedes?
Si tu pro canibus nobis conuiuia dicis,
Ei procul à caro limine abesse iubes?
Sic ego crediderim vicku latrasse trisauci
Aegidem contra, atque Amphytryoniaden.
Quem perhibent tripici post vinctum membra catena
Spectare inuisum sydera nostra canem.
Ille quidem meritas soluit pro carmine pœnas:
Dignaq; crudelis supplicia inuidia.
At non humanas potuit Proserpina tædas,
Atque ad mortales læta venire thoros.

Tæde

Tæda nempe magis mortali læta, thoroq;
Quàm Ditis magni nobilis imperio.
Ah virgo infelix curæ surrepta parenti,
Vt coleres tristes, & sine sole domos.
Vt nigri fierès coniux formosa mariti,
Heu nimis indigno tradita conjugio.
At nos quid miseri tantùm turbamus amantes,
Cur hostes canibus, Anseribusq; sumus?
Cur tantùm natura illis concessit odoris,
Quod magis in sæuas debuit esse feras?
Parce precor, volucer pulcherrima, vectibus istis,
Et dulces potius mi saue ad insidias.
Quis possim cupide tectis succedere amicæ,
Et fœta in molli membra fouere sinu.
Sic tua nobilium fugiant præcordia cœnas,
Et tua perpetuò sit Jatura inoluuies.
Sic vbi Thestiadis meditatur furta puellæ,
Iupiter in plumas se tegat vsque tuas.

Atque hæc de custodia. Est præterea Anseris vtilis pluma, qua non modò culcitras, & cerui- *Anserina pluma vsus.*
calia, sed etiam totos lectos conficimus, vt mollius cubemus: etiamsi Bellonius veteres non anaclinteria ex Anserinis plumis, sed tantùm ceruicalia supponenda capiti putet compositisse. Sed vt vt est, constat, etiam antiquitùs celeberrimum fuisse harum plumarum vsum ex multis veterum scriptorum locis, & ex hoc e Plinij potissimùm. *Canaidorum* (Anserum, inquit) *alterum vectigal in pluma. Vellantur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri vestiuntur, molliorque quæ corpori, quam proxima: & è Germania laudatissima Candidi tibi, verùm minores Ganzæ vocantur. Pretium plumæ eorum in libras denarij quini. Et inde crinitina plerunque auxiliorum præfectis à vigili statione, ad hæc aucupia dimissis cohortibus totis. Eoque deliciæ processere, vt sine hoc instrumento durare iam ne virorum quidem ceruices possint.* Sic ille: sed quod eorum, qui plumas candidas habent, tantum meminerit, nemo rectè meo iudicio, inde inferat aliorum colorum plumas à veteribus ad eum vsum contemptas fuisse, sed illas tantùm prælatas: quod inde patet, quod veteres rei rusticæ scriptores candidos eligi iubebant, tum propter causas aliàs commemoratas, tum propter plumam. Præterea in Germania, vbi earum plumam laudatissimam esse ait, varios hac de causa albis non deteriores haberi tradit Ornithologus: quamobrem rectius geoponici nostri eorum plumas eligunt, qui prope flumina degunt. Hi enim mundas, & nitidas abluendo reddunt. Nec hoc denique quod quibusdam in locis tantùm plumas Anseribus anno velli dici, verum est nunc, nec olim: nam Columella vbique id fieri simpliciter scribit. *Attamen,* inquit, *præstant e se pullos, atq; plumam, quam non vt in ouibus lanam, sed bis anno vere, & autumno vellere licet.* Nec alia de causa cum corpore bifero dixerit Politianus, vbi ruris vtilitates recensет: *c Lib. 10. cap. 22.* *Pluma Anserina vbi laudatissima.* *Plumæ Anserinæ pretium apud veteres.* *d De re rust. lib. 8. ca. 13.*

Parte alia bifero plumosam corpore messem
Nutrit, & in crassa saturat vrinare lacuna
Anser anet.

Eiusmodi plumas lanam olim nominabant, vt e Vlpianus: *Luna legata,* inquit, *etiam leporinam lanam, & Anserinam credo continet.* Caterùm licet delicatulis admodum gratus sit Anserinæ plumæ vsus: viros tamen sanctos, qui huius sæculi delicias spreuere, abhorruisse ab illis legimus. Sicut apud Baptistam Mantuanum D. Nicolaum Tolentinum, de quo sit ille canit: *e L. si cui lanas. de legat. 3.*

Non stratum fluuialis Anas, non Anser Anate
Grandior exhibuit.

Neque etiam his, qui sanitati consultum volunt semper tutus est in hisce plumis decubitus; si præsertim Amato Lusitano credimus; qui eam æstiuis præcipuè temporibus damnat; narratq; iuuenem, cuius curam ipse susceperat, in febrim habitualem ideo incidisse, alias, præterea eius noxas recensет his verbis: *Primo igitur eum in aere frigido, & humido decumbere fecimus, admonentes, vt eius cubile commodam haberet latitudinem, & culcitra mollis esset, lana & non penna plena: ob cuius inaduertentiam nonnulli æstate in grauissimos incidunt morbos ardentissimas febres, & fixam, siue hecticam, vt cuidam puellæ euenit, quæ quia ceruicula vrgente supra culcitram pœna consitam dormiebat, in corporis totius macrem, & febrim hecticam lapsa est, &c.* Etsi verò Anserinas pennas, de quibus hic agitur, nõ nominet Amatus, cũ harũ frequentior sit vsus, haud dubio casdẽ potissimùm innuit. Maiores modò pennæ, quibus nẽpe volãt, in vsum scriptoribus cedunt, *Anserinæ plumæ noxæ.*

dunt,& quamuis Cycnorũ,& aliarum quarundã pennæ idem præſtant,has tamen illis longè præferunt, Sagitti fabri has deniq; quàm alias potius eligunt. Stercus præter paucos in medicina vſus non habet: nam quod ad agros impinguandos attinet, eos ob nimiam caliditatem adurit potius,quam iuuet, vt alibi dictum eſt,& nunc denuò *f* Palladij authoritate confirmamus: *Stercus auium maximè neceſſarium eſt agricultura, excepto Anſerum letamine, quod ſatis omnibus inimicum eſt.* Contrà ſi quis venationi deditus Accipitres alit, habet ex hac aue conuenientem cibum, Demetrio Conſtantinopolitano teſte, qui *Anſeris*, inquit, *caro in cibo conuenit Accipitri, ſed abſque multo ſanguine. Nam ſi eo copioſiore vtatur Accipiter, corde grauatur, & ad venationem, donec concoxerit, ineptus ſit inſtar hominis ebrij.* Heliogabalus Imperatorum perditiſſimus iecinoribus Anſerum exquiſitiſſimis cupedijs nunc, & olim habitis canes pauiſſe legitur apud Lampridium. Poſtremò Anſer etiam olim in delicijs, non à mulierculis, & pueris habebatur tantùm, ſed à cordatis etiam viris; vt de Paſſere, Columba, Coturnice & alijs auibus diximus,quod teſtatur Anſer ille,qui Lacydi Philoſopho ita ſemper adhæſit, vt neque domi,neq; foris vſquam ab eo diſcederet: Apud Ariſtophanem amator donat amaſio Anſerem:

f De re ruſt. li. 1. cap. 25.

Multos autem bonos abiuratos pueros ad fines temporis
Per potentiam noſtram diuiſerunt viri amatores,
Hic quidem Coturnicem dans, ille autem Porphyrionem aut Anſerem, alius autem Perſicum.

Britanni autem Iulio Cæſare teſte cùm leporem, & Gallinam,& Anſerem guſtare fas non putarent, hæc tamen voluptatis cauſa alebant.

HISTORICA.

CAPITOLII ab Anſeribus ſeruati hiſtoriæ plures meminerunt. Et inter alios Titus Liuius libro quinto ab vrbe condita, Plutarchus in Camillo, Io. Tzetzes in chiliadibus, alijq; ſexcenti: Nos modò etiam ex illis, qui eam perſpicaciùs tradiderunt, relictis reliquis, referemus: *Brenno duce*, inquit Seruius, *Senones Galli venerunt, ad vrbem, & tranſ Alliam fluuium occurrentem ſibi deleuerunt exercitum omnem populi Romani. Alia quoque die, cum vellent ingredi ciuitatem, primò cunctati ſunt, timentes inſidias, quia & patentes portas, & nullum in muris videbant. Poſtèà paulatim ingreſſi, cuncta vaſtarunt, octo integris menſibus, adeo vt ea, quæ incendere non poterant, militari manu diruerent, ſolo remanente Capitolio, ad quod cum vtenſilibus confugerant ciues: qui tamen à Gallis obſedebantur etiam id penetrare cupientibus: quos alij per dumeta & ſaxa aſpera, alij per cuniculos dicunt, conatos eſſe aſcendere. Tunc Manlius cuſtos Capitolij Gallos detruſit ex arce clangore Anſeris excitatus, quem priuatus quidam Iunoni dederat dono. Namque ſecundum Plinium nullum animal, ita odorem hominis ſentit: quod Ouidius in metamorphoſibus intelligens, dixit:*

Neu ſeruaturis vigili Capitolia voce
Cederet Anſeribus.

Sic Seruius. Ælianus eandem hiſtoriam ſic narrari: Galli verò, victis Romanis, in vrbem irruperunt, Romamque præter arcem Capitolinam, ad quam difficilis aſcenſus erat,ceperunt: quam etiam fidei ſuæ permiſſam cuſtodiebat Marcus Manlius Conſul (qui filium ſuum, etſi rebus præclarè geſtis, & pugna ſtrenuè pugnata, tamen, quòd in iuſſu Imperatoris pugnaſſet, morte mactauit) eam Galli vndiq; ſibi inacceſſam videntes, & noctem intempeſtam ad inuadendos ex inſidijs arctiſſimè dormientes, accommodatam rati, quà non cuſtodiebatur, ac ſilentium à cuſtodibus erat, non arbitrantibus inde Gallos inuaſuros eſſe, aggrediuntur: ac tum capta arx fuiſſet, niſi Anſeres interfuiſſent. Nam canes obiectum cibum ſilẽtio edebant. At enim Anſeres cum ex eorum natura ſit ad obiecta cibaria clamores tollere,& minimè ab ſtrepitu conquieſcere,æditis clangoribus M. Manlium & circunfuſas cuſtodias à ſomno excitarunt. Hæc omnia Ælianus. Quæ vero præmia ob tam præclara merita conſecuti fuerint Anſeres, audieundem. *Exquo factum eſt, vt nunc iam quotannis canes ſuæ fraudis pœnas Romanis dent, ad memoriam veteris eorum proditionis. Anſer verò certis diebus in honore eſt apud Romanos, & magna pompa in foro incedit.* Audi & ipſum a Plinium dicentem: *Eſt & Anſeri pernigil cura, Capitolio tellata defenſo, per id tempus canum ſegnitia proditis rebus, quamobrem cibaria Anſerum cenſores in primis locant. Eadem de cauſa ſuppliciа annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis, & Summani viui in Sambucea arbore fixi.* Quapropter Cenſores magiſtratu aſſumpto, cur primùm Anſerum cibaria locare ſolitis fuerint, inquirens Plutarchus in problematis rerum Romanorum: *Faciunt hoc*, inquit,

Anſerum præmia ob ſeruatum Capitolũ. a lib. 10. c. 22.

Cenſores magiſtratu aſſumpto, cur primũ Anſerũ cibario locarent.

in memoriam Capitolij Anserum clangore seruati, ante omnia autem id faciunt, siue vt res minimi sumptus primùm perficiatur, siue quod cùm custodes ipsi rerum maximarum futuri sunt, & rerum publicarum, tum sacrarum, tum ciuilium inspectores, ab animali in primis cauto, & prouido, boni scilicet omnis, & significationis grata, initium sui muneris, & curæ auspicantes. Hæc ille. Ob ergo id egregium facinus non solùm commemorata præmia à Romanis consequuti sunt Anseres, sed passim à scriptoribus decantari meruerunt. Vnde Lucretius arcis Romanæ seruatorem nominat, cùm ait:

Romulidarum arcis seruator candidus Anser.

Et Ouidius canit:

Nec seruaturi vigili Capitolia voce
Cederet Anseribus.

Et Martialis:

Hæc seruauit auis Tarpei templa Tonantis.

Et sic sexcenti passim alij scriptores hoc factum, tanquam rem præclariſſimam, celebrãt. Sic alia quoq; non stolidi, vt quidam opinantur, sed perspicacis ingenij signa Anseres dederẽ. *Vnde potest*, vt ait *b* Plinius, *videri sapientiæ intellectum ijs esse. Ita comes perpetuò adhæsisse Lacydi Philosopho dicitur, nusquam ab eo, non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus.* Non solùm autem inter homines Lacydem miro amore sunt prosequuti, sed & alios quoque; vnde dicebat *c* Plinius, *illis inesse famam amoris*, quod statim hoc confirmat exemplo: *Argis dilecta forma pueri nomine Olent, & Glauces Pielonæo regi cythara canentis, quam eodem tempore, & aries adamasse proditur.* Idem ferè tradit Ælianus, sed puerum illum ab Anſere amatum non nomine, sed patria Olerium fuisse scribit, Amphilocum nempe dictum: amplius non Agris, sed Ægij hoc accidisse. *In Aegio*, inquit, *Achaiæ vrbe* (cuius etiam Stephanus meminit) *præstantem forma puerum nomine Amphilocum, sicut Theophrastus refert, Anser amauit. Nam cum in Aegiensi custodias is puer cum perfugis ab Olenio* (si rectè transtulit Gilius; nam Ornithologus mauult, ab Oleno vrbe scilicet Achaiæ, vel Ætoliæ, vel Bœotiæ) *teneretur, ei Anser dona afferebat.* De Glauce verò citharista non satis apud authores conuenit, an ab Anſere, à cane, aut ab ariete adamata fuerit. *Quippe*, inquit *d* Cælius Rhodiginus, *Glaucen citharistam adamauit canis, siue is fuerit, quod arridet alijs, artes, aut etiam Anser.* Sed fieri potest, vt eadem tum ab Anſere, tum ab alijs brutis amata fuerit: nam id tam de ariete, quàm de Anſere tradit Ælianus, dum ait: Porrò nihil mirum in Clio Glaucen citharistam homines, cùm esset pulchritudine eximia, adamasse. Siquidem ab ariete, & Anſere etiam eandem audio amatam. Postremò aliam narrat *e* Petrus Damianus Archiepiscopus Rauennas, & Cardinalis historiam: quæ ad hunc locum quodammodo spectare videtur: est autem huiusmodi. Robertus Gallorum rex propinquam sibi copulauit vxorem, ex qua suscepit filium Anserinum per omnia caput, & collum habentem, quos virum, & vxorem omnes ferè Galliarum Episcopi communi simul excommunicauere sententia. Rex igitur his coarctatus angustijs, ad sanum consilium rediens, diuertit incestum, iniitque legale coniugium.

b Lib. 10. cap. 22.

c Ibidem.

Glauce an ab Anſere amata.

d lect. antiq. l. 13. c. 12.

e Li. de miraculis.

DE ANSERE FERO IN GENERE. Cap. XVIII.

TRADITA Anseris domestici in superioribus historia, Anſer ferus, seu syluestris occurrit. Apud nos, Oca saluatica dicitur, apud Hispanos Anſer brauo, apud Germanos tã superiores, quàm inferiores Vvilde Ganſz, & apud quosdã alios Schee-ganſz, hoc est niuis Anſer; quòd sub initium hyemis, vt ait Ornithologus imminentibus iam niuibus apud eos populos migrare soleat.

Anſer niuis.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

ARISTOTELES duo Anſerum genera facit, maius, & minus: pro maiore domeſticum, pro minore verò ſylueſtrem intellige anteà diximus. Sylueſtris generis plures ſunt differentiæ, quarũ Ariſtoteles non meminit: Plinium cùm Anſerem in ferum, & domeſticum diuiſiſſet, ferorum duas adhuc recẽſet ſpecies. *Anſerini generis, inquit, ſunt Chenalopeces, & quibus lautiores epulas non nouit Britannia, Chenerotes, ſero Anſere minores.* Plures ſpecies agnoſcere videtur Olaus Magnus, quantitate, colore, volatu, & origine differre inquiens. *Quidam enim alij* inquit, *ſunt maiores, vt cinerei coloris, quidam nigri, & cinerei altè volantes: quidam candidi nigerrimas pennas in extremitate alarum habentes, & hi altiſsimè volant: quidam in arboribus naſcuntur.* Eadem ferè, & alia habet Albertus, ſic enim ſcribit: *Anſer ſylueſtris apud nos quatuor generum inuenitur. Eſt enim Anſer cinereus maior, qui à colore vulgò Graganſz dicitur* (huius generis puto eſſe illum, qui domeſtico maximè eſt ſimilis, & ab aucupibus noſtris ſæpiſſime capitur) *& eiuſdem coloris, ac figura minor, qui propter corporis lenitatem altius, ac longius volat. Tertium genus totum album eſt, præter alarum extremas quatuor, vel quinque pennas, quæ nigerrimæ ſunt. Vulgò Anſeres grandinis, ſiue niuis vocantur* (Hagelganſz, ſchneeganſz, ſed noſtri, inquit Ornithologus, alios etiam feros, primi, & ſecũdi generis, niuis Anſeres vocitant, vt dixi) *Sunt autem hi quoque parui, & altè, ac longè lateq; volant. Sed minores ſunt quarti generis Anſeres, quibus roſtrum Anſerinum eſt, color capitis, vt Pauoni, alijque cruſta tamen: in dorſo cinerei ſunt, ad nigrum declinantes in ſtruma* (collo) *nigri, & in ventrem cinerei. Anſeres arborum dicti, quod vulgus eos ex arboribus naſci credat* (hos alibi ſcribit, maculas nigras in vultu habere, & cinereos eſſe) *Cygnus etiam videtur generis Anſerini eſſe, tum roſtri figura, tum pedum, vlulatu, & ſibilo tempore pugnæ ſimili: ſed magnitudine excedit. Quidam denique Anſerum generi addunt auem, quæ poſt Struthionem maxima ſit, & in alpibus, ac locis ad Aquilonem deſertis degat: quam nos nunquam vidimus, niſi fortè ſit auis illa, quàm volinare vocamus. Cygno maior.* Hæc omnia Albertus. Eſt autem auis, quam volinare nominat, Onocrotalus, vt teſtatur Ornithologus, & nos alibi confirmauimus. Ex his generibus inuicem coëuntibus, alia diuerſa genera aliquando generari ſcribit idem Albertus. *Anſerum ferorum, inquit, genera dicta miſcentur inter ſe. Apud nos enim Anſer ferus, qui colore capitis Pauonem refert, dempta cruſta, cùm domeſtico coiuit: vnde prognati pulli omnes patris colorem repræſentarunt, magnitudine verò exceſſerunt.* Inter Anſeres domeſticos, vt alibi dixi à Varrone, & Columella genus variũ ferum vocatur, ſed fortaſſe perperam. Præter hæc multa alia Anſerum ferorum genera à ſcriptoribus commemorantur, quæ hic breuiter recenſere operæpretium fuerit. Ex quibus fortè ſunt Linurgi, & Cenchritæ ſic dicti, quod Cenchro, ideſt milio inſeſcentur, quos Anſerum generi annumerare videtur a Oppianus, dum inquit. *Laqueis, & retibus Anates, aptantur, & Linurgi* (λινυργοὶ) *& Cenchritæ* (κεγχρῖται) *& alia genera Anſerum, & celeres Phelini* (φῆλινοι) *& Phalarides, & plurimæ aliæ aues amphibiæ cibo deceptæ: nam ad ripas lacuum, aut fluuiorum hordeum, ſiliginem, aut milium ſpargunt.* Albertus Magnus aquoſi Anſeris meminit inter agreſtes, ni fallor, *Gulæ*, inquit, *partem inferiorem amplam habent Bubo, Anſeres agreſtes, & aquoſus Anſer ſimiliter.* Vbi Ariſtoteles Ægocephalum, Noctuam, Anatem, Anſerem, Larum, & Catarractẽ nominat, vnde videtur Albertus pro Anſere aquoſo aliquem ex iſtis intelligere, ſed quem, incertum eſt. Niphus Aſcalaphum putari aliquibus ſcribit Anſerini generis eſſe, quem Ornithologus Bubonem eſſe credit, aut congenerem auem nocturnam: & nos alibi Aſcalaphum in Bubonem verſum fuiſſe narrauimus. Author de natura rerum ſcribit in alpium montibus Anſerum genus eſſe, inter aues maximum, præter Struthionem, ſed tanti ponderis, vt manu capiatur, immobile ſuper terram. Quod perpetam ex Plinio ſumptum eſſe videtur: nam Plinius eiuſmodi auem non Anſerum, ſed Tetraonum genus appellat. Anſeris genus quoddam ferum, vt refert Ornithologus, Itali Ciccum, vel Ocam Sternam vocant, quem Germanis Sternganſz, ideſt, Anſerem ſtellatum dici affirmat. Hunc ſe in Italia vidiſſe aſſerit, nimirum Ferrariæ in inſula Padi: leuem eſſe ponderе, dorſo, & alis cinereis, reliquo corpore albo, palmipedem, vt Anſer pedibus tamen non rubris; pectore maculis aſpero, vt inde ſtellatus fortè ſit appellatus. Ciccum quidem à voce dictum putat: roſtrum minus latum eſſe, quàm Anſeris, magnitudinem inter Anatem, & Anſerem: an verò veterum Vulpanſer ſit, addubitare videtur. Ait deinde alia eſſe ferarum Anſerini generis auium Italica nomina, nimirum, Oca marina, ideſt,

Anſer cinereus.

Anſeres grandinis, ſiue niuis.

Cygnus generis Anſerini.

Volinare quæ auis.

Linurgi.
Cenchritæ.
Aucup. lib. 3.
Phelini.
Anſer aquoſus.

Aſcalaphus quæ auis.

Ciccus, vel Ocalterna.
Anſer ſtellatus.
Oca marina.

Anſer

Anſer marinus, Oca groſſa, ideſt, Anſer magnus, Oca baletta, quæ piſcibus viuit, & Ocarella, quæ forma diminutiua ab Anſere eſt. Hanc deplumatam, & calidam ventri impoſitam, colicam ſanare promittunt aliqui, vt ſe Venetijs audiuiſſe ipſe teſtatur. Phalacrocoraces in Germania inferiori vulgò vocant Schvvemmergenſz, hoc eſt, Anſeres natantes, ſed hi Anſeres non ſunt, ſicuti neque illæ aues, quas inter Mergos magnos deſcribit, & apud Heluetios Merracchi vocantur; nec qui apud Anglos Gulones marini, & Scheldraki; nam piſciuori omnes ſunt, quales & anguillarum deuoratores dictæ, vulgò Germanis (Aelguſz, ideſt anguillarum Anſeres in Friſia) totæ nigræ Chriſtophorus Columbus in inſula Hiſpaniola, Anſeres ſe inueniſſe ſcribit Oloribus cãdidiores, capite tãtùm rubeo: ſed domeſticinè, an ſyueſtres ſint huiuſmodi Anſeres non exprimit. Ego ſylueſtres potius putem; nam ijdem mihi videntur cum ijs, quorum ſub Anatum nomine meminit Petrus Martyr, inquiens: *Hiſpani in Hiſpaniola inſula, & vicinis inuenerunt Anſeres ſylueſtres, Turtures, Anates noſtris grandiores, & Cygneo candore, caſtæ purpureo.* b Scaliger in Oceano Braſiliæ marinos Anſeres eſſe prodidit, colore atro, qui nunquam euolent. Præter commemorata ſylueſtrium Anſerum genera, eſt & Anſer Baſſanus ſiue Scotus, Guſtarda, non illa auis, cuius ſub Otidis nomine minimus, ſed alia protinus diuerſa, & illa denique, quam Capricalcam Ornithologus appellat. Ego in præſentiarum generatim de omnibus Anſeribus feris agam, allata tantùm Anſeris immanſueti vulgatiſſimi, quòd ad domeſticũ prope accedit, deſcriptione: reliquorum deinde, quorum meminerunt authores, hiſtoriam ſubnexurus.

Oca groſſa.
Oca baletta.
Ocarella.
Affectibus colici curatio Phalacrocoraces.
Merracchi.
Gulones marini.
Anſeres anguillarum deuoratores.
b Exer. 197
Anſer Baſſanus.
Guſtarda.

ANSERIS FERI, QVI DOMESTICO eſt ſimillimus, deſcriptio.

ORNITHOLOGVS Anſerem ferum, quem primum Alberti genus exiſtimat, domeſtico ſimillimum ſic deſcribit: Anſer ferus, inquit, quem ego vidi, tota forma parum à domeſtico differebat, longus dodrantes circiter quatuor, aut paulò minor, extẽſus ſcilicet à ſummo roſtro nigro, vtrinque per medium croceo, palmipes: crura, pedesq; toti, ideſt, digiti cum membranis ex croceo rubebant; capitis, colliq; color fuſcus erat, ſupra magis nigricans, & fortè nõnihil ruſſi habens, inferius verò plus cinerei. Venter totus cinereus: inferior pars caudæ, & in tergo etiã vtrinq; pars à cauda alas verſus plumis veſtiebatur albiſſimis. Caput ferè Anatinum magis, quàm Anſerinum, aliquantò minus, quàm Anſeris: dorſum, & alæ nigricabant, admixtò modicè caſtaneæ colore, præſertim in minoribus, & ſuperioribus pennis. Margines tamen extremi in nonnullis albicabant: in alijs cinerei erant. In extrema verò dorſi parte caudam verſus purè nigricabant. In media cauda albæ quædam erant; ſubcinericiæ tamen pennæ eminebant: inde rurſus nigræ. Vltima pennarum caudæ poſtremitas albicabat. Alis bene extenſis vna, aut altera ſeries pennarum in extremo albentium apparebat. Vltimæ, maximæq; alarum pennæ omnium præcipuè nigræ erant, altera earum extremitate, quæ in conſpicuo erat, in anguſtam lineam albentem degenerante. In eiſdem alis pennæ ab externo angulo cinereæ deſcendebant, & paruulæ quædam eiuſdem coloris ab interno. Hactenus Ornithologus, appoſita etiam icone, ſed quæ eius verbis non ſatis reſpondet. Anſer verò ferus mihi dono miſſus ab Alphonſo Catanco Sereniſſimi Ferrariæ Ducis Archiatro omni ex parte cum eo congruit. Pendebat libras ſeptem. Longus dodrantes quatuor, latus ſialas extenderes, ſpithamas ſex, Anſeris domeſtici ferè magnitudine, & habitu. Roſtrum erat principio, & fine nigrum, medio interuallo luteum, ſuperius obtuſa aduncitate inflexum. Vtraque mandibula intus oras ſerratas loco dentium obtinebat. Quin & palatum quibuſdam denticulis acutis inſtar limæ ſcabrum, & aſperrimum. Extremum roſtri, quâ nigreſcere incipit, in tuber ſeu callum teretem vnguis ſpecie vtrinq; eleuatum in modicam curuitatem decliue. Color dorſo, & collo cinereus: ex quo ſuperficie tenus ſpadiceus modicè elucebat. Plumæ colli anguſtæ, & longiuſculæ criſpum ipſum quodammodo reddebant, atq; villoſum. Alarum remiges in extremo nigræ. Haſce quæ veſtiunt plumæ cùm primi, tum ſecundi ordinis, albicante apice, ſeu fine, lineam candidam tranſuerſim ipſas ſecantem conſtituebant. Sed & reliquæ quoq; in toto corpore plumæ in alis præſertim in oris extremis albidiuſculo, & dilutiori paulò erant colore. Prorſus verò candicabant

Anſeris feris deſcriptio Ornithologi.
Longitudo.
Magnitudo.
Roſtrum.
Crura, & pedes.
Color.
Caput.
Anſeris feris deſcriptio authoris.
Pondus.
Longitudo.
Magnitudo.
Figura.
Roſtrum.
Palatum.
Collum.
Dorſum.
Ala.

Anſer ferus Ornithologi cum millefolio aquatico flore, & ſemine ranunculi aquatici.



Anser ferus Ferraria missus cum nymphæa lutea maiori.




Anſer ferus alius ex Belgio miſſus à D. Brancione, cum morſu ranæ.



Anſer ferus alius, quem Antonius Macchiauellus donauit, cum Iuncho holoſcheno Dalecampij.





bant crudæ, quæ exigua est, & breuis, pennæ extremæ decem & octo numero, vti & dorsi vltimæ, quæ caudæ principium contegunt. Supina pars tota ex cinereo albicabat. Alæ interiores cinereæ. Venter infimus, ac vropygij plumæ prorsus candidæ. Crura dodrantem fermè longa amœno colore inter luteum, & rubicundum ambigente, qualis est mali aurantij decora conspiciebantur, quemadmodum & pedes. Forma à domestici Anseris pedibus planis, cartilagine iunctis nihil discrepantes, exiguis vnguiculis. Membranæ, quæ digitos connectunt, in extremo denticulatæ erant serræ instar. Quæ omnia primo loco apposita icon indicat. Quæ secundo subijcitur loco effigies Anseris Flandrici est à Domino Brancione ex Belgio ad me missi, qui à iam descripto in hoc præsertim differebat, quòd rostrum ei neutiquam erat serratum, cauda exigua, & ferè nulla, totius corporis color ex cinereo candicans, rostrum, pedesq; inter luteum, rubrumq; ambigebant. Tertia icon est Anseris pariter syluestris, quem mihi Antonius Macchiauellus Bononiensis communicauit. Erat autem statura procera, rostro serrato, & in aduncitate reruruo. Collum iubis insignitum, pennæ, & plumæ vndique fermè cinereæ fuscis intermixtis distinguebantur, præcipuè in dorso. Cauda admodum breuis, & exilis. Pedes robusti, eodem plenè colore, qui in duobus superioribus. Ex quibus, patet non omnes Anseres feros glaucos esse, vt voluit author de natura rerum. Habes postremo loco expressam Anseris feri arteriam.

Cauda.
Ala interiores.
Venter infimus.
Vropygiũ.
Crura.
Pedes.
Anser Flãdricus.
Anser tertius syluestris.

LOCVS. VOLATVS.

Migratio. Pugna.

QVANQVAM Anserem maiorem, ideſt, domesticum, & Anserem minorem, ideſt, syluestrem circa lacus, & amnes versari supra dixerimus, nihilominus cohortales, (seu domestici, frequentius ex terra sibi victum quærunt, feri verò ex aqua, dum gregatim circumuolant amnes, & paludes. Syluestriũ autem sicut domesticorum vbique copia est: alibi tamen maior. In Æthiopia, vt quidam memoriæ prodidere, adeo frequentibus agminibus agros grassantur, vt tum morsu, tum stercore omnis demoliantur. Mitam quoque in regnis Septentrionalibus eorũ esse multitudinem scribit Olaus Magnus maximè cubationis tempore, quo redeunt à meridionalibus plagis. *Iaq;*, inquit, *circa initium Aprilis, hicq; cinerei, nigriq; coloris & rubei roſtri, ac pedum sunt, velut domestici ferè omnes candidi, & magni reperiuntur.* In Batauiam, Hannoniam, & Arteſiam, numeroſiſſimi, referente a Carolo Stephano migrationis tempore conſtituunt, adeo vt ſegetes per longiſſima locorum intervalla breui admodum tempore deuaſtent. In agro Lugdunenſi forenſes (Anseres, inquit b Io. Bruyerinus,) etiamnum abundant, qui tractus paludibus, & aquis ſtagnantibus mirificè madet, vnde illis nomen Anſerculorum. Qui occiduæ Indiæ hiſtorias conſcripſere, tradunt, in Hiſpana inſula Anseres multos, & Anates præteruolantes cerni menſe Decembri. Sunt etenim aues migratoriæ huiuſmodi Anseres, & cateruatim aduenium, & cateruatim recedunt. Abeunt autem longiùs, vt ſcribit Georgius Agricola, ſed quo ſeſe recipiant, non meminit. Verisimile autem eſt, cùm in noſtris hiſce regionibus frigora miteſcere incipiunt, eos ad loca frigidiora, vt pote temperamento ſuo admodum calido magis conuenientia migrare: volant autem ordine literato vt Grues. Albertus loca nonnulla particularia nominant, quò ſeſe tepidiore cælo recipiant, à quibus iterum ad non hyeme reuertantur. *Anseres feri, inquit, recedunt à terra noſtra, quæ eſt latitudinis quadraginta ſeptem graduum, & in Sclauiam (Illyrium) ad loca aquoſa, paluſtria, & arundinibus referta, vbi futuræ opi ram dant, ſe recipiunt. In principio autem hyemis reuertuntur ad nos propter paſcua, & aerem magis temperatum: & tunc volant in gregibus maximis, ita quod milleni, vel amplius videtur. Volant autem cùm ventus ſpirat à Septentrione, ad meridiem, quum à meridie ad Aquilonem. Itaque volantes ſuper flatu venti retinentur. Vnde vulgò dicunt, volatum Anſeris indicare ventum. Similiter ſcribit Auicenna obſervatum ſibi in regione ſua, quod aues quædam aquatica tempore veris ad mare mortuum (falſum) veniant, quod proprie dicto mari falſius, & calidius eſt: & inde recedant ad intus, qui ac more vocantur* (fortè ad Indos, qui Mauri vocantur, vt annotat Ornithologus: ſed vt idem teſtatur, Auicennæ de animalibus codex impreſſus habet. Et inde recedunt ad locum de Laurisiue) *ac inde traiecto Nilo, ad lacum de Canteſmo* (Ornithologus ſua lingua interpretatur de Trauluſtem) *dictum, quædam verò vſque ad lacum Deterrabellen dictum, & alios in iis regionibus lacus reuertuntur.* Quod ad tempus aduentus ipſorum quoq; pertineret, ſcribit Ornithologus, eas tardiùs,

Anseres domestici ex terra, feri ex aqua frequẽtius sibi victum petunt.
Anserum ferorũ vbi copia.
Aues sunt migratoriæ.
Quo ſe præcipuè æstate recipiant.
Aduerſo vento volatum excitent.
Volatus Anſerum indicat vẽtum.
Tẽpus migrationis.

a De re ruſ. l. 4. c. 15.
b De re eleb. l. 15. c. 29.

tardiùs, quàm Grues aduenire: cùm etenim Grues Septembris initio appareant, Anseres feri in fine Septembris, & Octobris initio primò conspiciuntur. Aitque se aliquando vidisse sexto Octobris die permultas auolantium turmas, qua ab oriente Galliam, & Occidentem versus per turmas triangulas (trianguli specie, sine basi, duabus tantùm productis costis) volabant. *Migratura Aues aquatica vociferantur, & cur.* *Dum autem ex vna regione in aliam sunt migraturæ, vociferantur*, inquit Albertus, *altè volando, ne qua earum remaneat, & vt augeatur societas recedentium, vt scribit Auicenna.* Ambrosius addit etiam debiliores quasq; & tardiores fulcire aduentatione (sustentatione) alarum: expectareque se inuicem, quominus obnoxiæ sint insidijs auium, à quibus perirent, nisi se mutuò expectarent. Quod spectat etiam ad volandi modum, & ordinem, cum nobis describit author de natura rerum his verbis: *Anseres indomiti aeris alti petunt, volantque vt Grues ordine literato, volatu secundum flatus ventorum* (Atque contrarium adstruit Ornithologus, vt ex eius verbis superius recitatis patuit) *Aquilone flante, petunt Anserum, frigidam aeris constitutionem imminere præsentientes. Vix autem à volatu cessant, nisi furie coëli. Intantùm enim volatu delectantur, vt vsq; dormiant, cum domestici contrà ad volandum propter grauitatem ignaui sint.* Albertus quoq; scribit syluestres Anseres omnes dum gregatim volant, ordinem seruare literatum more Gruum, & quò facilius volent flatui se committere ventorum. *Quamobrem*, inquit, *multi præsciunt ventos, frigora, & imbres aduolatum ipsorum. Alibi autem volant superiorem ventum praualere inferiori cognoscentes. Vix vnquam verò expectant hominem, & de loco, ad locum, sicut Grues se mutant, sed non latent. Volare do defessi dolent, & vociferantur.* Hæc ille. Sed quod Anseres dicat migrantes ob lassitudinem dolere, & vociferari, id negare videtur Ornithologus, aliamq; clangoris ipsorum causam assignat, dum ait: volant terè silentes, nisi turbatus sit ordo: tum enim clamant, defessos, ac procul sequentes expectant, & clangore vocant. Expectando videntur se humiliùs terram versus demittere, quod quidem faciliùs faciunt, quàm ascendere: cùm nec prorsus loco manere possint, nec pergere velint: Et rectà frequēti numero volare gaudent, quocirca inuicem expectant, vti etiam ex ipso Alberto dictum est: quapropter præcedentes illos, qui tardiùs volant ad volatum celeriorem hortari admodum est verisimile. *Volandi modus, & ordo.* *Volant ordine literato, vt Grues.* *Volando cur doleant* c Plinius quoq; eorum in volatu artificium graphicè sic describit: *Anseres quoque*, ait & Olores simili ratione (vt Grues, & Ciconiæ) *comeant: sed horum volatus cernitur* (hoc est, vt doctè interpretatur Ornithologus, magis in conspicuo est, quam Gruum, quòd minus in sublimi volent. *(Liburnicarum more, rostrato impetu feruntur, fauces ita findentes aëra, quam si recta fronte impellerent, à tergo sensim dilatante se cuneo, perrigitur agmen, largeque impellenti prabetur aura. Colla imponunt præcedentibus, fessos duces ad terga recipiunt.* Sic ille. d Io. Tzetzes item Gruum migrationem, & volatum in sublime describens, eundem quoque modum seruare etiam Anseres ait. Ornithologus huiusmodi volatus causam affert: quòd hoc ordine forsan commodiùs omnes ventum recipiunt, quo sustinetur volatus, nec vllus impedit alterum. Sic enim, ait, omnes facilè ducem suum, quem sequuntur, prospiciunt. Mira quidem sunt, quæ de harum auium volatu hactenus commemorauí; sed longè maiori admiratione sunt digna, quæ adhuc dicenda restant. Narrat e Oppianus, Anseres similiter, vt Grues tum volandi duces, tum somni facilè custodes habere, nunquam autem sine clamore ac Vocem esse absurdam, silentium rarum. Id vbi necessarium videtur, lapillo ori misso vocem continere, tanquam non aliter sibi temperaturos. Hoc autem facere ob metum Aquilarum. Nam taurum montem superaturos, vbi Aquilas timent lapillos rostris ferre ad coercendam linguam. Aelianus similiter, & Marcellinus, alijq; Anseres simpliciter Taurum montem transmittentes hoc facere scribunt. Plutarchus verò id Anseribus Cilicibus tantùm attribuit, quos ait pariter in Tauri montis traiectu calculis satis magis ota obstruere, vt obstreperam naturæ suę garrulitatem tantisper compescant, dum hostem clam prętereuecti fallant. Sed forsan vt conijcit Ornithologus, hoc præcipuè faciunt, qui circa Ciliciam sunt Anseres feri, quod ijs vicinus mons Taurus necessario transuolandus sit. Sunt qui Grues quoque, dum migrant, arenam ore, pedibus lapillos gestare tradunt, item minores quoq; aues, ac in primis Coturnices, apesq; inter volandum contra vim ventorum, vt Plinius. Quomodo autem Anseres feri, Anatesq; cum Ciconijs migrent in Lyciam, atque illic circa Xanthum fluuium aduersus Coruos, Cornices, Vultures, aliasq; carniuoras aues pugnent, in Pelecano ex Kiranide recitaui. Sunt autem Anseres tum feri, tum cohortales aues pugnaces, ita vt etiam ab Aquilis, alijsq; fortissimis hostibus non solùm astu, sed aperto etiam Marte se tueantur, vt alibi est annotatum. *Lapillis cur ora obstruant.*

c l. 10. cap. 23.

d Chiliad. 3.

e Ixeut. 2.

Anseres volādi duces, & somni custodes habent.

INGE-

INGENIVM. MORES.

Aucupium.

CVM de Anseribus mansuetis superiùs agerem, multa de ingenij ipsorum, sensusq; perspicacitate dicta fuere, quæ syluestribus, perinde ac illis conueniunt. Sed hoc saltem nomine domestici syluestribus sagacitate cedunt, quòd illi à garrulitate nullo tempore sibi temperare sciant, hi verò ne noceant, admodum opportunè compescere sciant, vt iam dictum est. Cæterùm quia Galeritis omnibus oportet cristam inesse, tam sagaces, & callidæ sensuq; perspicaces aues obliuionis notantur vitio, quod tamen non in damnum ipsis, sed in vtilitatem cedit. Nam cum locorum, vt tradit [a] Oppianus, pascua, etiamsi lætissima nacti fuerint, facilè obliuiscantur, ideoq; semper oberrent, & vagẽtur, hoc lucri, vt inquit ille, ex eo malo eis accedit, quòd non facilè capiantur ab aucupibus, qui familiaria plerunq; auibus loca obseruant, & quò ire illæ, redireq; solent, escam ad illiciendum, proijciunt. Verùm quamuis eo modo non capiantur: capiuntur tamen, & quomodo docet Petrus Crescentiensis, dum ait Est & aliud ingenium, quo Grues capiantur, Cygni, Starnæ, & Anseres, quod tale est. In ripis fluuiorum ab vtraq; parte figitur arbor altissima, vel duæ simul iunctæ, vt longior sit arbor, habeatq; per totum cuniculos ad ascensum in summitate tirellam, in qua ponitur funis retis. Cuius longitudo est secundum fluminis latitudinem, & arborum distantiam, & eius latitudo est, vt superiùs eleuata vsq; ad medias dependeat arbores, deinde homines vsq; à remotis veniant per glaream fluminis omnes volucres, quas inuenerint, expellentes, quæ volantes à splendore aquæ non discedent, donec in rete inciderint. Et tunc declinetur rete cum funibus suis, & volucres capiantur. Et modus iste locũ habet, nisi cùm tempus fuerit nubilum, & aër obscurus, alioquin aues eleuatæ facilè à flumine deuiarent. Et rursus. Est & aliud ingenium, quo capiuntur Anseres, & Starnæ, quod est tale. Tempore hyemis, cùm ex gelu, & sole puluis est in campis segetum, tenditur in vno sulco rete vnum longum per triginta brachia, post tertiam, cùm in vespere capere cupis, vel in sero, cùm vis in mane habere. Est autem hoc rete simile vni parieti habens duas stangias eleuantes, longas secũdum dimidiam latitudinem retis, & tenditur cum duabus brachetis, vt paries, sed disponitur, vt per se eleuetur violenter, quia hoc ipsum rete per se eleuare non posset, cumq; totum rete in terra firmatum fuerit, totum super cordam colligitur. Et tam ipsum, quàm stangiæ, & brachetæ, & funis trahens optimè ex puluere cooperitur, vel herba, sicq; in vno fossato, vel alibi aliquantulum remoto loco cooperto latitet homo, qui rete leuare debebit: in loco retis, sint duo, vel plures Anseres domestici syluestribus similes duobus paliculis alligati, & duo similiter scorticati, vt illuc syluestres cõfidentiùs veniant. Cumq; syluestres descenderint in aliqua parte agri, ex opposito vadat socius cũ capello in capite, vel alia re in manu, loquatur aliquid. & vt laboraret, alioquin fugerent, sicq; considerantes, & cautè perducat eas ad locum retis, quod facilè fiet per vniuersum agrum quantumcumq; magnũ, si hoc facere cautè scies, cumq; in rete videris eas, confidenter loquere, socioq; dicas, vt rete trahat. Verùm, quia hæc auis acutissima est, oportet, te omnino cauere, ne mane ad locũ retis accedas, quia statim perpẽderent de rore, vel pruina pedibus tuis mota, & fugerent: & ideo cùm tendis in sero statim ibi stellones pone, & per totam noctem dimitte, sed cùm capere vis in sero, non est necessaria hæc cautela. Hactenus ille Quomodo verò tam Anseres, quàm aliæ magnæ aues capiantur balistis docet idem [b] alibi: quem lector per otium adire poterit. Gonzaluus Ouiedus, alijq; qui Indiarum occidentalium historias conscripsere, aucupij genus quoddam narrant satis argutum, quo Anseres syluestres in illis regionibus capiuntur. Solent hæ volucres in vastam quandam paludem insulæ Cubæ numerosè conuolare: quare incolæ plurimas cucurbitas, quàm amplas, rotundasq; arefactas eò proijciunt, quæ dum vento impulsæ huc illuc per aquam sublimes feruntur, Anseres primò quidem terrent aliquantulum: sed mox cùm nihil inde sibi noxij accidere videant, sensim omni deposita formidine, cucurbitis illis fidenter admodum insiliunt, atque ita huc illuc per totum lacum deferuntur. Quo viso Indi alia quadam ampliſſima cucurbita caput, ac humeros recondentes, reliquum corpus vndis immergunt, atque paulatim quò Anseres numerosiores conuenisse per exiguum foramen conspiciunt, accedunt, insilientẽq; eam à reliqua multitudine seducunt, improuidamq; manu arreptam strangulant, & ex cingulo,

Anseres domestici syluestribus minus sagaces.

Anseres obliuiosi.

Quomodo rete capiantur.

[a] *Ixeut. l. 2*

[b] *lib. 10. c. 20.*

Quo astu ab Indis capiantur.

Anseres pulcherrimi in India.

gulo, quo præcinguntur, suspendunt, ac denuò ad aliam sese prædam rursus accingunt. Tradunt autem ibi migrationis tempore frequentissimos cõspici, & pulcherrimos, toto corpore nigros, præter pectus, & ventrem, quæ candent. Oculos circulum carneum, & coralli æmulum ambire. Ex minore oculorum cantho lineam extuberare, eiusdem planè substantiæ, & coloris, deduciq; collum versus, atque inde sex, septemùe ramulos exiguos vtrinque ad medium colli vsque descendentes, diuaricari. Apud nos plerunque sclopetis occiduntur, sed difficulter; nam vt auditu, atque volatu plurimum valent, ita ad minimum quemq; strepitum exterriti, quàm ocyssimè auolant.

COITVS. PARTVS.

Quando coeant.

ANSERES feri, inquit Albertus, *incipiunt coire post hyemale solstitium, deinde initio veris pariunt ova ad summum sedecim. Aiunt autem sicuti subinde subtrahantur, pariturum Anserem vsque ad defectum.* Hæc ille. Sed quod de partu tradit, Plinius, ex quo transcripsisse videtur, id de Ansere domestica tantùm scribit; fieri tamen potest, vt de veri vsque verum sit. Idem Plinius animantia dici ait, quæ ex feris mitigentur, non concipere, hisq; Anseres annumerat. Quod si verum est, manifestò falluntur, qui varios ex feris cicuratos, & domesticos factos esse censent: eos enim perinde ac albos fœcundos esse experientia docet. Sed Anseres feros posse mansuescere negat Bellonius: cui tamen Plinius refragari videtur.

Animalia ex feris mitigata non concipiunt.

ÆTAS.

EX viuacissimis animalibus esse Anserem in domestico diximus; sed ferus eum vitæ longitudine fortassis superat. Quippe Ornithologus ab Heluetijs, Anserem syluestrem, siue niualem longè viuacissimum putari scribit; ita vt ætatem maximè longæuam significaturi, vulgò dicant: Alt alts ein Schneeganſz, hoc est, tam prouectæ ætatis, quàm est Anser niualis.

ANTIPATHIA.

EOSDEM hostes habent, quos domestici, sed maius ab ijs imminet eis periculum, tum quia magis vagantur, tum quia aucupes Falconibus, alijsq; huiusmodi auibus capere studeant. Cæterùm si verum est, quod quidam tradit, nullum infestiorem hostem habebunt Gyrifalcone, à quo nimirum sub amicitiæ, & sodalitatis specie malè tractantur. *Nam*, inquit ille, *venit à regionibus transmarinis in cohorte multarum auarum* (Anserum) *terrestrium, quarum vnam nocte propter frigus pellens sub pedibus, aliam interdiù caput in cibum.*

MORALIA.

QVAM detestanda sit garrulitas ob noxas, quas infert, Anserum exemplo, qui eam lapillis ori impositis compescunt, ne noceat, docet nos a Plutarchus hisce elegantissimis verbis: *Sicut enim*, inquit, *in corpore ad male affectas, & dolore correptas partes feruntur, atque vergunt, quæ sunt in vicinia: sic loquacium lingua perpetuò inflammatione laborans, atque palpitatione, trahit, & abducit ad se aliquid arcanorum & absconditorum. Oportet igitur eam obturatam habere, & ratione velut obice lingua oppositio, idemtidem fluxum eius, lapsusq; cohibere, ne stultiores Anseribus videamur esse, quos aiunt, cùm è Cilicia transuolant Taurum montem Aquilarum plenum, singulos recepto in os tusta magnitudinis lapide, quo tanquam freno, aut claustro vocem compescant, ita noctu latentes tacitè vrajicere.*

a In moral. de garrul.

PRO-

PROVERBIA.

COELVM non animum mutant, qui trans mare currunt.

Ejusdem sententiæ, inquit Ornithologus, prouerbium celebrant Germani, Ein Ganſz vber meer, ein Ganſz Vvider har, hoc est, Anser etiam mari traiecto redit Anser. Quidam sic efferunt. Es flog ein Gans vber Rhein, vnd Kam ein gagag vvider hein. Nam gaga de voce Anseris per onomatopœiam. Hæc Ornithologus. Qui insuper addit, prouerbium hoc initi vulgatæ illi opinioni, Anserem stolidum esse animal: quam falsissimam esse dictum est. Adagium in hunc locum reiecimus, quia feris tantùm non domesticis, mare transuolare conueniat.

VSVS IN CIBIS, & Medicina.

LICET omnium Anserum caro damnata sit, quoniam dura, & concoctu difficilis, & valde excrementitia, atq; improbum generans succum, tamen, vt censet *a* Cardanus, syluestrium caro domesticis est salubrior: prę nimia enim exercitatione minus excrementitia est, atq; concoctu facilior: sed & crudus adhuc suauiter oler, instar leporis assi quodammodo, vt refert Ornithologus. Contrà tamen Albertus narrat, Anserem syluestrem captum per elixationem trium dierum naturalium emolliri non potuisse, & tandem induratum nullum animal gustare voluisse. Sed is fortè fuerit annosissimus, & præ nimia ætate coctioni contumax: quod adeo mirum videri non debet. Quod ad vsum medicum spectat, docet Marcellus, Anserum syluestrium linguas assatas efficaciter sumi in cibo à calculosis. Kiranides fel Anseris, maximè quidem syluestris tradit, cum succo prasi (porri) aut polygoni in pessario positum, conceptionem promouere, & in viris intensionem. Idem credit, eiusdem Anseris feri fimum suffitum damonia ejcere, & læthargum sanare, & suffocationem matricis. Demum Anseris immansueti adipem à Galeno adipi Anseris domesticis substitui alias dictum est: Scribit præterea *b* Cardanus, Anseres marinos in vesicula oleum continere, quod multis & ad dolores, & ad coria mollienda vtile est.

a De sanit. tuend. l. 3. cap. 18.
Syluestrium caro domesticorum caro salubrior.
Linguæ vires.
Fellis vires
Fimi vires.
Adipis vires.
b De sanit. tuend. l. 1. cap. 5.

DE VVLPANSERE. Cap. XIX.

SYNONYMA. FORMA. Descriptio.

VÆ Græcis χηναλωπηξ, Latinis Vulpanser dici potest, & sic Gaza ex Aristotele transtulit. Est autem vtrunq; nomen ex Ansere, & vulpe confictum: nam cùm Anseris formam præseferat hæc auis, moribus est vulpinis. Sunt qui Chenalopecem eandē esse cum Penelope aue arbitrentur, vt in Penelope dicitur. Pliuius nomen Latinum non habet, sed vbi apud ipsum legitur, Anserum generis sunt Chenalopeces, aliàs legebatur Penelopes, cum statim addit: Et quibus lautiores epulas non habet Britānia, Chenerotes aliàs prò Chenerotes legebatur Chenalopeces, aliàs Ceramides. χηναλωπηξ igitur auis est, quam diximus, χηναλωπηξ verò canis Laconicus ex vulpe, & cane natus. Ciceluche pro Chenalopece vox est corrupta apud Auicennam de animalibus. In Alberti opere Chichelinches scribitur. Quo autem nomine hodie vocetur veterū Chenalopex, non satis apud authores cōuenit. Eliota Anglus Chenalopecē suspicatur esse Barnaclam (Berniclam, de qua posteà) Bellonius hac in re non sibi constans in obseruationibus eam esse auem scribit, quæ à Gallis Bieure, ideſt, Fiber dicatur: eò quòd similiter vt Fiber viuarijs noxius sit, deuorandis scilicet piscibus. In libro verò de auibus Eliotæ subscribit: nam Berniclam describens, eam esse Chenalopecem, seu

Etymum.
Ciceluche.
Chichelinches.
Fiber.

Crauant. Vulpanserem asserit; sed anceps est, an auis à se descripta sit Crauant Armericorum: (quæ est eadem Berniclæ, vt suo loco dicam) sicut reuera est, conueniente prorsus descriptione, vt ait Ornithologus. Ipsam verò descriptionem ab eo, tanquam de Vulpansere allatam, in Bernicla, cui penitus ferè conuenit, recitabo. Quidam Anglus auem pro Vulpansere describit, alis, & pectore ruffescentem, quam Angli Bergandrum vocent. Inquit enim: Chenalopex ab Ansere, & vulpe nomen habet. Nostrates hodiè vocant Bergandrum. (fortè quasi montanum Anatem Bergentem) Anate longior, & grandior Vulpanser est, pectore ruffescente, in aquis degit, & in cuniculorum foueis, interdum & in excelsarum rupium cauernis (vnde fortè nomen ab Anglosaxonibus, nostris patribus fortitus est) nidificat. Nunquam alias vulpanserem vidi, nisi in Tamisi fluuio. Aiunt tamen frequentem esse in insula Tenia vocata, & illic in scrobibus nidulari. Et rursus in epistola ad Ornithologum. Vulpanserem, inquit, Angli vocant à Bergander. Nidulatur in cuniculorum foueis more vulpium, Anate maior, minor Ansere, alis ruffis. Contrà Ornithologus considerandum esse ait, an Chenalopex sit ille Anser Stellatus, quem, vt superius dictum est, Itali Ciccum, vel Ocam Sternam vocant, Germani Sternganss, quem se Ferrariæ vidisse testatur in insula Padi, leuem pondere, dorso, & alis cinereis, reliquo corpore album, palmipedem vt Anser, pedibus tamen non rubris, pectore maculis aspersо. Ego inter tam diuersas doctissimorum virorum sententias quid certi proferam, non habeo, præsertim cùm neq; ab Aristotele, neque ab alijs antiquis scriptoribus, vlla Chenalopecis assignetur nota. Quapropter hac in re, sicut & in alijs suum cuiq; liberum reliquo iudicium.

Pergandri descriptio.

Bergander vbi.

Bergandrinus.

LOCVS. PARTVS.

VVLPANSEREM *a* Aristoteles numerat inter aues palmipedes, quæ circa lacus, & amnes versantur. Et *b* alibi eum à lacu, & à mari victum petere scribit. Et rursus, hypenemia quandoq; parere, quod & Plinius ex eo repetijt.

a Hist. li. 8. cap. 3.
b Hist. l. 3. cap. 1.

INGENIVM. MORES. PVGNA.

RECTE *Vulpanseri nomen inditum est*, inquit Ælianus, *quod ex ingentis naturæ suæ tribus trahit. Cum enim Anseris speciem habet, tum probe cum Vulpe callida improbitate comparari potest. Atque etiamsi corpore, quàm Anser inferior sit, animi tamen robore superior, & ad inuadendum præstantior habetur. Ab Aquila, & felis, & cæterorum hostium suorum iniurijs se defendit, & propulsat. Pullos suos vehementer amat, eandemq; operam, quam Perdix in ijs tuendis ponit. Nam ante suos fœtus se se prouoluens, aucupi spem sui capiendi ostendit. Hi verò interea, cùm venator illuditur, elabuntur: quibus fuga elapsis, is se se alis alleuans diuolat, ac sæpe, vt pullos facilius elabantur, capiendum se venatoribus præbet. Hinc est, quod Ægyptij in Hieroglyphicis (vt refert Orus) pro filio designando, Anserem pingunt.* Hæc omnia Ælianus. Non dissimilia quidam Anglus de eius moribus vulpinis, & pietate in prolem recensere videtur. Sed dubitatur, amorem illum in sobolem, & in ea tuenda astutiam, tanquam de aue, quam Bergandrum Angli vocant, obseruatum tradiderit, an potiùs, quæ modò ex Æliano recitaui, repetiuerit. Ob id verò, quod Vulpanseres sunt pullorum suorum amantes, ipsi ab Ægyptijs honorem haberi scribit idem Ælianus. Herodotus similiter Ægyptios ex volucribus Vulpanseres sacros esse affirmare tradit. Sed hoc an ob illorum in sobolem amorem factum sit, non exprimit.

Pugnacitas Vulpanseris astus.

Ægyptij pro filio designando quid depingat.

Vulpanseri cur honor ab Ægyptijs habeatur.

COGNOMINATA. DENOMINATA.

Prouerbia.

VBI Theagenes quidam in auibus Aristophanis, χλωραλώπηξ nominatur, Scholiastes hominem illum improbum, & versutum fuisse interpretatur. Didymus verò eodem citante, hunc simul, & Philoclem ὀρνιθώδης fuisse scribit, hoc est, capite superiùs acuminato. Hinc χλωραλωπηξ ab adagiorum authore tanquam vocabulum prouerbiale ponitur. Theagenes, inquit, quod esset garrulus, & stupidus more Anserum, & versipellis more vulpium, vulgari ioco dictus est χλωραλωπηξ voce composita ex Anser e, & vulpe. Quanquam Didymo magis probatur Anseris nomen additum, quòd auitio, & præsertim Anserinis supra modum delectaretur, videlicet vulpium more. Hæc ille. Sed ineptè, vt censet Ornithologus; neq; enim tale quicquam apud Didymum legitur: verùm ea tantùm verba, quæ paulò antè ex Scholijs in aues Aristophanis citata fuere: vbi ὀρνιθώδη Ornithologus optimè conuertit, non illum, qui auitijs, & Anserinis carnibus delectaretur, sed hominem capite superius acuminato. Nam eodem in loco Scholiastes rationē inquirens, cur Philocles Corydus nominatus sit, sic scribit: Μήποτε ὁ Εὐκέφαλος ἰω ἐν τα ἀνω και ὀρνιθώδης τὴν κεφαλὴν. Et mox subiungit, quod Didymus scribat Thagenem quoq; ,& Philoclem ὀρνιθώδη fuisse, vnde Aristoteles eos, qui sunt mum nasum tenuem habent, ornithodes esse, hoc est, aues hac parte referre ait. οἱ τὴν ῥῖνα ἄκραν λεπτὴν ἔχοντες : ὀρνιθώδεις: Sed aliter Adamantinus. Ῥὶς μακρὰ καὶ λεπτὴ καὶ ὀρνιθώδης. Τοιαῦται δὲ καὶ τὰ τῶν πρεσβέων. Et in præfatione. Γίνεται δὲ ἐν ἀνθρώποις εἴδη ὀρνιθοειδῆ, καὶ θηριοειδῆ καὶ ἀκριτόμυθα, ἀλλὰ τρόπους ἐξαιρέτους. Præter Theagenem Lysistratus etiam, qui tanquam mollis, & alibi tanquam pauper, & aleator traducebatur χλωραλώπηξ appellabatur, teste Aristophanis Scholiaste in Acharnensibus, & Suida.

HIEROGLYPHICVM.

VVLPANSEREM pro filio designando Ægyptios pingere obiter dictum est suprà ex Oro. De quo hieroglyphico a Pierius ex eodē Oro sic scriptum reliquit: Filium, vt inquit Orus, vt alij, affectum in filios scribere si vellent Ægyptij sacerdotes, Vulpanseris hieroglyphicum faciebant. Ales hæc ex Anserum genere, qua lautiores epulas non norat olim Britannia, tanto filios amore prosequitur, vt si vnquam accidat, vt cum filijs in venatores incidat, simulatq; conspecti sunt illi, pater, & mater sponte occurrunt, seq; ipsos venatoribus dedunt, vt ita eos à filijs aliorsum auertant (διαστροφὴ in antiquis manuscriptis codicibus habetur) cuius pietatis ergo visum est Ægyptijs animal huiusmodi magna prosequi veneratione (in ijsdem enim manuscriptis exemplaribus est αἰγυπτίους ἴδοξε σεβάζεσθαι τὸ ζῶον) non autem συμβάλλειν, vt habetur in impressis.

Filij hieroglyphicum vt affectus in filium. alib. 20.

VSVS IN CIBIS, & in Medicina.

VVLPANSEREM olim in cupedijs fuisse ex Plinio constat, qui eo suauiores epulas non nouisse Britannos scribit. Inter oua principatum tenent Pauonina, deinde Vulpanseris, tertiò Gallinarum, vt testantur Epanetus, & Heraclides apud Athenæum. Aretæus de elephantiasi scribens faciei tumoribus, sarmentorum cinerem alicui ferarum adipi admixtum illinire iubet, leonis videlicet, aut pantheræ, aut vrsi: sin his careres, inquit, animalis, quod Græci Chenalopeca vocant.

Vulpanser inter cupedias. Oua Vulpāseris qualia.

DE ANSERE BASSANO, SIVE Scotico. Cap. XX.

QVARVNDAM auium historiam, (quarum etiam superiùs memini, cùm Anserum diuersa genera recenserem) sub Anseris nomine scribit Ornithologus: de quibus cùm nihil apud authores legerim, præter ea, quæ ille ex alijs etiam annotauit, ea tantùm hic recitabo, quæ ipse scripta collegit. De Ansere itaq; Bassano, seu Scotico, vt ab eo exordiamur, sic ille ex alio: Anser Bassanus marina auis est, vulgò dicta à Solendguse, prædicto Anseres (Bernicla, de qua inferiùs) paulò minor, Anserem tamen voce, & forma per omnia refert. Nidulatur in mari Scotico, in rupibus excelsis insulæ Bassi, per antiphrasin, opinor, dictæ: nec aliàs vspiam in tota Britannia. Hic tanto amore suos pullos prosequitur, vt cum pueris per fines in cordibus ad auferẽdos eos dimissis, acerrimè non sine vitæ periculo conflictetur. Nec silentio prætereundum est ex adipe huius Anseris (est enim insigniter adiposus) vnguentum à Scotis ad multos vtilissimum fieri, quod cum Comageno à Plinio celebrato, meritò bonitate, & remediorum numero potest certare. Hactenus ille. Ego, inquit, idem, nuper ex erudito homine Scoto accepi hos Anseres Solendguss dictos, longiores domesticis esse, sed minus latos, in rupibus oua parere, & superposito pede altero (vnde nomen fortassis à solea, idest, planta pedis, quam etiam Germani (& Itali) sic nominant) tandem excludere magnam eorum copiam. Capi ad insulam Bassi iuxta Feurt fluuium, qui præterlabitur Edeburgum in Scotia: nec alibi vsquam reperiri. Digredi procul vel ad sex circiter miliaria à littore, eius naturæ esse, vt cùm nouum piscem viderit, priorem euomant, idq; sæpissimè faciant, vt vltimum demum pullis suis afferant. Tot autem pisces euomere, vt qui in præsidio arcis sunt, pisces ciectos ad cibum colligant, facilè capi, nec refugere capturos. In æstu Scotici maris circa Hebrides insulas, inquit Hector Boëtius in descriptione regni Scotiæ, præter alias insulas nobilis est Maia D. Hadriani, ac eius sodalium martyrio pro Christi nomine coronatorum reliquijs. Altissimo hìc scopulo fons aquæ dulcis largissimus, admirando naturæ miraculo, medio mari scaturit. Omnia exuperans rerum in se nouitate Bas castellum viribus humanis prope inexpugnabile. In hoc quoque æstuario situs est scopulus angusto aditu vix piscariam nauem recipiens, qui non in sese ædificia extructa habet, sed excauatus non incommodiora domicilia intus præbet, quàm si magnis operibus extructus esset. Cæterùm longè hac re munitiora. Quicquid auem in eo est, portentosæ plenum est nouitatis. Auium enim, quas vernacula lingua Solandis (ane Solend guuijs) appellamus, haud absimilium ijs, quas Aquilas Plinius aquatiles vocat, in eo ingens copia inhabitat, nec in vllo alio ferè loco. Eæ, quum primùm aduenium, incipiente vere, cõstruendis nidis tantam lignorum copiam comportant, vt auferentibus, qui illis inhabitant (nec enim id ægrè ferunt) satis in annum ex ea parte prospectum sit. Pullos suos piscibus alunt, ijsq; delicatissimis. Nam si quempiam antè ceperint, auolantesq; meliorem fundo maris nantem conspiciant, abiecto illo, magno sese impetu præcipitantes, immergentesq; prædam persequuntur illam: vbi verò ad nidum escam pullis adportarunt, auferentibus rursus hominibus, haud grauatè concedunt, continuò pro alijs aduolantes. Pullos quoq; nec repugnantibus deprædantur, vnde ingens commodum ad castelli dominum redit. Nam cutem detrahentes cum pingui oleum inde magni precij conficiunt. Habent quoq; intestinum quoddam paruum, oleo singularis virtutis refertum. Coxendicẽ enim, arthritimq; & id genus morbos sanare consueuit, vt appareat, hanc auem, cùm alioqui omnibus modis hominum vsibus inseruiat, quod rarior sit, hoc solo se esse inferiorem. Hæc ille. Et rursus: Est & ea Aliza vna Hebridum ijs auibus, quas Solandis nominatas diximus, abundans. Hæc omnia ex scriptorum monumentis annotauit Ornithologus, qui huiusmodi quoq; Anseris iconem apponit, quam sicut etiam duas sequentes, se è Scotia accepisse fatetur Henrici à S. Claro viri clarissimi liberalitate, quas nos quoq; ne quidquam in nostro opere desideretur, ex illo transumptas hìc appingi curauimus.

Anser Bassanus quæ auis.

A Solẽdguss auis descriptio.

Nidus.

Amor in prolem.

Adeps, & ex eo vnguentum.

Partus, incubatus.

Vbi capiãtur.

Anseris Bassani in expiscando mos.

Bas Castellum.

Nidificatio.

Oleum intestini singularis virtutis.

DE GVSTARDA AVE SCOTICA. Cap. XXI.

HANC etiam, inquit idem Ornithologus, auis aquaticæ, vt apparet, & Anserum ferorum generis iconem è Scotia accepi, absque alia descriptione. Nam quæ Gustardæ auis in historia Scotica Hectoris Boëthij nobis demonstrata est, non ad auem, quæ hic pingitur, sed ad Otidem pertinet (vt in historia eius recitatum est) quæ Tarda, & Starda hodie in multis Europæ regionibus vulgò vocatur, nostris Trappa. Itaque cùm in nomine huius ad nos missæ iconis erratum suspicer, nihil aliud addam, donec rem certius cognouero. Hæc ille, qui pariter hanc eius effigiem exhibet. *Gustarda.*



DE CAPRICALCA, QVAM SCOTI vulgo appellant Ane Capriccize. Cap. XXII.

Capercalze.

Victus.

Deſcriptio.

HANC poſtremò iconem, tanquam auis Anſerini generis ponit Ornitholo-
gus, pauca hæc de ea memoriæ prodens. Capercalze, ideſt, Syluestres equi
appellati, ſolius pinus arboris extremis flagellis victitant. Ex Hectore Boë-
thio nimirum in hiſtoria Scotica. Audio, inquit poſteà, hanc auem Coruo
paulò maiorem eſſe, ac in delicijs haberi. Tænijs tranſuerſis fuſcis per col-
lum, pectus, & ventrem diſtinguitur: cauda ferè nulla, &c. vt pictura oſten-
dit. Hæc Ornithologus.

Capricalca.



DE BRANTA, SEV BERNICLA.

Cap. XXIII.

ORDINIS RATIO.

SYNONYMA.

QVIS Ornithologum non miretur, auem de qua nobis in præsentiarum est sermo, inter Anates collocantem, cùm vel figura ad Anserem magis, quàm ad Anates accedat, & quod amplius est, Anserum ferorum more volet, strepat, & segetem depopuletur, vt testatur quidam Anglus, & insuper apud plerosque populos, quibus innotuit, Anseris, non Anatis nomine veniat? Verùm quomodo apud veteres appellaretur, non satis est manifestum. Anglus is Plinij Chenerotes suspicatur, tamen incertus, vt ex hisce verbis eius patet. Plinius, inquit, duo præcipua Anserum genera facit, Penelopes (aliàs Chenalopeces) & quibus lautiores epulas non nouit Britannia, Chenalopeces (aliàs Chenerotes) Anseres ferè (aliàs fero) minores. Posterior lectio, vt Chenalopeces prius, deinde Chenerotes legantur, mihi, inquit, magis approbatur: nam & nos vna aue locupletat, & Penelopes Anati potiùs, quàm Anserini generis eruditis esse videntur. Deinde cùm Chenalopecem descripsisset, Chenerotes verò, inquit, quænam aues sint, puto paucissimos esse hodie, qui nouerunt. Neque ego licet Britannus, Chenerotes nostros satis noui nam præter duo Aristotelis genera (Anserem scilicet domitum, & ferum) Anserum adhuc duos genera noui in Britannia, ad quorum neutrum, si Chenerotes pertineant, illos mihi penitus ignotos esse ingenuè fatebor. Prior Anser à nostris hodiè Branta, & Bernicla vocatur, & fero Anseri minor. Et cùm Berniclam descripsisset, multaq; de eius ortu prodidisset, quæ omnia suo loco referam. Alter Anser, inquit, (ex duobus, quos solos mihi in Britannia notos dixi vltra duo Anseris Aristoteli memorata genera) marina auis est vulgò dicta à Solendguse in Mari Scotico (nimirum Anser Bassanus, de quo superius actum est.) Iam quum Anserum genera, licet diligentissimè inquirens, apud Britannos plura inuenire non possim, Chenerotes, (qui ab amore mihi nomen habere videtur) aut Berniclæ, aut Bassani Anseres sunt, aut mihi prorsus ignoti. Hucusque ille, anceps admodum, Chenerotum nomen Berniclæ nè, an potiùs Anseri Bassano conueniat. Contrà Eliota pariter Anglus aues, quas Angli Berniclas vocitant, Chenalopeces esse conijcit, cui alicubi adstipulari videtur Bellonius, vt in Vulpansere dictum est, licet alibi diuersæ prorsus sit sententiæ. Hodie, vt iam diximus, Bernicla, vel Bernacla, seu Branta Anglis dicitur: quidam Berneca proferunt. Horum nominum originem sic inquirit Ornithologus. Berniclæ vocabulum quid sibi velit, non habeo, quod dicam. Conijcio quidem è veteri Britannica lingua, quæ hodie Vvallorum in Anglia, Britonum verò in Gallia est, relictum esse: quoniam Armorici, ideſt, Britones eo etiamnum vtuntur. Brantæ nomen Caius Brendinum Anserem mihi vocauit, originis Germanicæ mihi videtur, Anglosaxonibus in vsu, ab atro, seu titionis colore factum: qui & ceruis, & vulpibus quibusdam apud Saxones nomen fecit, &c. Scoti apud quos nasci perhibetur Clakis appellant, Galli Oye Nonnette, teste Bellonio, apud eos Armorici partim Bernachias, vnde Anglorum Bernicla, vel Bernacla, partim Crabrans, seu Crauant, quod postremum nomen, ait Ornithologus, Germanicum videri potest, quasi grauent, ideſt Anas fusca. Ipsi Germani vocant ein Baumganss. Vvievvolanch. Cùm verò incertum sit, quodnam Latinum nomen ei conueniat, Anser arborum, seu Anser arboreus Latinè dici possit: licet apud Germanos alia auis, vt Ornithologus ait, Baumganss Germanicè dicta sit à Bernicla diuersa, de qua sic scriptum reliquit Ornithologus: Diuersus ab hoc (Bernicla) videtur Anser arboreus, Germanicè vulgò dictus Baumganss, coloribus præcipuè differens. Anseri paulò minor est, & in salicibus moratur, infra, supraq; aquam. Rostrum ei nigrum (vt pictura indicat) qui color etiam capitis est, colliq; proni, dorsi, caudæ, & alarum; circa oculos, & gula tota, siue collo supino albicat, vbi, & maculis quibusdam cinereis, aut fuscis notatur, quæ in pectore fuico

Brãta quæ auis veteribus.

Chenerotes vnde dicti.

Bernicla etymum.

Brantæ etymum.

Crauant etymum.

Anseris arborũ à Bernicla diuersi descriptio.

magis

magis nigricant: in ventre tum albæ, tum nigricantes apparent, crura fusca. Hæc ille. Sed vt ad Becniclam redeamus, Isidorus Barliatam nominat, nisi fortè lectio corrupta sit. Apud Albertum Barbates pro eadem aue significanda alicubi legitur.

FORMA. DESCRIPTIO. LOCVS.

Vsus in cibis.

Branta descriptio. BRANTAM, siue Berniclam sic describit quidam Anglus, Fero Anseri minor est, pectore aliquousq; nigro, cætero cinereo. Anserum ferorum modo volat, strepit, paludes frequentat, & segetem depopulatur. Et rursus, in epistola ad Ornithologum: Berniclas, siue Brantas, ait, ex putridis nauis malis fungorum more nasci minimè fabulosum esse, doctorum & honestorum virorum occultata fides mihi persuasit. Branta Anserem palustrem valde refert, his tamen notis ab eo differt. Branta breuior est, à collo, quod rubescit nonnihil (in nostris quidem picturis, inquit Ornithologus, nihil ruboris apparet) ad medium vsq; ventrem, qui candicat, nigra est. Anserum more segetes populatur. In Vvallia (quæ pars est Angliæ) in Hibernia, & Scotia aues istæ ad huc rudes, & implumes in littore inueniuntur. Albertus Magnus, Auis hæc, inquit, aliquantò minor Anser est, & rostrum Anseris habet: caput quasi Pauonis (aliàs colorem capitis, vt Pauo, sed nullam è pennis cristam) pedes nigros, vt Cygnus, digitos membrana coniunctos ad natandum. Color in dorso cinereus ad nigredinem declinat. Struma (collum parte anteriori) nigra est, venter cinereus, vel subalbidus. Bellonius, qui alicubi putat hanc auem esse veteram Chenalopecem, sic eam sub Crauant, seu Oye Nonnette nomine describit: Habitu corporis Anseri similis est, colore monialem refert (idcirco Oye Nonnete appellari scribit) minor est Anser, Anate maior. In summo capite, ceruice, & pectore plumæ atræ sunt. Mentum ad collum medium vsque, & sub oculis colore est candido. Similis autem est monacharum ornatui, quæ colorem album atro superimponunt. Cauda breuis nigraq; Alæ, & dorsum coloris plumbei. In femoribus vtrinq; easdem maculas habet, quas Anser, & Anas marina. Forma igitur, & colli longitudine est Anseri similis, minor tamen, cruribusq; proceris. Pedes plani, lati, ac fusci sicut & crura, oculi, & rostrum. Hoc autem rotundum est, breuiusque, quàm in Anser, ac in rotunditate obtusum in extremo. Incessu, victu, clangore, & voce Anserem refert. Hæc Bellonius, quæ Ornithologus Berniclæ competere existimat; quanquam rostrum in illius icone longius pingi dicat, quàm par sit. Ait enim, atrum colorem, seu titionis in capite eius rostro, cruribus, collo, dorso, corporis parte, caudaq; insignem esse, in alarum parte, & ventre cinereum, post oculos maculas albas: pectoris etiam partem, & laterum interiorum candicare. Hæc ille, adhibita, quæ hîc spectatur, icone. A qua aue differre nonnihil mihi videtur, quam D. Brancionus ex Belgio depictam ad me misit. Neq; enim color ille albus, quem nominant illi in gutture, aut sub oculis in hac cernitur: quanquam circulus quidam imperfectus in colli suprema ferè parte candicet. Totum caput, collum, si dictum semicirculum demas, pectus, dorsum, & coxæ internæ subatra. Oculi flauescunt. Rostrum, quàm in Belloniana breuius, crassiusq; quâ capiti nectitur, alæq; ex cinereo in fuscum vergunt, sicut etiam cauda, quæ exigua admodum, & ferè nulla apparet. Venter, & coxæ externæ cinereæ. Crura, pedesq; subfusca, semicirculis, & lineolis nigris variegantur. Huc referendæ sunt aues, quas Ornithologus sibi pro Clakis missas ait, quas hic præterire noluimus, sexu differentes, de quibus ille hæc annotata reliquit: Has figuras auium, inquit, quas Scoti Clakis appellant, vt & alias quasdam Scotici maris, quas infra memorabimus, doctissimus Io. Ferrerius Pedemontanus ad nos misit, præstantissimi apud Scotos viri Henrici à S. Claro liberalitate. Mari huius generis rostrum acutius, fœminæ obtusius est, vt geminæ icones ostendunt.

Bellonij descriptio.

Autoris descriptio.

Branta, siue Bernicla, cum tragopogo, siue vua marina maiori.



Berniclæ icon, quam D. Brancion ex Belgo miſit, cum cypero longo odoratiore.



Clakis à Ferrerio missus cum plantagine maritima.



Clakis alter ab eodem Ferrerio miſſus.



ORIGO. ORTVS.

De harum auiũ ortu varia sententiæ.

DE harum auium origine, & ortu diuersi diuersa scribunt. Quidam coire, vt cæteras aues volunt, alij ex ligno putri, alij ex pomis cuiusdam arboris corruptis generari contendunt, alij ex conchis. Albertus primæ sententiæ est, nempe ex coitu nasci. *Barbates*, inquit (Crantæ, seu Berniclæ) *aues falsò quidam dicunt tecirco nominari vulgò Baumgenss* (ideſt, Anseres arborum) *eò quod ex arboribus nascantur à caudice, & ramis dependentes, & succo, qui inter corticem est, nutriantur. Dicunt etiam aliquando ex putridis lignis hac animalia in mari generari, præcipuè ex abietum putredine asserentes à nemine vnquam has aues visas coire, vel oua parere. Sed hoc omnino absurdum est. Ego enim & alij complures mecum vidimus eas coire, & oua fouere, & pullos alere.* Bellonius quoque oua parere, & pullos excludere se obseruasse ait, & falsum esse, ex malis neuium putrescentibus nasci. Æneas Syluius etiam huiusmodi admirabilem harum auium ortum fabulosum existimare videtur. Audieramus, inquit, nos olim arborem esse in Scotia, quæ supra ripam fluminis enata fructus produceret Anatum forma (Anserum potiùs) hos maturitati proximos sponte sua decidere, alios in terram, alios in aquam: & in terram deiectos putrescere, in aquam verò demersos mox animatos enatare sub aquis, & in aëre plumis pennisque euolare. De qua re cum auidiùs inuestigaremus, dum essemus in Scotia apud Iacobum regem hominem quadratum didicimus miracula semper remotiùs fugere, famosamq; arborem non in Scotia, sed apud [a] Orchades insulas inueniri. Hæc ille. Præterea Bataui, qui proximè elapsis annis nauigationem ad arcton instituere, ex propria inspectione in Groelandia Berniclas, quæ ouis incubarent, pullosq; educarent se se inuenisse asserentes, sic scribunt: Tum remigantes ad insulam, quæ media erat, in ea multa ouа Barniclarum (quas Hollandi Rotgansen appellant) & ipsas nidis incubantes inuenimus, quæ fugatæ clamabant Rot, Rot, Rot (vnde illis nomen) & lapide iacto vnam occidimus, quam coctam edimus, cum circa sexaginta ouis, quæ in nauem detuleramus. Isti Anseres, siue Berniclæ fuerunt veri Anseres Rotganſen dicti, quales magna quantitate singulis annis circa Vvieringen in Hollandia veniunt, & capiuntur, quas hactenus ignoratum fuit, vbi ouа ponerent, & pullos educarent. Hinc factum, vt nonnulli authores non veriti sint scribere, quod in Scotia, in arboribus nascantur, è quarum ramis supra aquam expansis si fructus in aquam decidant, Anserum pullos gigni, qui statim natant, qui verò in terram corrumpi, nec ad frugem peuenire. Quod falsum esse nunc apparet. Nec mirum hactenus ignoratum esse, vbi hæ aues ouа ponerent, cum nullus (quod compertum sit) vnquam ad octuagesimum gradum peruenerit: nec ea regio illo loco vnquam fuerit cognita, multò minus illi Anseres ouis incubantes. Hæc illi. Contrà multorum grauissimorum virorum extant testimonia, etiam occulta, quæ non ex coitu has volucres nasci astruunt. Quidam Anglus in primis, cuius apud me magna hac in re est authoritas, Nidum, inquit, Berniclæ, aut ouum nemo vidit: nec mirum, cùm sine parentis opera Berniclæ ad hunc modum spontaneam habeant generationem. Quum ad certum tempus malus nauis in mari computruit, aut tabulæ, aut antennæ abiegnæ, inde in principio velut fungi erumpunt: in quibus temporis progressu manifestas auium figuras cernere licebit, deinde pluma vestitas postremò viuas, & volantes. Hoc ne cui fabulosum esse videatur, præter commune omnium gentium littoralium Angliæ, Hyberniæ, & Scotiæ testimonium, præclarus quidam Historiographus, qui multò feliciùs, quàm pro suo tempore Hyberniæ historiam conscripsit, non aliam esse Berniclarum generationem testatur. Sed cùm vulgo non satis tutum videretur confidere, eiq; historico ob rei raritatem non satis crederem: dum hæc quæ nunc scribo, meditarer, virum quendam, cuius mihi perspectissima integritas fidem merebatur, professione theologum, natione Hybernum, nomine Octauianum consului, num historicum illum hac in re fide dignum censeret: qui per ipsum, quod profitebatur, euangelium, respondit, verissimum esse, quod de generatione huius auis ille tradidit, seque rudes adhuc aues oculis vidisse, & manibus contractasse: breuique si Londini mensem vnum, aut alterum manerem, aliquot rudes auiculas mihi aduectas curaturum. Porrò hæc Berniclæ generatio non vsque adeo prodigiosa illis videbitur, qui quod Aristoteles de volucre Ephemero scripsit, legerint, quod in Hypani fluuio ex folliculis quibusdam erumpat, &c. Idem ille Anglus post librum suum de auibus publicatum in epistola ad Ornithologum data,

[a] *Nauig. ad Arctõ parte 3.*

Rotganſen, & eius etymum.

Ephemeri mira generatio.

Berniclas, ſiue Brantas, inquit, ex putridis nauis malis fungorum more naſci, minimè fabuloſum eſſe doctorum, & honeſtorum virorum oculata fides mihi perſuaſit: qui hanc auem ex putridis nauis malis naſcentem diſtinguunt ab ea, quam alij ex pomis putridis cuiuſdam arboris ad littus Scotici maris naſci memorant, cùm tamen eadem ſit: nam, vt ſuperiùs diximus vnam, eandemq; auem Berniclam nimirum, alij ex coitu, alij verò ex nauiũ malis putreſcentibus, alij ex pomis dictę arboris, alij verò ex conchis naſci volunt. Vnde Hector Boëthius, qui quoque monſtroſam huiuſmodi harum auium generationem longa oratione adſtruit, ex qualibet materia naſci poſſe innuit, dummodo in maris illius vndis putreſcat, cui vim omnem harum auium generatricem prorſus acceptam refert, ab arbore illa naſci omnino negans. Huius igitur ſunt ſuper hac re verba: Reſtat, inquit, iam de Anſeribus quos Clakis appellant, quoſq; vulgò perperam in arboribus naſci in his inſulis (Hebridibus) credunt, ea, quæ huius rei cognoſcendæ multo iam tempore ſtudioſi re diligenter explorata cognouimus, diſſerere. Mari enim illis interiecto mihi magis eorum procreandi vis quædã ineſſe videtur, quàm alicui alij rei. Varijs enim modis, verùm in mari ſemper prouenire conſpeximus. Etenim ſi lignum in id mare proijcias, temporis tractu, primùm in eo vermes excauato ligno naſcuntur, qui ſenſim enatis capite, pedibuſq; atque alis plumas poſtremò edunt. Demum Anſeribus magnitudine æquales, cum ad iuſtam peruenerint quantitatem, cœlum petunt, auium reliquarum more remigio alarum per aëra delati. Id quod luce clarius anno à partu Virgineo milleſimo, quadringenteſimo nouageſimo, plurimis ſpectantibus in Buthquhania viſum eſt. Nam quum in ea ad Pethslege caſtellum fluctibus huiuſcemodi lignum quoddam ingens delatum eſſet, rei nouitatem qui primi conſpexerant, admirantibus, ad loci illius dominum accurrentes rem nouam nunciant. Is adueniens trabem ferra diuidi iubet, quo facto ingens confeſtim apparet multitudo partim vermium, alijs adhuc rudibus, alijs membra quædam formata habentibus, partim etiam formatarum perfectè auium: inter quas quædam plumas habebunt, aliæ implumes erant. Itaq; rei miraculo ſtupentes, iubente domino, in Templum D. Andreæ Teræ (aliàs Tiræ, & melius, id pago cuidam nomen eſt) lignum comportant, vbi & hodie manet, ſicuti erat; à vermibus perforatum. Huius ſimile duobus ſubinde annis in Taum æſtu appulſum ad Bruthe caſtellum multis accurrẽtibus oſtenſum eſt, quod exinde duobus rurſum annis Lethe portu Edinburgenſi vniuerſum populum ſpectare contigit. Ingens enim nauis, cui inſigne, ac nomen Chriſtophori erat, vbi tres perpetuos annos ad vnam Hebridum in hanchoris conſtitiſſet, huc reducta, atque in terram ſubducta, plena omnia exeſis trabibus, qua mari ſemper merſa fuerat, vermium huiuſcemodi rudium partim, aut perfectam nondum auis formam habentiũ, partim iam abſolutorum oſtendit. Cæterùm cauillari id quiſpiam poſſit, arborum truncis, ac ramis illis in inſulis natarum virtutem hanc ineſſe. Chriſtophorum quoq; illam ex trabibus Hebridianis contextam aſſerens. Itaque quod ipſe ab hinc ſeptem annis vidi, haud grauabor in medium adducere. Alexander Gallouidianus Kilkendenſis Eccleſiæ paſtor (vir præter inſignem probitatem rerum admirandarum ſtudio incomparabili) cum extracta alga marina inter caules, & ramos à radice ſtatim pariter, & vſque ad cacumen enatos, qua coniungũtur, conchas adnatas videret, rei nouitate attonitus, mox cognoſcendi ſtudio eas aperit, vbi magis multò quàm antea obſtupefactus conſtitit. Non enim ſpeciem in teſtis concluſum comperit, ſed (dictu mirabile) auem, ac pro illis magnitudine tectas quoque inauctas: quibus enim paruæ inerant, & ipſæ quoq; apertæ eas pro quantitate complectebantur. Itaq; ad me extemplo, quem eiuſmodi rerum cognoſcendarum iam olim magna cupiditate detentum nouerat, celeriter accurrit, remq; omnem monſtrat, non magis rei miraculo obſtupefacto, quàm re tanta, ac tam inaudita conſpecta, læto: hac enim re ſatis conſtare arbitror, non hæc procreandarum auium ſemina, aut truncis, aut arborum ineſſe fructibus, ſed ipſi Oceano: quem Maro, vt Homerus, patrem rerum haud temerè appellauit. Verùm quoniam id fieri videbant cadentibus in aquam arborum ad littus poſitarum pomis, ac vt tẽporis tractu ex illis eæ apparerent volucres alites, in eam ſentẽtiam abducti ſunt, vt poma illa in ipſas commutari opinarentur, ſed falsò. Nam tempore adnatis ex vi maris primũ vermibus, atque ſenſim ijs excreſcentibus, viciſſimque pomis illis ex humiditate corruptis diſparentibuſque non ſatis accuratè perſpicientibus, ex illis in has tranſmutari formas viſæ ſunt. Hæc omnia Hector Boëthius, haſce aues ex putri oriri omnino aſtruens, ab arbore aliqua, aut alia materia, eius proprietate quadam occulta naſci, neutiquam concedens; quod alij quidã mordaciùs affirmãt. Sed iã alia monſtroſæ huius generationis teſtimonia in medium afferamus. Barliatæ, inquit Iſidorus (vox corrupta videtur, fortè Brãtæ, vel Berniclæ eſt legendum) dictæ aues è ligno creſcunt. Fertur.n. abiegnum lignum in aqua marina relictum

cum

cùm paulatim putruerit, humorem crassum emittere, quo densato, paruæ species auium formentur ad magnitudinẽ Alaudarum, quæ nudæ primùm, paulatim deinde plumis vestiantur, ac rostro interim à ligno suspensæ per mare fluitent, vsq; ad maturitatem, donec se commouẽtes abrumpantur, & ita demũ ad iustum incrementum perueniant, & (vt Iacob. Athenienſis Epiſc. in orientali historia scribit) ſicut aues cæteræ volare incipiant. Hæc Isidorus. *b* Alex. ab Alex. nonnulla refert ex Iunio Dentato huic loco maximè etiã deseruientia: quæ sunt hæc: Iunius Dentatus Parthenopæus, vir apprimè nobilis, & eruditus referre solebat, pleraq; prodigiosa, & mirabilia, inter quæ miraculum ingens in penitissimis oris Britanniæ, & sinu intimo, vbi æstus effusi Oceani, secundi, & reciproci ad lunæ augmenta, & damna, ac frequentes fluxus maris, & refluxus, haud secus, quàm tempestas statis vicibus littora infestant, ab authoribus memorati existunt, sæpè malos, & nauium carinas vetustate tabescentes ad littora expositos, & diutina aqua madefactos, quosdam veluti fungos breui pediculo iuxta aquas gignere, paulatimq; adolescere inter fluctus, lapsisq; diebus etiam moueri, sed tamen à trunco minimè diuelli. Interiecto dein tempore, velut ad iustam magnitudinem peruenerit, mirum dictu tradit, quod omnem superat fidem, fungos eiusmodi ita genitos à trunco sponte euelli, mox alis emissis, & penniculis enatis euolare, & marinas aues existere, vesciq; pisciculis littoralibus, perq; maria passim enatare, pariterq; apud incolas mirum nõ haberi: sed quia passim id euenire solear, quotidiano vsu miraculum esse desinere, sic ille. Meminit quoque harum auium Olaus Magnus in descriptione Septentrionalium Europæ regionum, ex fructu arboris cuiusdam nasci scribens in paruis insulis circa Scotiam. Nec omittendum est, Germani cuiusdam magni nominis scriptoris testimonium, ita de hac re scribentis: In Scotia inueniuntur arbores, quæ producunt fructum folijs conglomeratum, qui cum opportuno tempore decidit in subiectam aquam, reuiuiscit, conuertiturq; in auem viuam, quam vocant Anserem arboreum. Crescit eadem arbor in insula Pomonia, quæ haud procul abest à Scotia versus Aquilonem. Veteres quoque Cosmographi, præsertim Saxo grammaticus mentionem faciunt huius arboris, ne quis putet esse figmentum à nouis scriptoribus excogitatum. Hæc ille. Alij qui eiusdem sunt sententiæ, vt huic rei magis fidem faciant, arborem eam volucrigeram, vt ita loquar, cum pomis in subiectas aquas decidentibus, auibusq; inde nascentibus appingunt, quam quoque nos operi nostro inseri voluimus: ne quid in illo desideretur. Sed vt rem propositam vltimo testimonio confirmemus, accedit postremò Iulij Cæsaris Scaligeri authoritas, qui librum enarrans primum Aristotelis de plantis: *Anates* (inquit, melius dixisset Anseres) *Oceani quas Armorici partim Crabrans, partim Bernachas vocant. Ea creantur ex putredine naufragiorum, pendentiq; rostro à matrice, quoad absolutæ decidant in subiectas aquas, vnde sibi statim victum quærunt: visendo interea spectaculo pensiles, motitanteſq; ùm pedes, tum alas.* Et alibi sic canit.

b Genial. dier. 4. 9.

c In Aia.

c Idem canoris cantibus canunt lætæ
Quæ piſculentis niaulantur in ſtagnis
Herbilis Anſer, atque Anas quiritatrix,
Qui corpus vrinantium Colymbarum
Sub æmulantur corpore, & putri ligni
Ortum Crabrances Santones recognoſcunt.

Est itaque profectò affirmantium eiusceмodi monstrosam generationẽ authorum, eorumq; magni nominis ingens multitudo; adeo vt contrà sentire nefas esse videatur. Veruntamen cùm alij aliter de hoc ortu scribant, & in multis inuicem aduersentur, dum alij ex putredine lignorum, alij ex fructibus in mare decidẽtibus, alij ex conchis, quales Lobellius in suis iconibus depingit, nasci malint, alij aquæ marinæ illius regioni eã facultatẽ tribuant, adhuc iudicium meum cohibeo: malim tamen cũ pluribus errare, quàm tot scriptoribus clarissimis oblatrare, quibus præter id, quod de ephemero dictum est, fauet etiam, quod est ab Aristotele proditum, genus scilicet testatum quoddam nauigijs putrescente fœce spumosa adnasci. Quæ interim harum auium visa esse non inficias iuerim: Nam animantia ex putri genita, post modum ex coitu generari murium vulgatissimo exemplo satis clarum est. Quod ad carnis esum attinet, Bernicla, Anſere insuauior vt aiunt est, & diuitibus parum expetitur. Obscurus quidam eam superfluitate carere dicit, sed an velit carnes eius excrementitias non esse, an potiùs aliquid aliud, non satis patet. Ait enim: Berneca (Bernicla) quæ ex arbore nascitur, in quibusdam quoque Flandriæ partibus inuenitur. Hæc auis superfluitatem non habet, sicut nec arbores.

Clakis generatio ſecundum aliquos.



DE ANATE IN GENERE.

Cap. XXIV.

ORDINIS RATIO.

Anſerum, & Anatum magna ſimilitudo.

TANTA inter Anſeres, & Anates intercedit ſimilitudo, vt neminem fore rear, qui poſtulet, cur poſt illos de his ſubinde agam. Ea autem tanta eſt, vt nonnullas pla-
nipedes, alij inter Anſeres, alij contra inter Anates recenſuerint, Berniclas in primis, item quas Solandis appellari diximus. Quin ſunt, qui Anates cum Anſeribus turpiter confuderint, præcipuè qui libros Arabicos ſuperiori ſæculo Latinè reddidere.

ÆQVIVOCA.

AVAZ vocem Arabicam Arabum interpretes varij modò Anserem, modò Anatem vertêre. Νῆσσα Græcis præter auem, de qua nunc instituitur sermo, est nomen proprium, vt tradit Suidas. Necta verò quod Anatem quoque eisdem significat, septa potiùs Anatum significare credit Hermolaus. Anatem, inquit, Dioscoridem exponens, de æqua mentio hìc habetur, Græci Nessas, & Nectas vocant; quanquam Necta magis est, vt septa Anataria significent, quàm Anates ipsas. Grœcis neotericis χλῶα Anas, χίτα verò consimi i admodum voce Anser dicitur. Eisdem olim, ni fallor, Pappos Anserem, hodie Anatem significat. Anas item Hispaniæ fluuius est Pomponio, Straboni, & Ptolomæo, hodie Rio Guadiana dictus Hispanis, ab Arabibus recepto vocabulo, quibus Guad fluuium designat: quasi dicerent, fluuium Anæ. Hunc nobis sic describit [a] Baptista Mantuanus, Hispaniæ varias regiones diuidens.

Anaz.

Necta.

Pappos.

Anas fluuius.

Rio Guadiana vnde dictus.

a Alphons. lib. 5.

——— Pars altera longè
Vastior, & campis diffusa patentibus orbem
Porrigit immensum triplici circundata ponto.
Hanc partitur Anas, finibus modò latior amplis,
Nunc strictis collectus aquis, nunc flumine mersa
Sub tellure latet, reduci modò nascitur amne,
Et tandem mare, quod magnus cognominat Atlas,
Intrat ad occasum veniens Titanis ab ortu.

Et [b] rursus alibi, vbi totam Hispaniam ob Ferrantis reditum gauisam fuisse canit:

Tum gauisus Anas, & qui facit aurea Bætis
Vellera —— Meminit, & alibi:
——— Cùm manè rapacibus vndis
Se se obiecit Anas.

b Agelar. lib. 6.

Oritur in Lamitano agro citerioris Hispaniæ, Ortellio teste, & Bæticam à Lusitania diuidit, vt scribit Ambrosius Calepinus. Est prætereà anum, idest, vetularum morbus, vt refert Hermolaus, & Calepinus citans Festum: cuius sunt hæc verba. *Anatem morbum anuum, idest, vetularum dicebant, sicut senium morbum senum.* Anatis verò Mauritaniæ Tingitanæ fluuium significat Plinio, & Solino. Liuius verò circa Syracusas esse voluit, nisi fortè Anapus hìc sit legendum. Est & Anatis Dianæ Ecbatanæ nomen, vt hisce [c] Alexand. ab Alexandro verbis patet: Persæ quoq; inquit, ignem habent peruigilem, sicut Chaldæi, Medi, & Assyrij, vt Deorum maximum, illiq; velut sacro numini hostias mactare, & sacra facere, atq; exillo euenta rerum interpretari assueuerant: apud quos Dianæ Ecbatanæ templum fuit, quam Anatim vocant, cuius sacerdotes à virili contagio in perpetua virginitate degunt.

Anas morbus.

Anatis fluuius.

Anatis Diana nomen. c Genial. dier. lib. 5. cap. 12.

SYNONYMA.

ANAS Auicennæ Bath, Serapioni sine aspiratione Bat nominatur: à qua voce corruptæ istæ leguntur apud Syluaticum Bar, Barar, Baltat, Har: vbi etiam Anax pro Anas reperitur. Idem Burachet, & Fengarion, & Ascebete Anatem interpretatur. Veteri Auicennæ glossographo Bescher Anatem pariter significat. Addnuta pro Anate apud Albertum legitur, vbi Boscus comparatur Anati ex Aristotele. Græcè νῆσσα, siue νῆττα dicitur ἀπὸ τοῦ νεῖν, sicut & Varroni Anas à nando. Aliud tamen etymum adfert Athenæus, dum ait: Τὰς νήττας καὶ κολυμβάδας, ἀφ' ὧν καὶ τὸ νηχεῖσθαι καὶ πολυμβᾶν. Idem libro quarto ὄρνεις τε καὶ νῆσσαι ὠφέλιμαι δὲ καὶ φάτναι καὶ χλιδ. νησσάριον, & νήττιον diminutiuum est. Recentioribus Græcis dicitur χλῶα, alijs παπίζα, vel Pappos. Latinis Anas. Recentiores quidam, Albertus, & alij masculino genere protulerunt, quod non probatur. Apud Crescentiensem ineptè aliquando Annates per n duplicatum scribitur, ineptiùs etiam Annette, & Annate. Quod ad prosodiam attinet, prima corripitur, vt apud Martialem.

Bath.

Totatibi ponatur Anas.

De secunda ex versibus veterum poëtarum nihil certi habetur. Recentiores magis producere gaudent: vt Baptista Mantuanus.

Non

Non stratum fluuialis Anas, non Anser Anate
Grandior exhibuit.

Anaticula. Ab Anate dicta est Anaticula diminutiua forma. Non desunt tamen, qui apud Ciceronem de finibus bonorum Anaticulam nõ paruam Anatem, sed aquatilem aliam auiculam interpretentur vulgò notam, Anatis forma persimilem, sed multo minorem; sed præstat, vt pro Anate parua: nam & anguiculos, ideſt, paruos angues ibi nominat Cicero: *d* inquit enim: *Deinde suo quæque appetitu mouentur, serpere anguiculos, nare Anaticulas, euolare Merulas, cornua vti videmus boues, vespas aculeis*, &c. Anaticulus etiam legit apud Calepinum, sed sine authoritate. Nobis Anitra, Anidra, seu Anadra dicitur, nominibus scilicet à Latino Anas deriuatis, Genuæ Ania, Parmæ Sassa, Gallis Canè fœmina, mas Canard, seu Canart, pulli verò Allebrents; de quorum nominum etymo audi Ioachimum Perionium: Anatem, inquit, marem Canart, & fœminam Cane per prothesin, adiecta litera vocamus. Ita est prorsus inquam gaudeoque te hoc præceptum meum tenere. Pulli autem, inquit, qui nondum iustam magnitudinem, vt Anates dicantur, nacti sunt, non perinde scio, aut explicare possum, vnde à nobis Allebrents sint nominati. Græca, inquam, hæc origo est, Βρέντος enim à Græcis Anas vocatur, & quoniam masculinum est generis, articulum ὁ primùm ponunciatum esse arbitror, deinde mutatum o in a, & l ascitum, vt Albrent diceremus. Sic ille. Alicubi in Gallia, vt testatur quidam, Anette etiam appellatur; Normannis, qui & ipsi Galli, sunt, Bura, vt testatur *e* Turnebus: Bura autem, inquit, dicitur Anas, quod vt imburum videtur vrinare, aut vt vrna. Imburum vas dicitur, in quo bura, vel buris est, ideſt, curuatura, & flexio. Canon, & Canicon diminutiua sunt eiusdem. Germani Endet, Ent, Ant, Autuogel nominant, marem peculiari nomine Entrich, vel Entrach. Aliqui Kentschen à voce, quæ rauca est, fœminarũ argutior. Vocantur tamen, inquit Ornithologus & Anates feræ maiores Kentschenten à nostris. Saxones eundem Anatem marem Erpell vocant. Belgarum plerique Aente, vel Aende, Hollandi fœminam Eendt, marem Vvoordt, vel Vuaerdt; Angli Duck: cuius vocabuli origo, ait Ornithologus, Germanica est; & Mergis potius conuenit. Illyrij Kæczier: Poloni Kaczka: Hispani Anade: Lusitani Aden. Indi Orientales Bebe, vt referunt Bataui, qui ad illas regiones nuperrimè nauigarunt.

d De finib. lib. 5.

Anatte. e In Varrone de ling. Lat.

DESCRIPTIO ANATVM
in genere.

Magnitudo ANATEM Gallo aliquantulum maiorẽ scribit author de natura rerũ, cùm aliquantulùm potius minorem esse res ipsa demonstret. Melius itaque Kiranides Gallinæ magnitudinem tribuit: optimè Albertus Anſere minorem & pullo aquatico maiorem, pro pullo aquatico Fulicam fortè intelligens. Cæterùm eiusmodi magnitudo omnibus non conuenit, vt suo loco dicetur, neque etiam verum semper est, marem caput, & collum viridis coloris habere, rostrum latum, & alas albo, viridi, nigroq; distinctas, torquem album circa collum, vt vult author ille de natura rerum. Verùm vt Alexander Myndius, teste *f* Athenæo, quoque ait, mas tantùm maior est, magisq; varius. Errat quoque Gillius cùm ex Æliano mari cæsium in oculis paulò minus, quàm fœminæ esse dicat: nam Athenæus non colore oculorum marem à fœmina distinguit, sed auem quandam aliam aquaticam, quæ λασιόφθαλμος ab oculorum colore dicatur Anate paulò minorem esse scribit. Quibus verò candida tanquam zona cingi conueniat, ex pennis albis, vt Scholiastes in Aues Aristophanis de quibusdam refert, suo loco dicemus. Anas lato est dorso, latoq; rostro, vt annotauit Albertus. *Auium*, inquit, de rostro loquens, & eius vsu, *alia habent rostra lata, vt Anas, & Anser, & omnia eorum genera. Est enim rostri latitudo apta ad fodiendum, & quasi cribellandum* (ventilandum) *lutum: alia acutum, & longum*, &c. Cæterùm rostrum latum omnia Anatum genera non habent: Sed indifferenter pedes latos omnia, cartilaginosis membranis interseptientibus, crura breuia, crassa, & retrouersus dispositi: cuius structuræ causam reddit Aristoteles, dum inquit: *Cum enim aliarum auium crura ad medium subijciantur ventrem, vt stare, & in terris ambulare possint, pedes aquatica huiusmodi aues retrouersus crura habent sua: sic enim illis ad natandum magis sunt commoda, quatum breuia sunt, tum etiam crassa, vt in natatione valentius instantes propellere possint aquas pectinatis pedibus, crurum crassitudine, quod longitudini detraxerat, prouida rerum natura.* Hæc Aristoteles: quæ etsi de omnibus aquaticis auibus vniuersim tradiderit, Anati tamen postissimùm conue-

Gillij error f lib. 9.

De animal. motu.

Crurũ structura in auibus aquaticis ratio. g Epist. 4.

conueniunt. Ausonius Anates quodammodo describere videtur, dum canit:

Tum quas victima suggessit præda lacunæ
Anates maritas iunximus,
Remipedes, lato populantes carula rostro,
Et crure rubras punico,
Iris color vario pinxit, quas pluma colore,
Collum Columbis æmulans.

Ad internas modò partes, quod attinet. *Anati*, inquit idem *d* Philosophus, *Auseri, Gauiæ, Cataractæ, Tardæ, guia tota ampla, & lata est.* Idem quâ intestinum desinit, appendices paucas habere tradit. Amplius, vt obseruauit Ornithologus, lingua in plerisq; Anatibus propriè dictis vtrinq; videtur quasi plumas habere, & interiùs dentata esse asperiusculis vtrinq; eminentijs. Sed hoc in quibusdam feris se obseruasse memorat. Quispiam hoc in domesticis quoque experiri poterit: in ea saltem, quam ego obseruaui, vt icon ista ostendit id verum esse animaduerti. Postremò, Anatum, inquit idem, circa superficiem corporis separati sunt musculi, quorum interiores albiores sunt: quod si exteriores liuerent, quod vi frigoris fieri videtur, bonam æstatem secuturam, rustici apud nos (Helueticos) conijciunt: quæ coniectura fortè è sylvestri Anatum genere certior habetur.

d Hist. l. 3. cap. vlt.

Aetatis bonæ præsagium.

LOCVS. VICTVS.

ANATES cùm sint palmipedes, non solùm è terra, sed etiam ab aqua sibi victum petere experientia docet, & est grauissimorum virorum authoritate confirmatum. *Palmipedes*, inquit *a* Aristoteles, *in ipsa aqua partem maximam temporis versantur, & aliqua ingurgitant se, quærunt; quæ comedant.* Hoc plurimi quoque affirmant alij scriptores; Varro in primis, Collumella, Geoponicij; cæterij; alij passim sexcenti. Author de natura rerum, *Aquis*, inquit, *fluminum gaudet, difficileq; sine his viuere potest, maximè cùm cibos siccos ingurgitat.* Quam verò aquam amet, eaq; se proluere gaudeant nemo melius expressit, quàm Torquatus Tassus, vbi Christianorum exercitum Hierosolymas obsidentem, siti diù infestatum, & tandem pluuia pij ducis precibus impetrata, Anatibus comparat, quæ in sicco lacus, aut fluminis alueo pluuiam æstiuis temporibus summo applausu excipit. *b* Canit autem:

a Hist. li. 8. cap. 3.

b Hieros. liber. cã. 13.

Come talhor ne la stagione estiua,
Se dal ciel pioggia desiata scende,
Stuol d'Anitre loquaci in secca riua
Con rauco mormorar lieto l'attende,
Espiega l'ali al fresco humor, ne schiua
Alcuna di bagnarsi in lui si rende,
E là ve in maggior fondo ei si raccoglia
Si tuffa, e spegne l'assetata voglia.

Così gridando la cadente pioua,
Che la destra del ciel pietosa versa,
Lieti salutan questi, à ciascun gioua
La chioma hauerne, non che il manto aspersa:
Chi bee ne'vetri, e chi ne gli elmi à proua,
Chi tien la man ne la fresca onda immersa,
Chi se ne spruzza il volto, e chi le tempie,
Chi scaltro à miglior viso i vasi n'empie.

Duplici autem nomine fluuios lacus, & paludes frequentant; tum vt aquarum frigiditate congenitam intemperiem, quæ calida est, contemperent, tum vt publicum quoq; naturæ suæ, & palato conueniens, illic quæritent. Tradit Albertus, rostro fodere cœnum in aquis, vbi reperiunt radices herbarum, & semina plantarum aquaticarum, & vermes, & oua animalium aquaticorum, & alia huiusmodi. Crescentiensis herbam quandam, qua eas gaudere ait, Anatinam vocat, & in superficie aquæ stagnantis ex solis adustione nasci refert: Est autem hæc lenticula palustris, quàm sanè Anatinam non immeritò nominarit, mirum enim

Cur aquas ament.

Cibis quibus victitent.

est

eſt, quantum ea afficiantur: eandem alicubi etiam Pauarinam nominari iam diximus, quòd Anſeribus non minus gratum ſit pabulum. Sunt qui piſciculis quoque, & limo, ſordibusq; aquarum veſci velint, nec à venenatis etiam quibuſdam ſibi temperare, vt araneis, lacertis, rubetis, ſiue bufonibus, vt teſtatur *c* Iulius Cæſar Scaliger: quare Plinium, Aulum Gellium, & alios amplius non miror, qui Anates Ponticas ſcribunt veneno viuere. Vulgò autem, radicibus herbarũ, auena, alijsq; id generis cibis paſci ſolent. Nonnulla alia prætereà ad ipſarum victum pertinentia leges inferiùs, cùm de ipſarum educatione agemus, quæ modò ex induſtria hîc omittimus, ne eadem ſæpius repetamus. Illud interim non tacendum, aues eſſe admodum voraces, & quæcunq; ferè ſibi occurrunt, ingurgitare: vnde iuremerito ingluuioſum appellat Pontanus hoc pentametro.

c In Theop. de cauſis plãt. lib. 4.

Anatum voracitas.

Inquinat & tumulos ingluuioſus Anas.

Sed quod penè memoria exciderat, Anates quanquam vbique ferè reperiantur, inter cæteras tamen Varro Phrygias commendat.

VOX. GRESSVS. INGENIVM.

Mores. Corporis affectus.

Tetrinire.

ANATES Philomelæ author tetrinire ait:

In Fluuijsq; natans forte tetrinit Anas.

Alciatus garrire:

Garrit, in illarum ſe recipit q; gregem.

a In Ata.

a Iulius Cæſar Scaliger quiritatricem appellat, fortè à verbo queritor, quod lamentari ſignificat: inquit enim.

Anas quiritatrix.

Idem canoris cantibus canunt lætæ
Quæ piſculentis nidulantur in ſtagnis
Herbalis Anſer, atque Anas quiritatrix.

Ratſchen de Anatum voce.

Noſtri, inquit Ornithologus, per onomatopœiam de Anatum gregatim vociferantium clamore verbum ratſchen in vſu habent: alioqui Anates mares peculiariter eodẽ vocabulo appellant, quorum vox rauca, & grauis eſt, fœminarum acutior, vt quidam putant, ſed Albertus contrarium ſcribit: *In omni*, inquit, *Anatum genere, vox fœminæ craſſior eſt, maris acutior*. Hoc autem præter omnem controuerſiam eſt, aues eſſe valde clamoſas; vnde *b* Pontanus de garrulo quodam ait:

Voces maris, & fœminæ differentia.

Aues ſunt clamoſæ.

b Amor. li. prim.

Hic clamore Grues vicerit, atque Anates.

Cur tardigradæ.

Hanc ob cauſam Pythagoras nonniſi locis ab hominum frequentia ſemotis ali voluit: De volatu, quòd hic ſyluęſtribus tantum congruat, ſuo loco agemus. Quod ad greſſum attinet, omnes ferè ob crurum breuitatem, quæq; nimis retrouergentes ad natandum potiùs, quàm ad gradiendum ſunt apta, admodum lentè incedunt, ita vt quandam grauitatem præſeferre videantur: hinc Strozius pater Anatem ſegnem pede vocat, dum ait.

Non velox pennis, & pede ſegnis Anas.

Anates remipedes.

Quantò autem ad curſum ſunt tardiores, eò ad natandum ſunt velociores: vnde fortè Anſonius remipedes vocat. Cæterùm quæ iam recenſuimus ad corpus referri poſſint; vt modò de animi dotibus, & moribus aliquid dicamus, eiuſmodi aues, cùm corporis habitu, victu loco, garrulitate, Anſeribus ſimiles exiſtant, ita quoq; ab eiſdem ingenio non valde differunt. Sicut enim Anſeres timidos ſuapte natura eſſe dixi, ita etiam Anates ſimilem timiditatem præſeferre videntur: ad quam alludens Pontanus timidas appellat:

Anates timidæ.

Terruit, ac timidas Anates, Fulicasq; palustres.

Anates quo æſtu ſe aduerſus hoſtes tueantur.

Porrò de Anſere narrant, quod Glaucen citharistam adamarit, id verò alij, vt aliàs ex Ælianno dixi, de Anate ſcribunt. Anſeres miro æſtu Aquilas, alioſq; ſuos hoſtes fallunt: Anates vt ab eis tutæ ſint, non minori ſagacitate vtuntur. *Anates*, inquit Albertus, *& cæteras palmipedes aquaticas viaemus, viſa Aquila congregari ſimul in aqua, & cùm illa impetu fecerit, ad rapiendum, demerſo capite, aquam ſpargentes in faciem Aquilæ acceſſum eius prohibere.* Verùm vt id admiratione nõ caret, ita eſt admirabilibus, quod hac de re ſcribit his verbis Ælianus: *Cùm Aquila in Anates (aut earum pullos) rapinæas irruat, ſe intra aquam ſubmerſione abdunt, atque infra aquam natando ex alio loco extra aquam eminent. Quod ſi Aquila illuc quoque incumbat,*

bat, & insilet, ij iterum demerguntur, atque tamdiu sursum, deorsum cõeant, dum Aquila fuerit submersione suffocata, aut discesserit in aliam prædam; tum enim hæ depositio hostis suæ metu ad summam aquam elatæ rursus natant. Anseres annua fastidia herba fidericide purgant. Idem etiam Plinius, alijq; de Anate astruunt. Infestantur etiam Anates simili modo vt Anseres sui generis pediculo, à quo eisdem præsidijs liberantur, quibus Anseres, Gallinasq;, aliasq; id generis aues curari diximus.

Quo morbo infestentur.

10 # COITVS. PARTVS.

Educatio.

SVMMAM harum auium salacitatem prodidit author de natura rerum, mares, aliquando cùm plures fuerint simul tanta insania ferri inquiens, vt fœminam solam cõeundo vicissim, ac certatim occidant. Quod ad pariendi locum attinet, Volaterranus, quasi conscias infirmitatis neq; terræ, neq; aquæ suos fœtus credere ait, ideo iuxta paludes, & rigua parere, moxq; à partu aquas petere; Sed alia potior assignari potest ratio, cur Anas, 20 hæc ad pariendum loca eligat, quia scilicet, ibidem excluſi pulli aquam vicinam habeant: nam simul ac excluſi fuerint, aquam illicò petunt. *Primum*, inquit Ælianus, *vt Anas peperit (parit autem in terra extra aquam) prope aut stagnum, aut paludem, aliumue aqueolum locum, statim eius fœtus recondita quadam natura, & propria aquam prosequitur.* Et alibi: *Anaticularum pulli primùm, vt lucem aspiciunt, continuò à partu natant.* Hoc autem facere, natura duce, non docentibus matribus, quæ eos illuc deducant, patet eorum exemplo, quos Gallinæ excludunt. Vbi enim aquam vident, in eam insiliunt, frustra reuocantibus, glocientibusque Gallinis. *Anatum*, inquit *a* Cicero, *ova Gallinis sæpe supponimus; è quibus patti orti, primùm aluntur ab eis, à quibus excluſi, fotiq; sunt. Deinde eas relinquunt, & effugiunt sequentes, cùm primùm aquam quasi naturalem domum videre potuerunt.* Eadem res *b* Plinium ipsum in admirationem traxit, vt 30 videre est ex hisce eius verbis. *Super omnia est, Anatum ouis subditis Gallinæ, atque excluſis admiratio, primò non planè agnoscentis fœtum, maxincertos incubitus solicitè conuocantis: postremò lamenta circa piscinæ stagna, mergentibus se pullis naturæ duce.* Gallinam autem nutricem non magni facere mirum non est, cùm recens etiam excluſi sine matris auxilio viuant, vinaces, & agiles, vt scribit quoque author de natura rerum: *Anatum pulli*, inquit, *mox vt ouum exeunt, tanta agilitate vigent, vt etiamsi matrem mori, vel alienari contigerit, sine nutrice viuant.* Feræ autem, quæ iam adultæ sunt, non educantur; sed quæ recens excluſæ eo modo, quo docet *c* Didymus, vbi ait. *Qui capiunt Anates mansuetiores habere, magisq; domesticas, si quidem circa stagna (vbi nimirum feræ parere consueuerunt) insidiganerint ova, Gallinisque subiecerint, enutrierintque teneres habebunt eas.* Idem docent Geoponici alij, vt inferius dicetur. 40 Sed iam de ipsarum educatione aliquid dicamus, lectores primùm præmonitos cupientes, id quod non breuiter admonet Crescentiensis, Anates esse naturæ Anserum, & eodem modo nutriri. Alij particularia præcepta, siue documenta, eaq; vtilissima tradidere Geoponici, ac ante reliquos *d* Columella. *Nessotrophy*, inquit, *cura similis* (vt Chenoboscij) *sed maior in persa est: nam clausæ pascuntur Anates, Querquedulæ, Bolchades, Phalarides, similesq; voluceres, quæ stagna, & paludes rimantur. Locus planus eligitur, ipsq; munitur sublimiter pedum quindecim maceria: deinde clatris superpositis, vel grandi macula retibus contegitur, ne aut euolandi sit potestas domesticis auibus, aut Aquilis, vel Accipitribus inuolandi. Sed ea tota maceries opere tectorio leuigatur extra, intraq; ne feles, aut vipera perrepat: medio deinde parte nessotrophy lacus defoditur in duos pedes altitudinis, spatiumq; longitudini datur, & latitudini, quantum loci conditio permittit. Ora lacus 50 ne corrumpantur violentia stagnantis vndæ, quæ semper interfluere debet, opere signito consternuntur; eaque non in gradus oportet erigi, sed paulatim clino subsidere, vt tanquam à littore descendatur in aquam. Solum autem stagni per circuitum, quod sit instar modi totius duarum partium lapidibus inculcatis, ac tectorio muniendum est, ne possit herbas enumere, prabeatq; nantibus aquæ puram superficiem. Media rursus terrena pars esse debet, vt colocasijs conseratur, aliisque familiaribus aquæ viridibus, qua inopacant animum receptacula. Sunt enim, quibus cordi est, vel in sylualis tamaricum, aut serporum fruticis immorari; nec ob hanc tam in causam totus locus sylualis occupetur: sed vt dixi per circuitum vacet, vt sine impedimento, cùm aprictate diei gestiunt aues, nandi velocitate concertent. Nam quemadmodum desiderans esse vbi irrepant, & vbi delitescentibus fluuiaticis animalibus insidientur, sta dependentur, si non iunx iuncea spatia, quæ permittat extra lacum. Deinde per vicines vndique*

Anatũ salacitas.

Anas vbi libenter pariat.

Cur prope aquas pariat.

a De natur. Deor. l. 2.

b lib. 10. c. 55.

c In Geopo.

Anates nutriũtur vt Anseres.

d Re rust. l. 8. c. 15.

Nessotrophium vbi, & quomodo costruendum.

que pedes gramine ripæ vestiantur: sintque post hunc agri modum circa maceriam, lapide fabricata, & expolita testorijs pedalia in quadratum cubilia: quibus nidificent aues: eaque contegantur interpositis Buxeis, aut myrteis fruticibus, qui non excedant altitudinem parietum. Statim subinde perpetuus canaliculus humi depressus constituatur, per quem quotidie mixti cum aqua cibi decurrant: sic enim pabulatur id genus auium. Gratissima est & esca terrestris leguminis, panicum, & milium, nec non & ordeum: sed vbi copia est, etiam glans, ac vinacea præbeantur. Aquatilibus autem cibis si sit facultas, datur caminarus, & rivalis alecula, vel lyxia sunt, incrementi parui fluuiorum animalia. Tempora concubitus eadem, quæ cæteræ obseruant, Martij, sequentique mensis, per quos festucæ, surculique ex auiarijs palstis spargendi sunt, vt colligere possint aues, quibus nides construant. Sed antiquissimum est, cùm quis Νεοττοτροφεῖον constituere volet, vt prædictarum auium circa paludes, in quibus plerumq; fatant, ova colligat, & cohortalibus Gallinis subijciat. Sic enim excluſi, educatique pulli deponunt ingenia syluestria, clausique viuarijs haud dubitanter progenerant. Nam si modo captas aues, quæ conservare libro victu, custodia tradere velis, parere cunctantur in seruitute. Sed de tutela nantium volucrum satis dictum est. Hucusq; ille. Eadem quoq; ferè e Varro nobis præcepta reliquerat. Qui, inquit, greges Anatum habere volunt, & constituere Νεοττοτροφεῖον, primùm locum, queis est facultas, eligere oportet palustrem, quod eo maximè delectantur. Si id non sit, possissimum ibi, vbi sit naturalis aut lacus, aut stagnum, aut manufacta piscina, quò gradatim descendere possint, septum altum esse oportet, vbi versentur, ad pedes quindecim, vt vidisti ad villam Set, quod vno ostio claudatur. Circa totum parietem intrinsecus crepido lata, in qua secundum parietem sint tecta cubilia: ante ea vestibula exæquatum tectorio opere tectum. In eo perpetua canalis, in quam & cibus ponitur, & immittitur aqua: sic enim cibum capiunt. Omnes parietes tectorio lauigantur, ne feles aliaue quæ bestia introire ad incendum possit. Id septum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo inuolare Aquila possit, neue ea auolare Anas. Pabulum bis datur, triticum, ordeum vinacei, vua, nonnunquam etiam ex aqua conmari, & quædam huiusmodi aquatilia. Quæ in eo septo erunt piscinæ, in eos aquam largè influere oportet, vt semper recens sit. Sunt item non dissimilia alia genera, vt Querquedulæ, Phalarides, sic Perdices, quæ, vt Archelaus scribit, voce maris audita concipiunt. Quæ vt superiores, neque propter suauitatem, neque propter suauitatem saginantur, sed sit pascendo fiunt pingues. Hæc Varro. Similiter ferè Didymi. Anates, inquiunt, alendæ sunt in locis muro cinctis, ne quò euolent. In media autem piscina gramen est seminandum, nutrimentumq; in canalem plenum aqua injiciendum: triticum, neque, aut milium, aut hordeum, aut denique acini vinacei contusi (γίγαρτα πεφυρακτα) interdum etiam cuscuta, caridasue (καρίδας ἢ καρδίας) & similia his lacustria, aut fluuialia, quæ Anates comedere consueuerunt. Sagina autem ipsa vberior cibus, vt auium maximam partem. f Varro item alibi operosissimum describens ornithropheium, id est, auiarum, intra salere, inquit, est stagnum cum margine pedali, & insula in medio parua. Circum salere, & natatilia sunt excauata Anatũ, fabulæ. Et mox. Ex luggesto saleris, vbi solent esse peripetasmata prodeunt Anates in stagnum, ac nant: è quo pons pervenit in duas, quas dixi, piscinas: ac pisciculi vtrò, ac citrò commeant. Hæ sunt iuxta veterũ sententiam Nessotropheij cõstruendi, & Anatũ alendarum leges. Verùm nimia fortè fuerit ea impensa. Recentiores Anates multò minori sumptu alere docent: in media nempe cohorte, vbi Gallinæ, aliæq; cohortales volucres nutriuntur, paruulum lacum fieri præcipientes, & prope hunc ædiculam paruulam, quò se noctũ, atque interdiũ, dum libet, possint recipere. Pro cibo tritici recrementa, & legumina aliqua conijci iubent in eum lacum, permittiq; ad vicinos fluuios, lacusue, si adsint, abire: quoniam etiam non adhibito custode, sponte vtrò, citròq; commeare optimè norunt: nidosq; sibi absque vllius ope construunt. Cæterùm hoc vnum nobis esse curæ debere, vt locum noscamus, quo se recipere consueuerint, non solum mansuetæ, sed etiam feræ, vt scilicet earum ova Gallinis supponere possimus. Sunt qui pullos recens excluſos, pane alunt, aqua madefacto, aut herbulis minutim concisis milio admixto. Cùm verò aliquantùm adoleuerint, eisdem nutriunt cibis, quibus Anseres alisolent. Alij Anates cum reliquis auibus cohortalibus ali nolunt, quoniam aqua quam intrantes valde conspurcant, corrumpuntq; Gallinæ, aliæq; aues, bibẽtes excæcentur. Quod ad Anates feras cicurandas attinet, iubẽt nonnulli, incluſas cum domesticis ali (sic enim paulatim in dies agreste ingenium deponere) pulliſq; qui ex ferarum ouis excluduntur pennas euelli, ac si id quoque ad ponendam feritatem faceret. Non ab re fuerit, meo iudicio, hic quoq; docere, quomodo Chinenses Anates educent, qui vt refert Io. Gonzalez, labori is sunt tolerantissimi, ocijq; hostes infensissimi, maximè qui tenuioris sunt fortunæ: quare vt propertatis suæ tædia subleuent, nihil non excogitant, nihil non quotidie adinueniũt. Cæterùm cùm maxima sit incolarum frequentia, & ne billum quidem in terra supersit, quod à proprijs dominis occupatum sit; nonnulli in medijs fluuijs in cymbis habitant, ibiq; vna cùm liberis, & vxoribus nullam non artem exercent: maximam verò in Anatum educatione industriã

Concubitus tempora.

e Rei rust. l. 3. c. 11.

f Rei rust. l. 3. c. 5.

Anates feræ quomodo cicurandæ.

Mira Anatum apud Chinenses educatio.

dustriam, atq; operam collocant, adeo vt ex hac sola pauperculam suam vitam sustentent: nam caueas faciunt tantæ capacitatis, vt quatuor millia Anatum singulæ ferè capiant, quæ ibi nidulantes pariunt ingentem ouorum copiam, quæ vel in bobulo, vel etiam earumdem auium fimo si æstas sit, si hyems, & fimi calor remissior, igne miro modo sub craticulis posito incolæ fouent, pullosq; excludunt, Anatibusq; fouendos tradunt, nutriendosque donec suo Marte sibi prospiciant. Tunc enim quotidie mane nonnihil orizæ elixæ offerunt, & aperta cauea simul omnes in vicinos quoscunque agros sine vllo custode euagari sinunt, tanto sæpe numero, vt viginti millia, & amplius grex iuperare conspiciatur. Cæterùm, quod 10 summoperè mirandum est non tantum agris damnum non inferunt, verum plurimum commodi afferunt: nam cùm eiusmodi agri oriza consiti sint, illæq; herbas tantùm deuorent, & extirpent noxias, seges ea magis luxuriat, & fœcundior euadit: quare etiam, inquit agrorum domini Anatum altoribus mercedem persoluunt. Porrò aues sub vesperam magna velocitate audito cymbali sonitu ad suas quæque caueas reuertuntur. Cæterùm admiratione dignum est, quomodo bruta animantia cùm sint, singulæ suas interstinguere nauiculas norint, quæ alioqui ibi sunt numerosissimæ, mirum deniq; quomodo ad diuersos sonitus, tanquam ad diuersos heros sese conferant.

20

ANTIPATHIA.

Sympathia.

ODIVM illud inter Anates, & Aquilas, cuius paulò antè meminimus, adeò intestinum, ac durabile est, vt post mortem etiam non cesset, quemadmodum in mortuarum pennis obseruatur, vt annotauit Io. Costæus, vir doctissimus, & in nostra hac Academia, professor primarius, & mei amantissimus, scribens, simile esse inter Aquilarum, & Anatum pennas odium, quale inter agnigam peliem, & lupinam: quo, inquit hæ (Anatum) 30 ab illis corrumpuntur, hostili velut memoria cõseruata prioris inter illas viuentes odij. Ex rapacibus alios habent præterea hostes, præcipuè Accipitres, quos quantum timeant, præclarè docet a Ouidius, dum Eperien nympham ab Æsaco fugientem comparat ceruæ, quæ lupum fugiat; & Anati, quæ Accipitrem, dum ait:

Vt sa fugit Nympha veluti perterrita fuluum
Cerua lupum, longeque lacu deprensa relicto,
Accipitrem fluuialis Anas.

Cũ Aquila dissidet.

Cum Accipitre.

a Metamor. lib. 11.

Dissident item cum Gauijs, quod scribit Plinius: *Aquaticæ*, inquit, *Anates, & Gauiæ dissident*, qui tamen cum id ab b Aristotele transferat, non parum à sensu Aristotelis deflectit, qui eo in loco Brenthũ habet, quæ auis ab Anate est diuersa; licet Gaza Plinium secutus pro Brentho apud Aristotelem Anatem quoq; verterit, vt alibi annotaui. Vulpes præterea cùm alias aues, tum Anates maximè rapiunt. Vnde c Bargæus de vulpe loquens, sic cecinit:

b Hist. lib. 9. cap. 1.

Est tamen insidijs lepores quæ captet inermes,
Et pingues Anates.

c Gyneget. lib. 4.

Quod verò eiusmodi hostes habeant, ratio occulta non est, aut digna admiratione, quemadmodum contra valde mirum est, & nos latet ratio, eius quod multi, maximè verò d Columella, & Vegetius narrant, ventris nimirum, & intestinorum dolorem in bubus sedari visu nantium auium, & maximè Anatis. Eandem Anas, inquiunt, maiore profectu mulos, & equinum genus conspectu suo sanat. Eandem Anatum vim in homi- nibus agnoscere videtur Plinius, additq; his sanatis, mori Anates. Io. e Baptista Porta, vt aliquam huiusce vis rationem manifestam adferat, existimat, nos in eius cognitionẽ deuenire posse ex auis intestinorum laxitate, atq; ipsius voracitate, ac si auis vorax, ac laxa habens intestina, intestinorum torminibus, quæ plerunq; ex nimia fiunt voracitate, sanet.

d Rei rust. l. 6 cap. 7.

e Mulome. lib. 3. c. 3.

AVGVRIA. PRÆSAGIA.

Pluuia, & venti præsagium.
a De sig. ventorum.
b Lib. 18. cap. 25.
c De anim. lib. 7. ca. 7.

MERGOS, atq; Anates cùm sese in aquis mergunt, pluuias, cum verò pennas rostro purgant, & diù, & multùm alas excutiunt, ventos spondere tradit *a* Theophrastus. Quod penultimum repetijt *b* Plinius, dum ait: *Item mergi, Anatesq; pennas rostro purgantes, ventum præsagiunt.* Vltimum verò *c* Ælianus, Anates, inquiens, & Mergos alarum gestu exultantes vehementem ventum prædicere. Antonius Mizaldus de præsagitione ex hac volucre hæc habet: Latipedes Anates sereno cælo cumulatim congredi, & alterum volatu supra alterum ferri si videbis: adhæc insolita perturbatione, clamoreq; (nisi fortasse propter separationem ab alijs) moueri: pluuiam, vel tempestatem expectabis. Sic ille: deinde causam hanc affert. Nam futuram, inquit, aëris intemperiem sagaci natura præsentientes, modum in motu, clamore, & volatu nullum adhibent: his velut præsentibus auxilijs grauitatem à vaporoso aëre conciliatam detrudere contendentes.

MYSTICA.

Cui Deorũ sacra.
a In Auib.

ANATEM Neptuno esse sacram testentur *a* Athenæus, deo humoris scilicet, auem, quæ humore, & natatione gaudet: quapropter apud *b* Aristophanem iubetur, vt si quis hactenus Neptuno suem sacrificauit, posthac Anati triticum immolet.

COGNOMINATA.

Denominata.

Anas fluuius cur sic dictus.

ANATEM Hispaniæ fluuium, de quo suprà, haud malè quis sic dictum conijciat, à similitudine, quam cum Anate gerit. Sicut etenim hæc se intra aquam submersione abdit, atq; infra aquam natando ex alio loco extra aquam eminet, sic fluuius ille, vt scribit Mantuanus,

——*Nunc flumine merso*
Sub tellure latet, reduci modo nascitur amne.

a Lib. 10. cap. 13.

A Νέσσα Varroni, & Columellæ Νησσοτροφεῖον dicitur ipsum septum Anatarium, & à Νῆττα Νηττοφύλαξ à Græcis Anatum pastor. Glaucum Eustathius auem vocat Νησσοειδὲς, ideſt, Anatiformem. Aratus Ορνιθας Νισσαίους, hoc est Anatarias, vti Aquilam Anatariam *a* Plinius, quod Anatibus præcipuè infensa sit. *Tertij*, inquit (Aquilarum generis) *Morphnos, quam Homerus, & Percon, alij & Planenum, & Anatariam, secunda magnitudine & vi: huicq; vita circa lacus.* Græcis eadem ratione Νηττοφόνος appellatur. Lacustres, & riuularios quosdam Accipitres scribit Budæus dici Anatarios. Sic carnes Anatarias, & plumas Anatarias denominare licet. Anatarius autem cùm substantiuum est, cum significat, qui Anates custodit pascituè. Eodem modo Anatina dici poterunt quæcunq; Anatem pertinent, aut ex Anate sunt, vt plumæ Anatinæ. Leno Labrax apud *b* Plautum fortuna Anatina vti cupit, vt quum exijsset ex aqua, tamẽ areret. Rostrum Anatinum ab huius scilicet auis rostro dicitur instrumentum quoddam chirurgicum, quo vtuntur ad extrahendos calculos è vesica, cuius duplicem iconem exhibet Ambrosius Paræus, recti scilicet, & incurui. Hoc pariter nomine gaudet aliud chirurgorum instrumentum, quo spinæ, aut si quæ faucibus inhæserunt, extrahuntur.

b In Rudente.

EM-

EMBLEMA.

APVD Alciatum de Anate allectatrice legitur hoc emblema cum lemmate DOLVS IN SVOS.

Altilis allectator Anas, & cærula pennis
Adsueta ad dominos ire, redire suos,
Congeneres cernens volitare per æra turmas
Garrit, in illarum se recipitq; gregem.
Pratenſi incautas donec ſub retia ducat.
Obſtrepitant captæ conſcia at ipſa ſilet.
Perfida cognatos ſanguine polluit ales,
Officioſa alijs, exitioſa ſuis.

ÆNIGMATA.

SCALIGER de Anate elegans habet hoc ænigma:

Tota volat, tota graditur: quin tota natabit.
Irritata apicem imponat canis, haud volat. Auſer
Atque hinc, atque illum, qui iam fuit: ipſe natabis
Quod ſi dimidium tibi forte ſuperuenit vſus,
Obtura, retros ſi quando incendis odores.

Apicem R literam, Ranas. *Natabis Nas*. Quod *ſi dimidium*. Dimidium vſus eſt us, ſi ſuperuenit ad nas, fiet naſus.

Poſſet etiam quodammodo ænigma dici illud Viſini, apud quem ſic Anas loquitur.

Buffones gigno putrida tellure ſepultus
Humores pluuij ſorte quòd an boſumus
Humetſi, & friget, mea ſic vis friget, & alget,
Cum periit in terra, quis prius ignis erat.

ICONES.

DVM templum S. Mariæ in Aquiro Anaſtaſius Papa conderet, æreæ Anates in fundamentis eius reperiebantur, quas aiunt eo in templo etiamnum videri, vt meminit [a] Andreas Fulvius. Apud Paulum Palearolum Mutinenſem vidi teſtam conchæ margaritiferæ, in cuius parte interna erat effigies Anatis, quaſi in aqua nantis colore caſtaneæ, naturæ luſu ibi inſculpta.

Anates æreæ.

a De vrbis antiq. li. 4.

VSVS IN CIBIS.

ANATES à veterum menſis non fuiſſe abdicatas, ex ipſorum ſcriptis habemus, & particulatim ex [a] Macrobio, qui cœnam deſcribens Lentuli flaminis Martialis, inter cætera Anates nominat, & Querquedulas elixas. In conuiuio Attico apud Athenæum erant tredecim Νῆσσαι è falamine, λιμνης δι ἱερης μαλα πίονες. Nobis quoque ſæpiſſimè in cibum cedunt: quapropter de carnis earum qualitate, quæ doctiſſimi viri ſcripſere, nunc repetamus. Eam autem calidam, humidam, craſſam, duram, concoctu difficilem, ac excrementitiam aiunt. Hippocrates in primis, vt quidam citant. [b] Galenus duriorem, quàm Gallinæ, & Columbæ, quanuis [c] Archigenes apud eundem inter cætera, quæ ſtomachicis in cibo conueniunt, Anates quoque numeret. [d] Marcus Cato Cenſorius, Plutarcho referente, ægrotos ieiunio macerari prohibens, oloribus, & modica carne Anatis, aut Palumbi, aut leporis ali iubebat. Atqui alij præclariſſimi medici carnes harum auium, quod duræ, & concoctu difficiles ſint, ſtomacho conuenire negant:

a Saturn. l. 3. c. 13.

b De alimēt li. 13.

c De comp. med. ſecūd loc. l. 5. c. 4.

d In Catone.

aliaſque non paucas malas in ea qualitates agnoſcunt. *Calida eſt*, valde, inquit Serapio, citans Galenum; *nam comedi de ipſa, & calefecit me: & dedi calefacto, & incaluit amplius: & rurſus refrigerato, & calefecit eum.* Auicenna quendam citans, cuius nomen non exprimit, refrigeratum calfacere ſcribit, & aliquando febrim inducere. Et alibi tardè à ventriculo deſcendere, eumq; grauare: ſi tamen concoquatur, plurimum alimentum conferre, & plus nutrire, quam cæterarum, & impinguare: ſed non tam laudabilem ſuccum gignere, quàm Gallinarum, & ſimilium auium carnes. Alas autem tanquam meliorem, & leuiorem in Anate partem commendat. Idem ventres earum, inquit, ſuaues ſunt: & hepata bona, ſuauiaq; in cibo, & boni ſucci. Sed hæc Anſeribus potiùs conuenire videntur. Addit etiam adipem eius impinguare. Ab eodem alibi in humilitate comparatur ouillæ carni. Et rurſus calidiorem eſſe tradit omnibus carnibus auium domeſticarum, cui in hoc præcipuè aſtipulatur Serapio: qui non ſolum humidiorem, ſed etiam craſſiorem quauis auium domeſticarum carne facit. Idem alibi ex Aben Meſuai admodum humidam eſſe teſtatur, & difficilem concoctu, colorem tamen, & vocem clarificare, flatus tollere, mollem, & pinguẽ eſſe, ſtomacho grauem, corpus roborare. Idem ferè tradit Elluchaſem, *Præferuntur*, inquit, *Anates, & Anſeres in cibo remanentes* (pulli ſcilicet) *corpus macrum obeſant: ſed excrementitio humore ed replent. Noxa, quæ ab eis in cibo ſumptis fieri poſſet, emendatur inflatione boracis in gulam, priuſquam occidantur. Succum gignunt phlegmaticum: proſunt calidis, & iuuenibus: & hyeme magis, & ad ſeptentrionem regionibus, quàm contrarijs conueniunt.* Et alijs in locis, febres breui tempore gignere ſcribit, humores excrementitios augere, humidioreſq; eſſe cæteris auibus domeſticis, humidas autem, & calidas eſſe tum has, tum Anſerum abſceſſu ſecundo, quod quoque Auicenna confirmat. Aſſas autem tum Anates, tum Anſeres elixis præfert, & inungit oleo ad abolendum ingratum odorem ipſarum. Iubet quoque addi aromata propter odoris gratiam, tum vt craſſities earum emẽdetur. Raſis idem de humorum excrementitiorum prouentu ex ipſarum eſu aſſerit: præterea calidiorem eſſe, & multùm nutrire, non tamen plus carne Gallinæ. Pſellus quoque Anates excrementitias exiſtimat. Albertus minus duram, quàm Anſeris; ſed frigidam, & melancholicam ſtatuit, in hoc diſſidens, tum à veteribus, tum etiam à recentioribus: inter quos Platina, & Baptiſta Fiera non multùm quidem differre ab Anſerina credunt, ſed calidiorem eſſe. Fieræ carmina de vtraque alite ſunt hæc.

Quomodo calfiãtur.

Quo tẽpore, & quibus conueniant.

Quomodo parata magis conueniunt.

Anſer, Anasq; placent: ſi det Germania munus:
Et validi ex ſtomachi: nitè eluere latum.
Anſeribus magis ardet Anas, placet ala vtriuſque:
Et cibus vt vocet prouidus, & Veneri
Quiſquis honoratum primò eſt depaſtus ad hepar
Hic Meſſalino dicit vorie gulæ.

Et alibi: ——— *Præſtantior alis*
Eſt cibus. Ha proſunt moribus, & Veneri.

Iulius Alexandrinus ſimiliter Anatem Anſere calidiorem exiſtimat, qui hoc & alia de his carnibus præcepta commemorat: Nec diuerſa, inquiens, admodum Anatum ratio eſt, quàm Anſerum eſſe dixerimus. Calidior tantùm Anas: nec quemadmodum Anſerum, ita Anatum quoque altilium ſaginata iecora in pretio ſunt. Omnino autem Anſeribus Anas carne ſua non vſqueadeo vt Anſerum: tum quæ exquiſitè confecta alimenti multum, attamen prauæ excrementitijq; tribuat, quo vtcunque auſtum corpus facilè pinguefcat. Pectoris tantùm, ac ceruicis in aue hac confectandas eſſe partes, iubet facetiſſimus Poëta, ac reliqua coquo remittenda: nos nobis alas præterea reſeruabimus. Eadem qua de Anſeribus ratione, video ventres quoque à quibuſdam expeti, ſaporis ſuauitatem commendantibus: & iecora priuatim ad fluxum vitio iecoris factum. Hactenus ille. Alexãder Benedictus, tẽpore peſtis Anates damnat in cibo, & earũ pullos, quos Galenus, inquit, in primis coarguit. Fracaſtorius eas lue venerea affectis prohibet: Michael Sauonarola eandem hanc carnem tradit faſtidiũ gignere, eligi autẽ iubet iuuenes. Futuras meliores ſi ante interfectionẽ inſufflentur. Itẽ ſi aſſentur, iunganturq; oleo, & aromatibus cõdiantur, vt zinzibere ruſticorum. Io. Bruyer. qui & ipſe ecu culinæ magiſter noſtris tẽporibus de re cibaria ſcripſit, pluribus, de Anatũ carne

Iecora Anatũ non ſunt in pretio vt Anſerum.

Anas Anſeri præfertur.

Quæ partes eligendæ.

Iecur cur morbo conferat.

vel. de pelle.

verbis

ve: bis agit, & præsertim, quæ eligendæ, quæq; in ipsis partes sint præferendæ docet. *Quæ, inquit, in vrbibus versantur, inutiliores cibis: viuunt enim spurcissimis, ac fœdissimis cibarijs, & animalium interaneis, quæ à culinis eiciuntur in vicos: cœnum item mirè deuorant. Nutriuntur ab ijs, qui præsunt diuersorijs, vt si quando hospitum affluat multitudo, in aliarum penuria Anates iugulent, & edendas illis proponant. Sed id gustatu discernere facilè poterunt, qui eruditiori sunt palato: quippe non habent eam saporis iucunditatem, quàm quæ libero cælo, aquisque fluentibus fruuntur.* Et paulò inferius, *Captas in volatu Accipitrum gratiores in cibis esse scio credi: discant enim eas Accipitrarij adhuc penè tepentes in frusta, quæ prunis torrentes suauissimè mandunt eti amnium aulæ proceres. Alioqui à coquis inassantur, & condimento, quod vocant atrum, irrigatas apponunt mensis. Pulli earum in non parua epularum gloria habentur. Allabrancuos aulici vocitant.* In Anate pectus, ceruicemq; sapere Martialis docuit hoc carmine.

Anates in vrbibus alitæ cur deteriores.

Anates quomodo in cibis præparandæ.

Pullorum laus.

Totatibi ponatur Anas, sed pectore tantùm,
Et ceruice sapit, cætera redde coquo.

Et sic alibi clunes, alibi armi, alibi ceruix, alibi iecur, alibi cerebella spectantur, pro hominum scilicet libidine gulæ deditorum: qui plerunque deterioribus partibus palmam in cibatu tribuunt. Caro Anatum dura est, maliq; succi, & conficitur pertinaciter, vt aliorum ferè omnium palustrium auium. Quidam Germanus referente Ornithologo, scribit Germanos, qui demisso in colla auium suffocatarum sanguine non delectantur, vt Itali, & Hispani, Anate ceruice sapere non iudicare. Brudus Lusitanus ventriculum Anatum plurimum nutrire credit. Tempus, quo esui idoneæ, Villanouanus credit esse autumnum, sed corporibus temperatis nunquam conuenire. Castor Durantes, hæc aut similia habet: Anas omnium auium domesticarum est calidissima. Eius alæ, iecurq; admodum probantur; velociter enim nutriunt, & bonum succum generant, & paulò inferius: Hepar delicatissimum est, fluxus hepaticos sanat. Probantur etiam pectus, & ceruix. Difficulter carnes coquuntur. Crassum succum gignunt, & excrementitium: in eis qui calida sunt intemperie febrem incendunt, eosq; mirum in modum calfaciunt. Domesticis feræ minus sunt noxiæ, senibus iuniores, quæq; biduo prius enecatæ fuerint, quàm comedantur. Assæ autem sunt comedendæ herbis odoratis, & aromatibus conditæ. Longæuæ præ cæteris improbantur, quæq; in vrbibus cœno, & immunditijs pascuntur. Omnium optimæ, quæ liberæ aëre aperto vagantur prope flumina, tanquam palato gratissimæ, & melioris succi. Sale conditæ, decrepitæ, Iudæis relinquantur, quibus assiduè Anates in cibum veniunt, vt mirum non sit frequenter affectu melancholico corripi, & plumbeo colore deturpari. Vtilis est Anatum esus frigidis temporibus illis, qui ventriculo sunt calido, quiq; in assiduis laboribus vitam degunt. Hæc ille. De Anatum præparatione in cibum, hæc apud *f* Apitium inuenias: *Gruem, vel Anatem lauabis, vel alioquin ornabis, & ollæ includes, adijcies aquam, salem, & anethum, dimidia coctura decoques, dum obduretur, leuabis, & iterum in cacabum mittes cum oleo, liquamine, fasciculo origani, & coriandri, prope coctura defruti modicum addes, vt coloret. Teres piper, ligusticum, cuminum, coriandrum, laseris radicem, rutam, carenum, & mel diffundes, ius suum aceto temperabis, in cacabum rursum, vt calfiat, & exinanies, amylo obligabis, lances impones, & ius perfundes.*

Anatũ variæ præparationes.

f De re cul. l. 5. cap. 2.

Alia Gruis, vel Anatis, vel pulli præparatio. *In Grue, Anate, vel in pullo adhibe piper, cepam siccam, ligusticum, cuminum, apij semen, pruna, vel damuscena enucleata, multum, acetum liquamen defrutum, & oleum, & coques Gruem: quum coquis caput eius aquam non tangat, sed foris existat. Quum cocta fuerit, fauano calido, inuolues, Gruem, & caput eius cum neruis detrahe, sequetur, vt pulpæ, vel ossa remaneant, cum neruis enim manducari non potest.* Alia Gruis, vel Anatis præparatio. *Gruem, vel Anatem excipies, lauabis, ornabis, & in olla cum aqua, sale, & anetho dimidia coctura elixabis. Rapas quoq;, vt expromi possint, leuabis de olla, & iterum lauabis, & in cacabo mittes Anatem cum oleo, liquamine, & in fasciculo porri, & coriandri rapam lotam, & minutatim concisam desuper mittes, facies, vt coquatur, modica coctura, indes defrutum, vt coloret. Ius tale parabis. Piper cuminum, coriandrum, laseris radicem, suffundes acetum, & ius suum exinanies super Anatem, vt ferueat: Quum ferbuerit, amylo obligabis, rapas superadijces, piper asperges, & appones.* Alia Gruis, vel Anatis præparatio. *In Gruem, vel Anatem elixam, ligusticum piper, cuminum, coriandrum, mentam, origanum mittes, nucleos item, & carotam, liquamen, oleum, mel sinapi, & vinum.* Aliter. *Gruem, vel Anatem assabis, de hoc iure perfundes teres piper ligusticum, origanum, liquamen, mel, aceti, & olei modicum, ferueat bene, indes amylum, & supra ius rotulas cucurbitæ elixæ, vel colocasiæ, vt bulliant si sunt & vnguellæ, coques & iecinora pullorum in volutari, piper minutim asperges, & inferes.* Hæc omnia Apicius. Platina, qui alioqui has aues elixas comedi iubet; Anatē cōdimētis quibusdam farctā instar porcelli assari docet, cuius verba, quòd idem Anseri conueniat, in eius historia à nobis fuere recitata. Ex Anatibus similiter pastilli parantur, vt è Gallinis, seu pullastris,

laſtris, vt in Gallina dictum eſt. De huius alitis ouis nonnulla quoq; diximus, cùm de Anſerinis ouis loqueremur.

VSVS IN MEDICINA.

ANATEM viuam, boum, equorumq; & hominum tormina, applicata m ſanare, ipſam verò mori ſuprà diximus: quam quoque vim Marcellus eius carni, ſi in cibo detur torminoſis, tribuit. Auicenna hanc carnem obeſare, flatus frangere, & vocem clarificare ſcribit, coitum promouere, ac augere genituram. Quod ad medicamenta attinet, plurima tum ex adipe, tum ſanguine huius auis depromuntur: ſed ex hoc plura, qui contra omne venenum valere creditur. *Anatis*, inquit *a* Galenus (Νηττης interpres non rectè transtulit Fulicæ) *ſanguis liquidus ex oleo potus, ſeruat à potu venenoſi medicamenti, & à viperæ morſu liberat.* Idem alibi: *Sanguinis aduerſatur omnibus venenoſis, & mortiferis animaliũ morſibus.* Hoc idẽ repetit Kiranides. Ad deleteria, lethaliaue bibendum dat Nicolaus Myrepſus, aitq; eſſe mirabile medicamentum. In pluribus igitur antidotis miſcetur, Dioſcoride teſte, dum ait: *Sanguis Anſeris, Anatis, & hœdi vtiliſsimè in antidota miſcentur.* Vnde apud *b* Galenum legunturaliquot diahæmaton inſcripta antidota, hoc eſt è ſanguinibus, quæ Anatis ſanguinem, alias ſimpliciter, alias ſiccum, & de Anate recens occiſa collectũ recipiunt; alia ſolum, alia inſuper Anſeris, hœdi, quædam & marinæ teſtudinis. Videri autem præferendum Anatis fœminæ, Democrates ibidem in cuiuſdam antidoti deſcriptione ſcribit. Panacia antidotus diahæmaton inſcripta inter Andromachi deſcriptiones pſeudopigrapha eſt, cum ſanguinis nullius in ea mentio fiat, niſi mutilati ſint codices. In Antidotorum diahæmaton ex Aſclepiadis deſcriptione Anatis vtriuſq; ſexus ſanguis, & præterea hœdinus, ac Anſerinus miſcẽtur. Eodem in libro ab Andromacho ſcriptæ antidoti, altera Vrbani Indi eoſdem tres ſanguines accipit; altera incomparabilis dicta eoſdem, ſed Anatis fœmellæ, & inſuper teſtudinis marinæ. *c* Scribonius Largus alibi Antidotum Marciani deſcribit, cui Anatis vtriuſq; ſexus ſanguis, & Anſeris maſculi, hœdiq; & teſtudinis marinæ admiſcentur. Apud Marcellum recipitur ad Zopyrion medicamentum. Plinius priuatim Anatum Ponticarum ſanguinem aduerſus omnia mala medicamenta pollere tradit. Itaq; & ſpiſſatum ſeruari, vinoq; diluit. Idem author eſt, Mithridatis inuentum autumari, ſanguinem Anatum Ponticarum ammiſcere antidotis, quoniam veneno viuerent. Idem teſtatur *d* Aulus Gellius his verbis: *Anas Ponticus dicitur eáundis vulgò venenis victitare. Scriptum etiam à Lenæo Gn. Pompei liberto, Mithridatem illum Ponti regem medicatos, & remediorum id genus ſolertem fuiſſe: ſolitumque earum ſanguinem miſcere medicamentis, quæ digerendis venenis valent: eumq; ſanguinem vel potentiſſimum eſſe in ea confectione. Ipſum autem regem talium medelarum vſu ab inteſtinis epularum inſidijs cauiſſe. Quin, & ſcientem quoq; vtro, & oſtentandi gratia venenum rapidum, & velox ſæpenumero hauſiſſe, atq; id tamen ſine noxa fuiſſe. Quamobrem poſteà cùm prælio populi Romani victus in vltima regni refugiſſet, & mori decreuiſſet, & venena vehementiſsima feſtinandæ necis gratia fruſtra expertus eſſet, ſuo ſe ipſe gladio tranſegit.* Hæc Gellius, quæ omnia hic recitare viſum eſt, vt magis huius ſanguinis vires aduerſus venena eluceſcant, licet interim, regẽ illũ alijs antidotis vſum eſſe nõ ignorem, illo celeberrimo præcipuè, cui ab ipſo nomen eſt inditum. Habet præterea & alias vires: nam, teſte *e* Plinio, ſanguinem à cerebro profluentem ſiſtit infuſus. Idem ſanguinem Anatum, contuſis oculis laudat, ſi poſteà hyſſopo (fortè œſypo) & melle inungantur. Idem mox à remedio pro ijs, qui cibum non conficiunt, Anatum maſcularum ſanguinem affirmat ventrem ſiſtere. Meminit huius etiam Vrſinus, dum canit.

Mulcet adeps neruos, & ſanguis vlcera ſolvit.

Adipem, cuius modò incidit mentio, ſcribit Serapio, calidum eſſe, & ſubtilem, præſtareq; cuiuis alij adipi. *Nonenim*, inquit, *vllum inueni, qui vel ſubtilior ſit vel emollat, reſoluatue magis.* Citat verò Galenum, apud quem nihil tale reperitur, quare rectè meo iudicio, conijcit Ornithologus, interpretem Anatis adipem pro Anſerino ineptè reddidiſſe. Item Serapio mordicationes interiores corporis, & dolores maximè ſedare aſſerit, quod quidẽ eſt de Anſerino à Galeno proditum. Idem tradit Auicenna, qui pariter huic adipi inter auium pinguia principatum tribuit; ſed Galenus hunc Anſerino aſſignat. Eodem Auicenna authore coloris claritatem conciliat: vnde quidam referente Ornithologo, ad ſplendorem faciei inducendum putamina ouorum trita, & ſemina melopeponum purgata pinguedine adipis excipiunt, illinuntq;. Brudus Luſitanus hunc adipem addit decoctioni pullaſtræ in febri, nimi-

tum

Ad tormina.
Carnis Anatinæ vires.
Ad venenola medicamenta, & viperæ morſum.
a Euporiſt. 2. 143.
b De antid. lib. 2.
c Cap. 177.
Anatũ ponticarũ ſanguinem, & antidotis miſcere, cuius inuẽtum.
d Noct. Attic. lib. 17. cap. 16.
Sanguinẽ à cerebro profluentem, quomodoſiſtat.
e l. 10. c. 6.
Ad contuſos oculos.
Ad fluxum ventris.
Ad colorem conciliandum.
Ad humectandum.

rum humectandi gratia. Apud Nicolaum Myrepſum emplaſtro ad pleuritidem immiſcetur. Cum alijs quoq; in Anſere exenterato aſſatur ad paralyſin, vt dictum eſt in Anſere. Cum roſaceo coctus ſanguinem à cerebro profluentẽ ſiſtit, teſte g Plinio. Quomodo verò curetur, & reponatur tum hic, tum alij adipes, in Anſere diximus: Idem docetur in vulgatis Nicolai Præpoſiti codicibus his ferè verbis. *Animalium recens mactatorum adipes diligenter purga à pelliculis, & pone in olla noua figulina, quæ non ſupra dimidium impleatur. Hanc opertam in aliud vas calidiſsimum* (vel aqua feruida plenum ſecundum alios) *impone, & ſubinde id, quod liquatum fuerit in aliud vas defunde, donec nihil amplius liquetur, & colatum in loco frigido repone. Sunt qui repoſituri modicum ſalis adijciant.* Fimum Anatis Arnoldus Villanouanus morſibus venenatis vtiliter imponi ſcribit, ſicut etiam Columbinum. Iecur ad fluxum vitio iecoris factum ſupràvalere dictum eſt. Antidotus Ecloge dicta vtilis cœliacis, & ſanguinem ſpuentibus apud Nicolaum Myrepſum inter cætera Anatis vuluam recipit.

Ad pleuritidem.

Ad ſanguinem à cerebro profluẽtem. g l. 30. c. 6.

Præparandi modus.

Anatini fimi vis aduerſus venena.

VSVS IN VARIIS.

PRÆTER iam commemoratum Anatum in cibo, & in medicina vſum, alij ſunt, de quibus nunc: Chinenſes quid admiratione dignum hiſce auibus præſtant, vt narrat Io. Gonzalez. Anatum, inquit, agmina adeo numeroſa, vt viginti milia ſæpe excedant, alunt, ad radicitùs herbas noxias, quæ orixæ, alijsùe ſegetibus innaſcuntur, euellendas. Aues enim ita per ſata vagantur, ac ſi rationis eſſent participes; & præterquam quod nullum inferunt damnum, herbas noxias ab innoxijs optimè ſecernere nouerunt, easq; tam accuratè, & diligenter radicitus euellunt, vt nihil æquè mirum videri poſſit. Sic fermè ille. Inſolenter quoq; in Perù Anatibus exiccatis, & in puluerem redactis ad ſuffumigia vtuntur, vt teſtantur, qui Indiarum hiſtorias conſcripſere. Apud nos notiſſimus eſt plumarum vſus, ad conſtruendos lectos, quas molliores Anſerinis, & minutiores, magiſq; ſalubres ſtatuit Auguſtinus Gallus. Quo pariter modo Io. Baptiſta Mantuanus Anatem mollem appellat:

Anatibus qua in re Chinenſes vtantur.

Anatibus in ſuffumigijs vbi vtantur.

Ceruical non mollis Anas, non plumeus Anſer &c.

Anatum plumæ præſtantia.

Antiquitùs in puerorum delicijs quoq; erant, ſicuti Coturnices, Paſſeres, Columbæ, & huiuſmodi aues: vt conſtat ex hoc à nobis aliquoties citato *a* Plauti:

Quaſi patritijs pueris aut Monedulæ, aut Anates,
Aut Coturnices dantur, quibuſcum luſitent.

a In Capt.

Apud eundem Litanus ſeruus hero Argyrippo iubet, vt ſe Anaticulam vocitet, ſi pecuniam pro amica redimenda deſiderat à ſe habere: *Dic igitur me tuam Anaticulam, Columbam, vel Catellum, Hirundinem, Monedulam, Pitillum, Paſſerculum.*

HISTORICA.

BAPTISTA Campoſulgos dictorum, factorumq; memorabilium libro primo, narrat huiuſmodi de Anate hiſtoriam: Anatis mentio, inquit quæ facta eſt, in mentem redigit mihi de ea aue rem mirandam, quam ego ſcripturus non eram, quia parum fidei habitura videbatur, ſed adeo nota eſt, vt falſæ rei ſuſpicionem nullam accipiat. In ea Galliæ parte, quæ olim ſub Venetorum, Morinorumq; nomine cenſebatur (nunc Britanniam dicunt) prope vrbem Redonenſem oppidum eſt Monſfortis nomine, vbi Decembri menſe cùm S. Nicolai ſolennia celebrantur à paruo lacu non longè ab oppido, ea hora, qua vel miſſa, vel veſpertinæ orationes cantantur, Anas templum init cum tredecim pullis, quæ poſteaquam aram circundedit, ad eum lacum regreditur, vno pullorum, quos ſecum veniens duxit, ſemper deficiente: neq; verò quo is ſe recipiat, intelligitur. Quod ſi quis, vt rei experimentum faciat, aut quia rei nullam fidem habeat, comprehendere, aut occidere tentauerit, confeſtim rabie corripitur, ac moritur, aut in grauem morbum ſubitò incidit. Hæc ille. Eiuſdem quoq; admirabilis hiſtoriæ meminere Gaudentius Merula, & alij paſſim.

DE ANATE DOMESTICA. Cap. XXV.

SYNONYMA.


ANAS domeſtica, ſeu cicur, de qua priuatim nunc agimus, ſynonymia caret: nam cum adiectione domeſticæ apud omnes populos nominatur. Græcis quidem Νῆττα ὀίκυρος, & Arato ματοίδες, Italis Anitra domeſtica, Germanis Hauſsendt, Belgis Tamme Enduogel, Gallis Cane domeſtique, Hiſpanis Anade de calle. Attamen cum præter domeſticas noſtrates aliæ ex diuerſis orbis partibus perueniant eiuſdem generis ad nos, eiuſcemodi nomen patriæ ſuæ aſſumunt, vt Anates indicæ, Cayrinæ, & Lybicæ, de quibus omnibus poſt noſtratum hiſtoriam, agemus.

DIFFERENTIÆ. FORMA.

Deſcriptio.

ANAS domeſtica, inquit Albertus, & alba inuenitur, & cinerea, & compoſiti coloris ex vtriuſq;, vt etiam Anſer. Verùm quia, vt inquit Bellonius, nulla non regio Anates alat, quemadmodum & Anſeres, idcirco ſuperfluum fuerit hìc eam deſcribere. Hoc interim animaduertiſſe ſufficiat, inter marem, & fœminam hoc eſſe diſcriminis, quòd ille plumas in vropygio verſus caput ſurrectas, ſiue cirros malis appellare, habeat, vt ſecunda icon indicat. Prima verò effigies eſt Anaticuli, tres tantùm dies nati.

Anaticulus triduanus.




Anas domesticus mas cum arundine minima.



ANATOMES.

VOCEM Anas curtam acutam, atque magnam edat, tamq; diù ſub aqua caput teneat cùm apud meipſum mirarer, eam diſſecui, cauſam eius ſcrutaturus A, haud dubio ex arteriæ aſperæ figura, quam ſanè diuerſam eſſe ab alijs reperi. Quà igitur bifariam diuaricatur in pulmones, veſicam quandã habet duram, cartilagineam, concauam, vbi maior apparet dextrorſum vergentem, eiusq; beneficio, quæ hactenus in ea ſtupebam, obire iudicaui. Prima igitur figura, cuius principium notatur litera A. oſtendit totam linguam internam cum muſculis eandem mouentibus, & oſſibus hyoidæis. C. vniuerſam linguam oſtendit. AA. muſculos mouentes laryngem. BB. oſſa hyoidæa. D. aſperam arteriã. Secunda figura, cuius principiũ eſt B. oſtendit vniuerſam linguã coniunctam cum tota aſpera arteria, in qua C. & F. indicant veſiculam arteriæ diuaricationi appoſitam. G. verò, & G. pulmones. Duæ aliæ, quæ ſubſequuntur figuræ ad vaſorum ſpermaticorum, & inteſtini anatomen pertinent. In priori AA. teſticulos denotant, BB. vaſa ſeminalia, C. venam cauam, DD. huius ramos vaſis ſpermaticis inſertos. E. vaſorum coitionem. In ſecunda figura A. vropygium oſtendit. B. inteſtinum rectum. CC. duplex inteſtinum cœcum, quas Ariſtoteles appendices vocat. Tertia figura inteſtinum Gallinæ repræſentat, quamhic exhibere fuit neceſſum, quòd eidem tabulæ fuiſſet inſculpta. A. inteſtinum Gallinæ rectum demonſtrat, B. C. vtriuſque cœci extremos fines. D. cœcum ſuperiori parte obturatum. E. idem ab inferiore parte apertum foramine, quo fæces ex inteſtino recto regurgitent.




A
B
C
D
E
F
G

PRÆSAGIA.

ANATES domesticas circa annum à nato Christo 1527. cum Gallinis, Anseribus, Pauonibus, & alijs huiusmodi auibus, quæ in hominum vsum cedunt, domesticæ mansuetudinis oblitas, & subito efferatas, syluas petijsse in Vindelicis annalibus legitur, & subsecutam infelicem promiscuæ multitudinis in Syriam nauigatione, domi famem, & pestem. Simile prorsus præsagium à canibus, equis, asinis, bobus ante bellum sociale in Latio accidisse D. Augustinus testatur.

DE ANATE INDICA. Cap. XXVI.

Anatis Indicæ descriptio.

NONNVLLI, quod primò lectores admonitos velim, pro Anate Indica, Anatem Libycam accipiunt, vt Scaliger, & Augustinus Gallus, alijque: vt in Anate Libyca fusiùs dicetur. Cæterùm veram Anatem Indicam cùm mihi nunquam videre contigerit, nihil habeo, quod de ea scribam, præter ea pauca, quæ ex amici sui relatu memoriæ mandauit Ornithologus, à quo iconem sum mutuatus. Inquit autem. Est apud nos (inquit, qui figuram huius auis, & descriptionem ex Anglia ad nos misit) ex India Anas, eadem planè corporis figura, eodem rostro, & pede quo vulgaris, sed dimidio maior ea, & grauior. Caput illi rubescit, vt sanguis, & bona pars coniuncti colli à posteriore parte. Id totum callosa caro est, & incisuris distincta: quaque ad nares finit, caruncularn demittit à reliqua carne figura separatam, qualis Cygni est, rostro coniunctam. Nudum plumis caput est, & ea colli pars, quæ rubescit, nisi quod in summo capite crista est plumea, atque candida per totam capitis longitudinem: quam cùm excandescit, erigit. Sub oculis ad rostri initium per inferna, inordinatæ maculæ nigræ carni sunt inductæ, & vna, atq; altera à summo oculo ad superna eleuatæ. Oculus flauescit separatus à reliquo capite circulo nigro. Sub extremo oculo in auersum macula est, singularis separata à cæteris. Rostrum totum est cæruleum, nisi quod in extremo macula nigrescit vna. Pluma illi per totum colli processum reliquum alba. Qua corpori collum coniungitur, circulus est plumeus, niger, rara pluma, alba maculosus, & inæqualis per ima angustior, sed summa latior. Post eum per totum imum ventrem pluma alba est, per summum corpus fusca: sed circulo illo nigro pluma alba in summo diuisa. Extremæ alæ, atq; cauda cum splendore virescunt, vt cantharides. Tibiarum cutis fusca est, incisuris leuibus per circuitus ducta. Membrana per interualla digitorum pedis pallescit magis, vna, atque altera respersa macula fusca, incerta lege disposita, nisi in interuallo sinistri pedis, vbi sex per digiti extremi longitudinem ordine disponuntur. Tardo gradu incedit propter corporis grauitatem. Vox illi non qualis cæteris Anatibus, sed rauca, qualis humanis faucibus catharro obsessis. Maior mas est fœmina. Ea similis mari est, nisi quod non ita variegato corporis colore est. Viuit ex cœnosis aquis, & alijs, quibus cętera vulgaris Anas gaudet. De hoc Anatum genere forsan intellexit Christophorus Columbus, vbi scribit, in Hispana insula, Turtures syluestres, & Anates nostris proceriores inuenimus, Anseresq; Oloribus candidiores, capite tantùm rubeo. Hactenus ille: apposita hac icone. In epitome verò alias Anatum Indicarum icones exhibet, quas & nos hic damus: Primo loco positam sic describit: Anatis Indicæ rara quædam species, cuius iconem Ioannes Thannenmyllerus Chirurgus egregius Augusta Vindelicorum ad me misit. Caput ei albicat, vt pictura ostendit. Rostrum, crura, cauda, & extremæ longissimæ alarum pennæ atri coloris sunt; reliquum corpus concolor fermè rufum, aut rubricæ fabrilis colore (non qui rubricæ est) sed lineæ ex ea ductæ. Alarum tamen partes quædam albicant: in masculo aliquid etiam punicei, & viridis coloris per alas spectatur. Collum supremum angusta linea nigra ambitur. Hæc ille: & subinde alibi rursus Indicæ, pariter expressa icone, sic describit. Anas Indica, inquiens, cuius picturam doctissimus Cardanus misit, corpus vndique nigris pennis integitur, candidis alarum maculis exceptis per transuersum, & secundum longitudinem, & candidis in capite, collo, & pectore punctis: sicut in icone à prælo statim apparet,

Magnitudo.
Caput.
Collum.
Crista.
Oculi.
Rostrum.
Venter.
Ala.
Cauda.
Tibiæ.
Gressus.
Vox.
Maris et fœminæ differentia.
Victus.

Anatis Indicæ alterius descriptio.
Caput.
Color.
Ala.
Collum.

Anatis alius Indicæ descriptio.
Color.

Anas Indica cum quercu marina.



Anas Indica alia.



Anas Indica tertia, & quarta, cuius caput tantum exprimitur.



paret, nullis à pictore coloribus inductis. Sed crurum, & rostri posterior pars cum tuberculo illo rubro egregiè rubent. Anatis iam descriptæ figuram integram posui: alterius verò, quam Rondeletius misit, caput duntaxat cum collo expressi: Maritima est (inquit ille in epistola ad me) in stagnis degens, & cristata; satis rara apud nos, nec aliud addit, nisi quod ex Anatum genere esse suspicatur: in quo facilè ei assentior, cùm palmipes Anatum instar sit, & rostrum simile habeat, cui hoc peculiare in Anatum genere, quod resimum est: Tuberculum rotundum cùm Indica ei adiuncta commune habet; à quo globirostram, aut sphærorinthum cognominare licebit, distinguendi causa ab alijs Anatibus. Crura etiam ei proportione, quam alijs proceriora videntur. Ea rosæ sylvestris ferè colore rubent, sicut & rostrum cum tuberculo. Caput nigricat, non sine viridibus exiguis maculis. In pectore color rubricæ fabrilis est, albus in collo, reliquum corpus albo, fuscoq; distinctum. Hæc omnia Ornithologus.

Anatis maxima descriptio.
Rostrum.
Crura.
Caput.
Pectus.
Collum.
Color.

DE ANATE LIBYCA. Cap. XXVII.

QVAM Bellonius Anatem Libycam Latinè, Gallicè Cane de la Guinee appellat, eam multi, vt Scaliger, & Augustinus Gallus Anatem Indicam vocant. Aues enim exoticæ nobis sæpe sub Indicarum nomine veniunt, sicut Gallopauones, qui etiamsi ex Aphrica fuerint aduecti, nobis tamen Galli Indici dicuntur. Hoc Anatum genus sic describit Bellonius: Paucis ab hinc annis Anatum quoddam genus in Gallia enutriri cœpit, media inter Anatem, & Anserem magnitudine, voce interrupta, tanquam pulmones malè affectos, & vlceratos haberet. Iam tanta illarum in nostris regionibus frequentia, vt passim in vrbibus alantur, ac publicè venales prostent: nam in lautis conuiuijs, & nuptiarum apparatibus expetuntur. Crura ei breuia Mas fœminâ maior est, & vt in reliquis ferè auibus fieri solet, colore diuerso, adeo vt certum colorem illi ascribere sit difficile, nisi quis dicat, adesse Anatinum colorem accedere. Sunt autem nigræ plerunque, aut variæ. Rostrum diuerso ab Anseribus, & Anatibus modo in extremo habent aduncum, breueq; & latum. In capite cristæ simile quid coloris rubri assurgit, multum à Gallinacea crista diuersum. Est enim tuberositas quædam, seu eminentia inter vtrunque narium foramen sita, cerasi rubri figuram exactè referens. Tempora prope oculos sine plumis cute corium rubrum præseferente, eiusdem cum tuberculo supra oculos cerasum æmulante substantiæ, quibus notis à reliquis auibus distingui, & nutum euadere arbitror. Hoc verò in hac aue valde mirum videri possit, quod membrum genitale tam magnum habeat, vt digiti vnius crassitudinem, quatuor verò, aut quinque longitudinem æquet, sanguinis instar rubrum. Nisi magnum requireret sumptum, numerosiores, quàm solent, alerentur: si etenim cibus ad satietatem offeratur, multa pariunt oua, & magnum breui excludunt pullorum numerum. Caro neque præstantior, neque deterior est Anseris, aut Anatis domesticæ. Hæc omnia Bellonius, qui & hanc eius iconem exhibet. Ego à Perillustri Alberto Buccaferreo Anatem Libycam olim dono accepi, sed sine turberculo in capite, vt appositа figura indicat. Rostrum ei denticulatum erat, contrà ac in Belloniana icone apparet: erat tamen eadem magnitudine. Toto ferè corpore nigrescebat, sed in collo iuxta pectus semicirculus erat albus: & in pectore quasdam plumas candicantes nigris admixtas habebat. Scaliger, vt iam fuit annotatum, has Anates Indicas nominat; cuius viri verba ad hanc historiam spectantia hic libēter ascribo. Quod ex albumine (inquit) fiat corpus, certo patet exemplo naturę. Quippe Anatū Indicarum oua si ad solem dispicias, deprehendas in summo eandē nigredinē, quę est in carū rostris. Hoc auium genus, qua parte oculi ambiuntur, cutē habent & pēnis nudam, & rubicundam eodē sanè modo, quo & Indicus pullus, sicut & cristā carneam: cæterùm neq; tā rectam, & quam nūquam demittit illius more. Illud mirum, atq; huic peculiare speciei, quod nullam emittit vocē, cùm tamen & pulmones habeat, & Arteriam. Hæ potius fuerint Meleagrides si cōsideretur locus. Oua tamē vnicoloria sunt, nullis interpuncta notis: tota fusca superficies: figura pene totunda. Hæc Scaliger, qui ni fallor, tuberculum illud cerasum imitans cristam vocat, & voce carere scribit, quia ratò vocem edat, eamq; exiguam, & raucam. Augustinus Gallus eiusmodi Anates quoque educari scribit expedire: nam sunt, inquit, nostratibus maiores, nec vnquam vociferantur, vt illæ facere consueuerunt. Sed pauciora pariunt oua,

Cane de la Guinee.

Anatis Libyca descriptio.
Magnitudo.
Crura.
Color.
Rostrum.
Crista.
Tempora.
Membrum genitale.
Carnis qualitas.
Anatis Libyca authoris descriptio.
Magnitudo.
Color.
Oua.

Anas Libyca Bellonij cum gramine aquatico ſpicato.



Anas Libyca alia, quam D. Albertus Buccaferreus Bonon. donauit.



ova, & pulli difficillimè educantur, fœminæque in hoc genere nonnisi secundo anno pariunt, quòd seriùs nostratibus libidine tententur pulli earum hoc educantur modo. Primis quindecim diebus micæ panis exhibeantur, apposita aqua in vasculis copiosa, vbi se proluant, lauentque. Deinde pani furfures licebit admiscere, ipsosq; ad lacum, fluuiumue deducere, vt herbis, alijsque naturæ suæ cibis familiaribus vesci queant. Si quis numerosum illarum gregem alere volet, duas nostrates singulis maribus Indicis destinet: nam sic magnum ouorum numerum parient, quique ex eis excludentur pulli, satis amplo erunt corpore, sed parentibus dissimiles; mediamq; quendam sortiti naturam, facilius, quàm Indici educabuntur, nec vt nostrates importunis clamoribus erunt molesti. Cæterùm hoc modo geniti pulli nullam postea sobolem procreabunt, vt alia quoque animalia, quæ ex diuersis generibus nascuntur. Exemplo sunto muli. Hæc ille, quem de Anatibus Libycis intelligere manifestum est, non de Indicis propriè dictis, quæ in nostris regionibus non aluntur; nec fortè vnquam huc aduectæ fuerint.

Partus.
Educatio pullorum.
Quomodo numerosas habere possimus.

DE ANATE CAIRINA.
Cap. XXVIII.

ANATES pumilæ quædam ex Cairo deferuntur, & in quibusdam Europæ regionibus ali cœpere. Ergo cùm ad manus meas aliquando peruenissent, marem, & fœminam depinxi, & sic breuiter descripsi. Nostrates corporis magnitudine excedunt: mas quoque in hoc genere fœmella maior est. Rostrum ei, quia capiti coniungitur, valde crassum, & tuberosum. Hinc vsque ad finem continuè angustius euadit, donec velut in hamum acutum, & curuum desinat: colore nigricat, nisi prope finem, vbi maculam habet rubram, satis amplam, & in principio alteram exiguam eiusdem coloris, sed magis diluti. Caput atrum, & cirratum: guttur statim sub rostro punctulis subcandidis interstinguebatur. Oculos flauos multæ venulæ sanguineæ percurrebant. Totum ferè corpus etiam atrum erat: plumæ dorsi in principio, & medio etiam nigræ, in fine virides, vel saltem ex nigro virescebant. In alis quoque, & in cauda pennas aliquot virescentes cernere erat: item vnam, aut alteram candidam, quæ ceu maculam albam efformabat. Crura valde robusta, sed breuia, ad colorem castaneæ proximè accedebant, sicut etiam pedes. Fœmina mare minor erat, & rostro minus tuberoso, & qua capiti connectitur, linea partim alba, partim rubra satis lata distinguebatur. Præterea macula illa, quam in maris rostro rubram esse diximus, in hac erat cinerei coloris, cui nonnihil rubri sit admixtum. Cætero ex nigro ad cinereum tendebat, si duas maculas subcandidas demas, quæ in medio rostro ad inuicem conuersæ litteram C singulæ per se efformabant: Nullos cirros in capite atro obtinebat: Pectus eiusdem quoque coloris, punctis candidis distinguebatur. Dorsum vt in mare: sed alæ multò magis, quàm in illo virescebant, quæ etiam duabus maculis albis notabantur. In reliquis parum, aut nihil à mare differebat.

Anatis Cairini maris descriptio.
Magnitudo.
Rostrum.
Caput.
Guttur.
Oculi.
Color.
Dorsum.
Alæ.
Cauda.
Crura.
Pedes.
Fœminæ descriptio.
Caput.
Dorsum.
Alæ.

DE

Cairina mas cum myriophyllo equiſetifolio paluſtri.



Anas Cairina fœmina cum potamogeto.



DE ANATE FERA IN GENERE. Cap. XXIX.

SYNONYMA.

ANATES feras siue syluestres, siue immansuetas, quæ nempè liberè vagantur, Aratus Νήσσας ἀγριάδας vocat, Scholiastes ἀγρίας, & ἀνημέρους Νήσσας: interpretatur autem aues marinas, quæ in insulis degant, ac si Νῆσσας ἀπὸ τῶν νήσων, ideſt, ab insulis dictæ videri possint: Cæterùm in sequentibus etiam νησσαιὰς ὄρνιθας nominat Aratus, non quidem insulares aues (sic enim enim per σ simplex scribi oportet) sed Anatini generis, hoc est, Νησσοειδὲς, vt sit adiectiuum à Νῆσσα. Italis Anitra saluatica, Gallis Cane sauuage, Hispanis Anade siluestre dicitur, Germanis Vvilde enten, Belgis Vvilde eende oft endt voghel. Atq; ita cæteræ gentes quoq; omnes sua quæq; dialecto, syluestrium differentia adiecta nominant: Hollandis tamen audio etiam simpliciter dici een vogel, hoc est, auem.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

ANATVM syluestrium plures sunt differentiæ, quas diligentissimè scrutatus est quidam Germanus, sed Mergos etiam his annumerãs: cuius opera in ipsis recensendis libenter vtemur. Differunt autem coloribus, qui speciatim deinceps explicabuntur in singulis. Magnitudine, grauitate, leuitate, partium singularum diuersitate, vt rostro, capite, alis, pedibus, cauda. Idem præter has, etiam alias differentias recensetNam Anates, inquit, differunt inter se vocibus, vt Fistularis, Strepera, Raucedula, Cercia, Muscaria. Item volatu, nam aliæ in sublime feruntur tardiùs, aliæ celeriùs. Cæterùm si quis Anatum syluestrium, aut Anatini generis auium specialia nomina desideret, hìc nos ea prius recensebimus, quæ apud veteres Græcos, aut Latinos extant, deinde etiam, quæ vel à recentioribus, cùm Latina non haberent, sunt efficta. Ornithologus ad Anates refert Boschades, Phaschades, Querquedulas, Glaucium, Penelopen, Brenthum. Atq; hæc nomina apud veteres leguntur: item Anatem Circiam, Amarellam, Puffinum Anglicum, Anatem torquatam maiorem, & minorem, Anatem fuscam, vel mediam, Anatẽ muscariam, Anatem fuligulam, Anatem cirratam, Anatem fistularem, Streperam, Caudacutam, Quadrupedem, longirostram, mustelarem, Raucedulam, & alticruram, & Germanorum Krautenten, ideſt, herbiuoras, & quæ eadem lingua dicuntur Mooren, vel Murenten. Item Trybuogel, & Katzle. Item Anates quasdam Germaniæ inferioris, & maritimas, Meancam, Telam, & Slub Anate fera minores. Ad easdem quoq; referri posse videtur Pica illa marina, cuius meminit idem Ornithologus in paralipomenis. Aliquot quoq; genera recensetBellonius. Apud Indos tradit Gonzalez Ouiedus toto corpore atras, & alias quoq; aues ibi esse aterrimas, sed turdis minores, omnes alias volucres alarum velocitate superantes. Semper enim prope aquam volitare, ita vt eam quasi cõtingere videantur, aliquandoq; aquis sese immergere: reperiri in omnibus illius oræ regionibus: pedes Anserinos habere, aut Anatinos, ideoq; Anaticulas nominari. Contra a Petrus Martyr albissimas, capite rubeo, & nostratibus maiores in insula Ioanna, reperiri scribit: Aliud iterũ genus Augerius in Ancyra, quod non immeritò quis in cornicines retulerit: vocem enim cornuum sonitum imitari, qualia inflare solent per diuersos equos iter facientium duces. Esse inermem quidem, sed audacem, & strenuam, adeo vt etiam malos dæmones terrere Turcis persuasum sit, libertatisq; amantissimam, ita vt per totum etsi triennium in corte nutritam, si occasio detur, libertatẽ fuginæ anteponat, sedesq; natales repetat. Quæ pauca de hisce postremis auibus hic annotasse volui, de alijs, quarum tantùm nomina sunt recitata, suo loco agemus.

Anatũ plures differẽtiæ.

Aues Anatini generis apud indos velocissimæ.

a De reb. Ocean. li. 1.

Anates albissimæ capite rubeo vbi.

Anates Cornicines.

TOR-

FORMA. DESCRIPTIO.

PAVCA hîc de Anatum ferarum descriptione generatim commemorabo: nam quæ singulis speciebus sit peculiaris forma, suo loco dicetur posteà. *Anatum sylvestrum*, inquit Albertus, *apud nos multæ differentiæ sunt, sed omnes conueniunt rostri, ac pedum figura. Rostrum omnibus latum, serratile, non nimis longum, & valde apertum* (patulum) *ad cribrandum lutum. Pedes rufi, digiti membranis iunctis ad natandum apti.* Sed non omnes hæ notæ in omnibus reperiuntur. Germanus ille, qui diligentiùs has aues obseruauit Anates, inquit, omnes palmipedes sunt, & latirostræ, exceptis generibus tribus, quæ palmipedes quidem sunt, sed rostra acuta habent. Latirostris omnibus in extremitate corneus quasi vnguis est, quo cibos apprehendunt. Dentium loco circa rostrum striæ asperiusculæ. Membranæ pedum in extremo omnibus serratæ. Et rursus: Caudis æquales sunt, præter eam, quæ ab acuta cauda nomen traxit. Sed neq; hæ notæ, quas tradit ille, in omnibus perpetuò obseruantur, si quis diligenter animaduertat. Amplius illa tria genera, quæ rostra acuta habere narrat, Mergis potiùs sunt accensenda, quàm Anatibus.

Rostrum. Pedes.

LOCVS. MIGRATIO.

Volatus.

HELVETIAM plurimis aquaticarum auium, & Anatum generibus abundare tradit Ornithologus propter lacuum, & fluuiorum copiam, sicuti quoque Gallinam cõstat; & priuatim Anatum sylvestrium. *a* Io. Bruyerinus fœcundissimam esse testatur, quia totot amnibus, tot riuis, riuulis, totq; paludibus, aquisq; stagnantibus, quæ cibos hybernos adiuuant, irrigetur. *In Septentrionalibus aquis*, inquit *b* Olaus Magnus, *tanta Anatum copia est, vt ferè cunctas aquas cooperire videantur. Non enim eas aucupes exturbant, nisi raro: quia Anatum carnes frigidæ sunt* (atqui ab alijs calidæ statuuntur) *& crassi nutrimenti: imò verius, quia longè meliores ex sylvestri venatione, quàm aquatica habent carnes.* In Italiæ quoque pluribus locis frequens est earum numerus, maximè in Ferrariensi, Rauennati, & Mantuano agro, vbi nimirum loca sunt aquosa, amnes, lacusq; qualia amare ex Aristotele, & alijs fuit annoratum. Tradit autem *c* Olaus Magnus in Septentrionalibus regionibus nonnisi in aquis tepidis morari, *quarum*, inquit, *subterraneæ venæ calidam, quasi sulphuream exhalationem continuè submiuistrant. Ne tamen glacie constringantur aquæ huiusmodi naturæ instinctu circulariter, & obliquè natantes eas aquas seruant apertas, tantumq; vociferantur, vt ad magnam viarum distantiam inde audiantur. Cùm verò vehementia frigoris fuerint superatæ, in sublime se eleuant, vastum mare velut vnicum præsidium pro securissima statione petentes.* Hæc ille. Cæterùm cùm is à frigoribus compulsas vastum mare petere scribat, videndum nunquid aues migratoriæ sint dicendæ. Hoc enim alij aiunt, alij negant. Demetrius Constantinopolitanus eas quotannis discedere asserit, Kiranides addit, cum Anseribus feris, & Ciconijs, alijsq; auibus migrare in Lyciam, atque illic circa Xantum fluuium aduersus Coruos, Cornices, Vultures, aliasque carniuoras aues pugnare, vt aliàs recitauimus. Ornithologus affirmat in Heluetia Anatum ferarum, & Mergorum genera hyeme tantùm reperiri: quas tamen in Italia, vt Ferrariæ, & Venetijs æstate etiam, & autumno se vidisse cõmemorat. Contrà *d* Io. Bruyerinus non mutare sedem asserit. Sed morantur, inquit, apud nos, in palustrium aquarum iũcis nidificantes, & fœtus educantes. Idem quoq; alij affirmant. Cæterum Germanus ille hanc controuersiam optimè dirimere mihi videtur, cum inquit: Hyemis tempore, aut in ripis fluuiorum, aut piscinarum aggeribus, aut paludum frutetis latere, aut syluarum propinquitates, hortorumue vicina præsidia petere deprehensũ est: aliquid migrare eas persuasi sunt: quasi dicere, eò quòd lateant in commemoratis locis, ideo aliquos eas migrare sibi persuadere. Ego item aues migratorias suapte natura esse non puto: nam in nostris regionibus omni tempore conspiciuntur, sed si frigoris, aut caloris intolerabili vehementia, aut alio quopiam graui incommodo premantur, meliora, ac vtiliora sibi loca quærere, vti etiam ex hisce Georgij Agricolæ verbis elicitur: *Aquatiles volucres*, inquit, *temporibus hybernis si conse-*

runt

Anatũ ferarum vbi copia.

a De re cib. lib. 15. c. 3.

b Hist. Sept. lib. 19. c. 6.

c Ibidem.

d De re cib. lib. 15. c. 3.

Aues migratoriæ nõ sunt.

runt ad lacus, & fluuios in Austri partibus sitos, qui frigore non congelant: aut ad aliquam fluminum partem, cui aqua non conglaciat, vt Araeolæ, Mergi, Anates immansuetæ, Querquedulæ, &c. Ornithologus pariter idem confirmare videtur, dum ait: Anates feræ nostri lacus noctù sæpe transuolant ad vicinum fluuium Silum, tanquam tutiores illic à vulpibus, & lupis, futuræ, vt audio. Quod modò ad volatũ attinet, constat, gregatim volare, & rarò solas inueniri. *e* Plinius, Anates solas, quæq; sunt eiusdem generis in sublime protinus se se tollere ait, atq; è vestigio cælum petere, & hoc etiam ex aqua. Itaque in foueas, quibus feras venamur, delapsas solas euadere. Apud *f* Nonium Anates Varro quassagipennas appellat, quod veluti quasi pennis volent. Verba sunt. *Neq; quassagipennas Anates, trempedes, buxeis roltris, pendes palustres nolle nigra ad luxuria lampadis sequens.*

Gregatim volant.

e Lib. 10. cap. 38.

f in pecudes.

Anates cur quassagipenna dicta.

AVCVPIVM.

PLVRIBVS sanè modis Anates capi consueuerunt; sæpissimè autem canibus, quos idcirco aquaticos dicunt. Item Accipitris, & Falconis opera, vt in illarum auium historijs docuimus. Quomodo autem visco, docet Crescentiensis. *Anates,* inquit, *cæteraq; aues aquaticæ etiam visco capiantur, cùm visco inuoluntur funis longus ex pueris* (tipha) *quibus scoriæ fiunt* (locus videtur corruptus legendum Storiæ, vel melius storeæ) *compositus, & præcipuè serò in lacu, vel alibi, vbi aues illæ sæpius morari consueuerunt. Nam aues per aquam natantes noctu incidunt in funẽ super aquam extensum, & capiuntur, & postridie captæ inueniuntur. Sed oportet, hunc viscum ita esse temperatum, vt aqua non corrumpatur.* Hæc ille. Visci huiusmodi, quod scilicet aqua non corrũpatur, meminit Brasauolus. Scribit enim, viscum quoddam esse aquæ aptum, arte paratum, ex melle videlicet, aut oleo nucum, aut oleo oliuarum, quo vtuntur aucupes ad irretiendas aues tempore pluuio, vel etiam ad pisces ipsos capiendos. Cæterùm modus hic capiendarum Anatum visco minus est in vsu. Vsitatius verò est has aues retibus capere, diuersaq; reti genera ad hoc fuere excogitata. Idem *a* Petrus Crescentiensis docet quomodo Anatum sylvestrium læpe ingens copia à cicuribus electa hoc aucupij genere irretiatur, ita vt vna hora mille quandoque capiantur, pantheræ dicti retis opera. *Aues,* inquit, *cum retibus pluribus capiuntur modis: & vno quidem modo capiuntur ad pantheram qua capiantur Anates* (Anates) *& modus quidem est, vt iuxta aliquam paludem facias foueam circa sedecim, vel viginti quinque brachia longam, & circa decem, vel duodecim brachia latam, vel maiorem, si volueris tantum concauam, quod circa vnam spannam aqua habeat, & sit à duobus capitibus longis acuta in vno angulo, sic quidem fossatus, & in alto aliquantulum longa sic cassella circa foueam. Sunt vndiq; spacia plana, quanta est retium latitudo, deinde fiat sepis circumquaque, ne lupi, aut vulpes, nec aliqua animalia noxia intrare possint: & aues in eo loco existentes fugare. In prædicta fouea ita duodecim, vel sedecim Anates domesticæ die noctuq; morentur in hyeme, & milica in bona quantitate proiectatur in aquam propter domesticas, & sylvestres, sintq; domesticæ sylvestribus similes in colore pennarum. Circa foueas, iuxta repositas figantur pali quatuor perticarum, qua rete eleuent, & pali retiarum figantur circa spacia prænarrata, & super ipsam cordam parvorum palorum totum colligatur rete, & tam ipsum, quàm stangæ, sine baculi, qui rete leuant, & cooperiãt optimè, sintq; retia duo magna in vtroq; capite coniuncta, vel posita sint retia, vt aroli coniungunt, qua quidem coopertorium vocant, quæ cùm eleuantur simul in altum, coniungantur ad modum culminis domus paleata. Et modus quidem eleuandi eas est, quod iuxta cassellam ei furca cum pertica, in cuius capite subtili est retiarum funis annexus; in grosso verò est cista sortis, & magna ex terra repleta, quæ suo pondere cùm volueris, ad modum quasi machinæ rete eleuabit. Huc confluet multitudo Annatarum in nocte per aera volitantium, cùm domesticæ vocem ferabunt. Cùmq; in multa quantitate descendent, retia eleuabis, & cum pertica percutiendo leuiter retia, omnes sylvestres in culculum retis, quod est in supradicto fossato extensam expelles. Et domesticæ, quæ non timent, remanebunt in patheria, deinde aperies caput culculli, & facilè cum dentibus Anates in capite occides, sic quod vna hora mille quandoque capiuntur.* Idem *b* alibi alium modum capiendi Anates docet his verbis: *Item est aliud ingenium capiendi Annates iuxta aquam, vbi sabulum est, & est rete simile prædicto* (scilicet, quo supra scripserat capi Anseres, & Sternas) *Sed est parum, & satis spissum, & eodem modo tenditur, & sabulo cooperitur, & locus custoditus est ex aliqua re, deinde sabulo coopertus, & parum habeat foramen, vnde videri possit, & cauat, ne per foramen fluuium emittat, cùm in loco sunt aues: hic non sunt stellones necessarij, sed per totam hyemem ponitur ibi milica, & vinacea, vt assuescant aues locum frequentare. Cùm autem ibi stare consuenerunt, tendas rete, poterisq; optimè locum custodire, atque*

Anates pluribus modis capiuntur.

Canibus.

Accipere.

Falcone.

Viscu.

Viscum quod aqua non corrũpitur.

Retibus quomodo capiantur.

a Lib. 10. cap. 17.

b Lib. 10. cap. 20.

atque viam intrectus longam cauare, & melagarijs, & sabulo desuper cooperire, &c. Priori Crescentiensis aucupio haud dissimile videtur, quod docet Cardanus, dum ait: *Aues, quæ gregatim incedunt etiam capiuntur, vt Perdices: magis his Anseres, omnium maximè Anates. Cicuratas enim ex suo genere, præcisis alis, iuxta aquas vallo circumducto alere oportet copioso, iucundissimoque illic cibo. Id Anatibus inter reliqua est gregum incœtum aquæ. Nocte dum cicures clamant, agrestes descendunt ad cibum. Nam animalia omnia consensum habent in quatuor vocibus, cibi, Venerorum, pugnæ, ac timoris, seque mutuò intelligunt. Retibus igitur, quæ coopertoria vocantur contractis (haerent enim palis inuolutæ) clauduntur, vt quandoque mille vno impetu Anates captas referant. Et quanquam inirum videatur, certum tamen est, nullum esse felicius aucupium. Eligantur verò è cicuribus, quæ colore agrestibus sunt similima.* Hæc ille. Albertus quendam etiam astum docet, quo faciliùs hæ aues irretiantur. Cum enim Anates, & aliæ etiam aues imitentur ciuilitatem, vt inquit ille, gregaria conuersatione, & defensione communi. Itaque faciliùs decipiuntur ab aucupibus: positis enim quibusdam suæ speciei auibus, aut auium imaginibus iuxta retia, mox cùm ad illas conuersandi gratia accesserint, retibus includuntur, laqueis quoque illaqueantur Anates, vt ex Oppiano habetur. Alij alios etiam astus excogitarunt, quibus sine retibus, aut similium instrumentorum adminiculo Anates, aliasq; volucres se posse capere sperant. Didymus in Geoponicis, inquit, quòd si quis obseruet locum, ex quo potum sumunt Anates, & euersa aqua, vinum nigrum immittat, vbi id hauserint, cadent, & oprehendi facilè possunt. Idem & vini fæcem præstare asserit. Ornithologus escas quasdam ad id ex authore innominato Germano, & quibusdam manuscriptis, describit his verbis: Capiuntur, inquit, & escis quibusdam obiectis Anates, aliæq; aues, tanquam inebriatæ, quales sunt lappæ (hoc nomen Kletten ad personatam, & alia lapparum genera apud Germanos refertur) semina sparge in locum, quem Anates frequentant, quo illæ ingesto ita afficiuntur vertigine, vt manibus capi possint. Alia esca. Tormentilla in vino bono coquatur, tum in eodem cocta frumenti, aut hordei semina proijcito in spatium capiendis auibus destinatum: sic enim tormentillæ frustula simul cum seminibus deuorabunt, & inebriatæ cùm volare nequeant, capientur manibus. Hoc autem commodiùs fiet, cùm cælum perfrigidum, & nix profunda fuerit. Alia. Per locum auibus frequentari solitum hordei grana disperge, deinde ex farina hordeacea, felle bubulo, & seminibus hyoscyami medicamentum instar pultis paratur, quod in tabella eis expones. Eo gustato aues adeo grauantur, vt volare nequeant, & manibus capiantur. Alia. Hordeum, fungos, quos à muscis denominant, cum seminibus hyoscyami misce, & pulticulam inde factam in tabella expone, vt suprà. Io. Baptista Porta hæc eadem in suo libro de magia naturali repetijt.

Animalia consensum habent in quatuor vocibus.

Quomodo manibus capi queãt.

Esca ad capiendas Anates, aliasq; aues.

PRÆSAGIA.

NESSÆAS *aues*, inquit Aratus, (Scholiastes interpretatur Anates) *si frequentes, & conglobatas ferri animaduerteris, quanquam calo æstiuo, & sereno, imminentem pluuiam expectabis.* Et rursus: *Sæpè Anates feræ, aut Æthyiæ marinæ alis incontinente concussis, ventum instare monent.* Gulielmus Gratarolus tradit, aquaticas aues, vt Anates, & huiusmodi, si cùm incipit gelare, aquas quærant magnas incongelabiles iuxta mare, gelu diù mansurum præsagire.

Pluuiæ præsagium. Venti præsagium. Gelu diù mansuri præsagium.

VSVS IN CIBO.

ANATES feras, vt Anates domesticas ad cibum accipimus, Coquus quidam Gallus iubet his in pastillo coquendis addi lardum, & caryophyllos tritos cum zinzibere.

VSVS IN MEDICINA.

GVALTERIVS Ryffius in libro Germanico de liquoribus ſtillatitijs, Anatum ferarum ſanguis, inquit, varijs venenis aduerſatur: itaque antidotus de ſanguinibus, cui etiam admiſcetur, loco optimæ theriacæ vſurpari poteſt, vti Manardo Ferrarienſi quoq; viſum eſt. Sunt qui in eundem vſum Chymicis inſtrumentis puriorem huius ſanguinis partem vi ignis extrahant, eiuſq; liquoris ſecreti ſeſcunciam, aut vnciæ duas partes venenis reſiſtere dicant: calculum etiam renum, & veſicæ mirum in modum comminuere. Veteres quidem ſimpliciter Anatum ſanguinem laudant: ſed Ponticarum ſanguis contra venena præfertur, quas ſylueſtres eſſe itaq; putandum. Sylueſtres enim, quàm domeſticas veneno paſci (quod de Ponticis ſcribitur) veriſimilius eſt, vt rectè iudicat Ornithologus.

DE BOSCHADE,

ſeu Querquedula in genere.

Cap. XXX.

Orde.

IN Anatum ſylueſtrium ſerie, de eis primùm acturos fore nos promiſimus, quarum extant Latina nomina: & deinde ad reliquas progreſſuros, quibus Latinum nomen vel non eſt, aut certam incertum, aut obſcurum. Primò igitur ſeſe offerunt Boſchades, quas cum Querquedulis eaſdem dici poſſe arbitratur Ornithologus, & meo iudicio, prudenter, ea tamen poſita diſtinctione, quod querquedula ſit minor, vt ille quoque ſcribit. Quare cùm tam parum differant de vtriuſq; hic ſimul agemus, tanquam de eiſdem, vel ſaltē ſimilimis auibus. Βόσχας paroxytonum, & maſculinum Græcè apud *a* Ariſtotelem legitur, vbi habet. Βοσχὰς ὁμοίως μικρὸς Νήττης, &c. Quo loco Albertus, nimirum ex Auicennæ interprete, corrupta voce Græca Batichen habet. Apud Grammaticos oxytonum ſcribitur Βοσκάς. Euſtathius deriuat etymum à verbo Βόσκω. Vt à verbo Βόσκω, inquit, deriuatur Βοσκάς, quæ auis eſt Anate minor, ſic à φέρβω φορβάς. Et alibi. Ἐκ δὲ τῆς βοσκὰς ὥσπερ ῥῆτορ ὁ βοσκὰς ὅτω καὶ προβοσκὶς ἐλέφαντος, &c. Βασκὰς apud Heſychium auis etiam nomen eſt, fortè eadem, quæ Boſchas. Legitur & Βασκὰ apud Ariſtophanem, cùm ait: Καὶ ἐλαιὰ καὶ Βάσκα ἐλαφρά, vbi Scholiaſtes, Baſca, inquit, etiam à Callimacho nominatur. Iam verò Querquedulæ etymologiam ſic inueſtigat Ornithologus: Querquedulæ licet per onomatopœiam potius ſic dictæ mihi videantur, coniecerit tamen aliquis, quoniā querquero, ideſt, frigido, & hyemali tempore maximè appareant, vt & reliquæ aues aquaticæ ferè. Apud nos quidem, inquit, idem, & vbicunque lacus, aut fluuij ſunt, (qui per hyemem glacie non aſtringuntur) inde ſic dici potuiſſe.

a Hiſt. l. 8. c. 3.

Boſchadis etymum.

Querquedulæ etymum.

Iactas me, vt febris Querquera, Lucilius, & alibi:

Querquera conſequitur febris, capitiſq; dolores.

Feſtus querqueram exponens frigidam cum tremore, à Græco, inquit, κίρκιρα certum eſt dici. Ego non à κίρκιρα Græcè (quæ vox apud nullum authorem extat, quod ſciam) ſed κρύπρα legerim. An tu fortè morbum appellari hic putas ægrotationem cum febri rabida, & querecra? Querecra enim grauem, & magnam putant dici. Gellius libro xi. timo. Is mihi erat bilis querquetatus. Plautus, citante Feſto. Querquetularia porta Romæ dicta, quòd querquetum intra muros vrbis iuxta ſe habuerit, Feſtus. Sed apud Plinium 16. 10. Querculana. Hæc Ornithologus. Iam reliquas huius auis nomenclaturas, prout alij etiam vertunt, proſequamur. Boſca, inquit Niphus Italus, ruſticè dicitur Sartella. Accedit autem hoc nomen ad Gallicum Cercelle, vel Cercerelle, quam auem Latinis Querquedulam dici putat Bellonius, & alij eruditi viri. Germani quidam Boſchades intrepretantur Anates ſylueſtres, quibus roſtra latiuſcula, & ſima, color cinereus, nigredine variatus, Germanicè dictus Mittelenten, ideſt, mediæ magnitudinis Anates. Quidam verò Anglus Boſcam auem eſſe aquaticam, Anati ſimilem, ſed minorem eſſe autumat. Quum verò, inquit, multæ ſint aues aquaticæ Anati ſimiles, ſed minores, vt ſunt Telæ vocatæ ab Anglis

Querquetularia porta cur ſic dicta.

Sartella. Cercella.

Telæ.

Vuige-

Vuigenæ, & Phocardæ: eam puto Boscam esse, quæ proximè ad magnitudinem, & similitudinem Anatis accedit. Hoc quum Phocarda faciant, illam Aristotelis esse Boscam sentio. Sic ille. Quod ad Phocardæ nomen attinet, Ornithologus sic dictam putat, quod rostrum eius ad cochlearis figuram aliquo modo accedat. Nam Galli, inquit, quorum linguam Angli in plurimis imitantur, cochleare phocam vocitant. Cæterùm hæ Anglicæ, Germanicæ, Gallicæ, & Italicæ nomenclaturæ vni tantùm fortè Querquedularum generi conueniunt, vt procedente historia patebit. *Phocarda cur dicta.*

GENERA. DESCRIPTIO. LOCVS. Educatio.

BOSCADVM, seu Querquedularum plura sunt genera, vt patebit. Athenæus duo tantùm agnouisse videtur, dum ait: *Est & alterum Boscadum genus, maius Anate, sed minus Chenalopece.* Hasce, aut similes Anates Ornithologus à suis Grossenten, Vvild blaven-ten, hoc est, magnas, & syluestres cæruleas Anates vulgò dictas esse conijcit. Alterum Boscadum genus illæ sunt, quæ propriè Querquedulæ nuncupantur Anate minores, & semper ferè scriptoribus sub Querquedularum nomine veniunt. Hisce duobus generibus Ornithologus addit Circiam, & quam Amarellum in regimine Salernitano nominant, inter aues cibo idoneas; item illam, quæ circa Argentoratum Kernell vocatur, nomine ad Gallicum Cercella alludente. Quod modò ad formam Boscadis attinet, ea certè obscurè ex veteribus colligitur. Aristoteles palmipedem esse, similem Anati, sed minorem scribit: quæ notæ minori Querquedulæ conueniunt, vti quoq; quam dat Athenæus, interprete Vvottono; marem magis varium asserens. Idem Athenæus mares etiam in hoc genere rostra sima, & minora proportione habere tradit; quod obseruandum esset: omnibus enim Boscadum, aut Anatum generibus non videtur conuenire. Circa lacus verò, & amnes versari, quod de Boscade scribit Philosophus, omnibus æquè conuenire, nemini dubium. Querquedulæ olim educabantur in auiarijs inclusæ, non secus ac Anates, vt ex Columella habetur, dum ait: *Nam clausæ pascuntur, Anates, Querquedulæ, Boschides, Phalerides, similesque volucres, quæ magna, & paludes rimantur.* Vbi Boschides pro Boscades fortasse legitur. Cæterùm cum Columella Querquedulas, Boschides, & Phalerides hic simul nominet, Varro Querquedulas, Phalarides, & Perdices, mox subijciens: *Quæ vt Archelaus scribit, voce maris audita, concipiunt; Quæ, vt superiores* (Anates) *neque propter fœcunditatem, neque propter suauitatem saginantur, sed sic pascendo fiunt pingues.* Hic nouus oritur scrupulus, nunquid Querquedulæ, & Boscades, seu Boschides, vt ille habent, simul eo diuersæ nominatæ sint eædem, vt antea statuimus, Ornithologum sequuti. Posset meo iudicio responderi, fieri posse, vt Columella, cùm duo sint Boscadum præcipua genera, maius nempe, & minus, vnum Græcè, alterum verò Latinè nominauerint: etsi interim vtrinque nomen vtriq; generi conueniat. *Boscadum plura genera.*

DE PHASCADE, SEV QVERQVEDVLA Minore. Cap. XXXI.

DVO præcipua Boscadum, seu Querquedularum genera statuimus, maius scilicet, & minus. Hic prius de minoribus, quas propriè Querquedulas appellari remur, dicemus. Bellonius, qui vnum tantùm Boscadum genus facit, Boscades, & Phascades Græcè appellari scribit, & Gargancy in Gallia Cisalpina. Ornithologus hoc genus particulatim Phascades quoque dici existimat, ex Athenæo scilicet, scribente, Phascades maiores esse paruis Colymbis. Hæ, inquit, si non Querquedulæ sunt (quas paulò ante Boscades minores esse conijciebam) congeneres saltem, ac simillimæ, paulò tamen minores fuerint, cùm vtræq; Anati similes, & minores describantur: & Phascadum nomen neque apud veteres reperiatur, neque certam eius etymologiam agnoscamus. Idem censent Germani alij eruditi, qui inquiunt: Phascades Anatibus syluestribus (quas varias esse dixerant, nempe cinereas, & nigris, albisq; maculis distinctas) simillimæ, sed minores sunt, Varroni Querquedulæ, Germa-

nis Kringenten. Sic illi. In quibuſdam Italiæ locis, vt circa Ferrariam Scauolo, & detorto, vt apparet, à Querquedula nomine Cercenolo, & in agro Forojulienſi, teſte Theodoro Trebellio Cercedula nuncupantur, Mediolani Garganello. Sed hoc nomen aliqui etiam alijs Anatibus, aut Mergis impropriè tribuunt. Ambroſius Calepinus pariter Italus, Querquedula, inquit, ſemper in aquis natat, ſicut Anas, quam Qualiam dicimus à voce. Sed nos Qualiæ nomine paſſim Coturnicem accipimus, non aliquod Anatum genus. Ornithologus Italis Sartellam dici etiam putat, eo argumento, quòd Niphus Italus Boſcam ruſticè Sartellam appellari exiſtimat, vt ſupra diximus Gallis Cercella, vel Cercerella dicitur, Bellonio verò Sarcelle, alijs Garſote, & Helebran; Hiſpanis, vt credit Ornithologus, Cerceta. Georgius Agricola Germanicè interpretatur Krichentelein, quidam verò Kruckentle, alij Krigente. Conijcit autem Ornithologus eandem eſſe, quam apud Heluetios appellant Kleienenten, ideſt, Anatem paruam, & à colore Gravventile, id eſt, Anaticulam fuſcam, & à locis aquarum cœnoſis, in quibus victum quæritat, Murentle Sorentle, vocibus diminutiuis (nam alia quædam maior Murent vocantur.) Alibi in Germania, Troislent dicitur, in Heluetia alicubi etiam Socken. Eliota Anglus Anglicè interpretatur Teale. Alius quidam Anglus Telas vulgo aues vocari ſcribit, quæ Anatibus minores ſint, alioqui ſimiles, vt & Vvigenæ. Vuigenæ autem, & Teelæ (vt ſibi ab Anglo quodam dictatum fuiſſe teſtatur Ornithologus) non diſſimili magnitudine, ſed colore Anates ſunt. Hæ cæſij (fuſci) coloris dorſo, & pennis, ſed pectore albo, illæ varijs coloribus diſtinctæ, Columbis maiores vtræque, & dulcium aquarum incolæ, in quibus piſciculis, & gramine aquatico veſcuntur. In pretio ſunt Anglis, quod & præpingues ſint, vt plurimum, & carnem grati ſaporis habeant. Telam Anglorum, vt credit Ornithologus, Friſij Teling vocitant; eamque Anate fera minorem faciunt, Meanca maiorem.

Garganello.

FORMA. DESCRIPTIO.

Magnitudo. Roſtrum. Pedes. Color. Ala.

QVERQVEDVLÆ noſtræ ſylueſtres, inquit Ornithologus, minores multò communibus Anatibus, roſtro tamen, pedibuſq; & cætera ſimiles: fuſcæ, vel ſubnigræ, ſed partem in alis viridem habent, roſtro nigricante: ſuperior, & interior colli pars ad roſtrum vſque plumis obſcurè ruffis, vel caſtaneatum coloris veſtitur. Quidam Germanus ſic deſcribit: Anas parua, ein Krutkentle, quæ proprio nomine Querquedula, diſcernitur à cæteris Anatibus corporis exiguitate, & alijs partibus. Roſtrum nigrum, caput rubrum cum viridante vtrinque macula. Collum nigris albiſque pennis quaſi ſquamoſum. Gula alba, atris notata punctis, venter item albus. Alæ in cæſio viridantes, nigris, candidiſq; tranſuerſim admixtis pennis. In fœmella minus inſigne caput, minus gula, venter magnæ Anati fœmellæ ſimilis. In vtriſque pedes cum membranis nigris cinerei. Hæc ille. Bellonius ſuam Sarcelle deſcribit his ferè verbis: Boſcas Anati omnino ſimilis eſſet, niſi magnitudo diſtingueret; eademq; inter marem, & fœminam Boſcadem eſt differentia, quæ inter Anatem fœminam, & marem, ita vt ſi quis ſe videre Anatem paruam fingat, is Boſcadis formam prorſus conceperit animo: In multis Galliæ locis Sarcelle dicitur, quibuſdam alijs vne Garſote, item ab alijs vn Halebran, Mediolani verò Garganei, Græcè, & Latinè Boſcas, & Phoſcas, ipſum pro Phaſcas, Phoſcas legere exiſtimo. Auis eſt nota, & deſcriptione vix eget. Celebris eſt in Romanorum conuiuijs. Magni fit apud Gallos, adeo vt quandoque non minoris veneat, quàm Anſer, vel Capus. Carne enim delicata eſt, & quæ palato mirum in modum arridet. Color in ea non variat. Plerunque enim fœmellæ collo ſunt cinereo, ventreque luteo, dorſo, alis, ac vropygio fuſcis: in alijs maculam habet ſplendentem, vt Anates: ſubtus verò lineam candidam ab extremo pennarum, quæ alas tranſcurrunt productum haud ſecus ac in Morilens (hoc eſt Glaucio, vt ille vertit) Duodecim priores alarum pennæ eiuſdem omnes ſunt coloris: quæ verò has ſequuntur, extrema habent alba, & alteram efficiunt lineam albam: quemadmodum, & prior à maiorum pennarum extremitatibus conſtituitur. Quia autem alarum pennæ ſupernæ nigræ ſunt, vtrinque maculam nigram exhibent. Boſcades illubenter aquæ ſeſe immergunt, ſecus ac Glaucium: neque roſtrum habent adeo latum. Hæc Bellonius, qui iconem aliquantulum diuerſam ab Ornithologo exhibet. Ego plures Querquedularum ſpecies obſeruaui, quæ tamen ab aucupibus noſtris communi nomine

Altera Querquedulæ deſcriptio. Magnitudo. Roſtrum. Caput. Collum. Ala. Maris à fœmina differentia. Pedes. Deſcriptio altera ex Bellonio. Carnis ſuauitas. Collum. Venter. Ala. Vropygiũ.

Anadri-

Anadrini, ideſt, Anaticulæ, abſque vllo diſcrimine appellantur. Tres hic tantùm deſcribam, quas depingi curaui, & inſculptas poſtea exhibeo. Omnes Anati vulgari ſimiles ſunt, ſed multò minores: vix etenim ab extremo roſtro ad extremam caudam vſq; duos dodrantes exæquabant. Prima roſtrum habet nigrum, breue, & non valde latum; caput, & ceruicem coloris ſpadicci obſoleti. Plumæ albæ ab oculorum radicibus incipientes, & in medium collum definantes, gulam totam, magnamq; colli partem conſtituunt. Inferior verò colli portio, & pectoris cinerea maculis fuſcis notatur. Pectoris reliquum, & venter totus coloris ſunt prorſus cinerei. Dorſum nigrum ceu ſquamis fuſcis variegatur. Alæ nigræ tribus albis notantur maculis, quarum prima reliquis eſt amplior, poſt hanc infima, media verò eſt omnium minima. Cauda eſt ſubnigra. Crura parum craſſa, parumq; robuſta, ſicut pedes non valde lati: tam verò hi, quàm illa nigricant. Secunda Querquedulæ à quodam Germano deſcriptæ in multis reſpondet: nam roſtrum habet nigrum, & latum. Caput rubrum, ſeu potius ex ſpadicco ad rubrum vergens cum macula oblonga ab oculis ad occiput excurrente viridante. Collum, dorſum, & totum ferè ventrem ex nigris, & ſubalbidis pennis quaſi ſquamoſa: Gulam cineream atris notatam punctis: Pectus ex cinereo fuſcum: Alas, & caudam inter nigrum, & fuſcum ambigentes, diuerſis etiam in locis albo, nigro, & viridi colore variantes. Crura non valde craſſa, aut robuſta, pedesq; anguſtos, & fuſcos cum membranis nigris. Hanc cum Batauo cuidam oſtenderem, & nomen ſciſcitarer, reſpondit ſua lingua Taling appellari, quod ad Angelorum Teling proximè accedit, addidit inſuper, magnam illarum in Batauia copiam reperiri, ibiq; in cupedijs haberi. Hiſce duabus tertiam ſuperaddere libuit, cuius à Iaponenſium regibus Romam delatæ mihi copiam fecit Cæſar Fachinettus Marchio, & Senator Bononienſis, quam Querquedulam Indicam libuit appellare. Quantùm verò ex pictura licet conijcere, Anatibus multò minor eſt, roſtriq; ſuperior pars inferiore longior aliquantò. Roſtrum ipſum, & pedes toti, & digiti inſigniter rubeſcebant. Capitis vertex, collum ſuperius, & fortaſſis etiam totum dorſum lutei coloris, ſicut etiam vropygium, quod tamen amplius maculis ſemilunaribus nigris ſatis magnis eſt inſignitum. Collum ſupinum, pectus, & totus venter candida. In alis maxima colorum, eaque pulcherrima diuerſitas. Priores enim pennæ, quæ ad ſcapulam ſunt, roſei obſoleti coloris ſunt; ſed præterea eiuſdem notantur maculis ſemilunaribus nigris, quibus vropygium. Quæ has ſequuntur, partim alba ſunt, partim virides. Omnium longiſſimæ cæruleo colore vegetiſſimo decorantur. Cauda partim ſubuiridi, partim ſubcæruleo; ſed ſecus ac in alijs Querquedulis digiti nulla membrana coniuncti apparent.

Querquedulæ primæ deſcriptio.
Roſtrum.
Gula.
Collum.
Pectus.
Venter.
Dorſum.
Alæ.
Cauda.
Crura.
Pedes.
Querquedulæ ſecundæ deſcriptio.
Roſtrum.
Caput.
Collum.
Dorſum.
Venter.
Gula.
Pectus.
Querquedula Indica deſcriptio.

DE ANATE CIRCIA. Cap. XXXII.

ANATEM, quam Circiam dicunt, ex Querquedularum minorum genere eſſe credit Ornithologus. Germanus quidam interpretatur Germanicè ein Birckilgen, aitq; à ſono vocis ita appellatam, & cum parua Anate habere ſimilitudinem, ſed colore alarum, & ventris differre. Alas enim eius gemmantibus pennis carere, & in hoc genere ventrem magis maculoſum eſſe. Hoc genus inquit Ornithologus, in noſtris etiam lacubus reperiri puto. Vidi enim non ita pridem initio Ianuarij captum Anatis genus exiguum, paulò maius Mergulo, corpore toto fuſcum: roſtro Anatis, hoc eſt, latiuſculo, fuſco, pedibus etiam fuſcis, collo palmum longo, reliquo corpore ſex digitorum. Erat autem fœmella, & oua continebat. Mas nimirum, vt conijcio, colore elegantior eſt: in ventriculo nihil, quàm calculos minimos, & ſemina quædam herbarum aquaticarum lentiformia ferè (minora, altioraq; lente) ſubruffa reperiebam. Hæc ille.

Anatis Circiæ deſcriptio.
Vbi reperiantur.
Altera deſcriptio.

DE ANATE KERNELL CIRCA Argentoratum dicta. Cap. XXXIII.

Kernell descriptio.

AD Querquedulas siue Anates minnores, illam quoque pertinere putat Ornithologus, quæ circa Argentoratum Kernell vocatur nomine ad Gallicum Cercella alludente. Color ei varius; rostrum Indici ferè coloris est. Circa caput rufſa est, sed punctis albis aspergitur. Vertex niger, gula alba, vt pars etiam ventris superior. Duæ lineæ albæ longiusculæ ab oculis retro ex latis in angustas tendunt. Dorsum nigrum, vt & cauda. Alæ cinereæ, transuersis duabus lineis albis distinctæ, superiore latiuscula, angusta inferiore: quarum interuallum nigricat, vt & inferior pars alarum. Pectus ruffum, nigris maculis magnitudine, figuraq; diuersis distinguitur. Crura fusca, vel cinerea ferè. Sed hæc omnia ad auis depictæ inspectionem scripta mihi sunt. In Germania inferiore alicubi Crackasona vocatur, ni fallor. Hæc omnia Ornithologus; qui etiam in epitome hanc à coloribus diuersis Querquedulam variam vult cognominari.

DE QVERQVEDVLA CRISTATA, seu Colymbi Bellonij. Cap. XXXIV.

Descriptio.

QVAM auem ex Anatum genere Querquedulam cristatam Ornithologus, eam Bellonius Colymbim esse putat, & describit his ferè verbis: Exiguum quoddam Anatis genus est Glaucio (Morillon) minus, Græci, ni fallor, Colymbim dicunt. Auis est corpore compacto, ac rotundo: oculos haber flauos, & ære expolito splendidiores. Pedes, crura, nigra, & sicut & rostrum, quod pro corporis portione latum est, vt Anatis. Crura breuia, pedes verò latos; caput, collum, pectusq; nigra, ventrem plumbeum. Galli appellant Cotee propter transuersam in alis lineam albam, velut in Glaucio, à quo longè tamen differt: Cristam enim in occipite Fibri, & Onocrotali instar habet, qua Glaucium caret. Hæc omnia Bellonius. Cæterùm Ornithologus iuremerito ab illo dissentiens, Colymbidem esse omnino negat, cùm rostro sit lato, quod Colymbi Athæneus acutum tribuit: quapropter Querquedulam potius cristatam appellari vult, cuius sententiæ, tanquam rationi consentaneæ nos adhærentes, de ea inter Querquedulas meminisse voluimus.



DE BOSCADE MAIORE, & eius duabus speciebus, quæ Anates Torquatæ dici possunt, & primum de Minori. Cap. XXXV.

CVM de Boscade in genere ageremus, diximus, Ornithologum conijcere Boscades maiores esse, quæ ab Heluetijs, magnæ, & cæruleæ cognominantur, hoc argumento, quòd Athæneus illas Anate maiores statuat, sicuti in hisce tantùm Anatibus liquidò conspicitur. Easdem, quia circulus albus medium earum collum ambit, suspicatur ab Aristophane περιξωμίνας vocari: licet Scholiastes sic dictas innuat, quod pennis candidis, tanquam zona ambiantur. Latinè eadem de causa Anates torquatæ iuremerito dici queant, necnon etiam Querquedulæ maiores. Albertus vocat Anates sylvestres veras, ideſt, domesticæ maximè similes, earumq; duo statuit genera, dum ait: *Caterum hoc genus Anatis duplex est vempe maius, & minus, vtrumque notum apud nos:* Sic autem eas in genere describit. *Anas sylvestris vera, dorso, & ventre grisea (cinerea) est. Mas in collo quasi Pauonis radiantes habet pennas colore composito ex viridi, & caruleo, torquem album circa collum, & in alis versus ventrem maculam colore splendentem. Sed fœmina magis declinat ad nigrum colorem cum cinereo mixtum. Est autem vox fœminæ crassior, vt in omni Anatum genere.* Nos de minori prius dicemus, tanquam celebriori. Anas igitur Torquata minor Italis dicitur Cesone, quanquam aliqui Cygnum hoc nomine appellent. Heluetijs, referente Ornithologo, Grossent, ideſt, Anas magna, & à voce Retschent. Ad Constantiensem lacum à capitis alarumq; coloribus, Blassent, circa Verbanum lacum Spiegelent. Quidam Germani vocant Mertzentem, ideſt, Anates maiores, vel Martias, à Martio mense. Hanc speciem sic describit Ornithologus. Caput ei viride, rostrum subflauum, collum superius viride est, infrà castanei coloris, in medio circulus albus, vnde Torquatam appellauimus; vt videri possint Anates illæ, quas Aristophanes περιξωμίνας vocat, & Scholiastes pennis candidis (pars dorsi caudam versus) tanquam zona ambiri scribit. In medijs alis transuerso situ cæruleus color est, (inde nomen apud aliquos Vvild blaullenten) qui tamen pro diuerso ad solem obiectu variat: paucis infrà, supraq; candidis. Pars dorsi caudam versus ex cæruleo ferè ad viridem, & nigrum inclinat, inferiùs, puto, nigra est. Venter ex albo cinereus, & variè maculosus, vel vt Græcè dicam, ποικίλος: quæ quidem varietas ex macularum punctis per pennas quasi guttatim dispersis in aquaticis auibus nõ paucis spectatur: Cruribus rubet. Hactenus Ornithologus, cuius descriptioni adamussim nostra hæc respondet, ita vt illius verbis vel adijcere, aut detrahere nefas sit. Germani quidam sic describunt: Anates sylvestres maiores, quas Germani Grossenten, alij Mertzenten vocant, ima, supremaq; corporis parte cæsiæ sunt: pennas alarum, & alijs aspersas coloribus, præcipuè tamen purpureo nitentes habent, collo, capitiq; viredo ad nigredinem tendens, inest: medium collum candidus ambit circulus. Fœmellæ variæ, sed cinereæ, & nigris albisq; maculis distinctæ. Easdem Anates in regione sua putat Ornithologus Hagenten appellari, ideſt, Anates sepium: nimirum, quòd circa species in fluuiorum ripis obuersentur, (quanquam, inquit, illæ, de quibus superiùs scripsi, in lacubus frequentes sint). Aiunt; illas magnitudine cicures æquare, coloribus insigniri pulchris viridi, spadiceo, vel castaneæ vario, in medijs alis virere, pedibus rubere.

Anates torquatæ.

Anatũ torquatarum duæ species.

Ordinis ratio.

Cesone.

Descriptio.

Descriptio alia.

Boſcas maior, ſiue Anas torquata minor cum typha.



DE ANATE TORQVATA MAIORI & congenere. Cap. XXXVI.

ANAS Torquata maior, inquit idem Ornithologus, apud nos vulgò appellatur Stortzenten, vel Storent, hoc est, Anas scrutatrix: quòd rostro fodiens fundum, arenam, & herbas, victum sibi perscrutetur, quod & reliquæ propriè dictæ Anates faciunt: sed hæc fortè magis, aut frequentius: cùm corpore etiam maior sit. Glandes etiam amat, & auenam, & in agros auena consitos aliquando inuolat. Coloribus cum præcedente magna ex parte conuenit, præsertim rostri, & capitis, & colli, &c. Qui venantur eas apud nos in lacubus tandiù persequuntur, donec fatigatas capiant. Sic Ornithologus. Quidam Germanus hunc in modum describit: Anas magna, ein Groſſe ente, rostrum eius in medio nigrum, à lateribus flauescens; tergum in nigro flauicante maculosum. Venter reliquo corpore dilutior. Alæ cinereæ, in quibus pennæ quædam lineis duabus transuersis albæ, quædam insigni fulgore sic radiantes, vt aliter in opaco, aliter in sole gemmare videantur. In mare omnes propemodum partes insigniores. Rostrum flauum, caput, collumq; gemmantis viriditatis, medium collum circulus ambit albus: pars altera spadicis coloris est. Venter magis varius, atque densus, plumas Perdicum habens similes. Cauda in nigro viridans, quæ in fœmella tergo æqualis est, pedes crocei, qui in eadem fœmella lutei. Hæc ille, qui huic descriptæ Anati aliam congenerem facere videtur: quam gramineam, seu iunceam à se appellatam sic describit: Anas graminea, vel iuncea ein schmilente nomen habet apud Misenos, quòd certo graminis iunciùe genere (cui à foliorum angustia nomen vulgare Schmalem) pascatur, inque eo frequens versetur. Rostro, & pedibus nigris. Reliqua cum Anate magna illi sunt æqualia: color tantùm corporis est dilutior. Sic ille.

Anas scrutatrix cur dicta.
Quibus victum sibi quærat.
Descriptio.
Capiendi ratio.
Descriptio altera.
Maris descriptio.
Anatis graminea descriptio.
Nominis ratio.

DE ANATE TORQVATA BELLONII, Canes de mer Gallicè dicta. Cap. XXXVII.

LONGE aliam, quàm Ornithologus Anatem torquatam describit Bellonius, eamq; Aristophanis Pariezosmen suspicatur, & Gallicè Canes au colliet blanc, aut Canes de mer dici asserit, de qua pauca hæc scriptis mandauit: Quoniam palustres aues nidulantur in terra, ac facilè ali possunt, rustici inuentis earum ouis, Gallinis ea supponunt, sicq; ex syluestribus domesticas reddunt: quas deinde magnatibus, vel pagorum dominis donent: nam alioqui quàm plurimæ auium species, quæ modò notæ sunt, non latuissent. Atque ita nobis innotuit Annatum quoddam genus, quod mox describam, mihi nunquam visum, cùm etiamnum syluestre esset, vt ingenuè fateor. Cùm verò semper nouis rebus antiqua nomina aptare studuerim, iam verò considerem, huiusmodi Anates circulum album Tetracis (Cane Petiere) instar habere, incidit suspicio, eas esse, quæ ab Aristophane Νῆσσαι περιζωμαῖαι vocantur, vbi Scholiastes, sic dici interpretatur, quod velut zona candida collum earum cingat (colli non meminit Scholiastes, sed quod pennis candidis, tanquã zona ambiantur, vt iam fuit annotatum; nam cùm coloris sit castaneæ, in collo tamen circulo albo insignitur. Media magnitudine est inter Anserem, & Anatem. Rostrum illi nigrum, & oblongum, Onocrotali, vel Ibri instar, non latum scilicet, vt Anseri, Anati, & Glaucio, sed vt Phalaridi acutum. Caput totum, ac collum ad ventriculi regionem vsque multò nigriora sunt dorso, & alis. Femora exterius vtrinque, vt in Anseribus maculis interstincta, caudaq; inferiùs candida. Crura fusca. Moribus vt plurimùm, sunt Anserinis: sed voce magis obscura. Quanuis sint è genere aquatilium, nihilominus stagna aquarum dulcium non amant; etsi fortè adhæc inuisæ compellantur, confestim auolant. Hæc omnia Bellonius

Descriptio.
Mores.
Vox.

Anas torquata Bellonij, cum gramine aquatico spicato.



lonius. Verùm Ornithologus eiuſmodi auem, vel ſaltem ſimillimam Picam marinam nuncupat, deq; ea ſic ſcriptum reliquit cuiuſdam verbis: Auis quædam marina eſt Anatis magnitudine, & figura corporis, pedibus palmatis, & rubeſcentibus, ad poſteriora magis poſitis, quàm cæteris palmipedibus; roſtro tenuiore magis latitudine ſe demittente, quàm longiore proceſſu ſe extendẽte, quatuor inciſuris rubris à ſumma, duabus ab ima parte ſulcato, in colore pallentis ochræ. Quod inter has, & caput eſt, ſubcæruleum eſt, & ea figura, qua luna eſt, cùm exacti dies decem ſunt à coitu. Per ſumma corporis totius nigreſcit, niſi qua oculi ſunt, qui in albo conſtituti ſunt: per ima exalbeſcit tota, niſi ſummo pectore, qua nigricat: viuit ex mari: latitat in cauernis, vt Charadrius. Eam ob rem educta è cuniculi cauea auis eſt, non procul à mari poſita, à venatore quodam immiſſa viuerra. Si animo conceperis, totam hanc auem albam eſſe, ac dein ſuperinductam illi veſtem nigram cucullatam, tum ſi aliud nomen deſit, Fratercula marina rectè ex argumento dici poſſet. Et rurſus. Hanc auem ioco Fraterculam vocaui: ſeriò forſan Pica marina nominari poteſt, donec aptius nomen occurrat.

Pica marina deſcriptio.

Locus.

Capiendi modus.

Fratercula marina.

Pica marina.

DE GLAVCIO.
Cap. XXXVIII.

GLAVCIVM præter auem, de qua eſt nobis ſermo, herbam ſignificat, cuius meminit Dioſcorides, ſed quæ ſit, non ſatis conſtat. Sunt qui illã plantã peregrinã eſſe contendant, quæ fructum aureum profert, quem pomũ Amoris, alij pomum aureum nuncupant. Cæterùm quemadmodũ incertum eſt, quæ planta ſit Glaucium, ita quoq; quam auem eadem vox denotet, nondum exactè conſtat. Licet tamen conijcere, ex Anatũ genere eſſe: nam Athenæus ab oculorum colore dici ſcribit, & paulò minorem eſſe Anate. Idem tradit Hermolaus: ſed apud quem maiores pro minores mendosè legitur. Item Euſtathius in commentarijs in ſecundum Odyſſeæ Glaucium auem eſſe Νηττοειδῆ, ideſt, Anati ſimilem aſſerit, at minorem. Bellonius pro Glaucio nobis obtrudit auem, quam Galli Morillon nuncupant, eamq; ſic deſcribit: Eſt & alia auis aquatica, nobis vernaclè Morillon dicta, Anati quam ſimillima, eiuſdemq; magnitudinis, roſtro in margine ſerræ inſtar inciſo, cruribus, pedibuſq; in interna parte rubicundis, in exteriori verò fuſcis. Capite toto ad mediam colli regionem ferrugineo ſaturato. Hinc circulus quidam colore albicante collũ cingit, pectus coloris eſt cinerei, venter verò candidi. Dorſum, & alæ nigra ſunt, in his tamen, ſi extendantur, ſeptem appareat pennæ albæ, quæ alas vt in Pica varias reddunt. Reliquum verò alarum, quemadmodum & cauda Corui aquatici caudam referens, nigra ſunt. Ex aqua cùm magna ex parte victum petat, animalculis exiguis viuit, quæ in aquæ fundo reperit. Cùm enim ſeſe aquæ immergere ſoleat, ac diutiùs vrinari, minutos piſciculos captat, & millepedes aquaticos, ſeu pediculos, quos Galli les eſcrouelles appellant. Viuit præterea ſeminibus herbularum, quæ in fluminum ripis naſcuntur, & aſtacis fluuiatilibus tenellis, & limacibus. Linguam habet adeo carnoſam, vt prope radicem gemina videatur. Pectus ei latum vt reliquo Anatino generi. Crura brevia, retrorſum porrecta, vt Mergorum generi. In internis partibus hoc illi tantùm eſt peculiare, quod nullum in ea fel appareat. Iecur in duos diſtinguitur lobos, quorum vnus ventriculo incũbit, alter inteſtinis. Hæc Bellonius, qui hanc eius exhibet iconem. Deinde aliam ei congenerem facit, eam nimirum, quæ Gallicè vn Tiers appellatur, de qua ſtatim: Ab hac haud ſeiungemus eam, quæ vulgò vn Tiers dicitur, eò quòd poſt Anatem, & Morillonem magnitudine tertium locum obtinet. Alæ vt in Morillone variegatæ ſunt, roſtrum verò Phalaridi ſimile. Quod ad reliquas corporis partes attinet, ſi quis ſibi Phalaridem medio inter Morillonem, & Anatem marem colore fingat, is Tiers auis dictæ figuram, & ideam animo conceperit. Minor itaq; eſt Anate, & Glaucio, & ſi comedatur eodem eſt cũ eis ſapore. Et rurſus: de aue Morillons appellata, Morillons inquit, ripas fluminum, & ſtagnorum frequentare conſpicimus, quare antiquis ignotam haud credimus. Cùm itaq; nullã adinuenerimus auem, quæ oculos habeat adeo glaucos, eam ſuſpicamur, quam Glaucium Græci appellãt, cùm & Anati ſimilis, ſed paulò minor deſcribatur. Cæterùm Ornithologus hanc pro Glaucio non admittit, eamq; auem illi ſimillimam ſub Anatis fuſcæ, vel mediæ nomine deſcribit: conijcitq; vel hanc, vel alteram, quam idem Bellonius Gallicè circumloquitur Canc à la teſte rouſſe, eſſe veterum Penelopen, de qua nunc agemus.

Glaucium herba.

Glaucium cur ſic dicta.

Morillon deſcriptio.

Victus.

Auis Tiers Gallis dicta deſcriptio.

DE

Glaucion Bellonij cum gramine paluſtri maiori.



DE PENELOPE AVE.
Cap. XXXIX.

NONNVLLI Penelopen illam pudicissimam, & decantatissimam Vlyssis vxorem à Penelope aue, de qua modò agitur, nomen traxisse existimant, licet a Eustathius aliter censeat. Isacius Tzetzes, *Penelope, inquit, filia Icarij, & Peribœa à parentibus in mare proiecta, per aues Penelopes in littus exportata, seruataque est, & à parentibus iustiterum educata.* Didymus quoque Penelopen ait Ἀπραξίαν (Arnæam Hermolaus, quòd à parentibus abiecta repudiataque esset) propriè vocatam esse, & cùm Nauplius eam in mare proiecisset, vt propter filium Palamedem se vlciscereturr, nomen mutasse. Hermolaus verò, & Volaterranus Penelopen ab auibus istis, cum in mare proiecta esset, non exportatam ad littus, sed simpliciter educatam scribunt, verum sine authore. *Sed potuit*, inquit Eustathius, *etiam Penelope dici, παρὰ τὸ πήνεσθαι περὶ λόγους ὕφους λέπτους ἢ παρὰ τὸ πλεῖον ἢ νοῦ μέτρον ἐλθεῖν, quod huiusmodi nomen texturæ studiosæ mulieri conueniat.* Penelope præterea vocatur ludus, qui octiam describitur ab b Athenæo, in quo calculos (πεττοὺς, ludum ipsum πεττεῖαν vocat. Ludebant autem stantes) vtrinq; per vices, aut sortes ad calculum, in medio positum, quem Penelopen vocabant, emittere solebant, donec aliquis Penelopen de suo loco depulisset. Quo facto oportebat illum ex eo loco, in quo calculus à primo iactu remanserat denuò Penelopen petere: quàm si cæteris glebis moribus intactis assecutus esset, victor habebatur. Hunc ludũ procos Penelopes exercuisse ait Appion, calculis quinquaginta quatuor vtrinque dispositis. Erant enim proci omnes numero centum, & octo, velut ominis captandi gratia. Nam qui vicisset, de nuptijs iungendæ sibi Penelopes bene sperabant. Non dissimilis, inquit Ornithologus, puerorum nostrorum lusus videtur, quo nuces proijciunt per vices ad quaternarios nucum cumulos, vt euertant. Eundem ludum etiam in tota ferè Italia pueri, giuocare à castelli, aut à castelletti vbique fermè nominant. Quod modò spectat ad auem, de qua nunc agitur, ea circa lacus, & amnes versatur, teste Aristotele, qui eam cum Anseri, & Chenalopece numerat congenerem esse innuens. Græcè in aliquibus codicibus πλωιλὸν oxytonum scribitur; sed scribendum πλωΐλον paroxytonum, vt Eustathius, & cæteri habent omnes. c Plinius etiam Anserini generis facit, dum inquit: *Anserum genus sunt Penelopes, & quibus lautiores epulas non nouit Britannia Chenalopeces fere Anseri minores.* Quo loco vetus lectio, vt tradit Hermolaus, pro Penelopes habet Chenalopeces, & posteriore loco pro Chenalopeces Ceramides. Significat autem, inquit, Ceramides colorem figlini, qualem in plumis quorundam Anserum aspicimus: vnde nomen quoque gemmarum vni Ceramites. Verùm codices quidam posteriori loco neque Chenalopeces, neque Ceramides legunt, sed Chenerotes. Cùm itaque Plinius omnia ferè sua è Græcis transtulerit, & vocabula hæc omnia Græca esse appareat, rectiùs meo iudicio Ornithologus ea potissimùm ad hanc lectionem vsurpari putat, quæ apud Græcos reperiuntur, & Anserini generis esse vocabula ipsa testantur, vt Chenelopes, & Chenalopeces: quanquam Hesychius, & Varrinus duo hæc nomina χλωΐλον, & πλωΐλον ab aliquibus pro aue vna, eademq; accipi scribant. Ceramides, inquit idem Ornithologus, pro auibus nusquam legi; sed fortè Anseres aliquos hoc colore descriptos legerat Plinius (si modò sic scripsit) & nõ intellecto vocabulo, huius nominis aues fecit. Color quidem κεραμῖτις, ideſt, testaceus, vt tradit Longolius, communis est ferè pulueratricibus, vt Alaudæ, Coturnici, Perdici. Sic ille. Verùm mirabitur fortè quis, cur nos, cùm Aristoteles, & Plinius Penelopen Anserino generi adscenseant, hic de ea inter Anates agamus. Id autem non sine ratione factum: nam tanta inter Anatem, & Anserẽ intercedit similitudo, vt multæ aues à diuersis modò Anseribus, modò Anatibus ascribãtur. Quamobrẽ Penelopen quoq; Anatini generis facere nõ est incõgruũ, præsertim cùm nõnulli eã Anati assimilẽt, vt Aristophanis Scholiastes. Nã vbi apud Aristophanem legitur. *Auibus olim adeo delectati sunt homines, vt plerunq; decantarent carmina, in quibus mentio fieret Hirundinis, Anseris, Columbæ, Penelopis, Penelopes*, inquit Scholiastes, *auis est similis Anati, magnitudine Columba, cuius mentionem fecerunt Stesichorus, & Ibycus* (quæ verba ex eo repetit Varrinus) *velut alijs placet, ὁ πλωΐλος μείζων μὲν* (nisi fortè legendũ μείων, ideſt, minor,

a In Lycophronem.

Penelope cur sic dicta.

Penelope cur Arnæa dicta.

Penelope ludus.

b lib. 1.

Penelope calculus dictus.

Penelopes Anser congener.

c lib. 10. cap. 22.

Ceramides.

vt ſuſpicatur Vuottonus) κατὰ Νέτταν, ὁμοιος δέ, hoc eſt, maior eſt Anate, ſed ſimilis. Huc accedit, quod in Anatum genere quædam reperiuntur, quibus id quod de Penelope tradunt veteres conuenit, in Anſerino non item. Ibycus enim apud Athenæum Penelopes collo præditas verſicolore appellat, & Alcæus in ſcholijs Ariſtophanis colliuerſicolores. Ion quoque Penelopen auem ποικιλόλαιμον cognominat, ideſt collum habentem phœnicei, ideſt, punicei coloris. Et quamuis Heſychius, & Varrinus exiſtiment vocem λάιμα in compoſitione abundare, contra tamen ſentit Ornithologus; λαιμάδων enim, inquit, interpretantur ποικίλας, ideſt, varias. Eſt autem varius in Penelope color, ſi non aliàs propter collum puniceum ſaltem, aut quia λάιμας fimbrias vocant; & λαιμὰ extrema. Nomen autem forte fuerit inde factum, quòd partes extremas hæc auis puniceas habeat: Sed hac de re iudicabunt, qui viderint auem. Nobis enim iguota eſt, niſi ea ſit Anas fera, quam Germani appellant Rothalſs, à collo rubicundo, aut potius puniceo, caſtanea vè colore. Quanquam non ſolùm collum eius, ſed etiam caput eo colore ſit; roſtrum fuſcum, latum, pectus nigricat: item cauda, & extremæ alarum pennæ, venter albicat (niſi pictura non fallit, ex qua hæc deſcribimus) & partim ad fuſcum vergit. Pedes fuſci: pupillam oculorum nigram circulus ambit ex flauo rutilus. Nota eſt circa Argentoratum. Nos aliam congenerem, & ſimilem illi deſcribemus infra: nempe Anatem fuſcam, maiorem, ſimili collo, capiteq; puniceo, ſiue caſtaneæ colore, de quibus infrà ſcribemes, vt quæ vocantur lingua noſtra March, & Yſentle, non adeo tamen, quàm Anates Rothalſs, & fuſca fera: æquè tamen, aut magis rubet circa collum, plumis ruffis iubatus Mergus, roſtro anguſto, ein Tuchel. Hæc omnia Ornithologus. Quam verò ipſe primo loco pro Penelope deſcribit, & Germanis Rothalſs appellari ait, eam Bellonius Cane à la teſta rouſſe Gallicè circumloquitur, & his ferè verbis deſcribit: Reperitur Anatum quoddam genus exiguum, capite rubro, gutture verò, & pectore nigro. Reliquum verò corporis colore eſt plumbeo. Roſtrum, crura, pedes fuſca ſunt, & Anatum ſimilia. Oculi rubeſcentes. Anati eſt magnitudine inferior. Ego veterum Penelopen eſſe ſuſpicor, quam noſtri Collo roſſo appellant, à colore ſcilicet, qui in ea parte conſpicuè phœniceus apparet: vulgò enim apud nos ille color impropriè rubeus dicitur. Ea fortè ab Ornithologi Rothalſs, & Bellonij Cane à la teſta rouſſe dicta haud erit diuerſa. Duæ olim huiuſmodi Anates ad me fuerunt allatæ, quarum, quam narem credo, ſic deſcripſi: Anati longitudine non valde cedit, ſed tam craſſa non eſt. Roſtrum ſatis latum, & craſſum, inferiùs nigrum, ſuperiùs plumbei coloris obſcuri in extremo curuum, & macula valde atra ornatum. A roſtro ad ſummum verticem capitis vſque ex phœniceo flaueſcit. Reliquum caput, & totum ferè collum penitus phœniceum eſt; quem tamen colorem in gutture nigri nonnihil quodammodo obſcurat. Ceruix prope dorſum, & hoc totum lineolis anguſtis, ſubnigris, & ſubcandidis alternatim variegantur. Pectus ipſum, & venter totus ſubalbicant. Alæ diuerſimodè colorantur: nam plumulæ veſtientes fuſcæ ſunt: mediam alarum partem ampla macula ſubalbida occupat: à qua linea alba deorſum longius excurrit. Remiges pennæ longiſſimæ ſubnigræ ſunt, ſed in principio prope maculam illam albam linea viridi ſatis lata interſecantur. Cauda breuis, & quæ pennis partim nigris, partim fuſcis, & ſubuiridibus conſtet. Coxæ albidæ lineolis cinereis variegantur. Crura, & digiti coloris plumbei, quæ verò digitos coniungunt membranæ ſunt fuſcæ. Fœmina, cuius eſt ſecunda icon, nihil à mare differt, niſi quod macula illa alba minus in hac eſt conſpicua, cùm ex cinereo ad fuſcam tendat.

Anatis quæ Penelopen eſſe ſuſpicatur.

Ornithologus deſcriptio.

Eiuſdem auis Belloniana deſcriptio.


Collo roſſo.

Penelopis maris auctoris deſcriptio.

Fœmina deſcriptio.

DE

Penelope mas.



Penelope fœmina cum ſparganio.



DE ANATE FERA FVSCA, vel mediæ Magnitudini. Cap. XL.

ANATEM quandam aliam Ornithologus, fuſcam, vel mediam, ideſt, mediæ magnitudinis nominat, eiuſdem planè ſpeciei cum Penelope, vel ſaltem proximum genus exiſtimans. Depingit autem eam his verbis: Anas ſylueſtris fuſca à colore dicta apud nos ein Vvilde grauvve ent, magnitudine, & figura ad vrbanam accedit. Roſtrum ei latum, inferiùs omnino nigrum: ſuperior verò roſtri pars antè, & retro tantùm nigricat, per medium ex fuſco albicat. Caput totum, & maxima colli pars colore ruffo, vel caſtaneæ ſplendent, nitentq;. Inferior verò colli pars iuxta dorſum, & pectus vndique nigricat, vt dorſi etiam finis, & cauda. Reliqua dorſi pars cum alis muſtelinum colorem refert, vt mures Pontici, ſeu varij dicti. Inſunt autem pennæ vario colore diſtinctæ ex albis, nigriſque lineis clymatili ductu perquam elegantes. Idem in ventre color, ſed obſcurior: à quo præcipuè ventris colore nomen Anatis fuſcæ à noſtris impoſitum videtur. Interior alarum pars pennis albis conſtat. Crurum color glaucus, digiti quoque glauci, vel ſubalbi, ſed nigris membranis coniuncti. Idem, aut omnino proximum genus eſt, quod ſuprà nominauimus à colore Rothalſs (quo nomine circa Argentoratum vtuntur) & an Penelops dici poſſit, dubitauimus, cùm ſimiliter φοινικόλαιμος, & ποικιλόδειρος ſit, hoc eſt, collo puniceo, & vario, & Anatum generi adſcribatur: nam de magnitudine nihil habemus: cùm Scholiaſtes Ariſtophanis, & magnitudine Columbæ, & rurſus Anate maiorem Penelopen deſcribat. Ego igitur nobis tum Rothalſa, tum Anas fuſca (ſiue vna planè ſpecies eſt, ſiue generis vnius proximi duæ ſpecies minimum differentes) non aliud, quàm Penelops veterum, donec alius aliquid tertium adfert. Germani quidam Anates quaſdam Germanicè vocant Mittellentem (hoc eſt mediæ magnitudinis, vt ego interpretor, inquit Ornithologus) latiuſculis, & ſimis roſtris cinereum colorem nigredine in eis variante, & veterum Boſcades eſſe ſuſpicantur. Sunt autem hæ, vel eædem cum illis, quas hic deſcripſimus: aut ſaltem magnitudinis ratione idem vocabulum Germanicum eis conuenit. Hæc Ornithologus. Quidam alius Germanus eandem, aut conſimilem auem ſub nomine Mittelente ſic deſcribit: Anas mediocris, ein Mittelente à magna differt quantitate, & forma: minor enim eſt, minuſque colorata, in alis præſertim, atque pedibus: nam & horum membranæ nigræ ſunt, quæ in Anate magna flaueſcunt: & venter quoque candidior, ac minus varius. Alæ in maſculis partim nigræ, partim albæ, & pauculis pennis rubris. Ita ille. Quam hîc ego expreſſam exhibeo, partim aui Ornithologi, partim alterius eius Germani reſpondet, partim ab vtriuſque in quibuſdam diſſidet: nam minor eſt magnâ, minuſque colorata, in alis præſertim, atq; pedibus: nam & horum membranæ nigræ ſunt. Alæ partim nigræ, partim albæ, ſed ſine illis pennis rubris, quarum meminit is Germanus. Roſtrũ omnino quale ſuæ aſcribit. Oculi flaueſcunt. Caput totum, & maxima colli pars coloris caſtaneæ non nitentis, aut ſplendentis, ſed potius obſcuri. Inferior colli pars anteriùs nigricat, poſteriùs eiuſdem eſt cum capite coloris: vtrinque ad latera cinereum colorem præſefert. Pectus, venterq; partim nigricant, partim ad cinereum vergunt, ſed maxima pars fuſceſcit. Dorſum, & cauda nigricant. Crurum color glaucus, digiti quoque glauci, vel ſubalbi, ſed nigris mẽbranis coniuncti. Quas omnes notas ſi quis cum ijs conferat, quas deſcribunt Ornithologus, & Germanus alter ille, parum diſcrepare videbit: vnde eandem cum illis, aut ſaltem congenerem aſſerere non dubito.

Deſcriptio.

Mittelentẽ.

Deſcriptio ex Germanis.

Authoris deſcriptio.

Anas fuſca fera alia cum eryngio marino.



DE ANATIBVS MVSCARIIS DICTIS. Cap. XLI.

IDEM Ornithologus tria Anatum, quæ muſcariæ dicuntur, genera commemorat: quarum primam propriè hoc nomine appellatã ſic deſcribit: Anas Muſcaria Muggent ſic vocatur à noſtris, quod muſcas ſupra aquam volãtes captet. Huic quoque, vt ſuperiori (Anati fuſcæ, ſeu mediæ) magnitudo, & figura ferè vt domeſticæ Anati. Roſtrum latum, & ſimum, cujus lamina ſuperior planè crocea eſt, longũ quatenus extra plumas eminet, digitos duos. Dentes vtrinque ſerrati latiuſculi, & quodammodo membranacei, flexiles, eminentes, inferioris tamen laminæ dentes minimum eminent, & ſtrias oblongas ducunt. Color plurimum per totum ferè corpus varius eſt, ex nigricante, charopo, albo, & muſtelino, alicubi mixtus: vel vt breuiter dicam, qualis Perdicum ferè, hoc eſt κεραμεῦς, vt puluerarticum plerumque, ſed diſtinctus. Pedes flauent, digiti nigricantibus membranis cohærent, collum tam ſupina, quàm prona parte ποικίλον eſt, hoc eſt, varium, quibus ſuprà diximus coloribus. Vertex magis nigricat, quàm cæteræ partes: qui color etiam in alis habetur: eædem, & cauda breuiores ſunt. Huic congener videtur Anas Strepera, quam infra deſcribemus Germani alterius verbis. Hæc Ornithologus. Huiuſmodi Anas, qualem ille deſcribit, nunquam ad noſtras peruenit manus; quòd fortaſſe in noſtris hiſce regionibus minus appareat; quapropter ex illius monumentis iconem poſt mutuabor. De reliquis duobus Anatis muſcariæ generibus idem ille hęc pauca memorię prodidit. Sed in Podamico lacu, inquit, circa Conſtantiam aliud etiam Anatis ferę genus Muſcarium appellari audio, quod alibi à cœno paluſtri etiam Murent (vt Querquedula diminutiua voce Murentle) & Moſſent dicatur, corpore magno, & coloribus elegantiſſimis inſigniri, vnde eandem, quam ſuprà torquatam maiorem nominaui, eſſe conijcio. Sed cæteras etiam Anates pleraſq; muſcas ſectari aiunt. Alius Germanus aliam nobis muſcariam deſcripſit, quæ apud Miſenos nominetur Pilente, vel Pilvvegichen. Hæc, inquit, muſcas captat, & ideo à pueris delectationis cauſa alitur, ad quæ reſpexit in Captiuis Plautus, *Patricys pueris aut Monedulæ, aut Anates, aut Coturnices dantur quiſcum luſitent.* Muſcis autem ſuſpenſo gradu placidè ingrediens inſidiatur. Roſtrũ longum, & molle, & colore cinereum: qui & reliqui corporis eſt, experto ventre, qui nonnihil candidior. Vocem noctù lachrymanti, aut lamentanti ſimilem edit. Hæc ille.

Anatum, quæ muſcariæ dicũtur tria genera.

Nominis ratio.

Anatis muſcariæ Murent dictæ deſcriptio.

Nominis ratio.

Anates plæreq; muſcas ſectantur.

Muſcis quomodo inſidietur.

Vox.

DE ANATIBVS PLATYRYNCHIS. id eſt Latiroſtris. Cap. XLII.

ANATES Platyrynchos, ſeu quæ lato ſunt roſtro, plures deſcribit Ornithologus: quarum deſcriptiones in hoc noſtro opere, vt plurima quæque alia ad Anatum omnium hiſtoriam pertinentia neceſſariò ſunt repetenda. Anatem platyrynchum, inquit, appello à roſtri latitudine. Rynchus enim non ſe ſuibus tantùm dicitur, vt quidam putant, ſed etiam de auibus, non ramphos modò, vt annotauit Euſtathius, Schellent à roſtri figura, vt conijcio: imitatur enim quodammodo genus quoddam crepitaculorum ex ære, quæ Germani Schellas nuncupant: vel potius, quoniam inter volandum, vt audio, alis ſuis ita perſtrepat, vt crepitaculorum huiuſmodi ſonum repræſentet. Roſtrum ei nigrum, breue, medio palmo (ideſt duobus digitis) longum, & eiuſdem ferè latitudinis: non planum, aut ſimum, vt muſcariæ, ſed conuexum inſtar clypeorum, quare aliqui Schiltent, ideſt, clypeatam appellant. Hæc etiam Anatis vrbanæ magnitudinem non excedit, vt & muſcaria, & pedes ſimiliter flauos habet, ſed maiores, longiores: & digitos item nigris iunctos membranis. Pennæ vbique nigræ ſunt, ſed in collo nigricant ex abo: in alis inferioribus albæ. Capitis color, qui

Anas platyrynchus cur ſic dicatur.

Rynchus de quibus dicatur.

Schellent etymum.

Schellas quid vocẽt Germani.

Anat. s Schellent dictæ deſcriptio.

qui castaneæ obscurus, vel ruffus admixto nigro. Prona (anterior puto) pars colli, & venter albent. Dentes in superiore rostri parte vndiquaque conduntur interiùs, nec eminent. Inferiores verò oblongas strias dicunt, vt in Muscaria Anate. Lingua nigricat, audio eam piscibus quoque vesci. Eadem, vel omnino congener est, quam Clangulam Germanus quidam nominauit: nam & Miseni (vt scribit) appellant ein Klinger, ab alarum clangore, quæ firmissimæ sunt, nec sine sono in volatu mouentur. Rostrum ei latum, sed breue, ac obtusum, & nigrum. Caput magnum, & in nigro viridans. Secundum oculos, qui in hoc genere pulchri sunt, vtrinque macula alba est. In fœmella nec viror ille, neque hæc macula apparet. Tergum, & cauda nigra. Alæ partim nigræ, partim candidæ. Gula cum ventre tota candida. In fœmella gula nonnihil in cinereo maculosa. Pedes in ambobus flaui. Hæc ille. Ornithologus autem huius tantum capitis figuram hunc exhibet. Ego quæ priori

Quibus vescantur.

Anas clangula cur sic dicta.

Descriptio.

Fœmina à mare differentia.

Caput Clangulæ.



loco ab Ornithologo descriptæ respondeat, non obseruaui. Quæ autem hìc exhibetur, eadem omnino est cum ea, quam describit alter ille Germanus: nam ei omnes penitus ab illo commemoratæ conueniunt notæ: mas autem est: nam in capite nigro viror, & secundum oculos macula illa candida apparet. Gula pariter, & venter candicant: sed quod ille tacuit, crura nigricant, non tamen adeò intensè vt dorsum, cauda, & aliqua alarum pars: præterea rostrum extremum in luteum desinit, cùm reliquum totum sit nigrum. Idem, inquit Ornithologus, vel maximè congener platyrynchi Anatis genus est, quod audio vocari à Germanis, (circa Argentoratum) Vveisser Drittuogel (nescio qua ratione, cuius generis etiam fuscam speciem inueniri aiunt, illam nimirum, quam suprà descripsimus) ab Anglis Schelduake, quæ vox ad Germanorum Schellent accedit. Rostrum ei similiter breue, & bene latum (vt in pictura ad me missa conspicor) & nigrum, vt caput etiam, ac dorsum, & alæ: quarum tamen in medio magna pars alba est, & rursus in superiori parte colli etiam pars inferior, pectus, & venter albent. Inter rostrum quoque & oculos albæ sunt maculæ. Reliqua circa oculos pars maculis è cæruleo viridibus ambitur. Crura, & pedes è ruffo flauescunt. Sed alij aliter describunt Scheledrachum Anglorum. Alterum apud nos genus Platytynchi Anatis similiter, vt primum Scheltent, ideſt, clypeatam nuncupant, aliqui priuatim Taschenmul ob insignem rostri latitudinem, quæ ad duos pollices accidit: taschã enim appellant nostri marsupij genus latiusculum, quod à zona suspenditur. Rostrum ei nigrum, latum, & in fine quadam cochlearis specie: mediæ extremitati breuis quidam, & paruus vncus adiungitur. Inferior rostri pars, siue lamina superiorem ita subit, vt intra eam tota includatur. Dentes ab vtraque rostri parte, molles, flexiles, recti. In hoc Anatum genere (quod sciam) omnium longissimi ad dimidij digiti longitudinem: aut fortè etiam cæteris Anatibus dentes æquè longi, sed rostro magis adhærent, non ita prominent. Caput nigricant, sed occipitium, & pars posterior vsq; ad medium colli viriditatem præfert. Col-

Authoris descriptio.

Anatis Vveisser Drittuogel dicta descriptio.

Anatis Scheltent dicta descriptio.

Anas platyrinchos mas cum Cotyledone aquatica.



Anas platyrinchos altera, ſiue Anas clypeata Germanis dicta, cum althea paluſtri.



lum duos palmos longum. Reliquum corpus, vt Anatis communis, vel aliquantò minus. Pedes, & crura crocei coloris. Plumæ ventris ruffæ (quæ in superiori genere albæ sunt) superior alarum pars ex cinereo cærulea; reliquæ pennæ partim fuscæ, partim subuirides. Hanc quoque pisces captare aiunt. Hæc Ornithologus, cuius descriptioni ita respondet, quæ hic exhibetur, vt nihil addere, nihil demere possis. Reliquas deinde huius generis Anates prosequens Ornithologus, Anas Fuligula, inquit (sic vocat alter ille Germanus, imitatione Germanicæ vocis apud Misenos, ein Ruſgen, à fuligineo totius corporis colore) Rostrum, vt in Clangula breue est, vt in Latirostra (maiore mox describenda) latum: vnde & Latirostra minor vocari potest. In alis vna linea transuersa alba, venter albus. Pedes vt Anati paruæ (Querquedulæ) à qua etiam non differt magnitudine. Huius autem tantùm Capitis figuram hanc exhibet. Easdem cum hac, vel saltem congeneres existimo

Anas Fuligula cur sic dicta.

Descriptio.

Caput Fuliculæ.



hasce duas hìc depictas, in quarum altera omnes adsunt notæ, quas Fuligulæ suæ ascribit is Germanus. Magnitudine etenim Querquedulam æquat, vel parum etiam excedit, respondet quoque pedum conformatio; color verò in toto corpore *fuligineus*, rostrum breuiusculum, latumq; linea alba alas prope finem transuersim secat. Venter quoque albus. Sed præter dictas notas, habet & alias insignes, quarum non meminit ille: nam in rostro, quod totum ferè cæruleum est, alicubi maculæ aliquæ nigræ apparent, inter quas vnguis resecti figuram æmulantur, quæ superiorem eius laminam finit. Crura quoque eiusdem sunt coloris, vel partim subalbidi, sicut etiam digiti, quos membranæ nigræ coniungunt. Cirros denique fuligineos ab occipitio in totam ceruicem demittit. Alteri quidem eadem ferè magnitudo, eadem rostri, pedum, & totius ferè corporis conformatio: tamen in multis euariat: nam rostrum colorem cæruleum, vt in priore non ita viuidum refert, sed plumbeum quodammodo. Caput vniuersum, & collum, pectusq; castaneæ colorem æmulari videntur. Dorsum, alæ, cauda, vropygium, & coxæ inter colorem modò dictum, & fuligineum ambigunt. In alis maculæ sunt aliquæ ex cinereo albicantes. Venter ex cinereo fuscus. In cruribus, & digitis color ferè ex albicante plumbeus. Membranæ digitos coniungentes ex nigro ad plumbeum accedunt. Post Anatem Fuligulam Ornithologus de Anate latirostra maiore agit, eamq; sic alterius Germani docti verbis describit: Anas latirostra maior, ein Breitschnabel. Huic rostrum duplo ferè, quàm in cæteris latum, idq; in mare nigrum, in fœmella modò flauescens, modò maculis varium. Striæ quoque longæ, & frequentes magis, quàm in vllo alio genere. Collum in albo, cinereoq; maculosum, gulæ pars inferior alba. Alæ in parte superiore isatidis colore sunt, media albæ, postrema in nigro viridantes, reliqua cinereæ. Venter spadicis colore, in fœmella mediocri Anati ferè similis, in albo flauescunt. Pedes cum primo genere conueniunt in vtroque sexu. Huius, quòd nunquam

Anatis Fuligulæ alterius descriptio.

Anatis Latirostræ maioris descriptio.

Anas plyrinchos minor prior, cum ramunculo latifolio.



Anas platyrynchos minor alter, seu Anas fuligula alia, cum myriophyllo aquatico equisetifolio.



quam meas peruenerit ad manus, caput ab Ornithologo mutuatũ expressum exhibeo. Addit idem Ornithologus aliam speciem, quam, inquit, peregrinam esse aiunt, & Sceuogel, id est, auem marinam cognominãt: rostro itidem breui, latoq; & conuexo ad cæruleum colorem dilutum inclinante, pars media tamẽ nigricat, vt & caput, & cauda extrema, & longiores alarum pennæ, quæ tamen duabus Zonis distinguuntur, inferiore alba, & superiore similiter, sed quam per medium linea ruffa diuidat. Collum breue, album inferiùs: dorsum fuscum, pectus ruffum, vt etiam pedes, sed hi dilutiùs. Latera cinerea, fuscis, & breuibus punctis, lineisq; distincta. Oculos puncta obscurè viridia ambiunt. Sed hanc quoque descriptionem picturæ tantùm intuitu confecimus. Quærendum, an hæc sit Slub dicta apud Frisios, auis aquatica, Anate minor, sed rostro latiore. Postremò Anatem quandam, cirrhatam, inquit, Vollenten nostri à corpulentia appellant: cui itidem rostrũ latiusculum, corpus Gallinæ magnitudine, plenum, & obesum, quamobrem in cibis cæteris plerisque præfertur.

Sceuogel Anatis dicte descriptio.

Anatis cirrhatæ descriptio.

Caput Latirostræ maioris.



fertur. Totum rostrum superius in hac glauco colore est, inferiùs nigro. Caput etiam, & collum vndique, nigra: mas apicem in vertice gerit nigris pennarum cirrhis conditum: prope quem pennæ vtrinque ex nigro virent. Dorsum est fuscum, punctis albicantibus tanquam puluere inæqualiter aspersum, quæ tam parua sunt, vt lateant, nisi penitus aspexeris. Fuscis alarum pennis candidæ subsunt, quarum, extremitas, iterum nigrescit. Cauda breuis, vt Anatum generibus, vndique fusca. Venter, & supinæ partes alarum albent. Pedum digitos glaucos nigræ coniungunt membranæ. Hactenus Ornithologus. Ego nonnullas Anates obseruaui, quæ iuremerito latirostris accenseri possunt, quas hic breuitur describã: Quòd autem aucupes nostri nullum ferè Anatibus peculiare nomen indiderint, sed omnes maioris sub Anatis nomine simpliciter intelligant, minores verò Anadrini, vel Anitrini, id est Anaticulas appellant, ideo ea circumloqui aliquo modo nobis erit necesse. Quæ itaque prima ponitur Anatem platyrynchum pedibus rubris appellare libet: eius enim crura, pedesq; toti intensè rubent. Rostrum tres ferè digitos longum, admodum latum est, clypei modo recuruum castaneæ colore, sed obscuro: inferior tamen mandibula, quæ tota termè superiorem subit, alicubi spadiceo tingitur, & in eius medio stria per longitudinem insignis excurrit. In hoc dentes vtrinque, quales Anati muscariæ tribuit Ornithologus, color plumarum per totum ferè corpus varius ad puluueraticum colorem, qui πεφαυὸς dicitur, accedens: nam caput totum, & medium collum mustelini coloris, punctis maioribus, & minoribus, paucis albis ijsq; exiguis, vixq; conspicuis, partim subfuscis, ijsq; in vertice magis, & in occipitio tinguntur: vti collum inferius albocinereum maculis subfuscis lunatis. Eædem maculæ, sed maiores, primum dorsum, pectus, ventrem, vropygium, & caudam, quæ omnia eodem sunt cum capite colore, vel subluteo variè aspergunt. Dorsum medium, & extremum plumæ coloris spadicei obscuri, albæ in extremis oris conuestiunt. Alarum colnea alba similiter transuersa conspicitur. Reliquæ alarum partes spadiceo valde obscuro colorantur. Anas quoq; platyrynchos dici possit, cuius icon modò descriptas consequitur: quæ parum magnitudine differt, nisi fortè paulò maior est. Rostrum partim est fuscum, partim subluteum: in toto corpore coloris ex subluteo cinerei maculæ fuscæ sunt dissemi-tæ, densæ, & exiguæ in capite, maiores, sed rariores in collo, pectore, ventre, & vropygio, & cauda, sed multò adhuc maiores, & crebriores in toto dorso. Alæ ad mediam vsque regionem fuscæ. Media linea alba transuersim secat, post quam macula cærulea tetragona ferè conspicitur: cuius tres anguli in lineã nigram desinunt: hanc altera linea alba excipit: Quod in ijs reliquum est, fuscum est. Crura sunt lutea: vnde Anatem platyrynchum pedibus luteis appellare libuit. Digitos similiter luteos fuscæ coniungunt membranæ. Vngues nigri. Postremam hanc in latirostrarum genere Anatem platyrynchum rostro nigro, & plano appellare libuit; nigrum etenim, & planum habet rostrum. Caput totum ad medium collum vsque color vestit terreus: in quo fusca puncta maiora, & minora frequenti numero sunt dispersa: collum reliquum velut squamis nigris & subalbidis venustè exornatur. Pectus, & venter totus, dorsumq; lineolis subalbidis, & fuscis alternatim depingitur. Alarum costas plumæ obuestiunt fuscæ: in quibus valde exiguæ lineæ subalbidæ cõspiciuntur. Primam alarum partem post costas maculæ rubri obscuri coloris exornant: hanc nigræ plumæ consequuntur. Remiges pennæ inferiores sunt fuscæ, superiores ex fusco ad cinereum potiùs vergunt, in quarum medio considet macula candida oblonga. Cauda subnigra in extremo ad cinereum accedit. Crura, pedesq; & vngues omnia vt in proximè præcedenti, ni fortè crura aliquantò sint breuiora.

Anatis platyrynchi pedibus luteis descriptio.

Anatis platyrynchi rostro nigro, & plano descriptio.

DE

Anas platyrinchos erythropos.



Anas platyrinchos pedibus lutei s cum papyro Nilotico.



Anas platyrynchos rostro nigro, & plano, cum iunco bombycino.



DE ALIIS QVIBVSDAM ANATIBVS, Quas Germanus quidam apud Miſenos Ornithologo deſcripſit. Cap. XLIII.

Anatis fiſtularis deſcriptio.

NE quid à lectore deſiderari queat, hîc deſcriptiones ponemus quarundam Anatum, quas ſibi ab alio Germano deſcriptas teſtatur Ornithologus. Anas fiſtularis, inquit, ein Peifente à ſono acutiore, quem fiſtulæ modo emittit, denominata; aëris meatus in roſtro habet latiores: roſtrum colore iſatidis, circa vnguem ductus nigros, quaſi fila. Collum rubro, nigroq; varium, tergum partim plumeum, vt venter Anatis magnæ, partim rubris, nigriſq; pennis temperatum. Alæ parte ſuperiore cum tergo conueniunt, media, maximaq; albæ ſunt, ima cinereæ. *In fœmella verò*, nec roſtrum, nec tergum, nec alæ eodem ſunt ornatu: ſolus venter in vtriſque candidus. Anas ſtrepera à vocis ſtrepitu grauiore. Roſtrum nigrum: collum in nigro alboq; quaſi ſquamoſum, dorſum in cinereo flauicans. Subalæ quaſi Perdicum pennæ. Alæ rubras, nigras, albas pennas permixtas habent. Venter ſupernè candidus: cauda nigra, & in extremo cinerea. Pedes lutei, membranæ nigræ. Hæc, inquit, Ornithologus, Muſcariæ noſtris appellatæ, quam ſuprà deſcripſimus, congener videtur. *Anas caudacuta ein Spitſchvvantz* nomen à cauda longiuſcula accepit. Roſtrum ſupernè nigrum, à lateribus iſatidis dilutæ imitatur colorem: in fœmella cum maculis nigris cinereum. In alis pennæ infimæ tranſuerſim albæ; mediæ in nigro gemmantes viridi, & damaſceno: extremæ nonnullæ flauicantes. Hæc in fœmella varietas non eſt, ſed lineæ tantùm duæ tranſuerſim albæ. Capite cum Anate mediocri, dorſo cum ſtrepera conuenit, pedes, membranæq; cinereæ. Anas quadrupes magnitudine Anatis paruæ. Roſtrum latum, & in latitudine tenue, figura à noſtratibus omnibus aliquantum differens, priore parte nigrum, extrema flauum. Capiti ſumma pars ad collum vſque nigra, circa oculos cinerea. Niger circulus collum ambit, nigrum tergum, nigræ alæ, nigra cauda. Venter albus, pedes flaui, & non procul inter ſe diſtantes, vt pictura indicat. Hanc Anatem mortuam vidi: nam duæ aſſeruantur Torges in armamentario Illuſtriſſimi Electoris Saxoniæ. Audiui à quibuſdam circa Merſeburgum ad Salam eius generis captas eſſe. Hæc ille, qui imaginem quoque, inquit Ornithologus, Anatis quadrupedis ſibi viſæ ad nos miſit, quam hoc loco appoſuiſſem, ſi à ſculptore, dum hæc ædetemus, cælata fuiſſet. Acronium lacum, quem Conſtantienſem vocant, teſtatur idem Ornithologus, multa Anatum genera alere: & inter alias, quæ ab accolis vocantur Krautenten, ideſt, herbiuoræ, Mooren, vel Murenten, quas puto, inquit ille, ab Anate torquata maiore non differre. Trijbuogel, Katzle, de quibus nihil hactenus certum reſciui.

DE ANATE NIGRA, Roſtro nigro, rubro, & luteo. Cap. XLIV.

DE Anate hac hìc depicta ſic ad me ſcripſit Gulielmus Maſcherellus, aliàs Knauff dictus præclarus apud Colonienſes medicus aliquando auditor, & familiaris meus: Mitto ad te Anatis feræ effigiem, ab aucupibus captam ictu ſclopi prope vrbem Duſsberg in littore parui fluuij, quam Rhocam vocant. Magnitudine erat Anatis ſylueſtris, vel paulò maior. Cætera non ſcribo: nam tute ex ipſa pictura omnia manifeſtò cognoſcere poteris. Toto autem corpore erat quidem nigra, ſed linea alba per alarum longitudinem excurrebat. Roſtrum nigro, luteo, & & rubro diſtinguebatur. Pedes erant rubri, membranæ nigræ.

DE

Anas sylvestris nigra à Gulielmo Mascherellio, cum gramine aquis innatante Lob.



DE ANATIBVS QVIBVSDAM Germaniæ Inferioris, & Maritimæ, Meanca, Tela, & Slupo, &c. Anate fera Minoribus. Cap. XLV.

IN Germania inferiore, & maritima, inquit Ornithologus, audio reperiri auium aquaticarum, & Anatibus ferè similium diuersa genera, & nominatim ista Smeant, Teling, Slup, Griffuogel, Vvild enten. Primum ex his minimum esse, secundum maius primo, tertium secundo, quartum tertio, quintum omnium maximum. De Meanca Alberti anteà iam egimus, sed Ornithologus ex Frisio quodam accepit Meancam Anati sylvestri ferè similem esse, sed minorem, quæ in sublime volatu efferatur, imminente serenitate, alba circum volatera. Vocabat autem ipse Germanicè Schmeant. Sed hæ aues cùm volaces sint, & rarò natent, Anatum generi non debent adscribi. Slub, vel Schlub Frisiorum lingua genus Anatis est, minus, quàm Anas fera propriè dicta, sed rostro latiore. Hæc fortè fuerit species vna ex Anatibus platyrynchis, quas suprà descripsimus. Non dubito, inquit idem Ornithologus, quin & alia complura Anatum genera comperiantur, alia in alijs regionibus, quanquã veteres pauca nominarunt, vt Ardearum quoque tria tantum genera, quæ tamen innumera reperiri Oppianus in Ixeuticis author est. Ego verò non plura Ardearum, quam Anatum genera extare puto, multoq; magis si quis Mergorum etiam genera Anatibus adnumeret. Sunt enim Merginonnulli Anaribus non cæterò tantùm corpore, sed etiam rostro ferè similes, vt Anates primo intuitu existimari possint. Hæc ille.

Meãcæ Anatibus nõ debent adscribi.

DE

DE ANATIS SPECIE HERLE, ſeu Harle Gallis dicta. Cap. XLVI.

Anatis Herle dictæ deſcriptio.

BELLONIVS prætereà duo alia Anatum genera deſcribit, quæ & ipſa hìc inſerenda veniunt. Pluribus itaque Galliæ in locis Anatem quandam appellari ait Herle, ſeu Harle: colore eſſe pulcherrimo, mali aurantij æmulo; minorem Anſere ſyluestri, magiſque Anati ſimilem quoad corporis habitum, tum ob collum, & crura breuia, tum ob pennarum colorem. Quamobrem, inquit, Vulpanſerem veterum eſſe ſuſpicari deſtitimus. Auis hæc Herle dicta plurimis pennis optimè inſtructa eſt, quarum quæ collum veſtiunt, & ventrem, colore ſunt mali aurantij pulcherrimo, ad flauum tendente. Vertex, colli initium, & dorſum nigricant. Alas haberet omnino candidas, niſi earum extrema niger color inficeret. Roſtrum trium digitorum longitudine in hoc ab Anſerino, & Anatino differt, quod rotundum ſit, & in extremo recuruum: colore autem ad rubrum accedit: eſt vtrinq; ſtriatum, vt reliquarum aquatilium auium: Lingua vt in cæteris huius generis alitibus ſerrata. Crura, & pedes rubeſcunt, Anatinis ſimilia. Caudam etiam, vt omnes aues aquaticæ breuem habet. Hæc Bellonius. Cæterùm Ornithologus hanc auem ex Anatum genere eſſe non admittit: quòd roſtri figura repugnet: nam Mergino generi ſimile eſt: vnde ſub Merganſeris nomine deſcribit; cuius verba ſuo loco referam.

DE TADORNE GALLIS DICTA ex Anatum genere. Cap XLVII.

Deſcriptio.

Vox.

TA Tadorne, inquit idem Bellonius, auis eſt Anati admodum ſimilis: ſed rarò in Gallia conſpicitur, & nonniſi in Principum aulis ex alijs prouincijs allata. Gauiam maiorem, quam Caniard Gallis dici ſupra annotauimus, magnitudine ſuperat; ad Anſerem mediocrem accedens. Capitis plumæ ſunt nigræ, quemadmodum & oculi. Roſtrum in ſuperna parte rubicundũ, à lateribus vtrinque verſus narium foramina macula nigra notatum, extremum verò in nigram aliam maculam deſinit vnguis figura: eſt autem breue vt Anatum, latum, vt Anſerum. Crura illi, quàm Anatibus altiora. Horum, & pedum color ex pallido ad rubrum vergit. Torquis ruber pectus ambit: cum tota ventriculi regio, & collum candicet. Totum pariter corpus candidum eſſet, niſi alæ ſuperiùs nigræ eſſent, vbi quoque linea rubra vtrinque conſpicitur. Alarum, & caudæ extremæ oræ ſunt nigræ. Non admodum gaudet mergi, quamuis aquæ libenter innatet; caudamq; Anatum inſtar geſtat. Vox illi ſimilis cum Anate marina. Alæ explicatæ nigræ omnino apparent, in quibus plumæ quædam virides ſplendent, vt in Anatum genere: quia verò alarum pennas nigras introrſum complicat; tres illæ, quæ reliquas contegunt, colorem illum rubrum efficiunt. Hæc Bellonius appoſita hac, quam vides, icone.

DE

Tardone Gallorum cum gramine paluſtri echinato.



DE PVFFINO ANGLICO. Cap. XLVIII.

Puffini Anglici deſcriptio.

HAVIVS quoque auis deſcriptionem debemus Ornithologo. Auis quædam, inquit, aquatica, Anati ſimilis colore: (licet viridem colorem circa caput, & collum non habeat) & roſtro, magnitudine minor, plumoſa, apud Anglos, (vt audio) Puffin appellatur, ſale conditur, & in delicijs habetur: Editur etiam quadrageſimæ tempore, quod videatur quodammodo piſcibus affinis, cùm ſanguinem frigidiorem habeat. In mari degit, & volat, vbi etiam capitur vt Anglus quidam nobis narrauit. Et rurſus alius quidam Anglus eandem auem his verbis nobis deſcripſit. Marina eſt, conſimili penè forma cum aue, quam Angli Cotam appellant, (aut Fulicæ noſtræ fluuiatili) niſi quòd exilior eſt, & colore magis ſubfuſca (quàm nigra) pennis caret: plumis tantùm ceu lanugine quadam veſtitur: itaque ſubuolare nō poteſt. Suburinans alga, & cochleis victitat. Si quando vel metu, vel aliam ob cauſam locum ocyus mutare inſtituit, alarum, pedumq; extremitate nitens aquas celeriter, quaſi prorepens, præterlegit. Retibus gregatim capiuntur, vaſisq; ſale conditæ, in quadrageſimam reponuntur. Hæc ille. Quidam Anglus tertium vrinatricis genus, quod Anſerculo nuper ab ouo excluſo ſimile facit, roſtro tantùm exiliore pro pennis lanuginem quandam habere ſcribit, nec in mari, ſed ſtagnis, & fluuijs non rapidis degere. Veteres Græci in Grypho auem non auem pro Veſpertilione dicebant, Angli Puffinum ſuum, quem auem natura fecit, non ſolùm nomine, ſed reipſa etiam, & licentia cibi auem non auem, vel auem piſcem faciunt. Hæc omnia Ornithologus.

Victus. Quomodo capiatur. Tertij vrinatricis generis Turneri deſcriptio.

DE MERGIS IN GENERE. Cap. XLIX.

ÆQVIVOCA.

DE Mergis deinceps dicamus, in quorum hiſtoria eadem planè niſi etiam maior, confuſio eſt, quæ in Anatum, quibus adeo ſimiles ſunt, vt ni multum aduertas, vix interſtinguas. Eiuſcemodi autem cōfuſio inde naſcitur, quòd ipſamet etiam literarum culmina, quorum authoritatibus nobis ſtandum eſſet, quemadmodum allatis etiam exemplis in Fulica oſtendimus Græcos vertentes pro eadem dictione nunc hoc, nunc illud reddunt. Vbi quoque Αἴθυιαν Græcis Mergum præcipuè ſignificare pronunciauimus, quanquam Vuottonus citans Euſtathium, Heſychium, Suidam, Etymologum, & Varinum eandem velit, quæ Κορώνη θαλάσσιος dicitur, ideſt, Cornix marina. Significat verò etiā vox hæc thyram, ideſt pilā, vel mortarium, forte quòd piſtillus in eo merſetur, emergatq; ſubinde. Mergus quoque Latinis multa ſignificat: auē in primis, de qua præſens inſtituitur ſermo. Præterea, teſte Cælio Calcagnino, caput vitis, quod propagationis gratia in terrā immergitur, *Erat, a* inquit, *& propaginis laudata ratio, quum in terram vitis caput immergebant, ex que & Mergus dicebatur: nec prius à matrice abſcindebatur, quam radices egiſſet.* Meminit etiam Carolus Stephanus, dum ait: *Galli hodie vulgò Mergum in vinea appellant Marquotte, quaſi Mergottam, alij Courſombrin.* Contra Ornithologus exiſtimat Mergum dici propagationis genus in vite. Sed quid vetat, cur non vtrunque ſignificetur. Nam cùm Palladius, *b Mergum,* inquit, *dicimus, quoties velut arcus ſupra terram relinquitur, alia parte vitis infoſſa;* propagandi ipſum modum intelligit; cùm verò ſtatim ſubdit: *Mergi poſt biennium reciduntur in ea parte, quæ ſuprà eſt, & in loco iuſtas vites rehnquunt,* ipſas vitium propagines, quæ immerguntur in terram. Sic & Columella modo in hoc, modò in illo ſignificato eadem hac voce vtitur. Sed vt manifeſtiùs pateat, verba eius adſcribam. *c Nonnullos tamen,* inquit, *in vineis characatis animaduerti: & maxime Eluenaci generis, prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo adobruere; deinde rurſus ad arundines erigere, & in fruſtum ſummittere, quos noſtri agricolæ Mergos, Galli condoſſoccos vocant, eosq; adobruunt ſimplici ex cauſa, quòd*

Aἴθυια Græcis quid. Pila, ſeu mortarium cur Græcis Aethyias dicatur. Mergi multiplex ſignificatio.

a Epiſt. quæſt. lib. 1.

Marquotte Gallis quid

b De re ruſt. lib. 2. cap. 21.

c De re ruſt. lib. 5. c. 21.

quòd existiment plus alimenti terram præbere fructuarijs stagellis. Hinc Columella vitium palmites, qui solo adobruuntur, manifestè Mergos vocitat, sicuti vbi scribit: *d Veteres vineas Mergis propagare potiùs, quam totas Hernere Atticus præcipit, quod Mergi mox facile radicantur, ita vt quæque vitis suis radicibus tanquam proprijs fundamentis innitatur.* Sed alibi, *e Mergum esse* ait, *vbi sua pra terram tuxta suum adminiculum vitis curuatur, atque ex alto, scrobe submersa peraccitur* (alias producitur) *ad vocantem palum. Tum ex area*, inquit, *vehementem etiat materiam, quæ protinus applicata suo pedamento ad iugum euocatur.* Quo loco Mergum vocat ipsam vites propagandi rationem. Vbi verò apud eundem legitur, *f Metendi genera complura sunt, multi Mergis, alij pectinibus, spicam ipsam legunt;* Beroaldus à nominatiuo Mergi masculini generis deducit. *Videntur Mergi*, inquit, *esse ferramenta idonea metendis frugibus, quæ à Plinio mergites appellantur, sic scribente: Stipulæ alibi mediæ falce præcidantur, atque inter duos mergites spica distinguatur. Notum est illud Varronianum: Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi. Exponunt grammatici dies manipulos spicarum (vt Seruius) quo intellectu an hic, & apud Plinium Mergi, Mergites ijs accipi possint, æstiment eruditi.* Sic ille. Sed melius mea quidem sententia à fœminino Mergæ deduceretur sextus ille casus Mergis. Mergæ enim pro instrumento illo rustico, qualecunq; sit, apud authores legitur, Mergi non item. Cæterùm quod ad Mergarum, & Mergitis significationem attinet, Baptista Pius pro Mergis ligones, vel falces messorias interpretatur, pro mergitibus verò manipulos spicarum: nam exponēs illud Plauti: *g Palus venundas sibimet mergas aduris, vt horrtum fodiat.* Mergas, inquit, ligones à mergendo, quòd immergentur in terram intùs, & profundè. Eiusdem similitudinis Mergas autumo, qualis vtensilia instrumenti rusticani sunt, quæ lingua vernacula dicuntur vangæ: nec impropriè. Siquidem ita ferè Latinè dicantur Palladio his: *Serrulas minores, vangas, runcones, quibus vepreta persequimur, secures simplices vel dolabratas.* Videtur tamen Columella libro secundo Mergas pro falcibus messorijs intelligere in hæc verba: *Multis falcibus vermiculatis: atque ijs vel nostratibus, vel denticulatibus, medium culmum secant, multi Mergis, alij pectinibus spicam ipsam legunt.* Quin ex Columellæ, & Plauti verbis intelligere datur, Mergas secandis messibus instrumenta vocari, & similiter ad terram pastinandam accommoda vtensilia. In alia significantia manipulos spicarum Mergites dicimus. Hæc Pius. Verùm Mergites quidem manipulos spicarum significant; Mergas verò Festus vocat furculas, quibus acerui frugum fiunt, dictas à Mergis volucribus. *Vt enim*, inquit, *illæ se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur: sic messores eas in fruges demergunt, vt eleuare possint manipulos. h* Ita quoque Lambinus clarus interpres alibi apud eundem Plautum Mergas non aliter exponit. Locus Plautinus est:

d De re rust. lib. 4. cap. 4.

e De re rust. lib. 3. c. 15.

f De re rust. lib. 1. c. 21.

g In Pœnulo.

h In Rudē tē.

——— *Si attigeris ostium*
Iam Hercle tibi missus in ore fiet Mergi pugneis.

Ibi Lambinus, *Mergæ*, inquit, furculæ sunt, quibus acerui frugum fiunt: & paulò infrà: Per Mergas igitur pugneas iocosè significat Plautus pugnos ori impactos. Hæc ille. Hac itaque in significatione si Mergas accipiamus prout accipi par est, manifestum quoque erit Mergitis significatum: nihilque aliud significabit quàm manipulum, vel acerruum, quantus scilicet vel semel furcula, quæ Mergæ dicuntur, simul tolli potest. Philippus Venutus in suo Lexico Italico Mergum esse scribit amnem Galliæ Cisalpinæ, qui Italicè Orco dicitur. Mergus præterea, siue vt alias legebatur, Mergum, cuius genitiuus sit Mergoris, genus vasis, quod nonnulli situlam appellant, quòd hauriendæ aquæ mergatur, Ambrosio Calepino significat. Idem Mergulum, qui aliquando Mergum generatim denotat, aliàs particularem speciem, interpretatur instrumentum, quo lampadis lychnus contingitur.

Mergulī significatio multiplex.

Mergus Mergoris quid significet.

SYNONYMA.

KAATH, & Schalac Hebraicas voces confundi, & pro eadem accipi, etsi vtraq; seorsim nominetur, inter immundas aues, suprà annotaui. De Æthyia Græcorū voce dubitatur pariter, vt diximus, nunquid Latinorū Mergū significet. Vvottonus enim vir non indoctus aues diuersas esse suspicatur, hoc solo argumento fretus, quod Æthyia apud Græcos tàntùm marina legatur, & Aristoteles eam in saxis maritimis ova parere tradat, cùm Mergus à Plinio nō marinus tantùm, sed stagnorū etiā incola ponatur. Conijcit autē Ἀθυια, citans Eustathium, Suidam, Etymologū, & Varinum eam esse, quæ Κορώνη Θαλασσιος, ideſt, Cornix marina dicitur. Et cùm Arrianus in Pontici maris nauigatione Cornicē marinam vna cum Æthyia tanquam diuersas memoret, Aethyiam huic authori eādem esse, quæ Coruus marinus vocatur. Appion quoque Etymologo teste, Coronen ait eādem

dem eſſe auem, quæ Larus, & Aethyia. Ioachinus Perionius credit Vergilium Fulicas appellare, quas Aratus Aethyias. Mergi verò, inquit, Græcè ab Arato Ἐρωδίοι appellantur. Sed Erodios Ardeas quaſdam eſſe, Aethyias verò Mergos veterum ſcripta oſtendunt. Nos de Erodijs aliàs. Nunc vt Aethyias, & Mergos nihil differre pateat, Ornithologi ſuper eo ſententiam adſcribere etiam lubet. Sed, inquit, cùm hactenus omnes eandem eſſe auem tradiderint (Aethyiam, & Mergum) & plerunque de Aethyia à Græcis tradita, Plinius de Mergo interpretatus ſit, nihil eas inter ſe differre præterquam nomine credimus. Idē enim animal & marinum eſſe, & circa fluuios, ſtagnaue, aut in ipſis morari cùm in auium, tùm in piſcium genere nihil prohibet: ſiue quòd à mari quædam aſcendant, vt Alcyones aues, lupi & piſces, ſiue quòd vtrobique naſcantur, idq; vel nullo diſcrimine corporis, & naturæ, vel aliquo alio diſcretæ, vt percæ marinæ à fluuiatilibus. Quin & eaſdem aues in arboribus nidificare, & ſi arbores deſint, in nudis ſcopulis, nihil erit abſurdi, vt apes aliàs in arborum, aliàs in terræ cauis nidificant. Tranſtulit ſanè locum ſuum Plinius ex Ariſtotelis de animalibus hiſtoria libro quinto capite nono, vbi nulla arborum mentio, ſed tum Lari, tum Aethyiæ ſaxis maritimis oua parere ſcribuntur. Quod ſi Aethyiam Mergum eſſe negemus, nullum aliud, quo appellari Græcè poſſit, vocabulum nobis relinquitur. Nam Dypten, Poyngen, & Bungen poetica eſſe legimus, & idem cum Aethyia ſignificare. Sic ille. Cuius doctiſſimi viri rationes, omnino conficiunt, Aethyiam, & Mergum non differre. Quod ſi verò cui etiamnum Ariſtotelis, & Plinij verba ante citata negotiū faceſsāt; obijciam alterius viri docti obſeruationem, quam nobis his verbis teſtatam reliquit: Plinius Mergos, in arboribus nidulari ſcribit, at Ariſtoteles in ſaxis maritimis. Quod vterque aut vidit, aut à referentibus aucupibus didicit, ſcripto mandauit. Et ego vtrumque obſeruaui: nam in rupibus marinis iuxta oſtium Tinæ fluuij Mergos nidulantes vidi, & in Northfolcia cum Ardeis in excelſis arboribus. Qui in rupibus maritimis nidificant, ex præda marina ferè viuunt, qui verò in arboribus, amnes, lacus, & fluuios victus gratia petunt. Quæ cum ita ſint, alius occurrit ſcrupulus non minus difficilis: nimirum cùm tam Græci, quàm Latini huius auis vnam tantùm ſpeciem faciunt, quæ nam Mergorum, qui hodie ſunt noti, ſpecies, Aethyiæ, & Mergo veterum reſpondeat. Petrus Bellonius in libro obſeruationum peculiarem quandam Mergi marini ſpeciem eſſe in Creta ſcribit, vrinari ſolitam, diuerſam à Phalacrocorace ſuo (Cormorant) & reliquis Mergis, eamque Ariſtotelis Aethyiam arbitratur. Qui littora Cretæ habitant, inquit ille, Vtamania nominant, magnitudine eſt Querquedulæ (d'vne Sarcelle) albo ventre, capite, & dorſo nigro, itemque alis, & cauda. Digito pedum poſteriore caret ſola inter palmipedes. Pluma ei inſtar lanuginis, validè inhærens cuti. Roſtrum marginibus acutis cauū, & planum ferè, lanuginoſis plumis bona ſui parte obducitur, nigrum ſuperiore, album inferiore parte, vertice lato. Hæc igitur Bellonio veterum Aethyia eſt. Eadem ferè repetit in hiſtoria auium: & hanc eius iconem exhibet, ſed quia in eius deſcriptione in fronte habere ruberoſitatem quandam dixerat, cui innaſcatur floccus plumarum niger, iſque in eius icone deſideretur, idcirco addi curauimus. Sed Ornithologus Mergum magnum nigrum, & Carbonem aquaticum Alberto dictum, Græcorum Aethyiam, & veterum Latinorum eſſe ſuſpicatur. Idem ſentire videtur Anglus ille: nam huiuſmodi auem ſub Mergi, & à Cormorant nomine nobis deſcribit: & color profectò nomenclaturæ Græcæ reſpondet. Sed quia huiuſmodi auem multi cenſent eſſe Ariſtotelis Coracem, quem Gaza interpretatur Coruum aquaticum, idcirco neque huic ſententiæ quis tutò adhærere queat. Nos more noſtro ſuum cuique iudicium relinquimus: cùm nihil certi ſtatui poſſe videamus: Aethyam aliqui Latinè per y tantùm ſcribunt: Graci verò ſemper per αι diphthongum in penultima. Apud Demetrium Conſtantinopolitanum noſtri temporis ſcriptorem pro Αιθυια Αἰθυια legitur. Dicta quidem Aethyia videri poteſt, vt exiſtimat Ornithologus, quaſi Aedyna ἀπὸ τοῦ δύειν καὶ δύνειν, vel ἀπὸ τοῦ αἴθειν propter nigrum colorem, vt Aethiopes. Dypten, Poyngē, & Bungen poetica eſſe, & Mergum ſignificare ſuperiùs eſt annotatum, id quod teſtatur etiam Hermolaus, inquiens: *Mergum Aethyiam Graci vocant, & poetice Dypten. Aliquot nihil eſt aliud Dyptes, verbum ex verbo, quàm Mergus. Poetæ Graci etiam Poyngas, & Bungas dicunt aues eas, Phorcio authore.* Cuius poſterioris vocis etymologiam reddens Etymologus πούγγας, inquit, ἀπὸ Αἰθυιας, κλιθεῖσαι, βούγγας, παρὰ τὸν Βολιν καὶ τὸν ηχὸν (melius ἰυγὴν, vt Varinus habet) id. eſt Poynges Mergi, qui vocantur Bunges à nomine Βολις, ideſt vox & ἠχὼ, ideſt, ſonus. Dyptes præterea apud Lycophronem Caruli, ideſt Alcyonis maris epitheton eſt, Scholiaſtes ὑποδύτην interpretatur: vnde eadem dictio ab Heſychio, & Varino homo vrinator, vel natator interpretatur, vel Mergis auis. Κὴξ auis eſt marina, inquit Euſtathius, Hirundini ſimilis, quam alij Larum, alij Mergum interpretantur. Idem ſcribit Varinus. Mergus aliàs

nomen

Aethyias, & Mergos idem eſſe.

Dyptes, Poynges, Bunges.

Vtamania ſiue Calica tezen Mergi dicti deſcriptio.

Aethyia etymum.

Κὴξ. *Mergus.*

Mergus Bellonij.



Mergon. Smergo. nomen commune eſt ad omnes Mergos, aliàs particularem ſpeciem ſignificat. Mergum, inquit Calepinus, alij Mergonem vocant, ſed vox hæc vernacula eſt, non Latina, nos etenim omnes ferè Mergorum ſpecies Mergon appellamus. In quibuſdam etiam Italiæ locis Smergo dicitur, Gallis Plonget, & Plongeon: cuius poſterioris vocis etymum ſic refert Ioachimus Perionius: Mergum Plongeon appellamus, quàm longè à Latino diſcedentes. A Græco, inquam πλύνειν, ideſt, lauare verbum noſtrum plonger ortum eſt, ideſt, mergere. Hinc Mergum Plongeon ad Græcorum πλογγας, & βογγας accedere, quam vocem poëticam eſſe, & Mergum ſignificare diximus. Idem Ornithologus ex cuiuſdam eruditi Hiſpani relatu Mergum, Coruum marinum, Cuoruo marino (potiùs Cueruo marino) Hiſpani, appellari aſſerit. Sed hoc nomen apud eos vnam tantùm fortè Mergi ſpeciem ſignificat, illam ſcilicet, quam Mergum magnum, nigrum, & Carbonem aquaticum Albertus vocat, & multi Ariſtotelis Coracem, ſeu Coruum marinum eſſe volunt. Idem de Anglorum Cormorant eſt dicendum. Germani Mergum Sucher interpretantur, aliqui Teucher, Tucher, Suchent. Sed alij, inquit Ornithologus, alias aues his nominibus deſignant. Illam, quæ propriè Sucher appelletur, aiunt Columba minorem eſſe. Belgæ voce diminutiua Sichkeckin, alij Duycker vocant, vel Sclouer, vel Scholuaer.

Plongeon, & eius etymum.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

QVANQVAM veteres vnicum duntaxat Mergorum genus fecerint, fortè quod cum Anatibus ea confunderint: hodie tamen plura agnoſcuntur, quæ cõmodo ab Anatibus diſtinguantur, inferiùs docebitur. Mergus autem, vt inquit Albertus, non tam ſpecies auis eſt, quàm genus multas ſub ſe ſpecies continens. Idem Fulicam auem eſſe aquaticam ſcribit, & Mergum nigrum vocari, Anate minorem. Et rurſus Brenthum Merguli ſpeciem eſſe, piſces venantis, quanquam Bathyos apud illum pro Brentho corruptè ſcribitur. Seuerus Sulpitius, vt refert author de natura rerum, tradit, Mergorum quandam ſpeciem cornutam vocari, eò quòd rubeas plumas in capite inſtar cornuum habeat. Apud veteres alia quoq; auium nomina leguntur, quas ex Mergorum genere eſſe conijciunt, & pro ipſis alias aues hodie cognitas oſtendunt. Ex quibus ſunt Colymbides, ſeu vrinatrices maiores, & minores, Thraces, Dytini, Vria, Phalarides. Neoterici quoque plurimas recenſent Mergorum ſpecies, quæ à diuerſis populis diuerſa etiam nomina habent, quæ omnia hic recenſere eſſet ſuperfluum, cùm ſingulorum peculiares hiſtorias ſimus deſcripturi.

Brenthus. Bathyos. Mergus cornutus. Colymbides. Thraces. Dytini. Vria. Phalarides.

FORMA. DESCRIPTIO.

AETHYIÆ nemo Græcorum peculiarem aliquam notam, ex qua cognoſci queat, attribuit. Mergum Plinius inteſtino recto eſſe tradit. Mergum quoque Ouidius nobis ſic deſcribit:

Fecit Amor maciem, longa internodia crurum,
Longa manet ceruix. Caput eſt à tergore longè.

a Metamor. lib. 12.

Idem ſubſtricta crura gerentem, & ſpatioſum in guttura appellat. Sed hæc peculiari cuidam ſpeciei conueniunt, Mergo ſcilicet à veteribus propriè dicto. Hic verò quis ſit, vnuſquiſque ex hiſce Ouidianis notis conijcere tentent. Nos interim, quæ Mergis generatim conueniunt, hìc aſcribemus. *Mergi*, inquit author de natura rerum, *contra omne genus auium pedes habent in cauda, ita vt in terra ſtantes inſtar hominis pectus erectum præferant.* Albertus ſcribit aues, quæ vt plurimùm Mergi vocantur, varias eſſe inſtar Picæ. Ornithologus vbi inter Anates, & Mergos diſcrimen ponit, plures notas recenſet. Veteres, inquit, non fecerunt plura Mergorum genera, fortè quòd cum Anatibus ea confunderint. Nos cùm aliàs diſtinguimus, tum dentibus, qui Anatibus omnibus molliores, flexiles, tranſuerſiq; per roſtrum pertingunt. Mergorum illis, quibus roſtrum latiuſculum (minus tamen latum, quàm Anatibus) duri, ac rugidi, vtrinque tantùm in marginibus roſtri: cæteris, quibus roſtrum latum non eſt, ſed in acutum deſinit, nulli. Veteres quidem nullius auis, quod ſciam, dentatæ meminerunt, præterquam Diomedææ, quam Iuba Cataractam vocat: vt hæc quoq;

Mergo-

Mergorum generis existimari possit. Et crura vel non æquè absoluta habent, vel breuiora, vel non eodem situ, vel posteriùs: quamobrem incommodè ingrediuntur. Plerisque eorum ceruix procerior. Hæc Ornithologus. Petrarcha Mergos turpes appellat, sed nunquid ob colorem, vel ob corporis figuram, vel aliam ob causam, nescio.

LOCVS NATANDI PERITIA.

Victus.

Vbi victitent.

AETHYIAM apud mare victitare scribit Aristoteles: item degere quidem in fluido, victumq; inde emoliri, sed aërem, non humorem recipere, & foris parere solere. Oppianus verò vrinari eas, & sub aqua manere diutissimè, non in pelago solùm, sed paludibus etiam versari, tum maxime, cùm vis aliqua ventorum mare infestat. *Tunc enim*, inquit, *immorari in eo non solent*. Suidas Æthyias marinas facit. Plinius Mergum non tantùm marinum ponit, sed etiam stagnorum incolam. Ouidius alibi Mergos mare carpentes appellat, alibi æquor amare dicit, dum scribit:

Æquor amat, nomenq; manet quia mergitur illi.

Mergus, inquit author de natura rerum, flumina, stagnaq; innatat, sic dictus, quòd in aquis se mergat. Diutiùs tamen sub aquis morari non valet, quòd aëris respiratione indigeat. Cùm percuti metuit, in aqua mergitur, & pisces persequitur. Ornithologus Mergos

Mergi Anatibus magis aquatici.

asserit, magis aquaticos esse, quàm Anates: ideoq; semper ferè in aquis manere: non æquè in terram, & ripas egredi vt Anates. [a] Virgilius tamen Mergos apricos vocat, & locis apricis gaudere scribit, vt hæc eius ostendunt carmina.

Est procul in pelago saxum spumantia contra
Littora, quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus, hyberni condunt vbi sydera Cori,
Tranquillo silet, immotaq; attollitur vnda
Campus, & apricis stratus graminea Mergis.

[a] Aeneid. lib. 3.

Locos apricos cur amant.

Sed hoc non arguit, quominus aquatici sint dicendi, imò contrarium astruit: nam loca amant aprica, vt ficcescant: quia assiduè aquæ sese immergunt. Diutissimè autem omnium auium in aqua commorari possunt, tum quia vt iam dictum est, longissimo tempore vrinantur, tum quia summa pollent natandi peritia, quam celebrare videtur Homerus, dum Inomare subeuntem, vt [b] Vlyssi suppetias ferret, Mergo comparat his verbis.

[b] Odyss. l. 5.

Τὴν δὲ εἰδε Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνώ,
Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἦεν βροτὸς αὐδήεσσα.
Νυνὸ δ' ἅλος ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξ ἔμμορε τιμῆς:
Ἣ ῥ' Ὀδυσῆ ἐλέησε πλανώμενον, ἀλγεα πάσχοντα
Αἴθυῃ δ' ἰκέλη ποτῆ ἀνδύσατο λίμνης.
Hunc autem vidit Cadmi filia pulchros tales habens Ino
Alba Dea: quæ prius quidem erat mortalis loquens:
Nunc autem maris in profundo Deorum sortita est honorem,
Quæ Vlyssem miserata est errantem, dolores habentem,
Mergo autem similis volatu ingressa est mare.

Et paulò inferius de eadem loquens:

Αὐτὴ δ' ἄψις πόντον ἰδύσατο κυμαίνοντα
Αὖθιν ἰκέλη.
Ipsa autem retro in pontum ingressa est æstuantem
Mergo similis.

[c] Stephanus Vimandus Pigius miram ipsorum natandi artem prædicat, quam licet alijs etiã auibus marinis attribuat, præcipuè tamen Mergis conuenire innuit, dum eos primo loco Fulicas secundo nominat. Profecto videmus, inquit, Mergos, Fulicas, aliasq; marinas aues alam alteram sæpius ad ventum erigere, & expandere, & eius tanquam veli adminiculo nauigare. Obiter hic etiã est annotãdum, quod obseruauit Cælius Rhodiginus in prognosticis Aratum Mergos nuncupare δίνας, quoniam, vt inquit Theon, dum mersantur mari fiat δῖνος, id est, vortex. Mergunt autem sese aquis, vt sibi victum quærant. *In aquam*, inquit Varro de Mergo loquens, *sese cibum capiens assiduè immergit*. Piscibus etenim, alijsq; aquatilibus

[c] In Hercule Prodico.

Quibus vi ficient.

auidè vescuntur, eorumq; maximam ingerunt copiam: sunt enim edacissimi, & insatiabiles. De qua edacitate, & piscandi modo plura tradit *a* Oppianus. *Æthyæ*, inquit, *insatiabiles sunt, & maximè voraces, pisces ingestos mox alui reddunt, atque etiam vivos nonnunquam. Soli inter amphibias anates volitando piscantur, itaut simul vtrumque faciant. Congros, Anguillas, & alios lubricos, lauesque pisces deglutiunt, alios quoque pisces delphinorum, & canicularum instar persequuntur.* Eandem quoque eorum edacitatem alij prædicant authores. Kiranides Æthyiam auem esse marinam scribit insatiabilem. Strozius pater alibi Mergos piscantes, alibi edaces appellat. Tradit *e* Plinius eos inter aues aquaticas solitos esse deuorare, quæ cæteræ reddunt. Et *f* alibi. *Insatiabilia animalia*, inquit, *quibus à vente protinus recto intestino transeunt cibi, vt lupis cernarys, & inter aues Mergis.* Vult quoque Aristoteles animalia, quibus in testina recta sunt, ciborum auida esse.

Mergi edacissimi.

a Hist. eccent. 2. 6.

e l. 10. cap. 47.

f l. 11. cap. 31.

NIDVS. PARTVS. INCVBATVS.

Vbi, & quot quæ pariant, & quo tempore.

MERGI, & Gauiæ, inquit Aristoteles, *saxis maritimis oua bina, ternaue pariunt: Gauiæ æstate, Mergi à bruma, incunte vere: & incubant caterarum auium more.* Quem locum transferens Plinius, Mergos in arboribus nidificare reddit, quod tamen Aristoteles nusquam scripsit. Quapropter Io. Claymundus, ne Plinius ab Aristotele dissentire videatur, hunc locum Plinij sic legit: *Gauiæ in petris nidificant, Mergi etiam in arboribus.* Verùm codices omnes, quos viderim, inquit Vuottonus, in altera littera consentiunt. Quapropter omnino contendit Aethyiam à Mergo omnino diuersam esse; sed esto, nullum in Plinianis verbis mendum inesse, non ideo firmum argumentum elici potest, Aethyiam, & Mergum ab inuicem differre: de qua re suprà. Manifestum præterea est argumentum, Plinium eandem auem Mergi nomine, quàm Aethyiæ Aristoteles intelligere, quòd eundem ouorum numerum ascribat, & idem pariendi tempus, & amplius, quòd vterque Gauiæ simul mentionem faciat, vt locos conferenti, manifestò patet. Verba Aristotelis iam recitaui. *a* Plinianà sunt hæc: *Gauiæ in petris nidificant, Mergi in arboribus,* (Mergi etiam in arboribus, vt legit Calymundus) *Parunt plurimum terna, sed Gauiæ æstate, Mergi incipiente vere.* Mergorum pullos Albertus, & author de natura rerum, vt primùm ab ouis excluſi fuerint, si matrem eos perdere contigerit, adeo validos esse aiunt, vt ipsi sese, nutrire possint.

al. 10. cap. 32.

SENSVS. VOX.

Mergi muti, & surdi à quibusdã statuuntur. Mergi alijs temporibus alias voces edunt.

NONNVLLI, referente Oppiano, Aethyias arbitrati sunt solas in auium genere vocem non emittere, nec percipere. Sed cùm id nec Aristoteles, nec alius quispiam fide dignus tradat, nec fit verisimile, opinionem hanc erroneam existimamus: Nam & Lucretius vocem diuersam diuersis temporibus ædere tradit:

Accipitres, atque Ossifraga, Mergiq; marini
Fluctibus in salso victum, vitamq; petentes,
Longè alias alto iaciunt in tempore voces.

COGNOMINATA.

Denominata.

PALLAS Æthyia cognominatur, vt Cælius refert, quoniam humana prudentia (quæ per hanc Diuam innuitur,) nauigationem Mergi quadam imagine adinuenit. Eryſichthonem verò Αἰθυια (Αἰθυιαν potius) cognominatum legimus, quòd cibo, vt Mergorum genus, inexplebilis eſſet. Pauſanias quoq; loci cuiuſdam meminit a Megarenſis agri, qui ab Athenienſibus Mergi ſcopulus eſt appellatus. *Regnauit etiam, inquit, & Pandion Erichthonij, & alter minoris Cecropis filius, qui cum filijs à Metionidis regno pulſus, cùm ad pilam Megarenſium regem, cuius filiam in matrimonio habebat, confugiſſet, morbo confectus illic diem ſuum obijt: eſtq; eius mari vicinum monumentum eo in loco Megarenſis agri, qui ab Athenienſibus Mergi ſcopulus eſt appellatus.* Hæc ille. Conijcio autem locum illum huiuſmodi nomen contraxiſſe ab ipſo Erychthonio, ſiue vt alij habent Eryſichthone, quem Æthyiam fuiſſe cognominatum diximus. Smilax aſpera à Romanis Mergina vocatur, vt inter nomenclaturas apud Dioſcoridem legitur: quæ ſic dicta fuerit, eò quòd Mergi collum imitetur. Αἰθυίας ἀνθος Heſychio, & Varrino genus herbæ eſt.

Pallas Æthyia cur cognominetur.

a lib. 1.

Mergi ſcopulus.

HIEROGLYPHICA.

MERGVS quia ſeſe aquis aſſiduè immergit, plurimumq; ſub aquis immoratur, quidam illos deſignare volunt, qui voluptatibus carnalibus prorſus abſorbentur, immergunturq;. Poſſit & diaboli hieroglyphicum ſtatui. D. enim Martinus, vt Seuerus Sulpitius in eius vita annotat aliquando Mergos in flumine conſpicatus piſcium prædam ſequi, & rapacem ingluuiem aſſiduis vrgere capturis. *Forma, inquit, hæc dæmonum eſt, inſidiantur incautis, capiunt neſcientes: captos deuorant, exturariq; non queunt deuoratis. Imperat deinde potenti virtute verborum, vt et, cui inuadebant, gurgite n relinquentes, aridas peterent, aeſertaſq; regiones: eo nimirum circa aues illas vſus imperio, quo dæmones fugare conſueuerat. Ita grege facto, omnes in vnum illæ volucres congregatæ, relicto flumine, montes, ſyluasq; petierunt.*

Cuius peccatoris hieroglyphicum.

Diaboli hieroglyphicum.

PROVERBIA.

DE re incredibili dixit a Ouidius:

Nam prius incipient turres vitare Columbæ,
Antra feræ, pecudes gramina, Mergus aquas.
Quàm male ſe præſtet veteri Græcinus amico.

Ac ſi Mergus aquas deſerere non poſſit.

a De Pont. lib. 1.

ANTIPATHIA.

Æthyis, hoc eſt, Mergis, inimicas eſſe Ciconias, & Creces tradit Philes.

CAPIENDI RATIO, & vſus.

Mergis vtuntur ad piſcandos piſces.

MERGI plurimis modis capi poſſunt, ſimiliter vt Anates, viſco, defatigatione, ſclopo, baliſta, retibus, piſciculis ad acum, aut hamum funiculo inſertum affixis. Sed quia eſui non ſunt, nemo eos captat, niſi fortè quis piſces eorum opera capere velit, in quem vſum admodum commendantur, vt hoc exemplo patere poteſt, quod refert Odericus è Foro Iulij. *In ciuitate quadam*, inquit, *ad magnum fluuium ſita in Oriente, hoſpitem piſcaturum comitamus, vidi in nauiculis eius Mergos ſuper perticas alligatos, quibus ille guttur filo ligauit ne piſces captos deuorare poſſent. Ponunt autem ad ſingulas naues tres magnas ciſtas, vnam in medio, & ab vtroq; extremo ſingulas. Tum Mergos ſolutos dimiſit: qui mox piſces quàm plurimos repere, & ipſimet in ciſtas illas impoſuere, ita vt breui tempore omnes repleuerint. Tum hoſpes filis à gutture eorum ſolutis, eos iam ſibi ipſis piſcari, & piſcibus permiſti. Hi paſti ad loca propria reuertuntur iterumq; perticis alligantur.* Hæc ille. Simile quid de his auibus narrat a Scaliger. *De Merga*, inquit, *nihil quidem præclari, niſi quod Celſus Sergius Golentinus contubernalis eques fortiſſimus narrabat mihi. Mergum cicurem Venetijs vidiſſe, qui ab hero è cymba emiſſus non ſine ſpectatorum, & voluptate, & admiratione ſub aquis ſibi cibum caperet. Satur ad herum redibat.*

a Exer. 233.

PRÆSAGIA.

Venti præſagium. Tempeſtatis præſagium. Felicis nauigationis præſagiũ.

ANATES ſera, aut Aethyiæ marinæ, inquit Aratus, *alis in continente ſæpe concuſſis, ventum imminere præmonent.* Tradit verò Kiranides, Æthyiam, obuia fuerit naui velificanti, & volans ſubmerſerit ſe in mari tempeſtatem minari, ſi verò peruolans (præteruolans) ſupra petram reſederit (aliàs ſi verò præteruolauerit, aut ſuper petram conſederit) felicem nauigationem promittere. Cur verò frequenter ſe ſe in mare immergentes tempeſtatem prænuncient, rationem reddit Vuottonus, dum ait. *Æthyias cùm frequentiùs in mare ſeſe immergunt, tempeſtatem nauigantibus præſagire ferunt. Huius cauſam reddunt, quod tranquillo mari progredi non audet Æthyia marinarum belluarum metu: at cùm tempeſtatem præſenſerit, audaciùs progreditur, quòd tunc temporis marinæ illæ belluæ in altum abierunt. Verùm Aratus, Æthyiæ, inquit, maria, aut ſtagna fugientes, pennaſq; in terra roſtro purgantes, ventum præſagiunt.* Hæc ille: cuius verba poſtrema expendens Ornithologus, ego inquit, nihil huiuſmodi apud Aratum legiſſe memini: niſi Vuottonus fortè putat, Plinium pro πάσσεσθαι πτέρυγας pennas roſtro purgare ex Arato vertiſſe. Hæc ille. Plinij autem verba hæc ſunt: *Mergi, Anateſq; pennas roſtro purgantes ventum præſagiunt.* Alibi rurſus ventum portendere ſcribit Mergos maria, aut ſtagna fugientes. Idem ait a Virgilius.

a Geor. l. 1.

Tum ſibi tum curuis male temperat vnda carinis
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremque ferunt ad littora.

b Sat. 6.

Item b Perſius, vbi canit.

Iacet ipſe in littore, & vnà
Ingentes de puppe Dei. Iamq; obuia Mergis
Coſta ratis lacera.

Vbi interpres, iure, inquit, coſtam ratis Mergis obuiam factam dixit. Clamore enim ſuo tempeſtatem denunciantes, è medioq; mari ad littus euolantes obuia ratum fragmenta oſtendunt. Huius rationem hanc reddit c Iſidorus. *Sæpe autem* (Mergi, inquit) *demiſſo in profundum capite, aurarum ſigna ſub fluctibus colligunt, & prænoscentes æquoris tempeſtatem cum clamore ad littora tendunt. Nam in pelago iam grauiſſimam eſſe tempeſtatem conſtat, cùm ad littora Mergi confugiunt.* Mizaldus vapores ab aquis ad imbriferam nubem erigendam ſurſum attolli ſagaciter ſubodorari ait, vnde tempeſtatiuè aliò migrare feſtinent. Vel quòd piſces plerique (quos pro præda habent) per eum cæli ſtatum è medijs aquis ad littora enatare ſoleant, quapropter hìc circumſpectè excubias agere.

c Orig. lib. 12. cap. 7.

VSVS IN CIBIS.

MERGVS in Leuitico numeratur inter aues, quas lex immundas decernit. Nostra quoque tempestate nemo huiusmodi auibus vescitur, vtpotè quibus caro nigra est, duraque concoctu, vnde Horatius, vt gulam, & credulitatem iuuentutis Romanæ perstringeret, canebat, quod

Si qui tunc Mergos suaues edixerit assos
Parebit prauis docilis Romana iuuentus.

Quod si quis tamen illis vesci velit, hyeme obesiores sunt propter pauciorem tunc' temporis motum. Omne enim animal sereno aere gaudet, & in eo amplius vagatur. Conueniunt autem feris potiùs, quàm hominibus. Demetrius Constantinopolitanus Accipitri eos ad saturitatem vsq; præscribit in cibo, & suauissimamq; eius carnem, & facilem concoctu esse tradit, nimirum Accipitri.

VSVS IN MEDICINA.

DIVERSA ex Mergis accipiuntur remedia. Tradit Kiranides, Æthyiam totam assam, & in cibo sumptam elephantiasi, & spleni mederi. Item eius sanguinem antipharmacum esse, & feris venenatis resistere. *Magi*, inquit Plinius, *contra quartanas deuerari iubent cor Mergi marini siue ferro exemptum, inueteratumq; conteri, & in aqua calida bibi.* Nonnulli ventriculum eius stomacho conferre aiunt, alij negant. Id autem affirmat Kiranides, dum scribit: Æthyiæ venter aridus potus (codex manuscriptus habet & portatus, & potatus, vt refert Ornithologus) concoctionem perfectam, ac bonum stomachum præstat. Scribit etiam Serenus ventriculum Mergi raptum (ideſt, in cibo sumptum) stomacho mederi. Contrà a Galenus, *Ventrem Mergi*, inquit, *aliqui commendant, tanquam medicamen peptiocum, ideſt concoquens, siue protinus eluxum, siue arefactum comedas. At nos id experti, vnam esse promissionem comperimus. Sicut sanè etiam quod de interna tunica Gallinarum memoriæ est proditum.* Hæc ille: ex quo idem repetens Vuottonus, *Atqui nec ipse*, inquit, *Mergi ventriculus facile concoquitur, neq; quicquam ad aliorum concoctionem iuuat.* Iecur huius auis dixit Dioscorides inueteratum sale (σκληρίνθεν, ideſt simpliciter exiccatum) ex hydromelite duobus cochlearibus potum secundas pellere. Aetius verò ex aliorum relatu id assatum cum oleo, & modico sale datum, mirificè conferre à rabido cane morsi asserit. Ita enim, inquit, præsentaneum affirmant esse remedium, vt æger protinus aquam flagitet. Fel cum cedria inunctum euulsos palpebris pilos non finit renasci, si Kiranidi credimus: qui pariter oua dysenteriam, & renes & stomachum sanare scribit.

Contra elephantiasin.
Contra venena.
Contra quartanas.
a *De simpl. lib. 11.*
Ad secundas pellendas.
Ad carnis rabidi morsum.
Ne pili renascantur.

FABVLA.

AESACVS Priami, & Alyxothoes filius, dum Hesperien Nympham, quam deperiebat, insequeretur, ipsaq; in fuga ab angue demorsa oppetijsset, nimio correptus dolore, in mare se præcipitauit, & à Thetyde in Mergum conuersus fuit: vt his elegantissimis versibus narrat Ouidius.

Aesacon umbrosa furtim peperisse sub Ida
Fertur Alyxithoe gracili conata bicorni.
Oderat hic vrbes, nitidaq; remotus ab aula
Secretos montes, & inambitiosa colebat
Rura: nec Ilsacos cœtus, nisi rarus adibat,
Non agreste tamen, nec inexpugnabile amori
Pectus habens. Syluas captatam sæpe per omnes
Aspicit Hesperien patria Cebrinida ripa,
Iniectos humeris siccantem sole capillos.
Visa fugit Nympha, veluti perterrita fuluum
Cernua lapum, longeq; lacu deprensa relicto.

Aesacus in Mergum.
De Æsaco fabula.

Accipi-

Accipitrem fluuialis Anas: quam Troius heros
Inſequitur, celeremq; metu celer vrget amore.
Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit: virulq; in corpore liquit.
Cum vita ſuppreſſa fuga eſt. Amplectitur amens
Exanimem clamatque: piget, piget eſſe ſecutum.
Sed non hoc timui: nec erat mihi vincere tanti.
Perdidimus miseram nos te duo. Vulnus ab angue:
A me cauſa data eſt. Ego ſum ſceleratior illo,
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam,
Dixit: & è ſcopulo: quem rauca ſubederat vnda,
Decidit in pontum. Thetys miſerata cadentem
Molliter excepit: nantemq; per æquora pennis
Texit, & optatæ non eſt data copia mortis.
Indignatur amans inuitum viuere cogi,
Obſtariq; animæ miſeræ de ſede volenti
Exire: vtq; nouas humeris aſſumpſerit alas
Subuolat; atque item corpus ſuper æquora mittit.
Pluma leuat caſus: furit Aeſacus, inq; profundum
Pronus abit: lethiq; viam ſine fine retentat.
Fecit Amor macrem. Longa internodia crurum,
Longa manet cervix. Caput eſt à tergore longe.
Aequor amat: nomenq; manet, quia mergitur illi.

DE BRENTHO.
Cap. L.

Ordinis ratio.

a Hiſt. l. 9. cap. 9.

HIC quoque de illis primùm dicemus, quarum nomina Latina, vel Græca habentur, quaſque ex Mergorum genere exiſtimamus: inter quas ſe ſe nobis primò offert Brenthus, quem inde ſaltem ex Mergorum genere eſſe conijcimus, quòd piſcibus viuere, cum Ariſtoteles ſcribat: *a Brenthus*, inquit, *Larus, & Harpa d Iſidem: quoniam omnes è mari victum petunt.* Vbi Plinius pro Laro rectè quidem Gauiam vertit, ſed perperam pro Brentho Anatem, quem tamen Gaza ſecutus eſt. Anas enim piſcibus non veſcitur. Rectiùs Albertus habet autem ex Auicennæ interprete Bathyos) Merguli piſces venantis ſpeciem interpretatur. Eodem, vel fortaſſe parum diuerſo nomine longè alia auis, inter aues, quæ montes colant, & ſyluas, annumeratur, Vpupa, & Brinthus (Βρίνθο) cui & victus ſit probus, & vox ſonora. Niphus in quibuſdam codicibus Βρίνθος per ε quoque legi aſſerit. Et reuera Gaza hic etiam Brenthum vertit. Niphus eum locum exponens, auem monticulam eſſe, inquit, generis vnci apud nonnullos (authorem non adfert) ſed non cognoſci in regione noſtra. Albi verò alios interpretari Anatem, quod, inquit, hîc non licet, cùm mõticola dicatur. Βρενθὸς apud Suidam eandem auem ſignificat, quam Βρίνθος, & prætereà fundum, & tumulum. Ijſdẽ duobus modis apud Varinum ſcribitur, & Coſſyphos, ideſt, Merula exponitur. Huic aſſentire videtur Heſychius, qui ſcribit, Βρίνθος auem eſſe, quam aliqui Coſſyphum dicunt. Ego Brenthum, de quo priore loco diximus Mergi genus eſſe conijcio, cùm aliàs, tum quia adhuc Angli Anates quaſdam, de quibus ſuprà, Brantas appellant. Et Galli Anatis paruæ genus Alebrandam, Querquedulam nimirum, aut congenerem. Βρίνθος quoque, tradente Euſta hio pro ſuperbia apud Comicum legitur, vnde Βρίνθιον vnguentum celebre: & verbum Βρενθύεσθαι, quod eſt κατὰ τρυφὴν ἀλαζονικῶς, ſuperbè, & procaciter ſe gerere. Proximã huic vocem Germanicam, & eiuſdem ferè eſſe ſignificationis prangen, ait Ornithologus, & ſignificare ſuperbire, & aliquam nobilitatis oſtentationem vultu, ac geſtibus ad id compoſitis præſeferre. Quod modò ad auis formam attinet, ego quam pro Brentho Ariſtotelis dem, in præſentiarum non habeo, quòd nulla eius ab eo tradatur nota, quæ nos in cognitionem auis deducat.

Βρενθὸς quid.

Βρίνθος pro ſuperbia.

DE

DE COLYMBO, ET COLYMBIDE, vel Vrinatrice in Genere. Item de Thracibus, & Dytinis. Cap. LI.

SYNONYMA.

EST profectò auium aquaticarum scientia densissimis tenebris ob allatas sæpe rationes obruta, inter quas hæc quoque nomina Colymbis, Colymbas, & Colymbus apud authores leguntur. Ego synonyma hæc existimo, nisi fortè Colymbis genus quoddam Colymborum minus denotet, quemadmodum eius forma diminutiua innuere videtur. Apud Aristotelem etiam Colymbis legitur, sed corruptè. Hermolaus rectè quidem Colymbos, & Colymbades ab vrinandi voluptate appellari ait. Verùm Athenæus, ex quo etymum excerpsit, non Colymbos, neq; Colymbadas, vt ille vertit, sed Colymbida bis nominat, vtrobique adijciens paruam: Græci, inquit, verba Νήχεσθαι, & Κολυμβᾶν deriuarunt ἀπὸ τῆς Νήττης καὶ Κολυμβάδος. Significat autem Κολυμβᾶν, vt notat Etymologus, natare, & pro eo Dores significantius dicunt κολυμπᾶν ἀπὸ τοῦ κολυς φαίνεσθαι τοὺς ἐνύδρους, ideſt, quòd natantium in aquis corpora mutila, & non integra appareant. Alibi idem Athenæus Νήττης καὶ Κολυμβάδος, inquit, ideſt, Anatis, & vrinatricis Callimachus meminit in libro de auibus: item Aristophanes in Acharnensibus pariter nominans κηκυγὰς, φαλαρίδας, Τροχίλους, Κολυμβίδας (cùm acuto in penultima) Gaza apud Aristotelem pro Colymbide transtulit Vrinatricem, vt scilicet nominis vim exprimeret. Quod enim Græci κολυμβᾶν, id Latini vrinari, vel etiam vrinare, vel inurinare dicunt, hoc est, in aquam mergi, & natando rursus emergere. Plinius, *a Eadem est causa*, inquit, *quia sub aqua diù natat, & obscænamentur.* Hinc vrinator dictus, qui sub aqua natat. Callistratus Iureconsultus ad legem Clodiam vrinatores appellat eos, qui merces è mari extrahunt, naufragij leuandi gratia iactatas: vt ex hoc Liuij potissimum patet, dum ait. *b Sed in rem emendabilem vitus lapsus esse, quod per vrinatores omne fermè extractum est, &c.* Sipontinus id verbum derivat ab vruo, hoc est, à curuatura aratri, quòd eam vrinantes imitari videantur. Alij ab vrna, qua aquam è puteo, aut flumine hauimus: quæ, vt aquam capiat, primùm immergitur, deinde extrahitur. Longè aliter Ornithologus, Quæ verò, inquit, huius vocis (vrinare) origo sit, non memini hactenus legere: quare coniecturam meam adscribere non grauabor. Vrinatorem Græci ἀρυτῆρα vocant, ὁ δ' ἀρυτηρίσκος καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ πήδημα, Homerus Iliad. μ. vbi Scholia ἀρυτῆρι interpretantur κυβιστητῇ δύσει, id est, vrinatori: nam hi quoque in caput seipsos proijciunt, quemadmodum arnes, ideſt, agni petulei, & lasciui in caput saltare, & quasi aerem cornibus impetere solent. Aut igitur Latini ab hac voce Græca dixerunt: aut ab Vria auc vrinatrice, de qua nunc scribimus.

Etymum.

Vrinatricis etymum.

Vrinari quid al. 11. cap. 37.

Vrinator quis. b Dec. 4. l. 5.

GENERA. DIFFERENTIÆ. FORMA. Descriptio.

ATHENÆVS Colymbida bis nominat, vtrobique adijciens, vt dixi, paruam: quasi Columbum alium maiorem esse insinuet. Niphus tradit Vrinatrices aues, quæ natando in aquâ demerguntur, & rursus emergunt, esse innumeras & magnas, & paruas, inter quas, inquit, Gainæ, & id genus sunt. Aristoteles vrinatricis vnum tãtùm genus, inquit, cõmemorat: ego tamen tria Vrinatricum genera vidi. Horum primũ totum nigrum est, si cirrum, quem in capite gerit, excèperis, Mergo, quo tamen triplo minor est, cætera, quòd ad corporis attinet effigiem, non dissimile est: & hoc genus nautæ nostrates Lounam nominant, alij Doukeram (Angli, inquit Ornithologus à Louker, Germani ein Sucher: sed alibi Mergum quoque Germanicè Sucher interpretatur, Anglicè Cormorant) Secundum genus Turdo non maius est, Anati colore, & corporis effigie simile: & hoc Angli mediam vri-

Gainæ. Primi vrinatricis generis Turneri descriptio. Louna. Dokera.

natricem

Secũdi generis eiusdẽ descriptio.

Tertij generis eiusdẽ descriptio.

Cuoli.

Cootæ descriptio.

Auis Sucher dicta descriptio.

natricem nuncupant. Tertium genus adeo nuper ab ouo excluſum refert Anſerculum, vt niſi roſtrum huius paulò tenuius eſſet, agrè alteram ab altero diſcerneres. Non enim pennas, ſed lanuginem quandam (quod ſuprà de Puffino Anglorum ſcriptum eſt) earum loco obtinet. Hæc ille. Sed de hoc tertio genere nos infrà pluribus agemus. Ornithologus aliquarum auium meminit, quæ ad Vrinatrices referri poſſunt, inter quas Coote dictum apud Anglos auem eſſe audiſſe ſe addit, in fluuijs, ac ſtagnis, quæ ſubinde ad fundum vſque vrinetur, & non piſcibus tantũ, ſed alga, limo gramine, paruiſq; cochleis victitet. Forma, & colore Fulicæ ſimilem, paulo minorem: in cuius roſtro paruum tuberculum rubeum emineat. Ad volandum ineptam eſſe: quare vulgò ferri, non poſſe illam diutiùs volare, quàm pedis cauo arreptam (prius quàm volet) aquam retineat. Idem Ornithologus auem, quæ Sucher appellatur, in lacubus Heluetiæ & Acronio minorem Columba eſſe tradit ex aliorum relatu, fuſcam, & latiuſculo roſtro, quam eandem putat eum ea, quam Albertus Mergulum nigrum vocat. Alia quoq; vrinatricum, ſeu Colymborum genera deſcribit, de quibus infrà pluribus agentur. Quod modò ſupereſt. Hermolaus ex Athenæo Colymbos, & Colymbades inter omnes aquaticas aues minimas, atri, & ſordidi coloris eſſe tradit, acuto roſtro. Sed Athenæus, vt iam diximus, non Colymbos, aut Colymbadas, ſed Colymbida nominat. Phaſcades dictæ, inquit idem Athenæus maiores ſunt, quàm paruæ Colymbides, cæterò Anatibus ſimiles.

LOCVS. NIDVS. CAPIENDI Ratio.

a Ixeut. li. 2.

b Ixeut. li. 3.

Quomodo capiantur.

VRINATRIX *auis*, inquit Ariſtoteles, interprete Gaza, *ex aqua ſibi cibum emoliturCircalacus, & annes verſatur, & palmipedum numerò, ſed foras parit.* Oppianus paulò ſuſius de his auibus ſcribens ait: *a* Κόλυμβοι *ſemper natant, & quidem, aut cibi gratia ſe continentem exeunt; ne noctu quidem, neque tempeſtatis metu, aut frigoris, ſed partus tempore. Venti aduerſi natant, ne eliorum vn aliquando inuiti in terram extrudantur, quod Thraces etiam, & Dymi faciunt.* Quomodo autem capiantur idem alibi docet, dum ait. *b* Quanquam autem tria hæc auium aquaticarum genera omni tempore natare ſoleant, non tamen effugiunt venatores, qui cùm tranquillum eſt mare, nauiculam ingreſſi, aliquouſque nauigant, quatenus aues remigij ſtrepitu non terrentur. Tum is, qui rete fert, puppi inſiſtit, alter verò proræ, paulatim nauiculam promouens, qui & lucernam in teſta gerit (alius fortè tertius hoc facit, aut idem, qui rete gerit) quam auibus oſtendit, cùm iam prope tuerint, Aues ſtellam videre ſe putantes, nauiculam propius accedere patiuntur. Tum auceps lucerna in naui occultata, ne aues dolum intelligant, rete extenſum eis injcit. Ornithologus quoque Colymborum genera in agro Tigurino circa medium Auguſti menſis plerunque, lacu Gryphio dicto rctibus magna copia publicè capi aſſerit: & idem illum, inquit, vocant Tauolæ Den Tucchel Tag. Eo enim tempore volare omnino non poſſunt propter pennarum mutationem. Merguntur quidem ſemper celerrimè, vt auditum etiam bombardæ ictum effugiant.

VSVS IN CIBIS.

DE vſu harum auium in cibis, nihil habeo, quod hic referam, niſi quod Athenæus eas numerat inter lautitias Bœotorum, ſed nunquid lautæ ſint, neſcio: laudandas tamen eſſe non puto.

DE

DE COLYMBIS MAIORIBVS. Cap. LII.

MERGORVM genus, inquit idem Ornithologus, cui rostrum angustum est, & in acutum desinit, Anate vel maius, vel par, nostri Succhel vocant, vnius scilicet litteræ mutatione à Mergo, quem vocant Sucher. Inuenitur in nostro lacu, & vicinis quibusdam, & Lemano, seu Geneuensi. Is, quem in Lemano captum vidi paulò minor Anſere erat, collo oblongo, rostro duos digitos longo cum dimidio, angusto, & in mucronem desinente: dorso nigro, collo inferiore, & ventre albo, plumis ferè niueis. Digiti pedum terni, lati adhærentibus membranis, sed aliquousque diuisi, non vt in cæteris aquaticis coniuncti. Venetijs hanc, aut simillimam auem Spergam vocant (quasi Smergam nimirum; nam & Mergi vulgò illic Smergi dicuntur) rostro, & pedibus, vt dixi, colore è fusco nigricante, collo ferè castaneæ colore, &c. Idem, aut cõgener est, qui olim Ferraria ad me fuit delatus, qui tamen, quod fortè iunior esset, non erat ea magnitudine quam suo attribuit Ornithologus. Rostrum duos fermè digitos longitudine æquat, angustum, & in mucronem desinens, caput paruum, collum oblongum, & angustum: gula, pectus, venterq; subalbicant: in reliquo corpore color castaneæ variat: nam in dorso valde obscurus est, in alis valde dilutus: in capite, & rostro mediocritatem seruat. Capiti maculæ insunt subalbicantes. Pedes eadem sunt constitutione qua tradit Ornithologus. Posticis digitis non omnino destituitur, sed adeo breues sunt, vt fortè digiti appellari non debeant. Bellonius Colymbos in maiores, & minores non distinguit, sed pro Colymbo, seu, vt ipse loquitur Colymbite nobis Mergi genus obtrudit, quod in Gallia Cotee appellatur. Cùm autem, vt alibi fuit annotatum, rostro sit lato, quod Colymbo Athenæus acatum tribuit, iuremerito Querquedula potius cristata dici possit. Ornithologus præter iam descriptum Colymbi maioris genus, secundũ in regione sua inueniri scribit, cætera quidem similime, sed cristatum plumis circa verticem, & collũ supremũ eminentibus, superius nigris, ad latera ruffis, instar pilorum vulpis. Vngues omnibus in hoc genere latiusculi, præsertim medius, non vt in cæteris auibus omnibus teretes, & in mucronem attenuantur: vt non solus homo, inquit, sicut Plato definitioni contra cauillantem Diogenem addebat, πλατυόνυχος dici debeat. Crura etiam omnibus iuxta anum ferè retrorsum porrigi, nationi potius, quàm ingressui apta, femoribus in ventre conditis. Quamobrem in terram si quando ingrediantur, facilè capi propter incommodum ingressum. Vidisse se in vno aliquando inæqualem tibiarum situ, altera antrorsum, altera retrorsum porrecta. Quosdam eas nunquam in terram egredi putare, & in ipsa aqua (in arundinibus nimirum) nidificare. Alta voce clamare, piscículis viuere. Appellari circa lacum Verbanũ Iurar, à Sabaudis Loere: quo nomine etiam pigram, & segnem mulierem vocant à nota huius auis ad incessum tarditate. Cùm autem Mergi, vt scribit author de natura rerum, contra omne genus auium pedes habeant in cauda, ita vt cùm in terra stant, gestu pectoris sicut homo eriganter, conuenire hunc pedum situm, & corporis constitutionem, præsenti Mergorum generi, magis, quàm vlli cæterorũ, nisi forte Carboni etiam aquatico conueniat. Huiusmodi autem Mergi genus cristatum cornutum appellari vult; in vniuersum verò Colymbum maiorem, siue cristatum, siue absq; crista fuerit, quòd vt Colymbis parua (de qua infra) minima ferè in volucrum aquaticarum genere, perpetuò in aquis natet, rostro similiter angusto, & acuto. Quod si, inquit, cui etiam Vriam maiorem appellare libuerit, non repugnabo; quoniam & rostri figura conuenit, & vrinandi consuetudo. Sic ille. Bellonius, ni fallor, hoc secundum genus sub Vriæ simpliciter dictæ nomine describit, & grand Plongeon de riuiere Gallicè appellãt. Natura, inquit, benigna, & sagax, quæ vt nihil omisit, quod ad iustam membrorum in animalibus perfectionem pertinere posset, sic etiã in huius Mergi corporis fabrica in primis admirandam se præbuit. Quemadmodum etenim apodibus dictis, quòd assiduè & sine intermissione cibi indagandi gratia per aëra volitantibus progredi non esset necesse, pedes eis non dedit. Ita etiam hic Mergus, cùm perpetuò in auis degat, membris egebat, quæ in aquis, non in terra illi essent accõmoda. Sicut enim apos, si in terram ceciderit sese in aërem tollere nequit, sic etiam hic Mergus in terra positus, ablata omnici vel in aerem se eleuandi, vel in aquã mergendi facultate, nullo negocio manibus capitur. Femora enim ad incessum inepta habet, nam intus latent, ac conduntur in corpore. Crura quoque eius retrorsum exten-

10 *Succhel.*

Colymbi maioris descriptio.

Authoris descriptio.

20

Colymbi maioris secundi descriptio.

30

Iurar. Loere.

40

Vriæ Bellonij descriptio.

50

Vlyſsis Aldrouandi

Colymbus maior cum Menianthe paluſtri Theoph.



extenduntur post vropygium. Et si fortè sese in pedes erigat, rectus incedit, secus quàm aliæ aues. Pedes vndequaque Fulicæ similes, fissi scilicet, & lati, & ternis tantùm digitis: vngues lati. Anatem æquat ferè magnitudine: dorso nigricat, ventre albicat. Alæ contractæ nihil candidi præseferunt, explicatæ in inferna parte albæ vbique sunt, superna verò duobus in locis tantùm. Voce est horrida, sed ad sui tutelam vtili. Rostrum longum, rubicundum, ac serratum. Cristam habere videtur: nam cum nigro sit vertice, plumæ oblongæ ab occipitio pendent, quas cùm excandescit, aut exhilaratur, attollit, demittitq; Inferioris maxillæ inferna pars candida est. In principio vertebrarum colli plumas vtrinque habet oblongas, fuscas, quæ non paucam ei venustatem conciliant. Pluma cuti adhærens vt in reliquo Mergorum genere, lanuginosa admodum est. Mergi plerunque cauda carent, & alas habent pro corporis portione exiguas. Quod ad carnis gratiam attinet, omnes sylvestre quid, & ferinum sapiunt. Habitum corporis ex subiecta icone contemplari licet. Notæ quibus ad nomen antiquum indagandum vti possumus satis indicant antiquorum Vriam, vel Ouriam esse. Hæc Bellonius. Quos ego depinxi (depinxi autem duos) ab Ornithologi, & Bellonij descriptione non differunt multùm: Horum alterum, quem priori loco exhibeo, olim sic descripsi. Rostri vtraque mandibula, qua capiti coniungitur, croceo colore tingitur. Caput in vertice nigrum, inferiùs cinereum, qui colores prope oculorum, qui flaui sunt, finem coniunguntur. Ab occipitio demittuntur cirri nigri. Ceruix quoque nigra: quod reliquum est in collo inter ferrugineum, & roseum ambigit. Pectus, venterque ex cinereo albicant: dorsum, & alæ nigræ sunt, sed harum costæ, & extremitates albicant. Cauda prorsus nulla: vropygium ex cinereo nigricat. Femorum, crurum, pedum, & vnguium constitutio eadem prorsus, quam diximus ex Ornithologo, & Bellonio. Qui post hunc exhibetur, magnitudine est aliquantò minor, sed rostro crassiori, & longiori, & ad ferrugineum accedente. Capite secundo Ornithologi generi videtur similis: nam cristatus, cornutusq; est, plumis circa verticem, & collum supernum & eminentibus, superiùs nigris, ad latera ruffis. Præterea macula alba, cui nonnihil ruffi sit admixtum oculos vtrinque ambit. Collum non adeo, vt in superiore longum: ceruix partim subnigra, partim etiam nonnihil ruffi præsefert. Pectus, & venter eodem ferè sunt colore, quo macula, quam oculos ambire diximus, nimirum albo cum admixto ruffo. In dorso aliquot plumulæ lanuginosæ cinereæ, & subruffæ nigricantibus permiscentur. Alæ, quàm in superiori proportione longiores, costis, & omnibus ferè remigibus pennis subcandidis, cætera coloris fumidi. Crura non tam vt in priore retrorsum situantur, cæterò ferè similia. Ornithologus aliarum auium meminit, quæ cum dictis sunt eadem, vel saltem congeneres, cuius hic verba ascribam. Colymbi maioris cornuti, inquit, vidi etiam alterum genus, plumis, quæ circa caput eminent, minus ruffis, albóq; permixtis, breuioribus, collo circiter duos palmos longo, &c. In Acronio lacu auem quandam nunc dictis congenerem, sed Ansere maiorem, rarò capi audio, Fluder appellatam, nimirum ab inepto eius per aquæ superficiem motu, cum neque volare possit rectè, neque ingredi commodè, nisi simul pedibus, aliſque natatur, vt cæteri etiam Colymbi, propter cura retrorsum versa; rostrum ei oblongum esse, angustum, acutum. Vocem altam sui cuiusdam generis edere. Vrinari quàm profundissimè, ita vt orgiarum viginti spacio quandoque sub aqua capiatur, reti videlicet, aut mucrone ferreo, cui infixus piscis fuerit; singulas duabus drachmis, & dimidia argenti ferè venire. Hanc ego Colymbum maximum appellauerim. Hæc ille.

Vox.

Colymbi maioris cristati Authoris descriptio.

Colymbi alius maioris cristati, & cornuti descriptio Authoris.

Colymbi maioris cornuti aliud genus Anas Fluder dicta descriptio.

Colymbus maximus.

Colymbus maior criſtatus cum Pſeudoacoro.



Colymbus maior cristatus alter, cum Lenticula marina serratis foliis.



DE COLYMBIS MINORIBVS. Cap. LII.

INTER Colymborum, quæ ſuprà recenſuimus varia genera, aliquot quoque parua deſcripſimus: quare cum pauca admodum de ipſis reſtent, in præſentiarum de vno tantùm ſermo habebitur, quod inter reliqua pulchrius, & præſtantius eſt, & dignum, vt de ipſo ſeparatim agatur. Hoc Ferrariç Trapazarola vocatur, alibi Arzauola, circa Verbanũ lacum Piombin, ideſt, Plumbina (quod nomen Iſpidæ aui melius attribuitur, quam Ornithologus maximè congenerem eſſe credit Colymbidi minori, vel Vriæ Athenæi: putat enim Colymbidem, ideſt, Colymbum minorem, & Vriam magnitudine tantùm differre) Heluetijs, teſte eodem, Succhelin, diminutiua voce à Succhel, ideſt, Colymbo maiore, aliquibus Hurchele, nonnullis item Suchentle, ſed minus propriè: nam cum roſtrum, inquit, ei anguſtum ſit, non debet ab Anate denominari. Habet & alia Germanica nomina de eadem aue: nempe Ruchen, vel Ruggelen, Tuchterli, Pfurtzi apud Heluetios, & Raferentle apud Suenos, aut Rhœtos quoſdam, quaſi Anaticulas Scarabæorum dicas, quos fortè perſequuntur. Galli, ni fallor, vn Caſtagneuz nominant. Angli, vt ſe audiuiſſe refert Ornithologus, Dob Chekin, hoc eſt, Mergum pullum à paruitate; Hollandi Aerſuoet; eò quòd podici pedes ſint adiuncti: Luſitani Adem, vel Gathiras. Quod modò ad auis huius formam attinet, magnitudine tantùm à Colymbo maiore differt. Eſt enim longè minor; & criſtam, iubamùe non habet. Ornithologus eam exactiſſimè ſic deſcribit: Magnitudo ei ferè Columbæ, roſtrum tanquam Turdi, aut Merulæ. Digiti pedum lati, adhærentibus membranis fuſcis, non continuis tamen, ſed trifariam diſſectis, vt in Colymbo maiore quoque: unguibus ſimiliter latiuſculis; pectoris, & ventris plumæ argenteæ ſunt, ſed in imo ventre coloris fuſci. Roſtrum ſuperiùs nigricat, vtrinque rubet. Inferior roſtri pars ferè tota rubet ſanguineo colore. Capitis, colli, ventriſq; plumæ fuſcæ ſunt, admixto perpauco ruffo. Alæ nigricant. Habent tamen etiam albentes pennas, ſed non ſine fuſcis maculis. Supina alarum pars, vt venter albet. Collum vtrinque ruffum eſt: & in ſupina quoque parte, ſed remiſſius. Capitis ſupina pars alba eſt. Ad dorſi extremi latera partim ruffæ, partim nigrantes pennulæ habentur. Cauda nulla. Pupillam nigram circulus ambit ſpadicis coloris obſcuri, ſi bene me memini. Odor quidem grauis, ſed in cibo commendatur, carne ferè teneriore, pinguioreq; quam cæteræ palmipedes. Multa tenuia officula in femoribus habent ab vna tantum parte, circa articulum agglutinata, dimidia oſſis femoris longitudine. In diſſectis imam gulæ partem amplam, & capacem reperi: in ventriculo piſces concoctos, & lapillos. Pedibus incedere non queunt, niſi pariter etiam alijs nitantur. Primæ inter palmipedes feras ad vrbem noſtram in lacu, vt audio, aduenium. Hæc ille. Et rurſus ex alio Germano. His ita perſcriptis, inquit, eiuſdem auis deſcriptionem à quodam Germano accepi huiuſmodi: Mergulus ein Mirgigeln roſtro acuto eſt, quale Turdorum, corpus nigrum, gula excepta, quæ in mare rubra, in fœmella eſt candida. Venter in nigro, alboq; maculoſus. Pennæ alarum nigræ, & cæſiæ, ſiue glaucæ, & albo conſpertæ. Pedes fiſſi, nec acutis vnguibus incurui, ſed planis recti: & adeo rectà extantes, vt in tergum queat reijcere. Crura plumis denſiſſimis veſtita. Quatuor igitur ab alijs inſignes differentias habet. Roſtri, vt dixi, quod acuminatur, non hebeſcit: alarum, quæ ſunt breuiſſimæ, pedum, qui à cæteris fiſſione aliquantulum: digitorum autem latitudine, & rectitudine vnguium planè ſunt differentes. Caudæ denique, quæ teres eſt, & vix articuli longitudine. Hæc auis ob alarum breuitatem ſalit potiùs, quam volat: neque innatare aquis, ſed globi inſtar inuolui videtur. Hæc ille. Dein aliam congenerem deſcribit, cuius deſcriptionem præterire nolim. Vidi etiam, inquit, alterum genus aliquantò maius, & nigrius per caput ſcilicet, collum, & dorſum: roſtro etiam nigro, ventre albo; circa clunes, & femora pennis quibuſdam albis, alijs ruffis. Ad latera etiam capitis poſt oculos vtrinque ruffi, paucis. Circulo in oculis pulchro, & croceo: genas etiam linea eiuſdem coloris ambiente. Longitudine à roſtro ad extremos pedes extenſos retrò dodrantum duorum, ſi bene memini. Hoc mihi Turca quidam Karabatak vocabat. Merguli nigri Albertus meminit,

Succhelin. Hurchele.

Caſtagneuz Dob Chekin. Aerſuoet. Adem.

Deſcriptio.

Carnis qualitas.

Quo tempore in Heluetiam aduenirent.

Deſcriptio altera.

Colymbi minoris alius deſcriptio.

nit, haud scio, hanc ne, an diuersam auem intelligens. Sunt ex hoc genere Mergulorum alij dorso fusco, alij ad ruffum inclinante: & alis alij nigris, alij non item, &c. Puffinum apud Anglos dictum audio huic generi non dissimilem esse, cum alias, tum quòd plumas instar lanuginis potiùs, quàm pennas habeat, id quod quidam Anglus de tertio vrinatricis genere scribit, quod Anserculum nuper ouo exclusum, inquit, adeo refert, vt nisi rostrum huius paulò esset tenuius, ægrè alterum ab altero discerneres. Hæc omnia Ornithologus. Tertium vrinatricum illiusdem Angli genus idem esse conijcio cum eo, quod Bellonius sub Mergi minimi fluuiatilis nomine describit, & Gallicè Castagneux, vel zoucet appellari ait. De quo hæc ferè memoriæ prodidit: Mergus hic exiguus, & Fulica inter aues pedes fissos habentes, aquis innatat. Nomen Gallicum Plongeon omnibus vrinatricibus auibus commune, & quæ cùm aliquandiù sub aqua fuerint, aeris hauriendi gratia emergunt. Auis hæc adeo aquæ familiaris est, vt ei per terram gradi posse natura negarit propter femora ita in ventre recondita, vt nullo modo appareant, & crura, quæ extrorsum protenduntur, vt omnino' elumbis censeri possit. Alas pro corporis portione exiguas habet, caudam nullam, nullumq; vropygium. Plumis vestitur adeo imperfectis, & lanuginosis, vt Anseris pullum dicas recens excluſum, magnitudine est paruæ Querquedulæ (d'vne petite Sarcelle) colore castaneæ: vnde ei Castagneux nomen inditum fuisse quis haud ineptè conijciat. Et quia natandi peritia adeo excellit, natura ad hoc idoneo destitui noluit instrumento: pedes etenim membrana coniunctos non habet, sed digitos ab inuicem separatos, latos tamen, vt Fulica: posticum etiam digitum, vt cæteros latum obtinet: crura verò parte posteriori serræ duplicis instar crenata. Colore sub ventre est lacteo, quanuis & aliud genus, reperiatur coloris murini. Rostrum illi rotundum, exiguum, ac rubicundum, aliquantò preuiùs, quàm Fulicæ. Vix se alis ex aqua potest attollere: si tamen eleuetur, volatum longo temporis spacio continuat. Quod si vbi pauca aqua est deprehendi contingat, sese in aërem eleuare nequit, à pueris q; lapidibus petitur, adeoq; defatigatur, vt manibus capi possit, vel virgis viſco illitis. In aquis salsis, & dulcibus sine discrimine degit. Quocunque anni tempore capiatur, atque comedatur, ferini nescio quid resipit: licet hyberno tempore admodum sit pinguis: quo etiam tempore maiori numero apparet. Et cùm perpetuò in aquis degat, natura eam aduersus frigoris iniuriam plumis mollibus, densisque munuit. Si quis illius dissecet ventriculum omni piscium genere refertum inueniet. In mari etenim piscibus victitat, quos nostrates Cheurettes vocant, Crado, aut Meletes, Espelans, in fluminibus Cancellis, alijsq; paruulis piscibus, sed nonnisi viuis. Inuitus autem, & nonnisi in alterius cibi inopia herbarum seminibus. Iecur ei admodum tenellum. Intestina, à cæterarum auium intestinis diuersa, valde gracilia, ac tenuia. Prope terram nidificat in cespite aliquo palustri, qui in loco sit edito, sed non inuentu facilis. Hæc omnia Bellonius. Cui aui congenerem hanc existimo, quam ad me olim allatam hìc expressam exhibeo. Plumis lanuginosis vestitur, qualibus pullus Anseris recens excluſus, quem etiam alias aliquo modo refert. Color castaneæ in toto ferè corpore: sed in gutture, pectore, & ventre, necnon & rostro cinereus etiam ammiscetur. Rostri figura, quauis in Turdis, Merulisùe. Vropygium nullum, cauda nulla. Crura, pedesq; qualia suæ attribuit Bellonius, sed postici digiti non tam lati. Pictoris autem incuria factum est, vt pedes minus retrouergere videantur. Ex hoc quoq; genere est, cuius icon postremo exhibetur loco. Merulæ & magnitudine, & rostro similis: color vbique subniger, nisi in capite, vbi ab latera vtrinque maculam habet rubeam: pectus, venterq; ex cinereo ad fuscum tendunt. Digiti lati crassiq;, sed posticos non habet.

Plongeon quibus auibus accommodetur.

Volatus.

Vbi degat.

Quibus victitet.

Vbi nidificet.


Autoris descriptio.

Auis cõgeneris descriptio.

Colymbus minor Bellonij, vel ſaltem ſimillima auis.



Colymbi minoris aliud genus.



DE VRIA. Cap. LIII.

NVLLAM à veteribus peculiarem habemus notam, qua eiuſmodi nominis auis nota fiat. Athenæus tamen τῷ χρώματι, inquit, ῥυσαροκίραμος (ὑποκίραμος Euſtath.) ἐστι, τὸ δὲ ῥύγχος μακρότητι (fortè μικρὸν Vuottonus, ſed Euſtathius etiam μακρὸν habet) καὶ τοῦτ' ἔχει. Ex eo Hermolaus, Vria dicta inquit, non multò minor eſt Anate, roſtro longiore, ac tenui, colore ſordido figlinæ (figlino Vuottonus. Inter recentiores Germani quidam, Vrias plus cæteris Anatibus feris nigricare tradunt: interpretantur autem Merentem, hoc eſt, Anates aquaticas. Ornithologus Vrias, & Colymbibes colore, & magnitudine tantùm differre putat, & eas eſſe quas Germani appellant Succhelle, de quibus ſupra egimus. Quod autem ad etymologiam Vriæ attinet, videri poſſe non origine Græca eſſe, ſed ab vrinati verbo Latino deriuatam. De Vria Bellonij dictum eſt in capite præcedenti.

Vriæ etymum.

DE PHALARIDE. Cap. LIV.
SYNONYMA. DESCRIPTIO.

PHALARIS proparoxitonum ſcribitur apud Athenęum, apud alios φαλαρίς, aut φαλαρὶς oxytonum. Apud Plinium, & alios Phalerides legimus, apud Varronem verò Phalarides: qui cùm de Anatibus ſcripſiſſet, ſtatim ſubdit: *Sunt item non diſſimilia alia genera, vt Querquedulæ, Phalarides.* Ariſtophanis [a] Scholiaſtes à Phaleride nomen hoc deducere videtur: vbi etenim Ariſtophanes Ἀτταγᾶς, φαλαρίδας inter Bœotorum delicias nominat, ipſe Phalarides genus auium interpretatur, quæ ſecundum quoſdam in Phaleride naſcantur: quod & Varinus repetit. Eſt autem Phaleris, vel Phaleros portus Athenis celeber, à quo Demetrio Phalereo cognomen. Aggregator Phalaridem auem apud Kiranidem Folega, ideſt, Fulicam non ineptè interpretatur; ac fieri poteſt, vt Phalaris Græcè à macula illa alba nominata primùm ſit. φαλὸν enim album, & ſplendidum ſignificat, vnde & phaleræ dictæ. Sed Kirandis Phalaris meo iudicio ab aliorum veterum Græcorum Phalaride diuerſa eſt: quanquam Ornithologus auem, quæ vulgò Folega Italis dicitur veterum Phalaridem eſſe putet. Bellonius pro Phalaride Mergum varium maiorem Piette Gallicè dictum deſcribit, de quo infrà: ſeque coniecturis quibuſdam ait cognouiſſe, hunc eſſe veterum Phalaridem Germanicè Muttuogel Reck interpretantur, hac appoſita deſcriptiuncula: Phalaris Anatũ ſyluęſtrium fœmellarum colore, qui entephros (ſubcinereus) eſt, conſpicitur, roſtro anguſto, & oblongo, rotundo capite, Germanicè Muttuogel, Reck. Cùm itaque auem nullam habeam, quam pro Phalaride exhibeam, aliorumq; etſi doctorum virorũ iudicium non ſatisfaciat, ea tantùm poſſum hìc exarare, quæ ab alijs prodita ſunt, vt qui hæc eſt lecturus, quem eorum malit, ſequatur. Quod autem à Kirandis Phalaride vetuſtiorum Phalaridem diuerſam putem, facit Ariſtophanes, Phalaridem enumerãs in delicijs Bœotorum, vnà cum Attagine, quam volucrem quanti feceris Græcorum, & Romanorum luxuria, nemo eſt, qui ignoret. Quare nec Mergus ille erit, quem nobis obtrudit Bellonius De Anate verò illa Germanorum, non habeo, quod iudicem. Eam enim non vidi. Scio interim Scholiaſtes Ariſtophanis Phalaridem pulchram vocare, cùm eorum Anas cinerea ſit. Nunc proſequamur, emandato prius quodam loco Athenæi. Scribit Ariſtoteles, eo citante, Paſſeres mares hyeme perire, fœminas ſuperare, coniecturam faciens è colore: mutari enim pro diuerſis anni partibus colorem Paſſerum, vt Merularum etiam, & Phalaridum, quæ aliquando albeſcunt. Sed Ariſtoteles de animalium hiſtoria libro octauo, capite vltimo, Merulas piſces, & Turdos, & Caridem (non Phalaridem) colorẽ mutare, vt & aues quaſdam ſcribit. Vere enim eas nigreſcere, poſt ver denuo albeſcere. Legendum itaq; apud Athenæum Caridum, non Phalaridum; & de piſcibus Ariſtoteles, non de auibus loquitur.

[a] In Adhar. Etymum.

Phaleris quid.

Muttuogel Reck auis dicta deſcriptio.

LOCVS.

LOCVS. VICTVS.

ARISTOTELI, citante Athenæo, Phalaris nominatur inter palmipedes, quæ circa lacus, & amnes versantur. Kiranides quoque eam in fluminibus, & stagnis inueniri tradit, sed hæc diuersa est, vt diximus. Aristophanis Scholiastes in Phaleride, qui est portus Athenis celeber, nasci refert, esseque auem palustrem, & pulchram. Quomodo autem inclusæ nutriantur alibi, cùm de Anate ageremus, ex Varrone, & Columella scripsimus.

AVCVPIVM.

Αἱ φαλαρίδες, inquit [a] Oppianus, *vt & aliæ amphibiæ volucres laqueis capiuntur, ad quos illiciuntur sparsis ad stagnorum, fluminumue margines, frugibus hordeo, siligine, aut milio.*

[a] Ixeut.

VSVS IN CIBIS.

ARISTOPHANES Ἀτταγᾶς, φαλαρίδας inter Bœotorum delicias nominat, Plinius in Seleucia Parthorum, & in Asia aquaticarum laudatissimas haberi tradit, & iam in Italia quoque. Sale olim condiri solitas huiusmodi aues colligitur ex Cleomene, qui referente Athenæo, in epistola sua ad Alexandrum, [a] *Phaleridas*, inquit, *sale condi-tas decies mille, Tyladum quinq; millia, chennia salsa decies mille.*

[1a] Acharn.

[a] Dispoos. lib. 9.

MYSTICA.

ARISTOPHANES ludens, & auium quasi apotheosin conscribens, [a] *Veneri*, inquit, *immolaturus, aut Phaleridi, triticum immolet.* Monet autem eo in loco Scholiastes Phaleridem auem esse palustrem, siue lacustrè & pulchram: hic verò iocosè eam Veneri immolari παρὰ τὸν φαλλὸν, hoc est, propter nominis allusionem ad membrũ virile. Eustathius tradit, Phaleridem auem sacram haberi veneri non modo propter Phallos, & ithyphallos, quos Comici introducunt, sed etiam propter album genituræ colorem: φάλιος enim albũ est.

[a] In auib.

Veneri cur Phaleris apud Aristophanem attribuatur.

DE CORVO AQVATICO. Cap. LV.

SYNONYMA.

INTER Mergos, quorum nomina Græca, aut Latina extare diximus, sequitur Aristotelis Κόραξ, quem Gaza Coruum aquaticum vertit. Dubitat Ornithologus, an Coruus aquaticus Aristotelis, & Phalacrocorax Græcorum posteriorum (nam apud illum hoc nomen non inuenitur) sint vna, eademque auis, in hanc suspicionem adductus, quòd scribat Plinius, Coruũ aquaticum naturaliter caluere, & inde nomen ei apud Græcos esse. Mihi diuersæ videtur. Aristoteles etenim tam insignem notam non erat taciturus, qualis est caluities, quæ Phalacrocoraci accidit. Vnde si Plinius pro Coruo aquatico Phalacrocoracem intelligit, necessarium est fateri, Coruum aquaticum Plinij ab eo, de quo loquitur Philosophus, esse diuersum: quapropter de illis, Coruo aquatico Aristotelis inquam, & Phalacrocorace, qui idem fortè cum Coruo aquatico Plinij fuerit, tanquam diuersis auibus agemus. Cum Coruo hoc palmipede idem fuerit, quem Auicenna vocat Coruum aquæ, idest, Mach[illegible]. Item Carbo aquaticus Alberti: qui alibi quoque ita Mergum magnum nigrum interpretatur,

Coruus aquaticus à Phalacrocorace differt.

...t, vbi inquit: *Aues palmipedes sunt, Mergus varius, & Mergus magnus niger, qui à quibusdam Carbo aquaticus vocatur.* Alibi Schalucheren, vel Scholucheren Coruũ aquaticum duobus in locis interpretatur, quem tamen ab hoc diuersum existimat Ornithologus: quòd Albertus rostrum ei serratum tribuat, pectus, & ventrem cinereum, quæ nostro Scarbo, inquit (aui, quam vulgò Scharb, & Netzescharb vocamus) non conueniunt: Vtrique tamen vt victus idẽ sic magnitudo, ni fallor, eadem tribuitur. Vtræque merguntur, & diù sub aquis manẽt. Vtræque in arboribus nidificant. Vtranque Cornum à colore dixeris: vt confundi eas aliquando mirum non sit. Audio & apud nos Scharbos dictos alios ventre albo esse, alios alterius coloris. Cætera similes Scharbi quidem nomen vel à Coruo factum conijcias, qui Italis Carbo, & Coruo dicitur; vel ab atro carbonis colore: nã vicini nobis Galli carbonem vocãt Scharbon, ipsi Charbon scribunt. In qua sententia etiam Albertus fuisse videtur, Carbonem aquaticum hanc auem nominans. Vel ab acumine marginum rostri eius. Nostri enim acutum dicunt Scarpff. Hæc ille: Qui hic auem Scharb dictam esse Aristotelis Coruum aquaticum credit: alibi anceps videtur, an hæc eadem auis Coruos aquaticus sit, an potius Gracculus palmipes eiusdem Philosophi. Ego pro Graculo palmipede alium Mergum dabo, cuius magnitudo magis cum Gracculis conuenit. Sed an Gracculus ille sit, non ausim omnino affirmare. *a* Albertus alibi Carbonem aquaticum alio nomine Carchatẽ, seu potius Catarrhactẽ appellare videtur, dum inquit: *Carchates ac genere est Mergorum, auis nigra, quæ submersa aquis continet spiritum ad spatium, quo homo velox potest ambulando geometricum miliare conficere. Piscibus multum nocet, & verax est.* Videtur autem eũdem Carbonem aquaticum insinuare, dum nigri coloris esse scribit, cùm Oppianus Catarrhacten albam faciat. Aristoteles nihil aliud de Catarrhacte scribit, quàm in mari victitare, & cùm se in altum immerserit, manere non minus temporis, quàm quo spatium transieris iugeri. Minorem esse Accipitre, gulatora ampla, & lata. Cæterùm in prædicti ex Aristotele loci interpretatione, Catarrhacten Albertus Latinè Mergum magnum interpretari scribit, nulla de colore eius facta mentione, quod nostram magis adauget suspicionem: nam alibi, vt suprà diximus, Mergum magnum nigrum Carbonem aquaticum transfert. Georgius Agricola Coruum aquaticum Germanicè ad verbum interpretatur Vvasserrabe. Quidam Anglus Ornithologi, & Alberti auem non Coruum aquaticum Aristotelis, sed Mergũ veteribus simpliciter dictum esse putat, & Germanicè ein Sucher vocat. (Sed alibi Vrinatricis primum genus Germanicè Sucher quoque interpretatur, Anglicè Doukera, vel Louna) Anglicè Cormorant, quo nomine Galli Phalacrocoracem appellant. Vuottonus denique Aristotelis Coruum aquaticum eundem esse suspicatur cum Cornice illa marina, quam Arrianus in Euxini Ponti nauigatione meminit. Mihi Ornithologi, & Alberti auis à descriptione Aristotelica non multum discrepare videtur. Est autem eadem, vel simillima saltem ea, quæ Mergon, vel Mergone Bononiæ dicitur, in alijs Italiæ locis Magun. Niphus & ipse Italus hunc Aristotelis Coruum aquaticum vulgò Coruum marinum dici scribit; sed hancnè, an aliam auem intelligat, ignoro. Allobroges quandam auem Corbeau crochereyz vocant ab aduncitate; nam crochu Gallis aduncum significat, quod Scharbo Germanorum, siue Mergoni nostro conuenit, sed cum illam rostrũ ad instar Anatum habere dicant, Scharbus, siue Coruus aquaticus esse non potest, quare fortè Alberti Morfex fuerit.

Schalucheren auis dicta & Cornus aquaticus, id est Scarbus Germanorum, in quibus differant, & in quibus conueniant.

Scharbus vnde deriuatur.

a In epitome.

FORMA. DESCRIPTIO.

a Hist. lib. 7. cap. 3. Descriptio Aristotelis.

Authoris descriptio.

Ornithologi descriptio.


CORVI *aquatici*, inquit Philosophus, vt Gaza vertit (Græcè Κόραξ tantùm legitur) *a Magnitudo est, quanta Ciconiæ, sed crura breuiora: palmipes, natans sæpe, est, colore niger, insidet arboribus, & nidulatur in ijs hic vnus, ex hoc* (palmipedum) *genere.* Auis, quam in libris meis depictam nunc describo, rostro est longo, & in fine aduncо, colore in superna mandibulæ superioris parte nigro, in reliquis inter luteum, & rubrum ambigente. Prope rostrum in capitis principio macula candida vtrinque conspicitur. Alarum, & dorsi pennæ coloris castaneæ, quarum tamen oræ externæ nigræ sunt. Cætera tota auis etiam nigra. Ornithologus Scharbum suum sic describit. Scharbus, quem hæc dum conderem, manibus tractabam, longus erat dodrantes quatuor cum palmo à summo rostro ad extremam caudam extensus. Rostrum ei acutum, & peculiare, superiori parte instar Latinæ litteræ ſ inflexum, vnco ei descendente, piscibus attrahendis apto, sex digitos longum: idem superius nigricans, vtrinque albebat. Cutis inferiori rostro, & vtrinque sub oculis obtendebatur crocea. Plumæ ventris

albæ.


Coruus aquaticus cum plantagine aquatica minore.



Coruí aquatici arteriæ.



Corui aquatici ventriculi tunica.



albæ. Crura octo digitorũ longitudine: digiti pedum quaterni, nigri, amplis, nigrisq; membranis iuncti. Pennæ dorsi in ambitu colorem ex viridi, nigroq; mixtum præseferebant, per medium ex cinereo lucido, ac rutilo. Collum supinum plumæ partim albæ, partim nigricantes tegebãt. Capitis, colliq; prona parte color ex viridi, nigroq; permixtus mihi videbatur. Alæ ad sedecim digitorum longitudinem extendebantur, eodem colore, quo dorsum: nisi quod amplius subrussi coloris ex subruffo lucido, ac cinereo mixti. Hæc Ornithologus: qui licet diuersos aliquot colores assignet, quorum in nostro non meminerimus, non est tamen, quod hinc quis aues diuersas esse putet: nam eadem est penitus corporis vtrique forma, & præcipuè rostri, vt conferenti manifestum euadet. Aues autem eiusdem penitus speciei, colore pennarum euariare nemo nescit. Amplius fieri potest, vt pro sexus, ætatisq; differentia color quoq; variet. Atque sic testatur Ornithologus se Scharbum vidisse, cui in collo supremo, & in vertice multæ plumæ albæ inerant, & dubitat, senectutisne, an alia ratione. Præterea, vt idem ait, hæ aues totæ nigræ apparent, si quis tamẽ penitus inspiciat, colores deprehendet diuersos, nempe in alis nonnihil russi splendentis admistum, & in cæteris plerisque pennis aliquid subuiride. Quamobrem cùm auem descripserim ex pictura, in ea omnes forte colores non fuerint expressi, quos in ea viua, aut mortua Ornithologus obseruauit. Habuisti præterea iam quarundam internarum partium icones; quarum prima arteriæ asperæ partem supinam cum duobus pulmonis lobis denotat, secunda eiusdẽ asperæ arteriæ partem pronam: tertia tunicæ internæ ventriculi, cum pyloro effigies est, quarta, & vltima eiusdem ventriculi, tunicæ externæ pariter cum pyloro.

NIDVS. VICTVS. LOCVS.

Vbi nidificet.

CORVVM aquaticum solum in palmipedum genere arboribus insidere, & nidulari ex Aristotele diximus. Quidam Anglus, qui sub Mergi nomine hanc auem intelligit, ait se obseruasse nidificare in arboribus, & saxis maritimis. Nam, inquit, in rupibus marinis iuxta ostium Tinæ fluuij Mergos nidulantes vidi, & in Northfolcia cum Arocis in excelsis arboribus. Qui in rupibus marinis nidificant, ex præda marina viuunt, qui verò in arboribus, amnes, lacus, & fluuios victus gratia petunt. Hæc ille. Tradit Ornithologus certum esse hanc auem longo spatio vrinari posse, sed frequentiùs alicubi insidentem palis præsertim, aut perticis aquæ fundo infixis pisces speculari. Additq; per autumnum ad lacus Heluetiæ aduentare. In magno frigore subinde alas extendere, pisces nantem sequi, & passim adnatare, quasi odore eius illectos. Georgius Agricola coruos aquaticos, ijs auibus annumerat, quæ hybernis temporibus se conferunt ad lacus, aut fluuios, qui frigore non congelant.

Ex quibus victitet.

PRÆSAGIA.

Magni frigoris præsagium.

CVM in Rheno, inquit Ornithologus, apud nos Scharbi apparent, signum aiunt esse magni frigoris, & periculum, ne vites frigore pereant. Memini tamen in lacu nostro etiam Septembri mense in fine alterius decadis aliquando captos, cælo quidem frigido.

VSVS IN MEDICINA.

Ad fouendũ ventriculum. Scharbi vẽtriculũ qui dicãtur habere.

PELLIFICES nonnulli, inquit idem, pellem eius (Scharbi) præparant, vt pro tegumento imponatur ventriculo, tanquam vim concoquendi promoueat: nam & auis ipsa validissimo ventriculo, & alimentum omne celeriter consumente esse creditur, vnde vulgò dicunt, de homine vorace, vel multi cibi, Scharbi ventriculum ei esse. Sic apud Aristophanem legimus Galli ventrem habere, qui omnia concoquit.

DE

DE PHALACROCORACE, siue Coruo Aquatico Plinij. Cap. LVI.

CORVVM aquaticum, cuius meminit Plinius, eundem cum Phalacrocorace esse, hoc manifesto conijcitur argumento, quòd naturaliter cum caluere dicat, indeque nomen ei apud Græcos esse: quod soli Phalacrocoraci cõuenit. Cæterũ quæ auis sit Phalacrocorax omnibus notum non est, & vix paucis. Ornithologus diuersas aues nominat, de quibus possit dubitari, nũquid hoc nomine debeant appellari: eius verba ascribam: In Burgundria, inquit, vocari audio auem quandam Crot pescherot, idest, Coruum piscatorem, cui pedes diuersi sint. Alter vnguibus vncis ad rapinã comparatus, alter palmipedes ad natandũ. Nã cùm piscem arripuit in aqua, nec facilè propter pondus euolare potest, piscem altero pede retinens, altero remigat vsq; ad ripam. Idem Angli de Aquilæ marinæ quodam genere narrant, quam Osprey appellant. Fulicæ genus duplex fecerim, alterum minus, apud nos commune per hyemem præsertim in lacubus, alba frontis macula insigne. Alterum maius, quod in Italia notum aiunt, & in arboribus nidificare, pisces magnos vorare, quod an Phalacrocorax, & Coruus aquaticus Aristotelis (nos Phalacrocoracem à Coruo aquatico Aristotelis distinximus) sit, nondum cõperi. Gelenius Phalacrocoracẽ Illiricè Lyska interpretatur: Sed Fulicam sic nominari Illirijs puto. Coruũ aquaticum Aristotelis Vuottonus suspicatur eandem esse cum Cornice marina, cuius in Ponti Euxini nauigatione Arrianus meminit, ab Æthyia eam distinguens: nam Hesychius, & Suidas distinguũt. Hæc ille. Sed nos qui vt Coruum aquaticum Plinij, & Phalacrocoracẽ idẽ esse consemus, à Coruo aquatico Aristotelis distinguentes, ita nullam auium, quas ille memorat, Phalacrocoracẽ esse existimamus. Quidam Anglus Aristotelis Coruum aquaticũ, & Plinij Phalacrocoracem, & Coruũ syluaticũ, de quo infra, easdem arbitratur, & Gracculum palmipedem: sed hanc eius opinionem esse erroneã, sicut etiam aliorum, qui idem censent, postmodũ ostendetur, cùm de Coruo syluatico agemus. Eliotæ multò minus est recipienda sententia, qui eã esse aut ẽ conijcit, quæ Anglis dicitur à Vuater Crovue, idest, Cornix aquatica, vel illa, quæ vulgò à Coote nominatur. Cormarant, seu Cormorant nominant quandã auem, quam nos Phalacrocoracem esse existimamus: atq; ita quoq; fortasse sentit quidam Gallus Phalacrocoracem Gallicè interpretans vng Corbeau d'eau, vng Cormorant, Corbeau, nisi fortè his nominibus Coruum aquaticum denotet, de quo suprà egimus: Bellonius partim nobiscum consentit, partim dissidet. Dissidet quidem, dum Gracculum palmipedem, Coruum aquaticum, & Cornicẽ marinam Aristoteli esse vult easdem aues, esseq; Phalacrocoracem. Conuenit verò dum simillimam auem cum ea, quam mihi à consanguineo meo ex Illyria missam Phalacrocoracẽ existimo, pro Phalacrocorace depingit. Hispani vocant Coruum caluum, Cueruo caluo, Græci vocabuli significatione expressa. Galli vt dictũ iam est, Cormorant, vel Cormorant. Sed hoc nomine alias quoque aues intelligere videntur. Nam refert Ornithologus, sibi à Gallo quodam narratum, Cormorants vulgò dictas aues esse latiusculo rostro, instar Anatum rostri: magnitudine inter Anatem, & Anserem ferè. Eodem nomine apud Anglos auis anguillas edit, quas integras deuorat, illæ mox per intestina rursus elabuntur, ita vt vel nouies aliquando auis vna eandem anguillam deuoret, priusquam retineat.

Crot Pescherot quæ auis.

Osprey quæ auis.

Fulicæ duplex genus. Lyska.

Cormorant nomẽ multis auibus commune.

FORMA. DESCRIPTIO.

PHalacrocorax, vt ex pictura ad me ex Illyrio missa conieci, capi est magnitudine, rostro longo, acuto, & rubescente. Capite toto ferè plumis nudo, & cute tecto, quæ carnem substantia, & colore æmulatur. Ex collo velut iubæ dependent, quales in Capis cernuntur. Pedes eiusdem sunt cum admixtis plumulis nonnullis aureis. Eandem ferè iconem exhibet Bellonius, nisi quod in ea iubæ nullæ in collo dependeant, & nostrum fissipedem, non palmipedem pictura repræsentet, quod pictoris incuria factum esse non dubito. Bellonij figura secundo loco ponitur.

Phalacrocorax ex Illyrio miſſus.



Phalacrocorax Bellonij.



LOCVS. VICTVS. AVCVPIVM.

CORVOS aquaticos, Georgius Agricola, hybernis temporibus ſe conferre ad lacus ait, aut fluuios, qui frigore non congelant. Sed an Phalacrocoracem intelligat, addubito. Plinius ſcribit per alpes etiam capi, Balearium inſularum peculiares. Bellonius de ſuo tradit, ſolum inter palmipedes, Fibro excepto, in arboribus ſedere, in ijſq; nidulari, è genere Mergorum eſſe, æquè in aqua marina, atq; dulci degere, magnum inferre damnum ſtagnis, quòd eorum piſces deuoret: dignum, & iucundum ſpectaculum ædere, cùm Anguillam mediocris magnitudinis ex aqua abreptam in aerem effert, & antequam deuoret diù cum illa colluctatur. Docet quoq; quomodo capiatur, his ferè verbis: Viri principes magnam ſæpe ex venatu harum volucrum voluptatem percipiunt, præcipuè apud Venetos. Cælum eligunt tranquillum, atq; nauiculis tribus exiguis, & leuibus, duobus, tribusue remigum ordinibus impoſitis in mari celerrimè adinſtar ſagittæ feruntur. Circumuentus hoc pacto Coruus aquaticus, nulla illi euolandi facultate conceſſa, opprimitur ab illis: ſimulac enim aqua caput exerit, globulis ex arca globaria emiſſis eum petunt, & demum ita defatigatum reddunt, vt manibus capi poſſit. Hæc Bellonius.

Quomodo capiatur.
Ordinis rati.
Vbi degat.
Vbi nidificet.

DE CORVO SYLVATICO. Cap. LVII.

ETSI huic aui, de qua nunc acturus ſum, hic locus minimè conueniat, vtpote quæ neq; palmipes, neq; aquatilis eſt, tamen quia ab aliquibus cũ Phalacrocorace cõfunditur, poſt Phalacrocoracem de illa agendum mihi eſt. De hac aũt nihil habeo, quod ſcribã, niſi quę memorię prodidit Ornithologus, à quo & iconem ſum mutatus. Auis, inquit, cuius hic effigies habetur, à noſtris nominatur vulgò Vvaldrapp. i. Coruus ſyluaticus, q̃ locis ſyluaticis, mõtanis, & deſertis degere ſolet: vbi in rupibus, aut turribus deſertis nidificat. Quare etiã Steinrapp.

Coruus ſyluaticus Ornithologi.



vocatur, & alibi (in Bauaria, & Stiria) ein Clauſzrapp, à petris, ſeu rupibus, & pylis (nam pylas, ideſt, anguſtias inter duos montes Germani clauſen appellant, hoc eſt loca clauſa) in quibus nidos ſtruit. Lotharingis, vt audio, Corneille de mer, ideſt, Cornix marina, quam & in iuglandibus aliquando nidificare ferunt: Sed fortè ea alia auis eſt. Circa lacũ Verbanum Coruus marinus dicitur. Alibi in Italia Coruus Syluaticus, vt in Iſtria circa promontorium Polæ; vbi homine per funem demiſſo per rupes nidis eximuntur, & inter menſarum delicias habentur, vt apud nos quoque in montium quorundam rupibus. Sic enim Fabarias thermas repertas aiunt, cùm auceps quidam per altiſſimas rupes propter has aues ſe demiſiſſet. *Vſus in cibis.*

Alibi in Italia Coruo Spilato (Spelato potiùs) ideſt, Coruus depilis, quoniam ſeneſcens calueſcat. Germanicè quidam nuper conficto à ſe ſono à vocis eius nomine Scheller vocabat. *Scheller.* Sunt qui Phalacrocoracem hanc auem interpretantur, quoniam magnitudine, & colore ferè Coruum refert: & calueſcit, vt vidi, cùm adultior eſt. Quidã Anglus Ariſtotelis Coruum aquaticum, & Plinij Phalacrocoracem, & Coruum Syluaticum noſtrum auem vnam eſſe arbitratur, tertium genus Gracculi. Coruus Syluaticus Heluetiorum, inquit, auis eſt corpore longo: alba in capite macula, & canuta ſi bene memini. Sed cum nos certò ſciamus, palmipedem non eſſe Coruum Syluaticum noſtrum, non poterit eſſe Coruus aquaticus Ariſtotelis, ſed neque Plinij, qui (vt diximus) Phalacrocoracem, ideſt, Coruum caluum eundem, & aquaticum facit. Noſter verò Syluaticus non eſt aquaticus, neque in aquis degit, ſed in pratis, & locis paluſtribus victum ſibi parat. Iam cùm Ariſtoteles tertiũ Gracculi genus palmipes faciat, id quoque Coruus Syluaticus noſter eſſe non poteſt. Auis, quam prius Hæmatopodem eſſe putabam, inquit Bellonius, nunc potiùs Ibin nigram eſſe conijcio: cuius Herodotus, & Ariſtoteles meminerunt. Ea corporis mole auem à Gallis vulgò Corlis (Arquatam maiorem noſtram eſſe arbitror) dictam refert, vel paulò minor eſt, tota nigra, capite Phalacrocoracis, roſtro iuxta caput plus quam pollicari craſſitudine, inflexo modicè in arcum, & in acutum deſinente, rubicundo, qui crurum etiam color eſt. Proceritas crurum ea ferè, quæ in Ardea ſtellari, colli longitudo, quæ in aue, quam Galli vocant Aigrette, ita vt primò viſa à me hæc auis Ardeam Stellarem quodammodo referre videretur, corporis ferè ſpecie. Hæc illæ in Gallico libro ſingularum obſeruationum ſuarum. Coruo Syluatico noſtro magnitudo eſt Gallinæ, color niger toto corpore, ſi eminus videas: ſin propius, ad ſolem præſertim, cum viridi permixtus videtur. Pedes ferè vt Gallinæ, longiores, digiti fiſſi, cauda non longa, à capite retrò criſta tendit, haud ſcio, an in omnibus, aut ſemper: roſtrum rubicundũ, oblongum, & aptum inſeri anguſtis terræ, arborum, & murorum, aut petrarum foraminibus, vt latitantia in eis inſecta, & vermes, quibus paſcitur, extrahat. Crura oblonga, obſcurè rubẽtia. Locuſtis, gryllis, piſciculis, & ranunculis veſci audio. Vt plurimùm nidificat in altis arcium deſtructarum muris, qui in Helueticis montium regionibus frequentes ſunt. In ventriculo diſſecti aliquando præter alia inſecta, reperi plurima illa, quæ radices frugum populantur milij præſertim, Galli curtillas vocant, noſtri tranſuerſas (tuuaren) à pedum ſitu, vt conijcio. Eduntque & vermes, è quibus Scarabæi à Maio menſe dicti naſcuntur. Volant altiſſimè. Bina, aut terna oua pariunt. Primæ omnium, quod ſciam, auolant, circa initium Iunij, ni fallor. Pulli eorum diebus aliquot, antequam volare poſſint, nidis exempti, nutriri, & facilè cicurari poſſunt, ita vt in agros euolent, & ſubinde reuertantur. Laudantur ijdem pulli in cibis, & in delicijs etiam habentur, ſuaui carne, oſſibus mollibus. Qui è nidis eos auferunt, in ſinguli ſingulos relinquere ſolent, vt anno ſequente libentius redeant: Hæc omnia Ornithologus, cuius etiam hæc icon eſt. Idem Ornithologus in capite de Nycticorace hanc exhibet figuram, quæ, quanquã circa Nygencoratum Nachtram, alibi Nachtrab nominetur, tamen neque Caprimulgus, neque Nycticorax ei videtur, & rectè quidem, cùm, vt inquit, iuxta aquas, & inter arundines verſari dicatur, vbi nocte clamet voce abſona, & tanquam vomitu rientis. Nidificant, inquit, in altis arboribus, oua terna, aut quaterna parit; piſcibus veſcitur. Hanc auem quanuis palmipes non ſit, & ideo ad hunc locum non pertineat, hìc exhibere libuit, quia hìc de Coruo Syluatico facta eſt mentio, & etiam hæc Corui nomine gaudet.

Corui Syluatici deſcriptio.

Quibus victitet.

Vbi nidificet.

Quot oua pariant.

Migrationis tempus.

Vſus pullorũ in cibis.

DE



DE GRACCVLO PALMIPEDE Aristotelis, seu Coruo aquatico minore. Cap. LVIII.

RO Gracculo palmipede Aristotelis alij Coruum Syluaticum, alij Phalacrocoracem, alij Mergum magnum nigrum nobis obtrudunt. Cùm autem omnes istæ aues Gracculos magnitudine longè excedant, verisimile non est, Philosophum eas Gracculi nomine appellasse. Quapropter alia auis est assignanda, quæ minus à Gracculis differat. Hæc itaque hìc depicta Mergo magno nigro quidem omnino similis est, sed minor multò, nempe Graccu-
lis compar. Vulgus ob similitudinem, quam cum Mergo magno nigro, seu Coruo aquatico
Gracculi palmipedis descriptio. Aristotelis habet, Mergone quoque appellat: nos distinctionis gratia Coruum aquaticum minorem. Rostrum habet aduncum, & acutum, prope frontem subalbicans, cætero subnigrum. Colore quoq; in toto corpore subnigro est, præterquam in collo, vbi nonnihil ruffi admisceri videtur. Crura, pedesq; & membranę fusca sunt. Nec aliud habeo, quod de aue dicam.

DE

Gracculus palmipes cum caltha paluſtri.



DE MERGIS ALIQVOT, QVORVM nomina vulgaria tantùm ſunt cognita. Primùm in genere. Deinde de Mergis varijs, hoc eſt albo, nigroque diſtinctis. Ex quibus vnum Anatem Rheni vocant, cuius figura apponitur; cui aliæ quædam congeneris ſunt; Magnitudine quidem, & coloribus diuerſæ: Collum omnibus quàm in Anate procerius. Cap. LIX.

MERGORVM quorundam meminit Ornithologus, quorum nomina Græca, aut Latina incerta ſunt. Quapropter quicquid ille de ipſis memoriæ prodidit, hìc aſcribere non pigebit, vt ſcilicet nihil à nobis prætermiſſum videatur, quod in rem ſtudioſorum eſſe poſſit. De Mergis in genere, inquit, ſuprà ſcripſimus; Hic pauca addam, quæ ad illos tantùm Mergos pertinent, quorum ſola vulgaria nomina mihi cognita ſunt. Noſtri igitur, cùm Anates à Mergis non rectè diſtinguant, auem illam aquaticam, quam Mergum Rheni dicere debebant, & alteram, quæ Mergus glaciei, vel brumalis vocanda erat, Anatem Rheni, & Anatem glaciei vocitant, Rhynenten, Yſzenten, Suchenten, quod nomen poſtremum ex Mergo, & Anate compoſitum videri poteſt. Sunt autem hæc duo genera collo longiore inter illos Mergos, de quibus deinceps hic agemus: qui omnes Anatibus ſimiles ſunt, cùm aliàs, tum magnitudine ferè, & roſtri latiuſculi figura. Roſtrum tamen eis aliquantò anguſtius, quàm Anatibus eſt, & aliter dentatum, vt ſuprà dixi: & omnibus in fine magis aduncum, vt commodiùs piſces retineant. Mergus Rheni maior eſt cæteris: nam cæteri ferè Anate paulò minores ſunt, ille par. Quidam ex eis apud alios Germanos appellantur Merchi (Merch) hoc eſt, Mergi, corrupto nomine; alij Nonnæ (Nunnen) ideſt, monialos à colorum varietate, alibi, & nigri præſertim. Kermellæ nomen vnde Germani quidam impoſuerint, ne ſcio, quæ ſola etiam in hoc Mergorũ genere albo, & nigro, non ſimiliter vt cæteri diſtinguitur. Hanc ſuprà deſcripſi poſt Querquedulas, ideſt, Anates minores, an ex carum genere eſſet, addubitans. Sed dicam primò de Mergo Rhenano, qui in hoc genere Mergorum Anatiformis maximè eſt. Corpus huic vndique albo, & atro colore diſtinctum. Roſtrum, vt pars circa oculos, nigrum eſt. In occipitio maculæ vtrinq; atræ. Reliquum caput partim atrum, partim fuſcum, aut cinereum. Prona colli, & pectoris pars cum ventre candidi coloris ſunt: ſed qui paſſim cinereis punctis, aut maculis diſtinguntur: quæ quidem inferiore ventris, & laterum parte cymatili ducta delectant intuentem. Crura circa imum ventrem prominent. Pedes, digitiq; fuſci, membranæ internæ ſunt nigræ. Cauda nigra, alæ, dorſumq; totum nigris, & candidis aliquot ſpacijs viciſſim diſtinguuntur. Sunt qui Nonnan (ideſt monialem) aluam appellent, vt fuſcam, monialẽ alteram, quæ infra deſcribetur; aliqui Yſzenten, ideſt, Anatem glacialem. Idem in epitome, Mergus varius maior, inquit, vulgò Mergus Rheni, & monialis alba à colorum varietate. Bellonius hanc veterum Phalaridem eſſe ſuſpicatur: mihi non videtur. Conſtat quidem ex veteribus, palmipedem eſſe, circa lacus, & amnes degere, & ſparſis ad ſtagnorum, fluminumve margines frugibus illaqueari, roſtrũ habere anguſtum, caput rotundius, ventrẽ, & dorſum cinerei coloris. Cremonſis Kiranidæ interpres, Phalaridem ioterpretatur auem, quæ vulgò dicatur alba frons, tota nigra, fronte tantùm alba, & quidẽ ab Italis Folega, quaſi Fulica dicitur. Hæc ille appoſita hac effigie. Sed vt quiſque, quod Iudęi, iudicet, quæ Bellonius de hac aue prodidit, hìc exarabo. Frequens admodum eſt, inquit, apud Suiſſione & Bellouacos. Solent enim numeroſæ ab eorum populorum vrbes inferri vænales, in Area, Soma, & huiuſmodi fluminibus captæ. Nomen Pictæ (quo vocariâ Gallis dixerat) à Pie, ideſt, Pica diminutiuum eſſe videntur. Solent enim noſtrates quàm plurima à Pica denominare: quemadmodum auem partim albam, partim migram

Mergi Rhenani deſcriptio.

Vbi eorum copia.

Pictæ cur vocatur.

Mergus Rheni Ornithologi cum tetraphyllo.



gram conspicientes à Pie, idest Picam vocamus, vt etiam equum albo, & nigro colore varijs vn Cheual pie. In aquis degere solet, Boscade maior, sed Morillone minor. Quanuis color Anatum in omnibus perpetuò idem non sit: nam in quibusdam cinereus, in alijs omnino albus, corporis tamen figura nihil variāt. Idem in Piette accidit. Sunt enim quędam toto corpore albæ, aliæ nigro & albo colore variæ. Plerunque autem sic colorantur. Color sub gutture, & ventre candidus: supernè per dorsum nigricans; alarum, vt in Pica varius: caudæ verò, & pedum vt in Morillone. Nota peculiari à cæteris aquaticis distinguitur. Rostrum enim non vt reliquarum aquatilium latum est, sed quasi tere', nec sursum reflectitur; dentatumq; est. In capite ad spinalis medullæ principium exiguum habet flocum. Viscera, intestina, & ventriculus gracilia sunt, & tenuia. Aspera verò arteria digitum crassa, & caput versus magis exilis, in summa ab omnibus alijs diuersa: rotunda etenim omnino est, vnico constans corpore, annulis, seu circulis nullas habētibus crenas. Coniecturis quibusdam adducimur, antiquorum Phalaridem esse Hæc Bellonius, apposita eadem icone. Ornithologus deinde alias huius generis aues his verbis prosequitur: Eiusdem planè generis est, nec aliud ferè differt, Mergus alter, nisi quòd magnitudine inferior est, & caput, collumque exterius cādidus habet, ac dorsum totum nigrum non albis spacijs distinctum. Puto etiam ore differre, quòd huic cum lingua, & dentibus interius rubeat: illi non item, sed potiùs nigricet. Hunc mihi aliqui Mergum album vocauerunt, ein Vvysse Tuchent, Italicè Mergon, quasi Mergum: Lucardi & Bellinzonæ Gyuen: in alijs quibusdam Italiæ lacubus Polono: quidam Garganellum, nescio quàm rectè. Nam & alijs Anatibus hoc nomen ab Italis tribui video. Sed alium quoque Mergum maiorem cirrhatum circa Bellinzonam Itali Garganey vocant, vt Garganello diminutiuum sit. Hic mihi circa brumam ex Vrsa Heluetiæ fluuio allatus est; paulò minor Anate fera communi. Pisces adhuc faucibus continebat. Longitudo ab extremo rostro ad caudam extremam dodrantes duo cum palmo. Caput album erat, sed maculæ nigræ cingebāt oculos: quales & occipitium vtrinque insigniebant medio interuallo albo relicto. Pectus, collum, & venter tota alba. In dorso supremo egregiæ quædam plumæ alternatim albæ, nigræq; inde etiam ad latera versus pectus taniæ similiter discolores vtrinque procedebant. Rostrum, vt Anatis denticulatum, angustius, è fusco ad cæruleum dilutum vergens, extremitate deorsum incuruata. Crura digitiq; vt præcedentis. Alæ nigræ, candido spacio maiusculo distinctæ: & inferiùs alijs duabus lineis cādidis, vt in præcedente etiam. Dorsum planè nigrum. Cauda fusca, palmum longa. Ventris plumæ minimæ interiores, fuscæ erant: exteriores, & quæ apparent, vt dixi albæ. Piscibus tantùm vescuntur, cum alijs, tum gobijs fluuiatilibus, & interdum troctis. Lapides etiam subuertunt, vt gobios capiant. Hæc etsi de priore tantùm genere audiui: de vtroque tamen verè dici puto. Hoc genus Albertus Mergum varium appellat, & libro vigesimo tertio in Mergo, *Aues*, inquit, *qui vt plurimùm Mergi vocantur, variæ sunt vt pica, Anatibus aliquot magnitudine rostro, & pedibus non dissimiles* (ex diuersis sanè, quos hìc describimus, Mergis varijs primum, & secūdum genus colorum albi, nigrique distinctione ad Picam magis accedunt, quam sequentia) Et rursus in Anate. *Anatis tertium genus varium est, ex albis maculis, & dicto colore* (sed de nullo colore prius dixerat, quam obrem lego, & nigro colore) *compositum. Et est genus Mergi, cuius duæ sunt species magnitudine tantùm diuersa.* Ego pro duabus istis Mergi varij speciebus, duas, quas iam descripsimus, acceperim. Quanquam enim ea, quæ sequitur quoque Mergus varius minor appellari possit, non tamen nigro tantùm, & albo coloribus, vt præcedentes distinguitur, sed alijs insuper (capite, & collo præsertim) vt dicemus. Idem Albertus alibi Trochilum Aristotelis, authoritate Auicennæ asserit esse auem similem Picæ, sed aquaticam, & variam rostro Anatino. Quidam Germani hanc auem Germanicè Saucher vocant. Varia, est, inquiunt, candida quibusdam partibus, quibusdam nigra, palmipes. Hoc genus, cuius secundo loco meminit Ornithologus, Mantuæ, ni fallor, Albellum aquaticum vocant, à colore albo fortè, qui plurimas occupat alitis partes. Quem autem ad me allatum olim, descripsi, magnitudine medius est inter Querquedulam, & Anatem fuscam. Rostrum coloris est cærulei obsoleti, acutum, & in extremo curuum. Caput totum album esset, nisi occiput, & partes vtrique oculo adiacentes tres maculæ nigræ notarent. Collū pectusque albicant: Sed hoc in media regione, & illud in ea parte, quæ rostro directim subiacet, ex albo ad cinereum vergunt. Venter totus est albocinereus. In dorso, & alis nigris maculæ multæ albæ insunt. Cauda nigra est; crura coloris plumbei, cui aliquid viroris sit admixtum. Digitos eiusdem coloris nigræ coniungunt membranæ. Plurima autem ex his, quæ diximus, ex eius hìc subiecta icone patere possunt. Huic ferè similis est, qui mihi ab aucupe ex foro paucis ab hinc mensibus est allatus, sed paulò minor, & cirratus. A rostro ad extremam caudam lōgitudine est duorum dodrantum,

Vbi degat.

Descriptio.

Mergi alterius congeneris descriptio.

Mergi maioris descriptio.

Quibus vescatur.

Trochilus Aristotelis. Alberto quæ auis. Auis Saucher dicta descriptio.

Albelli aquatici descriptio.

Albelli alterius descriptio.

Albellus aquaticus.




Mergo Muſtellari leucomelano congener, cum gramine aquatico.



drantum. Roſtrum habet ſubnigrum, ſerratum in extremo curuum: caput album, ſed maculæ geminæ nigræ oculos ambiunt, & cirrus, qui conſpicuus in occipitio erigitur, plumis partim albis, partim ex nigro viridibus, & ſplendidis conſtat. Collum, pectus, & venter, alba; ſed ad pectus duæ excurrunt lineæ: vna quidem angusta à dorſi initio in medium vſq; pectus rectè deſcendens; altera ab alarum initio incipit, aliquandò latior, & inæqualis, ſed non multùm deſcendit. Dorſum nigrum, præterquam in ima parte prope caudam, vbi fuſcum eſt. Alæ ſupernæ duas habent maculas albas inſignes. Remiges pennæ primò nigræ ſunt, deinde ad fuſcum tendunt, internæ colore leucophæo. Cauda breuis, ſedecim pennis, eiſq; fuſcis conſiſtens. Tibiæ, & pedes inter cinereum, & cæruleum ambigunt, ſed membranæ ſunt fuſcæ. Arteria aſpera huius Mergi prope laryngem admodum angusta eſt, dein craſſior multò euadi, & ad craſſitiem digiti aricularis peruenit, atque oſſibus clauicularũ vtrimque cum inſigni muſculo alligatur, vti mox prope oſſeum illud vas, de quo ſubinde dicam, alijs duobus vel muſculis, vel ligamentis ad priores coſtas. Ante diuaricatiouem ad pulmones inſigne itaq; quoddam vas eſt, figuram quandam Chamæleuis præferens, ſubſtantia plane in ſiniſtra parte prope cor multò maius, & magis extubernas, vbi quoq; ceu duæ in eo ſunt feneſtræ ſatis amplæ, & litera A in icone denotatæ, tenuiſſima, ſubtiliſſima, atque planè diaphona membrana clauſæ, ſicuti quoque in quibuſdam cõchis euenire ſolet. Ab eiuſcemodi oſſei vaſis inferioribus partibus arteriæ diuaricationes oriuntur, vti quoque in icone conſpicitur. Tota arteria à linguæ cuſpide ad pulmones vſq; dodrantem & palmum longa eſt, colore albicante. Habebat hic Mergus duos piſciculos in vẽtriculo admodum carnoſo, itẽ lapillos plurimos.


10 Mergo muſtellari leucomelano congeneris aſpera arteria.



Tertiũ Mergi varij, ſiue glacialis, (nam noſtri vocant Yſzrntle) genus, inquit Ornithologus, ſimile eſt ſuperioribus, ſed capite, & ſuperiore colli externi parte ruſſo, ſpadiceue, aut puniceo (ideſt ruſſo obſcurè)

Mergi glacialis deſcriptio.

Mergus glacialis cum runco vulgato.



re) collo inferiore versus pectus fusco, vel cinereo ferè, eminentibus modice plumis capitis, magis quidem in mare, in quo etiam rostrū anterius qua incuruatur, rubere puto in fœmina albere. Dorsum vndiq; nigrum est. Alæ etiam nigræ, sed albo distinctæ, vt præcedentium hoc est primùm spatio ampliore albo, deinde alijs duabus lineis inferiùs. Constant autem lineæ istæ albæ extremis pennarum albentibus. Venter etiam albus est, & supina (interna) pars colli superiùs Crura vt præcedentium breuia, fusca, membranis inter digitos nigris. Rostrum ex cæruleo nigricat. Magnitudo totius auis Querquedulæ par, hoc est, Anate minor. Collum digitos circiter octonos longum: corpus reliquum ferè septenos, caueda quaternos. In ventriculo eius pisces inueni. Per summa frigora tantùm, vnde & nomen ei à gelu, apud nos capi in lacubus, & fluminibus etiam puto. Aiunt hoc genus aliquando ferè totum album reperiri, sed ratò, primum fortè genus, ideſt maius, (suprà nobis descriptum) intelligentes, quod passim toto corpore multò plus albi habet. in cibum apud nos per hyemem veniunt. hi mergi, non minus, quam Anates feræ vulgò laudati. Cum Mergo hic ab Ornithologo descriptio idem est, vel omnino similis, quem olim depingi curaui. Magnitudine est Querquedulæ: Rostrum ei angustum, & in extremo curuum, acutumq; partim subcæruleum, partim subnigrum. Vtraque mandibula serræ instar dentata, inferior etiam cananiculata. Caput obscurè spadiceum, plumis in occipitio velut cristam constituentibus. Macula alba totum ferè collum vtrinque occupat: linea autem eiusdem cum capite coloris ab occipitio per ceruicem rectà in dorsi principium excurrit, & gulæ pars quæ rostro directim subiacet, nigra est, sicut & dorsum, in quo tamen pennæ aliquæ in extremo inter cinereum, & fuscum ambigentes ceu squamulas quasdam constituunt. Colli longitudo in pictura non apparet. Pectus, & venter cinerea sunt, sed pectus ad latera nonnihil plumbeum. Alarum costæ eisdem squamulis, quibus dorsum, ornantur, remigies pennæ, & cauda nigricant; sed in allarum superiori parte macula alba satis insignis conspicitur, inferiorem lineola alba intersecat. Crura, & digiti ex plumpeo ad nigrum vergunt: membranæ nigræ. Eius icon hic exhibetur. Cum hoc Ornithologus eundem facit Mergum à quodam docto Germano Mustellarem dictum, dum inquit: Non alia est, ni fallor, quem quidam Mustelarem vocauit, (vulgò ein Vviselgent) à similitudinæ mustelæ, quam, inquit, refert capitis rubore. Rostrum cæsium, non latum est, sed vngue (vnco) corneo acuminatum, vt in Longirostra. Collum in cinereo album, & gula & venter candida, tergum nigrum, alæ nigræ, in initio, medio, atque extremo albis pennis transuersim distinctæ. Pedes cinerei. Eiusdem cum longirostra magnitudinis.

Vsus in cibis.

Descriptio authoris.

DE ALIIS EIVSDEM GENERIS Mergis ex Germani cuiusdam descriptione. Cap. LX.

ANAS longirostra, ein Langschnabel, oder Schluchtente, primum nomen à rostro, alterum à gemitu vocis traxit. Rostrum nonnihil rotundum, digiti longitudine, colore in nigro flauicante. Caput cristatum, collum subrubrū, corpus totum nigrum præter alas, in quibus paucæ tantùm pennæ candidæ. Venter magnæ, & paruæ Anati fœmellæ similis. Pedes crocei, membranæ luteæ. Mediocri Anatæ est paulò minor, caput ei eiusmodi. Anas raucedula, ein Rogis, à raucedine vocis originem nominis apud nos sortita. Caput cristatum: rostrum cum Longirostra conuenit, nisi quòd colore est nigrus. Corpus & alæ cinereæ; gula, & venter alba. Pedes nigri, & vt in Mergulo recta extantes. Mergus ruber: ein Roter Teucher, à parte superiore capitis, & colli rubra denominatur. Huic gula in nigro flauescens. Corpus, alæq; plumis variegatis Anatis strepetæ sub alis, & ventris Anatis magnæ respondent. Alarum extremitas nigra: cauda itidem nigra. Capitis magnitudine Anatem magnã æquat, latitudine pedum reliqua genera omnia superat. Mergus niger ein Schvvart zer Teucher omnia Anati membra paria, & æqualia habet Rostrum ei nigrum, collum spadicis colore corpus vt in Fuligula: alæ nigræ cum linea transuersa alba. Venter, in nigro alboq; flauescens. Pedes, & membranæ nigræ. Albertus Mergi nigri Anate minoris meminit, quæ alio nomine Fulica dicatur. Nos etiam infrà Mergulum nigrum rostro acuto describemus. Anas alticrura, huius nomen lingua nobis vernacula scire ex aucupibus non potui

Mergi lõgi. rostri descriptio.


Merli raucedoli descriptio.

Mergi rubri descrip.

Mergi nigri descriptio.

Anatis alti crure descriptio.

Anas Longiroſtra.



hoc impoſui differentiæ gratia, dubitans tamen an inter Anates numerari debeat. Roſtro acuto eſt, partim nigro, partim rubeo. Collum albus ambit circulus. Tergum in cinereo album, venter candidus; alæ latiſſimæ, in quibus pennæ quatuor extremæ vtrinque nigræ, in medio candidæ, reliquæ nigræ cum candidis apicibus. Cauda tota candida, in extremitate ſuprema parumper nigra. Crura, quàm in dictis generibus exiliora, & altiora: pedes candidi, & candidæ membranæ. Hucuſque ille Germanus. Volui autem, inquit Ornithologus, Alticruram quoq; Anatem ab eo dictam Mergis adnumerare, quòd roſtrum acutum ei tribuit. Quamuis, hoc in loco illos tantùm Mergos, quibus roſtrum latiuſculum, & Anatiforme eſt, deſcribere inſtitueram.

DE CÆTERIS MERGIS EIVSDEM generis, hoc eſt Anatiformibus, roſtro latiuſculo, anteriùs adunco, & albo, nigroque diſtinctis, ſed collo breuiore multò.

Cap. LXI.

EST, inquit Ornithologus, & varius ille Mergus (ſed collo brevi, vt ſequentia etiam tria genera, quantum ex picturis conijcio: ipſas enim aues nondum vidi) quem circa Argentoratum Germani Monialem fuſcam. Gravve Nunne, vt primum genus ſuprà deſcriptum Monialem albam appellant. Huic ſi collum breuius non eſſet, per omnia ferè cum Mergo illo, quem tertio loco ſuprà deſcripſimus, conueniret. Ab hoc ferè coloribus tantum differt, qui ijſdem in locis (circa Argentoratum) Merch, hoc eſt, Mergus ſimpliciter vocatur. Roſtrum ei ruſſum, vnco extremo albo, caput, collumque rutio colore claro ſpectantur, cirris retrò exiguis eminentibus. Crura ſubflaua: pectus, & venter albent, dorſum nigrum eſt, vt etiam cauda, & longiores alarum pennæ. Superior alarum pars ad fuſcum, vel cinereũ vergit, media candicat. Huic rurſus congener eſt, ſed maiori alarum parte albus, quem circa Argentoratum Mergum album vocitat vulgus (Vviſſe Merch) Hollandi, ni fallor, Pylſterr. Roſtrum huic quoq; ruſſum: ſed caput cum collo nigrum viridibus aliquot (vel cæruleo virentibus) punctis reſperſum. Crura rubicunda; dorſum nigrum, macula inferiùs alba adiuncta.

Mergi albi deſcriptio.

DE

DE MERGO CIRRHATO, siue Longirstra maiore, & illo, qui à thymallis Piscibus vorandis nomen apud Germanos habet. Cap LXII.

MERGI cirrhati quanquam & alij quidam sunt, sed cirrhis cristisvè plumarum breuioribus; illum cuius capitis figura hic adiecta est, priuatim sic nuncupare libuit. Circa lacum Acronium (Constantiensem nos dicimus) vocatur ein Gan, vel Ganner, nescio quam ob causam: nisi fortè, quòd maior Anate cùm sit, ad Cansæ, ideſt, Anseris ferè magnitudinem accedat. Aliqui vocant Merg, vel Merach, nominibus à Mergo corruptis. Sed alius etiam hoc maiore Mergus, & Anseri magnitudine propior, de quo proximè dicetur, Merrach à nostris appellatur. Bellinzonæ, & circa lacũ Verbanũ Italicè Garganey: à quo diminutiuũ

Mergi cirrathi caput.



est Garganello supra memoratum. Capitur aliquando in lacu nostro circa brumam, maximi frigoris indicium. Rostrum ei angustius, quam Anati, minimi digiti longitudine, extremitate superiore notata: vnde & Longirostra maior appellari poterit: nam minorẽ Longirostrã similiter cirrhatã superius cuiusdã viri Germani verbis descripsimus: cutis ad latera rostri superioris rubicunda, vel punicea est; in medio nigricat. Dentes duri, firmi serrati, retrorsum flexi, vt in Merrachio maiore. Caput russum, vel testacei coloris est, cirrho retrorsum eminente. Eiusdem coloris & collum est aliquantisper: cætero extrinsecus cinereum, vt & dorsum cum cauda, aliſque. Sed maiores alarum pennæ fuscæ sunt: macula in eis parte inferiore alba. Crura, & digiti pedum rubent, interiectis membranis ex russo fuscis. Collum paulò breuius dodrante. Dorsum quoq; dodrantale est, cauda digitorum quinque. Corpus in latitudine quodammodo compressum. Plumæ ventris ex albo luteæ, vel russæ. Huius generis Mergus ad me allatus, viſco captus fuerat. Ad incedendum ineptum esse aiunt, semper in aquis manere; nidulari inter arundines: sub aqua diutissimè omnium se continere: & vrinando ad quadraginta, aut quinquaginta pedes procedere: caput inter natandum sublime attollere. Hipparion autem Chenalopeci similem esse Grãmatici Græci tradunt, nec aliud. Nos ita dictam conijcimus, quòd equi instar iubata sit, iuba scilicet rufla, vel pili vulpini ferè colore, quod Mergo Cirrhato pulchrè conuenit: vt magnitudo quoque Chenalopecis, quæ infra Anserem est, Anatem superat. Si quis tamen Colymbum maiorem, Hipparion à iuba eiusdem coloris appellare malit, per me licebit. Quanquam ille magnitudine ad Chenalopecem non accedit: & iubam non extrinsecus tantùm vt equi, sed in circuitu totius colli supremi habet. Hunc Mergum cirrhatum maiorem ab Ornithologo hoc loco descriptum Bellonius, quòd Gallicè Bicure dicatur, ideſt, Castor, Latinè Fibrum nominat: quoniam, inquit, vt Fiber quadrupes maxima pernicie in pisces grassatur. Sed quia nõnulla scitu digna

Mergi cirrhati, siue Lõgirostræ maioris descriptio.

Quomodo capiatur. Vbi degat.

Hipparion quæ auis.

idem

Caſtor, ſeu Fiber Bellonij.



a idē de hac aue ſcriptis mandauit, ea lubens in noſtram hiſtoriam transfero. Fiber, inquit, auis eſt aquatica, corpore magno, non minorem cibi copiam veſcentibus præbens, quam Anſer ſylueſter mediocris magnitudinis. Galli noſtrates vulgò appellant, vn Bieure, nomine à ſimilitudine indito, quæ illi cum animali amphibij generis, Fibro Latinè, Caſtore Græcè dicto, intercedit. Quemadmodū etenim animal hoc quadrupes aquā ingreſsū maxima damna piſcibus infert; ſic auis hæc, cui pro libito ſeſe mergere, atq; vrinari à natura datum eſt non minus damni, quàm illud lacuſtribus piſcibus infert, vnde nomen. Sunt & aliæ aues huic admodum ſimiles, Pelicanus enim quem ſupra deſcripſimus, notas quaſdam cùm hac communes habet, quemadmodum & illa, quæ in ripa Ligeri fluuij Herle dicitur. Verùm, quia hæc auis à reliquis omnibus differt, impræſentiarū notas, quibus ab alijs diſtingui poſſit, recenſebimus. Roſtrum ei longum, exile, atque dentatum vt in Pica marina, in vncum definens. Criſtam habet non in vertice inſtar Pauonum, Vpuparum, & Alaudarum, ſed in occipicio, vt Onocrotalus, & complura alia Mergorum genera. Caput illi pro corporis portione maius, quàm Anſeri, quod ſupernè ad dimidiam vſque colli regionem; colore eſt flauo, ac ſi Ochra infectum eſſet. Oculos habet non admodum magnos. Dorſum, & alæ ex cinereo ad plumbeum vergunt. Alæ pro reliqui corporis portione exiguæ admodum ſunt, per tranſuerſum linea alba inſignitæ. Color ventris albus ad pallidū tendēs. Roſtrum tres digitos longum, inferne rubicundum, ſuperne verò nigricās, duobus foraminibus odoratus cauſa peruium. Crura, & pedes rubeſcunt. Cauda vt in reliquis auibus aquaticis rotūda: quæ cùm in extremitatibus ſcabra ſit, ſuſpicor in rupibus, atque arboribus nidulari, vt Phalacrocorax. Natura ſummum artificiū in huius auis interiori fabrica oſtendit, vt & in quamplurium Mergorum, aliarumve auium aquatilium genere: aſpera namque arteria (leſſiſſet, aut le chalmeau) ab alijs aquaticis auibus in hoc differt, quòd rotunda non ſit, ſed cōpreſſa, & inæqualis, & modo craſſior, modò anguſtior; & in medio duobus, velut nodis, extuberans. Cùm verò ad ventriculi regionem peruenerit, in cauitatem quandam dilatatur ex membranis, & oſſe grandiuſculo inæquali conſtructā: Vt quis non ineptè conijciat, quemadmodum flammam in Laterna contra venti iniuriam includimus, ſic naturam aeris conſeruandi gratia in pulmonibus cauitatem illam fabricaſſe. Nullæ aues hanc notam habent peculiarem, præter eas, quæ è Mergorum, aut Vrinatricum genere ſunt: quanuis tamen neque omnibus hiſce communis ſit. Vulgo hæc auis malè audit, venalis expoſita, vt etiam Coruus aquaticus. Vulgus enim prouerbialiter ait: Si quis diabolum conuiuio excipere vellet, haſce aues illi apponere debere, eſui nēpe ingratas, & inſuaues: cùm aliàs tam ingratæ non ſint Hæc Bellonius, qui hanc eius iconem exhibet, hanc auem Mergorum maximam faciens; ſed alia ficto ab Ornithologo Merganſeris nomine iuſrà deſcribetur, hac maior. Hanc autem Ornithologus Merganſerem minorem nominat. In lacu Acronio, inquit idem Mergi quoddam genus, collo procero, pedibus nigris. Anate communi maius audio nominari Aeſchenten, hoc eſt Anates thymallorum, quod thymallis piſcibus victitent.

a *De hiſt. auium lib. 3. cap. 8.*

Fiber quæ auis.

Breure cur dictus.

Deſcriptio.

Vbi nidulatur.

Aſperæ arteriæ conformatio.

Carnis qualitas.

Prouerbiū de carne Fibri.

Merganſer minor.

Anates thymallorum cur ſic dicta.

DE MERGIS MAGNIS, Merganſere, Gulone, Scheledracho, & Morfice. Cap. LXIII.

MERGVS Anſeri ſimilis magnitudine, inquit idem, Merrach dictus à noſtris (quāquam ſuperiùs deſcriptum Mergum cirrhatum aliqui ſimiliter nominant) per hyemem aliquando in lacu noſtro capitur, ſed rarò. Nunc nos Merganſerem appellabimus, caput ei cum tertia colli parte ex viridi nigricat. Collum reliquum album eſt, cum aliquo pallore: infrà colli pars nigreſcit, itidemque dorſum. Cauda cinereo colore eſt. Alæ dorſum verſus nigræ, mox albæ cum pallore quodam, dein iterum nigricant, ſed remiſſiùs, mox iterum albæ ſunt, idque intenſiùs, extremæ pennæ nigricant. Sub alis prima pars albet, poſterior ex albo nigroq; mixta reſplendet. Plumæ ventris, ſupinæ caudæ giluæ ſunt, ideſt ex albo, & flauo Palmipes eſt, vt Anſer: crura, & pedes cum membranis inter digitos minij colorem habēt. Femorum plumæ in prona parte variæ ſunt, ſubalbidæ, & nigricantes per interualla cymatili ſpecie. Roſtrum

Merganſeris maioris deſcriptio.

strum eius Mergi cirrhati simile est, ab extremitate ad oculum vsque, si metiaris digiti medij, ideſt, longiſſimi longitudine. Color eiuſdem per mediam partem pronam niger, vtrinque ruffus, vel puniceus. Dentes habet ſerratos, aſperos, retrorſum inflexos: & alium ordinem dentium minorum paulò interius: Sed id tantùm in ſuperiori roſtro: cuius etiã extrema portio ad ca eſt: cutis, & caro, euulſis plumis, pallido, ſeu luteo colore sũt. Aliqui apud nos hoc genus Mergi Anatem Italicum vocant, in cibo laudant: & pondere aiunt interdum ad libras duodecim accedere: ventriculum ei corneum eſſe, firmiſſimum puto intelligentes, & omnia concoquẽtem. In Acronio lacu eadem, vel cognata auis, Anſere maior, inepta ingredi Seeſſuder nominatur. Cognatus omnino huic quoque videtur Mergus ille, quem Belonius vocat vulgari Gallico nomine Herle, vel Harle, ad Ligerim fluuiũ vſitato: Sed is Anſere fero minor eſt: Specie, inquit ipſe, Anatẽ magis, quàm Anſerẽ refert circa collũ, & in ventre pomi nerantij colorem habet. Plumæ ſupra collum, & capitis nigræ ſunt, alæ prorſus albæ forent, niſi partes illæ, quas diminutiuo nomine Galli allerons vocant, nigricarent. Roſtrum longum digitos tres, in hoc ab Anatino differt, qui teres eſt; & mucrone reflexo, colore ſubrubro, vt etiam crura, & pedes. Idem Morillono (ideſt, Anati feræ fuſcæ, vel mediæ noſtræ, aut maximè ſimili) in eodem capite coniungit aliam: velut affinem, quam Gallicè vocant vn Tries, quòd tertia, mediaq; ſit inter alias duas Anates, nempe cicurem, & Sylueſtrem illam, quam Morillonum vocant. Ego inter Anatem, & Mergum mediam facerẽ. Huius enim roſtrum habet, illius autem corpus ferè. Hæc Ornithologus: ſed nos, quæ hic ex Bellonio refert, alibi fuſiùs pertractauimus. In Acronio lacu, inquit idem, eadem, vel cognata auis Anſere maior, inepta ingredi, Seesluder nominatur, Gulo nobis appelletur propter voracitatẽ auis marina, quã Angli (vt audio) Gul indigitant. Vorax eſt piſciũ, magnitudine Anſeris, colore giluo, (aut ex fuſco flauente) gregaria mẽſis lautioribus contempta. Scheladrachus (Scheledrack) ab ijſdem vocitatur auis fluuiatilis, genere Mergi, quod Cormorantum appellant, minor, (vel ſi maius Anſere minor) Anate maior, roſtro lato, extremitate acuminata (vnco fortaſſis) & dentibus acutiſſimis pleno: ex giluo ſubruſſo, vt pedibus quoque pectore albo, cæteræ partes variæ ſunt. Piſcium voraciſſimum hoc genus auium eſt: quos mira induſtria, quaſi conſtipatæ, & ordine diſpoſitæ inſectantur donec ex alto in anguſtias minus profundas compleruit: quo coactos deuorant. Caro eorum minus lauta, diuerſam auem, quam ſuprà inter Anates platyrynchos tertio loco deſcripſimus, Anglorũ, ſed alij Scheledrachum eſſe aiunt: de quo Angli ipſi iudicent: nos ex auditu tantùm prodimus. Eadem, vel proxima eſt, quæ Morfex nominatur Alberto, auis aquatica, magna, vulgò apud inferiores Germanos Scholecherez (vel vt Murmellius ſcribit Scholucheren) dicta. Nigra eſt; roſtrum ei ſerratum, & validum. Vngues fortes. Sub aqua mergitur, & piſces magnos capit, præcipue anguillas. Gregatim nidificat in arboribus iuxta aquam, & piſcibus pullos paſcit. Voraces ſunt hæ aues, & à nido auolaturæ, ſi cibis recens ingeſtis nimium grauari ſe ſenſerit, euomunt, eos, vt leuiores ad fugam ſint, quæ verò non euomunt, aliquando perunt. Fimus earum ſiccat arborum ramos, in quos inciderit. Saturatæ alias ad Solem expandunt, vt ſiccentur, palis, & arboribus inſidentes. Volatura vix eleuatur, & caudam diù in aquæ trahit; vnde & à quibuſdam humidus calus (Duchtars, vt Murmellius ſcribit; nos potius ſcriberemus Fuchtars) vocatur. Hæc Albertus libro vigeſimotertio hiſtoriæ animalium. Cæterùm libro quinto, capite tertio de eadem ſic ſcribit: In noſtris regionibus auis eſt aquatica, nigra, quæ piſces in fluminibus, & maribus venatur, ac plurimum detrimenti infert: pectore & ventre cinereo, tardi volatus. Cùm mergitur, manet diù ſub aqua. Roſtrum ei dentatum inſtar falcis meſſorum, quæ retinet piſces lubricos, vt anguillas. Rami ventris eius eluuie infecti areſcunt, vt Ardeæ etiam, & ferè omnium aquaticarum fimo. Hanc quidam vocant. Coruum aquaticum, Germani Schaluchron (fortaſſis à varietate, quaſi ein Schulcker.) Pullos verò educat, vt cæteræ aues. Nidificat in arbore alta, & magna iuxta aquam piſcoſam. Quærendum an hæc ſit auis, quam audio quibuſdam inferioris Germaniæ locis vocari Aeguſs, quaſi Anſerem anguillarum, quòd illas deuoret. Magnam, & nigram eſſe aiunt. Sed alij Alguſam mihi narrant Accipitrum generis eſſe, magnam, apud nos quoque capi: piſcibus, & anguillis victitare, in quos ab alto conſpectos rectà deferatur. Quærendum etiam, an eadem ſit, quam Gallis audio Cormarin, ideſt, Corrum marinum appellari, Anate maiorem, roſtro Anati rubente. Hæc omnia Ornithologus.

Anas Italica.
Ius in cibis.
Cirrculus.
Seesluder auis.
Gulo quæ auis.
Deſcriptio.
Scheledrachus.
Scheledrachi deſcriptio.
Morfex.
Deſcriptio.
Vbi nidificet.
Fimus qualis.
Morficis alia hiſtoria.
Deſcriptio.
Vbi nidificet.

DE

Auoſetta Italorum.



DE AVOSETTA ITALIS DICTA. Cap. LXIV.

Ecce ſtorio auis.

DE hac aue quam Ferrariæ obſeruauit idem Ornithologus, ſic ſcribit: Auis hæc apud Italos Ferrariæ (ni fallor) Auoſetto vocatur, neſcio qua ratione: & à roſtri ſurſum inflexi figura Beccoſtorto, vel Beccoroella. Lucarini circa lacum Verbanum Spinzago d'acqua: nam & Arquata auis iam ſuprà à nobis deſcripta Spinzago ſimpliciter eis nominatur: Hæc verò aquatica eſt, & palmipes. Turcis Keluk, Germanicum nomen nondum dicere potui, quanquam apud nos etiam interdum capiatur, ſed rariſſimè. Ea, quam Ferrariæ vidi, crura habebat dodrantalia, roſtrum nigrum, & ſurſum tendens in extremo acutum, quinque digitorum ferè longitudine. Pedes colore cyaneo diluto, digitos membranis iunctos. Corpus ſupinum totum album erat, pronum ex albo, nigroque alternis diſtinguebatur. Caput, & ceruix ſuperius ex fuſco nigricabant. Magnitudo totius corporis ferè Columbæ, aut paulò gracilior. Longitudo ab extremo roſtro ad extremam cbudam dodrantes duo. Hæc ille. Et rurſus in epitome, Recuruiroſtra, inquit, vocari poterit hæc auis, donec aliud aptius nomen inueniatur. Sola enim roſtrum neque rectum habet, neq; deorſum flectit, ſed ſurſum. Franciſcus Bolognettus Senator noſtræ vrbis, & Cardinalis Bolognetti parens hanc eandem auem ſibi Mantua miſſam mihi cõmunicauit, aiebatque, atq; idem mihi poſteà aucupes confirmarunt, eius vocem eſſe Crex, Crex, quare cùm Ariſtoteles eo nomine quandam appellet auem, ſuſpicatus ſum hanc eſſe, quanquam nondum didicerim, nunquid moribus ſit pugnacibus, ingenioque valens ad victum, & cætera infelix: item nunquid cum Galgulo, & Merula, & Virione pugnet, vt ſcripſit Philoſophus. Crura ſaltẽ longa habet, ac ideo poſteriorem digitum, qui pro calce eſt, minutum, quod quoque de Crece idem ille tradit. Sed de Crece in ſequenti libro ex Bellonij, & aliorum ſententia pluribus agemus.

Auoſettæ deſcriptio.

DE TROCHILO VVLGO CORRIRA, Cap. LXV.

Trochili velocitas.

EIVSCEMODI auem Steganopodem aucupes noſtri à pedum velocitate Corriram nuncupant. Conijcio ego Trochilum eſſe, quem ſcribunt perlittora diſcurrere, tanta ſæpius celeritate, vt curſus volatu eius etiã velocior ſit, atq; hinc nomen apud Græcos meritò impoſitũ. Τροχίλος, inquit Varinus, auis nomen à currendo dicta eſt. Varino paroxytonum hoc nomẽ eſt, vt & Athenæo, Aeliano, & alijs pleriſque. Apud Herodotum penanflectitur: paroxytonũ eſt Heſychio: apud quem quoq; κορυθος auis eſt è genere Trochilorũ: quæ quidẽ vox ad Curriram noſtram proximè accedit. Albertus authoritate Auicennæ aſſerit, Trochilum eſſe auem ſimilem Picæ, ſed aquaticam, & variam, cuius roſtrũ ſimile ſit roſtro Anatis. Verùm eiuſcemodi auis è Mergorum genere eſt, qui natãt quidem celerrimè, ſed nõ currunt. Ornithologus putat, Trochilos eſſe generis Gallinularum aquaticarum, quas, inquit, in ripis, & arenis celeriter currere notum eſt, cùm curſu magis, quàm volatu valeant, eoque cruribus ſint oblongis, caudis verò perbreuibus. Habet profectò hæc mea auis crura oblonga, imo excepta Auoſetta, inter palmipedes longiſſima: quare quòd plurimùm curſu valeat, Corriram, hoc eſt tabellariam nuncupant. Auis eſt varia, roſtro recto, luteo, in fine nigro, rictu magno, oculis nigris, albo circulo circundatis, quem rurſus alius ſpadiceus ambit. Supinè ad ventrem vſq; candicat. Caudam duæ albæ pennæ, ſed quæ quoque in extremitatibus nigræ ſunt, cooperiunt. Superius per caput, collũ, & dorſum, & ſuperiora alarum coloris ferruginei ferè. Crura habet, vt dixi, longa, coxas breues, digitos membrana iunctos. Scribit Athenæus Helorum, Trochilum, & Carulum mari tranquillo aduolare, victum ex piſcibus quærentes Quod noſtræ aui etiam conuenire videtur: Adamare etiam aquas, vt de Trochilo prodidit Ariſtoteles, omnino ſtatuendum eſt, cùm natura palmipedem fecerit. Aelianus Trochilum ait eſſe è genere paluſtrium, & iuxta ripas fluuiorũ oberrare, vbi obuia quæque legens depaſcatur. Nutriri verò etiam à Crocodilo, hoc eſt, hirudinibus, quæ faucibus

Corriræ deſcriptio.

Ex quibus victus.

Vbi degat.

Trochili, & Crocodili mutua officia.

eius

Trochilus, Corrira vulgò, cum cypero dulci.



Trochilorũ genera, & nomina multa sũt. Crocodili, & Trochili Cladoryn-chi amicitia.

eius inhærent huic etiam ſe gratum oſtendere: nam dormienti Crocodilo, inquit, ichneumon inſidiatur, & ſæpe ceruici eius inhærens, ſtrangulat, Trochilus clamat, & Crocodili naſum ferit, & excitatum aduerſus hoſtem irritat. Hæc ille. Alibi quoq; interprete Petro Gyllio, ſuper eadem re ſic ſcribit: Iam tametſi non pauca ſint Trochilorum genera, & nomina, quæ ſane quidem, quoniam dura ſunt, & ab aure religioſa, & terete auerſa prætereo: haud quaquam cum ijs omnibus fœdere deuincitur, amicitiamq; colit Crocodilus, ſed cũ ſolo nuncupato Cladoryncho ſocietatem, atq; amicitiam facit. Enimuero nulla hic offenſione hirudines ei legere poteſt. Pro Cladoryncho Hermolaus in caſtigationibus in Plinium legit Cladororynchum. Videtur autem ſic dictus, inquit Ornithologus à motu, & concuſſione roſtri: nam κλαδδᾶσαι exponunt σῶσαι, ideſt, concutere, pro κροδᾶσαι nimirum. Sic & κλαδαροδμματοι, οἱ ἔνυπνοι τὰ ὄμματα. Cæterùm nunquid & hæc ad meam auem pertineant, illi iudicabant, qui Ægyptum, & alias regiones Crocodilos alentes peragrarunt.

a lib. 2. de aucup.

Aliud miraculum de Trochilo prodidit a Oppianus, quod quoque hic prætereire nolumus; etiamſi huc pertinere vix credamus, nimirum mares à fœminis, fœminas à maribus paſci: incunte vere priores fœminas ſolicitare maſculos ad coitum ſequi enim, & prope eos peculiari quodam cantu ſtridere, & vix tandem alectos mares accedere: mox iterum fœtu procreato ſeparari, & ad ſua ſexum vtrumq; paſcua ſeorſim reuerti. Tunc mares omnem fœturæ, & Veneris curam relinquere: fœminis laborem ſolis incumbere, eumq; eas inter ſe partiri. Iam alias oua in nidis fouere, alias fouentibus cibum congerere, & ſic alternis ouas ſuis plumis concaleſacere pergere. Pullos iam adultos ad littus perducere, vbi mares verſari ſolent, ibi fœmellas etiam ex pullis cum ſuo ſexu remanere, maſculos vltrò ſeparari, ſicut oues inter paſcendum mixtæ à paſtoribus ſecernuntur. Sic ille. Verùm vt ad Corriram noſtram reuertatur oratio, dici poſſit, niſi Trochilus ſit, Celeum eſſe, (κέλειος) quam ἀπὸ τοῦ κέλλειν, hoc eſt, à celeriter pergendo Suidas, & Varrinus Ariſtoteli dictam tradunt, quanquam apud Heſychium κέλαιος ſcribatur. Celeum autem Ariſtoteles παρὰ ποταμὸν καὶ λόχμας, ideſt iuxta amnes, & fruteta verſari ſcribit, tametſi Theodorus fruteta, & nemora vertat, & pro Celeo Galgulum bis eodem capite contrario ſanè ſenſu, & textum inuertens: nam primum vbi philoſophus Celeum, & Lybiũ ait inuicem pugnare ait, ille tranſfert Galgulum pugnare cum Lybio: poſt cùm rurſus Ariſtoteles Celeum, & Libyum aues ſcribat eſſe amicas, ille ne ſibi ipſi aduerſaretur, & aues, quas prius inimicas dixerat, nunc amicas diceret, pro Lybio vertit Lædum, cùm vtrobiq; Lybius legatur in Græco contextu. Quamobrem Gazam corrupto textu vſum eſſe conſtat: nam primo loco non κέλειος, ſed κολοιὸς, ideſt, Picus viridis, quam nonnulli cum Gulgulo confundunt, legendum eſt, vt perquam doctiſſimè diſputat Ornithologus. Coniectura noſtra, nunquid nimirum Trochilus ſit noſtra hæc Corrira, vel Celius, alij iudicent: nos enim nihil pro certo affirmamus. Ornithologus quidem, vt diximus, magis placet, Trochilos dici aliquas Gallinularum ſpecies. Cæterùm quia in Celei mentionem incidimus, ſcire oportet Celeum quoq; fuiſſe nomen proprium viri cuiuſdam, qui in Graculum fuit tranſmutatus, vt narrat b Antonius Liberalis hiſce verbis. In Creta, inquit, fertur eſſe antrum apibus ſacrum, in quo fabulantur Iouem è Rhea editum partu: & vel Deum, vel hominem quemquam præterire eſt religio. Certo autem cuiuſq; anni tempore plurimus cernitur ex antro effulgens ignis, fieriq; id fabulantur tum, cùm ſanguis de Iouis partu efferueſcit. Obtinent ſpeluncam eam ſacræ apes, Ioues nutrices. Hoc antrum intrare auſi ſunt Laius, Celeus, & Cerberus, & Ægolius, quamplurimi mellis exhauriendi cauſa: & corporibus vndique ære obtectis, mel apum hauſerunt, Iouiſq; viderunt cunabula. Tum & æs circa eorum ruptum eſt corpora, & Iupiter intonuit, fulmenq; intendit. Sed eum Parcæ, inhibuerunt, quòd non eſſet fas eo loco quemquam mori. Ergo Iupiter eos omnes in auium naturam tranſtulit: ab ijſq; ſunt genera auium, quæ Laij, Coloioi (ideſt Graculi) Cerberi, & Ægolij vocantur. Suntq; boni auſpicij & præ alijs rebus, quod prædicunt, perficiunt, eò quòd Iouis ſanguinem viderunt.

Celeus.

Gaza lapſus.

b In Metamorph.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI, ET MEDICI BONONIENSIS, ORNITHOLOGIÆ LIBER VIGESIMVS AC POSTREMVS, QVI EST

De Auibus, quæ circa aquas degunt.

DE CICONIA. Cap. I.

PRÆTER palmipedes aues, quæ in aquis ferè semper degunt, inde sibi victum quærentes, aliæ quoq; sunt, quæ licet ad natandum sint ineptæ, vtpote fissipedes, aquas quoque amant, vel saltem loca aquis abundantia, vt sunt stagna, paludes, atq; flumina, ex his item victum comparant. Inter quas volucres, quanquam sint plurimæ, primùm se se nobis offert Ciconia redeuntis anni iugiter renunciatrix, eijciens tristitiam hyemis, lætitiam verni temporis introducens, in qua rationis experte animante, nos, qui rationales sumus, admiramur indogenium, suspicimus prudentiam, stupemus iustitiam, laudamus gratitudinem, prædicamus intemperantiam, siue castitatem, cuius denique erga liberos suos, & liberorum suorum erga parentes pietatem; à qua pietati cultrix appositissimo epitheto Petronio Arbitro vetustissimo poetæ dicitur, cùm prophani, tum theologi cuiuis imitandam proponunt. Nutrit enim studiosissimè pullos suos Ciconia, donec suo Marte victum sibi parare queant; hi verò parentes suos viribus ob senium languentes eadem sedulitate alunt: vnde pientissimum illud ἀντιπελαργῆν vsitatum passim in adagijs, & antiquissima lex Pelargica honore nominis his auibus habito, de parentibus, vt ita dicam, nutricandis. Habebantur, teste Ælliano, apud Ægyptios hanc ob causam in veneratione Ciconiæ, sed non in eorum tantùm hieroglyphicis, verùm etiam in Romanorum principum numis summo cultu cusæ reperiuntur. Quamobrem etiam fortè factum est, quod à plurimis populis eis parcatur, prohibitumq; sit, inferre mensis, non aliter, quàm bouem olim occidere, atque ciuem. Sed veluti neq; boui perpetua fuit immunitas, ita Ciconiæ in culinam, & ipsæ raptæ, in quo tamen hoc illis accessit honoris, vt cùm delicati alij cibi plurimum ab hoc, vel illo gaueone priuatim conquisiti, laudatiq; fuerint, vt Ciconia ædicto prætorio epulis inferri meruerit. Nunc verò quanquam à mensa prorsus reijciatur, eius tamen aduentus cum omnibus alijs gratissimus est, quod dura hyemis tempestate sint leuati, tum maximè illis, qui angusta, contractaq; paupertate premuntur. Is enim certè, qui primus Ciconiam venisse aduertit, in quemcunque incidit, pleno ore illud Homeri decantat.

Δεῦρο νυν ἴθι γάλιον ὅτι ἔαρος ἦλθε πελαργός.

Ciconiæ encomia.

Ciconia pietati cultrix

Ciconijs cur apud multos fas non sit vesci.

ÆQVIVOCA.

QVEMADMODVM ὀρνιθόλαγος, siue Ciconia montana longè diuersam, & toto genere differentem auem Aristoteli significat, nimirum Aquilæ quoddam genus, de quo consule primum nostræ Ornithologiæ tomum: ita pariter πελαργὸς alia etiam præter auem, de qua sermo est, denotat. πελαγοὶ in primis inscripta sic fabula ab Aristophane citatur ab Athenæo. πελαργὸς item Hesychio vasis fictilis genus est, nimirum, vt sentit Ornithologus, à figura rostri prominentis: vnde, inquit, & alembica vulgò dicta, hoc est, vasa rostrata, in quibus vapores per halitum vi ignis euecti è vasis subiectis (cucurbitas vocant) in liquorem densatur, & cauo limbo excepti per rostrum destillant, non ineptè Pelargos, aut Ciconias nominari. Alibi idem Hesychius habet sic: λάϊνον, λίθινον, πελαργόν; denotans fortè eiusdem figuræ vasis genus lapideum. Apud Varrinum nihil tale est legere. Quod modò ad Latinam dictionem (Ciconia) attinet, ea quoq; præter auem alia nonnulla significat. Cælius Rhodiginus, organum, inquit, quo ex puteo hauritur aqua celonium inuenio appellatum: Ciconiam quidam Latinè dicunt. Verùm ego apud Latinos id nominis in hac significatione non reperio, nisi apud Isidorum, qui materna voce vsus est. Hispani enim hoc instrumentum, Ciconiam dicunt. Telonem, inquit Isidorus, vocant lignum longum, quo hauriunt aquas (è puteis) Hoc instrumentum Hispani Ciconiam vocant, eò quòd imitetur eiusdem nominis auem, leuantem, ac deponentem rostrum, dum clangit. Sic ille. Cuius verba Sipontinus repetit. Sed eruditi nonnulli tollonem potiùs, vel tollenonem dicendum putant: nam Festus, Tolleno genus est, inquit, machinæ, à tollendo dictum, quo trahitur aqua in alteram partem prægrauante pondere. Meminit quoq; a Plinius his verbis: *Vel tollenonum hausu rigandos.* b Plautus verò, & c Liuius tollonem vocant. *Heus sic*, inquit ille, *tollon gratia? Cape hanc vrnam tibi.* Liuius sic. *Collectis rursus animis in arietes tollonibus libramenta plumbi, aut saxorum, hastilesue robustos incutiebat.* Idem instrumentum Græcis, vt Aristoteli, & Basilio, κηλίτιον. Suidas scribit, κηλωνεῖον, & exponit τὸ γεράνιον. Alibi eandem vocem scribit per iota in penultima, & interpretatur ἵππον ἰσβατήριον, hoc est, equum admissarium. Hesychio vocatur κήλων, quam vocem Ornithologus primitiuam esse iudicat, κηλώνιον, diminutiuam, sed quod rectius per iota in fine scribi velit, id non placet, cùm & Hesychius, Varrinus, & Suidas per ει diphthongum scribant, cosq; sequatur Author thesauri linguæ Græcæ: κηλίτιον verò, vt nomenclator habet, nullibi inuenio, sed quidem γεράνιον, quòd nimirum rostrum Gruis a quo bene, ac Ciconiæ id instrumentum referat. Appellatur denique eisdem Græcis ἀντλητήριον ξύλινον, vel simpliciter, ἀντλητήριον, quanquam etiam vas significet, quod aliàs ἀντλητὴρ dicitur. Meminit huius vasis Dion. Cæterùm Ciconiam, siue Tollonem Itali, la Grue, vt etiam Galli dicunt, Germani Brunneschwvonckel, Belgæ die vvippe. Structura huius machinæ putealis talis est. Trabs altè solo depangitur, cui altrinsecus altera longior transuersa immittitur fibula adstricta, pondere vnam partem prægrauante. Quærit d Georgius Pachymerius, cur eiusmodi Ciconias ad puteos instruunt, & fabricantur ad hunc modum? Ligno enim, inquit, pondus adijciunt, plumbum scilicet, cum vas ipsum, siue sit vacuum, siue plenum, pondus obtineat. Antequoniam, inquit, hauriendi opus cùm sit duobus temporibus distributum (mergere enim vrnam oportet, & eam sursum trahere) sit, vt inanis quidem vrna facilè descendat, plena verò non sine ratione trahatur. Confert igitur paulò tardiorem esse in descensum ad id, vt pondus nonnihil leuius efficiatur ei, qui refert in sublime. Hoc itaque plumbum, aut lapis in extrema Ciconia hærens, reddit effectum. Etenim ei quidem, qui vrnam demittit, maius fit pondus, quam si eam vacuam, & solam demittere cogeretur: cùm verò conferta fuerit, plumbum, aut quodcunque pondus adhæserit, iterum tollit in altum. Hæc ille, quæ omnia de hoc instrumento dicere placuit in gratiam beneuoli lectoris. Est & aliud instrumentum ferreum, quo ad hauriendas aquas è puteis vtimur, nimirum, quo cacabus aut vrna in aquam demittitur, quod quoq; Itali Cicognolam, quasi Ciconiolam vocamus, cùm aliàs cum rostro Ciconiæ, nihil, vel saltem parum omnino similitudinis habeat, nisi fortè sic dictum fuerit, quod modò eleuetur, modò deprimatur, vt Ciconia caput modò eleuat, modò demittit: nam & aliquando si quem annuisse denotare volumus, dicimus, Hà fatto del capo vna Cicogna, hoc est, capite imitatus est Ciconiam. Ita pariter quodcunque aliud instrumentum alternatim in altum tollitur, & deprimitur Cigogna appellare solemus:

Celonium quid.

Tolleno quid. a li. 19. c. 4. b In Rud. c lib. 8. belli Macedo.

d lib. 12. Mechanic. cap. 16.

Far del capo vna Cicogna. Italiquid denote.

solemus: Vnde Thomas Garzonius singularum campanæ partium nomina enumerans, inter ea Ciconiam (la Cicogna) etiam nominat. *c* Columella verò quoddam mensuræ genus, quo Agricolæ vtuntur, Ciconiam scribit nuncupari: *Sed hunc operi, inquit, exigendo quasi quandam machinam commenti maiores nostri regulam fabricauerunt, in cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ Ciconiam vocant rustici.* Est postremò Ciconia apud Persium delusionis genus. Nam derisuri aliquem digitis dextræ manus in vnum collectis, veluti Ciconiæ rostrum effingunt, & manum post tergum motitantes, derident:

c lib. 3.

Ciconia delusionis genus.

O Iane, à tergo quem nulla Ciconia pinxit.

Vnde paulò pòst, posticam sannam appellat, inquiens: *Posticæ occurrite sannæ*, hoc est, derisioni, quæ post tergum fit. Meminit D. Hieronymus ad Rusticum monachum scribens: *Ne credas*, ait, *laudatoribus tuis, imò irrisoribus aurem ne libenter accommodes, qui cùm te edulationibus fouerint, & quodam modo impotem mentis effecerint, si subitò respexerit, aut Ciconiarum deprehendens post te colla curuari, aut manu aures asini agitari, aut alluantem canis linguam protrahi.* Alibi quoq; præfans in Sophoniam prophetam, excusansq; se frustrà à nõnullis irrideri, quòd eius prophetiam interpretandum suscepisset. *Qui*, inquit, *si scirent, &c. nunquam post tergum meum manum incuruarent in Ciconiam.*

SYNONYMA.

CHASIDA dictionem Hebraicam Ciconiam potiùs, quàm aliam auem significare antè alibi scripsi, ex eius nimirum etymologia, auem pietate, & benignitate insignem indicante, qualis apprime est Ciconia: item, quòd hæc certo, ac statuto tempore redeat, abeatq; quemadmodum de Chasida tradit propheta Hieremias: quamobrem diuersas interpretum versiones admiror. In lexico trilingui post dictionem Chasida, hæc quoq; vocabula subiunguntur, Deiutha, Chauarita, Machuautha, & fortè Macuarta, quas omnes posteriores voces Chaldaicas esse putat Ornithologus. Ita quoque sentit Santes Pagninus, qui pro Chauarita etiam Ciconiam transtulit, nimirum Leuit. 11. & Hieremiæ 8. exponitq; quasi nobilis, ac generosa, quemadmodum, inquit, & Hebræis dicitur Chasida, ideſt, pia, & benefica, quòd parentes iam senio confectos hæc illustris, & naturali pietate commendabilis auis alat, & enutriat grato admodum officio, & vel hominibus mirabili, educatoribus suis vicem reddens: Cæteroqui Chasida est nomen gentis Genesis 36. & Deut. 2. sic ille. Alibi quoq; Chasida deriuat à Chasir, ideſt, misericors, pius, benignus, probus, qui pio est affectu tum in Deum, tum in homines. Vult tamen, quod placet, apud Iob. 39. pro Chasida Struthionem debere verti, vt fecit quoq; D. Hieronymus, quoniam, quæ ibi dicuntur, non videantur Ciconiæ conuenire. Ergo sicut priorem constat à naturali misericordiæ affectu hoc nomine donatam, sic posteriorem hanc ab immisericordia, & crudelitate in suum genus, vt illic apud Iobum describitur, nonnulli appellatam censent. Confer vtrumque Alacolobori vocem, vt apparet, Arabicam, Syluaticus vertit Ciconiam. Alibi quoq; hæc corrupta nomina habet a Græcorum πελαργος, Pilargos, Pilargia, Pilargie. Deniq; alibi Bulunge habet in eodem significato. Albertus pro Ciconia habet Lalath, nimirum ex Auicenna, vbi transtulit quendam locum *a* Aristotelis, quam quam ipse Ciconiam hac voce significari nesciuit. *b* Alibi etiam apud eundem Albertum ex philosopho Ladah pro eadem alite scribitur. Alibi Ybos, vel Ibis pro Anto aue apud eundem legitur, qui eam imprudentissimè cum Ciconiam eandem facit: Sed & recentiores nonnulli alij in eandem scyllam impegerunt. Græcis cùm antiquis, tum etiam modernis hodie πελαργος nominatur: poëtis etiam, teste Etymologo πελαγὸς p littera omissa. Est autem dictio ista Græcorum ex contrarijs composita, vt vult idem Etymologus, item Eustathius, & Suidas, nimirum παρὰ τὸ μέλαν (exytonum) quod nigrum, seu liuidum significat, & ἀργὸν, ideſt, album. Qui sanè duo colores, si rostrum, & crura aufers, auem constituunt. πελαργίδιον, Aristophani, & Æliano dicuntur Ciconiarum pulli, vt Suidas annotat. Videtur autem, inquit Ornithologus forma patronymica. Apud Varrinum legitur sic: πελαργίδης, ὁ τῦ πελαργὸς (malim πελαργὴς, cùm rectum πελαργὸς oxytonum ferè semper ab eruditis scribatur) γένος. Ex *c* Aristotele, vt citat pro Ciconia λοφαλὸς habet. In eiusdem Varrini Lexico κίκονες auis sic dicta memoratur, non alia scilicet, quàm Latinorum Ciconia. Gelenius in Lexico symphono κίκυνι Ciconiam exponit, quam sanè vocem nullibi inuenire est. Proxima quidem huic

Chasida.

Deiutha.

Chauerita.

Machuautha.

Struthio cur Chasida dictus.

a l. 9. Hist. cap. 13.

b 9. Hist. cap. 6.

c l. 2. Hist.

eſt κυκνός, quam ſcribit Orus Apollo, Ægyptios gratitudinem denotaturos, pingere. Vbi Mercerus interpres Ciconiam eſſe conijcit. Verùm nos Vpupam eſſe alibi indicauimus, quæ & ipſa Ægyptijs, teſte Æliano in honore fuit, propter in parentes pietatem. Suidas Ἔποψ interpretatur Ciconiam, aut auem Ciconiæ ſimilem: ſed nos Ardeam eſſe ſuo loco pòſt docebimus. Ζάρηξ; authore Heſychio Ciconiæ epitheton eſt. Ornithologus verò videri potiùs inquit peculiare in aliqua lingua Ciconiæ hoc nomen ſubſtantiuum eſſe, alludereq; ad Germanorum Storck. Apud Latinos ſynonymia caret. Prænestini, teſte *a* Plauto, Coniam nuncupabant. Vergilius periphraſticè candidam alitem, Herodotus Ibidem albam pro Ciconia dixit, teſte Petro Bellonio. Dicitur autem Ciconia, vt vult Iſidorus, quaſi Ciçania à ſono, quo crepitat. Italis Cicogna, vel etiam Zigogna dicitur, pullus verò Cicognino, qua voce vtitur etiam *b* Dantes, Hiſpanis Ciguenna: Gallis, & Sabaudis Cicogne, vel Cigogne, Germanis Storck, vel Storch: cuius vocis tale etymum finxit quidam doctus Germanus, qui teſte Ornithologo, elegantiſſimè huius alitis encomium edidit, nempe παρὰ τὸ στοργὴν, hoc eſt, à mirabili illo ſtudio, & amore, quo parentes prolem proſequuntur, & proles illos viciſſim. Saxones dicunt ein Ebeher, Roſtochij, & alibi, & Adebar, & Odeboer, Flandri Houare, cæteri Belgæ Oyeuaert, vel rectiùs Ouveuaer. Quoniam poſteriorem vocem Batauis ſenem patrem ſignificare audio, adeo vt & hi, cùm aui primum nomenclaturam imponerent, ad eandem στοργὴν reſpexerint, ac ſi nimirum patrem viribus iam in ſenio effœtum nutrire, indicare ipſo nomine vellent. Anglis appellatur à Storcke, Polonis Boczan, Illyrijs Cziap, Turcis Leglek.

a In Truculent.

Ciconiæ etymum.

b Cāt. 2. in Purg.

GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

Deſcriptio.

CICONIARVM duo genera reperiuntur: quorum vnum album, nimirum de quo nunc potiſſimùm agitur, alterum nigrum, de quo pòſt, appellari poteſt. Differunt colore, & loco habitationis, vt patebit. Albertus Ciconiam, alas ait habere nigras, & caudam, aliaſq; partes albas: quod ſanè verum eſt, ſi roſtrum, & pedes auferas, quæ alia ſunt rutili coloris, licet in pullis primùm fuſceſcant: vnde dixit Ouidius, *Ciconia canas dat pennis.* Auis eſt, inquit quidam Anglus, mediæ magnitudinis inter Gruem, & Ardeam, pennis albis, & nigris diſtincta, crura longa habet, roſtrum Gruinum, ſubrubrum, & craſſum. Plinius tradit eſſe, qui affirmant, Ciconijs non ineſſe linguas: quod repetens Solinus addit, ſonum, quo crepitant, oris potiùs, quàm vocis eſſe. Qua de re quid iudicem non habeo, cùm nondum adhuc auis ad manus meas peruenerit. Caret enim ager noſter his auibus. Videò tamen Germanum, qui de ea encomium ſcripſit, aſſerere, linguam quidem, ſed breuiſſimam habere. Petronius Arbiter Ciconiam, quòd crura ei ſint procera, & excelſa gracilipedem, Baptiſta Mantuanus, longo crure vocauit. Eſt præterea Ciconia δολιχοδειρος, ideſt, collo oblongo, cuius vti & roſtri longi vſum docet *a* Galenus, quem conſule.

Magnitudo.

a l. 11. de vſu part. cap. 8.

LOCVS. MIGRATIO.

Quæ loca frequentet.

CICONIA duo præcipuè loca victus quærendi gratia frequentat, ſtagna nempe, & prata. Aduena auis eſt, nam certo anni tempore auolat, certo redit. In Germania cùm ſuperiori, tum inferiori auis eſt notiſſima. Ornithologus in Heluetia abundare ſcribit, præſertim ijs locis, à quibus paludes, aut lacus non multum diſtant. Olim paſſim in Italia quoq; degebant, ſicut in primis ex Attilæ augurio ſuo loco recitando, necnon hiſce antiquiſſimi M. Varronis verbis liquet. *Neque enim*, inquit, *Hirundines, & Ciconiæ, quæ in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt.* Nunc quod ſciam, in Italia non habitant, vel ſaltem in noſtris hiſce regionibus. Olim in Fidenate agro, nec pullos, nec nidum faciebant, vt ſcribit Plinius; qui pariter ad Larium lacum in Trāſpadana Italia amœnum arbuſto locum Ciconias non permeare refert, ſicuti nec octauum citra lapidem ab eo. Scribit author de natura rerum. Ciconias Thuringiam, quæ Germaniæ ciuitas eſt, vbi decimæ non ſoluuntur, neq; intrare, neq; inhabitare, aliſq; in locis, vbi habitat, vnum è fœtibus ſuis dominio loci, ſub

Loci vbi habitat. Nemo quid perſoluat Ciconia.

sub quo fætificant, deplumatum, quasi tributum deijcere, ac si hæ volucres non degant, vbi decimæ nō soluuntur. Sunt tamen & in Britānia nunc, nisi aliunde inserantur, ignotæ teste quodam Anglo, quam ignotissimæ. Ignorabāt veteres, quò hinc ex Europa discedentes abirent, vt disertissimè testatur Plinius: *Ciconiæ, inquit, quoniam è loco veniant, aut quò se referant, incompertum adhuc est. E longinquo venire non dubium, eodem, quo Grues modo, illas hyemis, has æstatis aduenas.* Bellonius verò ceu oculatus ipse testis hyeme in Ægypto, & in Aphrica viuere certissimū esse tradit, quin, inquit, alio etiam oculatos testes possim appellare, qui simul obseruarunt, Septembri, & Octobri mensibus totam Aegypti planiciem infinitum harum volucrum numerum alere. Verùm videndum esset, nunquid omnes hinc abeant: nam Geruasius Tilbellorius, referēte Gaudentio Merula, in Lario lacu, qui nunc Comensis appellatur, & ad quem Plinius Ciconias permeare negat, vt antè diximus, piscatores per hyemē multas velut extinctas, reti in siccum trahere, easq; simul iunctas mutuò, simul rostra in ano inserta habere, & thermis calefactas reuiuiscere tradit. Præterea *a* Baptista Campofulgosus Ciconias sub aqua non tantùm admittit, posse viuere, verùm spirādi quoq;, & se alendi viam habere videri. In Lotharingia deniq; iuxta Metenensem vrbem in quodam alio lacu, vt idē Campofulgosus refert, anno salutis quadringentesimo sexagesimo septimo supra mille, permultę aliæ Ciconiæ similiter inuentæ fuerunt, quæ in thermis calefactæ reuixerunt. Eaque res, inquit, effecit, vt quidam sub aquis abdere se Ciconias putarent, ea ratione moti, quòd vsq; in præsentem diem nec scriptum sit, nec satis intellectum, quò se desinente æstate recipiant, cùm tam multi apud Græcos, Latinosq; fuerint, qui diligenter animalium naturam inuestigarunt. Hæc ille. Sed nos, quò auolent ex Bellonio diximus. Sin in aquis ita lateant, vt iam postremò scripsimus, rectè Aristoteles, latere Ciconias scripserit. Sunt quoq; qui hybernis diebus in Aphrica delitescere velint, perinde vt apud nos Hirundines solent, quod, inquit Germanus ille Ciconiæ encomiastes, affirmare non ausim, sed hocne modo, an in longinquioribus Africæ terræ montium recessibus lateant, tanquam incompertum relinquimus. Ego sanè hac in re Bellonio fidem adhibeo: qui & alibi sic scribit: Ciconiæ, quæ æstate in Europa sunt, magna hyemis parte, vt in Aegypto, sic etiam circa Antiochiam (iuxta Amanum montem) degunt. Et rursus: Cùm circa Abydum essem, vicesimo quarto die Augusti, ingentem Ciconiarum vim conspexi, quæ, ad tria vel quatuor millia accedere videbantur. Volabant illæ à Russia & Tartaria, & Hellespontum agmine decussato transuersum traijciebant. Et cùm supra Tenedum insulam essent, longo per aera tractu se conuertebant; donec in circulum omnes colligerent. Inde priusquam longiùs à faucibus Propontidis pergerent, in minores aliquot turmas supra viginti se distribuebant, & se inuicem versus meridiem sequebantur. Oppianus *b* quoq; ait, quosdam referre ex Lycia volare, alios dicere, ex Æthyopia, quo loco inchoata ex inundatione Nili fæcundatur Ægyptus. Cùm itaq; eò migrare Ciconias constet, aliquid quoq; de migratione, & reditu ad nos dicamus. *Abiturę*, inquit Plinius, *congregantur in loco certo, comitataq; ita, vt nulla sui generis relinquatur, nisi captiua, aut ęgra, ceu lege prædicta die recedunt. Nemo vidit agmen discedentium, cùm discessurum apparet: nec venire, sed venisse cernimus: vtrunq; nocturnis fit temporibus. Et quamuis vltra, citraque peruolent, nunquam tamen aduenisse vsquam, nisi noctu existimantur. Py hones comes vocant in Asia patentibus campis, vbi congregatæ inter se commurmurant (vbi primò aduenius fuit tempore Ciconiæ auolant, Solinus) eam, quæ nouissimò aduenit, lacerant, atq; ita abeunt. Notatum post idus Augustas nō temerè vales ibi.* Hæc ille. Sed Bellonius discedentes vidit, asseritq; alibi eas ideo non videri, quòd vocem inter volandum non edant, vt Grues solent, & Anseres. Earum encomiastes eandem migrationem depicturus, Simulatque, inquit, Ciconiolæ in pennas integras excreuere, iamq; alarum firmiore ope leniter spirante aura, nido se tollere, mox proximo nido tecta circumuolare audent; deinde libro etiam cælo sublimes ludere sustinent. Postremò cùm finitimas Ciconiarum ædes obuolitantes ad alarum faciēda pericula euocant: id quod soldibus Iunij faciunt (eo enim tempore nidos primùm egredientes deserunt, euolantque ac reuolant. Accedit, quòd è pratis ipsæ quod fumant ductu, instinctuq; parentum venantur) tum, inquam solertissima quadam ingenij perspicacitate perfectionis tempus obseruant. Est autem sub æstatis exitum circiter idus Augustas. Et rursus: Idibus Augusti (circiter diem Ascensionis B. Virginis) Ciconiæ, iuuenesq; senesq; collecto agmine pulcherrimo, inter laborioſum illud pernocte luna ingrediuntur. Priusquam verò mare traijciunt, omnes, quas quidem agri nostri emisere, Atheſim Galliæ flumen non ita procul à Sextinianis aquis, seu (vt alijs placet) Sestiani, aris, nimirum vbi marius Cimbros ferro fudit, congregantur. Illic habitis inter se publicis concionibus commurmurant, exercitum lustrant, cognitionibus diem vnum, aut alterum traducunt, iudicia acriter exercent: & si quam tardior segnities morata

Vbi nō degere dicāt.

a lib. 1. memorab.

b In Ixeut.

Migrationis modus.

Noctù aduenium.

Nouissimo venientem lacerant.

Quo tempore abeāt.

rata eſt, aut adulterij crimen conuicit, eam communibus ſententijs diſpungunt, occidunt-que. D. Ambroſius, & Magnus Baſilius, eoſq; vt apparet, ſequutus Iſidorus, tradunt, Cornices, cùm migrant Ciconiæ, ducendi functionem ſubire, illaſque dirigere, & turmis quodammodo ſtipatricibus, conſectari eatenus, vti vel aduerſus inimicas aues munimento haudquaquam contemnendo eſſe credantur, ac periculis ſubire proprijs non ſuam bellandi aleam. Cæterùm, nunquid hoc verum ſit, planè ignoro. Scio quidem, Kiranidem ſcribere Cornices Ciconijs in Aegypto per hyemem pugnare vt in Palecano retuli. Malim tamen amicas potius, quam inimicas aues eſſe Ciconias, & Cornices. Vt vt eſt, hoc certum eſt, ad nos accedere, quando in ijs locis, vbi hybernarunt, intolerabilem æſtum ferre nequeunt. Tunc enim noſtræ regiones ipſis temperatę apparent, quemadmodum contra hyems intemperata: cuius fugientes frigora, aliò, quò diximus, recedunt, mediocris caloris amantes, qualis eſt potiſſimum in Europa.

Cornicum in Ciconias officia.

MORES. INGENIVM. PRVDENTIA.

Gratitudo. Temperantia. Caſtitas. Pietas.

CVR migrent Ciconiæ iam dictum eſt; hoc eſt, cur certis temporibus vno in loco congregatæ diſcedant, ac reuertantur, vtrumq; ferè clam, & noctù: item quam inſignem in eiuſmodi migratione prudentiam obſeruet. Inſuper tradunt D. Ambroſius, & Magnus Baſilius Ciconias iam commigraturas non aliter, quam collecto agmine proficiſci, ac velut per teſſerarios militiæ quadam imagine tempore pronuntiato, pariter moueri omnes, mirè ſeruatis ordinibus, ceu nec agminis coactor deſit. Cæterùm, quod Diui iſti non attigere, ſimul congregatæ habitis inter ſe publicis concionibus commurmurant, inquit earum encomiaſtes, exercitum luſtrant, cognitionibus quæ diē vnum, aut alterum traducunt, & ſi quam tardior ſegnities morata eſt, eam communibus ſentētijs diſpungunt, occidunt qi. Deniq; abituræ Aquilonis ſecundum flatum prudenter expectant, qui ſimulatq; pronior incidit, tum ceu lege prædicta die profectionem maturant. Quantum ingenio valeant hæ aues etiã indicant, quando velut ſibi ipſis medicæ, accepto in pugna vulnere, Origano, teſte Ariſtotele (Gaza cunilam vertit) appoſito ſe ſe ſanant: quod quanquam cæteras quoq; aues facitare dicat Philoſophus tamen Ælianus non quaſuis ea herba vti aſſerit, ſed præter Ciconias, Perdices, & Palumbes tantùm, Plinius tantùm Ciconias. Sapientiſſimè quoq; Veſpertiliones, quibuſcum miro modo diſſident, nidis ſuis perniciem morientes vindicant, teſte Ælian. *Platens*, inquit, *folia in nidos ſuos inferunt* (quod & Zoroaſtres in Geoponicis dixerat) *ad qua accedentes Veſpertiliones, torpore comprehenſa perniciem afferre nequeunt.* Dicuntur præterea clyſteris vſum inueniſſe, hominesq; docuiſſe Ciconiæ (quanquam id Ibidi alij alij auibus aſcribant) roſtro cùm venter non obedit, in anum indito faces, atque recrementa eijcientes. In nidi autem luſtratione nonne quoq; quid hominibus æmulandum præſtant? Eum nunquam extruunt, vt ſcriptum reliquit *a* Philoſtratus, quin lapidem, quem lychniten vocant, imponant, quaſi facem adhibentes, vt oua fœtũ prodeant, & ſerpentes nido nõ appropinquent. Aliquot ſanè memorantur animantia, præcipuè autem aues, in quibus multa, in primiſq; manifeſta, atq; clariſſima apparet prouidentia, inter quas Ciconia ſanè non infimum locum obtinet. Etenim futuras vrbium clades, & interius præcognoſcere videtur, cùm nimirum prius quàm ab hoſte expugnetur, vnà cum fœtubus aufugere ſæpe viſa ſit. Huc ſpectat nidificandi etiam eius modus. In eminentiſſimis enim ædificiorum apicibus, aut in ſpeculis altiſſimis, arboribuſq; ſummis montiumq; verticibus nidum ponit, quod humo, humilibusue locis ſe, ſuaque minimè credat, omneſque fortunæ caſus inacceſſæ altitudinis altiſſimo conſilio cauet. Quare apud Pſalmiſtam vbi ait; Haſſida (Herodium vertunt ferè omnes) domus dux eſt eorum; rectè Ciconia verti poteſt: quemadmodum luculenter quoq; oſtendit *b* Pierius Valerianus. Quod modò ad alitis huius grauitudinem attinet: hanc in primis celebrat Plutarchus, *Ciconia*, inquiens, *quanquam à nobis neq; tegitur, neq; foueiur, neq; tutelam, neq; auxilium vllum accipit, perſoluit tamen mercedem loci, quem occupauit, dum infeſtà hominibus animalia, rubetas, & angues circumiens, interficit.* Mirum ſanè eſt, & ab hominibus quodammodo imitandum, quod memoriæ prodidit author de natura

Mirus in migrando ordo.

Vulneribus quomodo medeãtur.

Quomodo ſe à Veſpertilionibus vlciſcãtur.

Clyſteris vſum quis inuenerit.

a In vita Apollonij.

In nido extruendo quid obſeruent.

Vbi nidifi-cent.

b lib. 27.

Ciconiæ gratitudo.

naturæ rerum. *Ciconiæ*, inquit, *nidum suum quotannis repetunt, & vnum è fœtibus domino loci, sib quo fœtificant, deplamatum, vt fertur, deiciunt quasi tributum. Quinimo, vt vulgò dicitur, pro decimis deijciunt Deo ius suum seruantes. In cuius signum Thuringiam, vbi decimæ non dantur, neq; intrant, neq; inhabitant, vt experientia docet.* Sic ille, qui tamen id facere putat Ciconiam, tædio nutriendi. Vt vt est, multa de huius auis gratitudine eximia, referuntur. Insigne profectò in primis illius est specimen, quòd habet Aelianus: Gratam, inquit, accepti beneficij memoriam ipsæ etiam bestiæ retinent. Tarentina mulier, nomine Heracleis, & cæteris in rebus ex maximè raro fœminarum genere fuit, & verò ab omni stupro integram, castamque se mari-
10to conseruauit: quippe quæ vt viuentem cùm studiosè, & diligenter coluisset, sic postquam è vita excessisset, se fidissimam, & ab omni libidine continentem humato coniugi præstans: vrbanas commorationes, & domum, in qua mortuum vidisset maritum adeò malè odit, vt pro mœrore ad sepulchri monumentum, vbi sepultura affectus ille esset, miserrimè commoraretur. Hæc igitur fœmina, cùm æstiuo anni tempore Ciconijs pullorum suorum volatum experientibus, vnus & infirmissima ætate, & alarum debilitate delapsus alterum crus fregisset, eiusmodi casum intuita, se cognito morbo misericordem pullo præbuit. Nam & vulnus obligauit, & medicamentis, & cibo, potioneque adhibitis cicatricem obduxit, & ad incolumitatem perduxit: atque iam ad volatum confirmatum, è manibus dimisit. Hic admirabili quadam naturæ intelligentia non ignorans se conseruatæ vitæ præmium mulieri deberi,
20anno post, cùm ad vernum solem fortè apricantem eã, quæ sibi benignè fecerat, perspexisset, demisso, atq; humili volatu proximè ad ipsam profecta, in eius sinum lapidem euomuit, deinde in tecto subsedit. Cuius facti admiratione commota Heracleis, dubitabat, quid rstuc esset. Cùm igitur intus alicubi deposuisset, nocte sequenti somno soluta eum fulgere, & radiatam domum tanquam immissis facibus ex eo splendore perspexit: vbi verò Ciconiam cõprehendisset, & vulneris cicatricem percepisset, hanc agnouit eam esse, quam miseratione commota sanauisset. Hactenus Aelianus. Quam eandem historiam breuius, sed paulò alter narrat Paraphrastes in Ixeuticis Oppiani hoc modo: Mirabilis omnino, & solertis ingenij sunt, siue iniuria cauenda, siue gratitudinis aliquod signum ædendum fuerit. Nam & hoc accidisse fertur: Cùm quidam Ciconiæ crus lapide confregisset, eaque in nidum transuersa,
30vt poterat, se reciperet, à mulieribus, quæ claudicantem viderant, restituta est, & cum cæteris auolauit. Sequentis deinde anni vere cùm redijsset ad eundem locum (agnoscebatur autem ex claudicationis signo) & mulieres conspectu sui, ceu quæ libenter apud ipsas diuerteret, exhilarasset; mox è rostro oblongo egregiam, & pretiosam gemmam ad pedes mulierũ euomuit: quod quidem illæ gratitudinis ergo fieri intellexerunt. Simile prorsus exemplum gratitudinis Ornithologus à Iustino Globero I. C. his verbis exaratum refert. Præter pietatis erga parentes laudem, quam Ciconijs, & natura, & historia ab antiquo tribuit, etiam reipsa compertum est, hospitalitatis officium, vicemque Ciconias agnoscere beneficio suo, &
40mihi commemorare, vt Ciconia nidum in cuiusdam ciuis tecto haberet, in quo per multos annos ex more oua excluderet, & pullos nutricaret. Tanto autem tempore eadem auis beniuente) infestaretur, quotannis suo tempore & auolare, & redire, eundemq; nidum repetere solebat. Habuit autem in more præter cæteras sui generis aues hæc bestia siue hospitis frugi, & modesti humanitate ducta, siue commoditate loci, ædiumque, siue (quod verisimilius est) natura ad hoc ipsam inuitante, vt bis quotannis, nimirũ sub veris, & autumni tempus pridie ferè antequam auolaret, & postridie cùm rediret, circum limen, ac porticum domus hospitis sui volitaret, & stridenti rostro se præsentem velut indicaret, semper lætabundo, ac ceu applaudente gestu, voceque à patrefamilias accepta, ac rursus dimissa. Hæc cùm
50iam multis annis inter auem, & hospitem cõsuetudo fuisset, tandem aliquando ex more sub autumnum auolatura ante ad porticum domus obstrepero impetu fertur, ac crepitanti rostro ceu hospiti valedictura insolentiùs aliquantò gestire visa est: cui bene precatus herus amico ore auem quasi alloquens, iúber, vt salua, & incolumis redeat. Sub ver igitur postmodum reuersa bestia ex more in foribus ædium rostri crepitu salutat, ac mox ante pedes viri radicẽ magnam recentis zinziberis è gutture exerens, tanquam gratulabunda collocat, rostro, vt plurimàm obstrepero, in symbolum hospitalitatis. Admiratur hospes peregrinum, & informe quodammodo munus, accipit, & vicinis videndum præbet, certò cognoscentibus gustando veram, ac viridem zinziberis esse radicem. Et quandoquidem hactenus apud multos dubium fuit, & quodammodo incompertum (inter quos etiam Plinius est) quoniam

Ciconia gẽmam pro medicato crure reportat.

Ciconia zinziberis radicẽ hero auo reportt.

è loco

è loco veniant, aut quò se referant Ciconiæ: vel ex hoc facto constabit, calidas eas terras, & vltramarinas, vbi zinziber hodie nasci dicitur, cùm à nobis auolant, petere. Verùm & hoc exemplo qualicunque si non aliud, certè nos admoneri arbitrarer inter homines etiam cùm pietatem, tum hospitalitatem plurimi fieri oportere. Extat postremò & alia super harum alitum admirabili gratitudine elegantissima historia apud Oppianum, quæ talis est: In Italia, inquit, vt fertur, cùm serpens quidam ad nidum prorepens Ciconiarum pullos deuorasset, & alteram deinde sequentis anni fœturam similiter perdidisset, Ciconiæ tertio demum anno reuersæ, nouam quandam auem, & prius non visam (quæ breuior quidem Ciconijs erat, sed rostrum magnum, & acutum ensis instar à capite exerebat) secum adduxere, indicata nimirum ei fœtus calamitate sui, siue pollicitationibus vllis, siue verbis, vt opem ferret inuitatam. Nam verum aues, & animantes aliæ suum inter se colloquium nobis ignotum misceant, in dubium vocari potest. Auis hæc nondum absoluto Ciconiarum fœtu, coniuncta eis non erat: pullis verò iam exclusis cùm parentes ad comparandum pullis, auique custodi victum longiùs auolarent, ipsa nidum non deseruit, vt serpenti obsisteret. Serpens igitur paulò pòst progressus è latibulo pullos aggreditur, & licèt ab aue custode rostro impeteretur, non statim recessit, sed erectus corpore, caudæque innitens se opponebat: & secùdò iam ictus spiris inuoluere custodem moliebatur, vtcunque plurimis se flexibus insinuaret. Nam facilè euadebat auis in sublime se recipiens. Sic dum ille perdere, hæc seruare pullos annitũtur, plurimis ille tandem vulneribus confossus iacuit: at non impunè: auem enim in conflicto dentibus venenatis adeo læsit, vt omnes ei pennæ defluerent. Cùm verò renertendi tempus appetijsset, ac reliquæ Ciconiæ iam auolassent, parentes cum pullis seruatis, vt beneficij memores se declararent, tantisper mansere, donec nouis ei pennis renatis simul auolarent. Hæc Oppianus, quæ vnà cum prædictis de gratitudine Ciconiarum dicta sint. Vt modò de temperantia earum, siue castitate aliquid dicamus, scire licet, insignem quoque, atq; nobis imitandam vulgò haberi. Nam vt author de natura retum tradit, non dubium est, Ciconias castitatis sectatrices, cultricesq; esse, fœdus coniugij inuicem seruare. Fertur enim, quòd in eminentiori loco domus par Ciconiarum habitant: vnde mare ad pastum redeunte, frequẽte se mergebat: sic scelus adulterij per aquæ lauacrum delens, marem proprium deludebat. Huiusmodi factum dominus loci frequenter aduertit, & quadam die post adulterium, eam à fonte, ne lauaretur, prohibuit: nec mora, masculus à pastu rediẽs in fœmina sua scelus adulterij deprehendit, & in præsentia dissimulans abijt: reuersusq; secunda die maximam multitudinem secum adduxit, quæ singulæ aggressæ miseram crudeli morte laniauerunt. Idem suo tempore obseruatum esse in adultera Ciconia testatur Gulielmus Parisiensis. Earum vero encomiastes, cùm hinc migrant, author est, habitis inter se publicis concionibus exercitum lustrare, cognitionibus diem vnum, aut alterum traducere, iudicia grauiter exercere, & si quam adulterij crimen conuicit, eam communibus sententijs dispungere, occidereque. Mirum profectò est, quod narrat Aelianus his verbis: Cicunia riuali inuidia laborare fertur: nam cùm in Cranone Thessaliæ eximiâ formâ mulier, cui nomen esset Alcinoe, à coniuge peregrè profecto domi relicta, dum stupri consuetudinem cum seruo quodam fecisset, hoc quidem ipsum Ciconia intelligens, seruiles iniurias in dominum non sustinuit, quo minus quàm mox facto impetu cum sensu oculorum orbans, iniuriam in dominum illatam vlciscceretur. Præterea castas esse, inde quoque liquet, quòd cum mares fœminarum aduentum decem fermè dierum interuallo anteuertunt, tamq; nido si fortè violatum reperiunt, reparato eas soliciti expectent, fœminæ non ad alios accedant, sed singulæ suos coniuges eodem, quo antè amore inquirant: illi verò harum aduentu mirè gratulentur, & alis applaudant; at vbi iam nido accepere, Dij boni quàm dulcissima salutatio? Quanta ob felicem aduentum gratulatio? Quos complexus? quàm mellita cernas oscula? Atque interim lenes susurri quidam audiuntur. Cæterùm ab earum insigni, & nulli non celebrata reciproca pietate vulgatissimum Græcorum prouerbium est ἀντιπελαργᾶν: pro quo Scaliger alibi, ac alij plerique reciconiare, Baptista Pius ex D. Ambrosio redhostire transferũt: author adagiorum id apud Græcos mutuam officij vicem rependere esse asserit, maximè nutricandi, fouendiq; eos, à quibus aliquando fueris enutritus, aut institutus: vt si liberi parentes ætate fessos vicissim alant, foueantq; ac si discipulus præceptorem inuicem erudiat: ac si Ciconia, siue Pelargus parentes suos præ senio victum sibi acquirere inualidos eodem amore, quo ab ipsis in iuuentute est enutrita, alat: quod tamen Aristoteles non videtur affirmare, scribens, hoc ita vulgò dici: vnde apparet Aristophanis Scholiasten, & Suidam non rectè scribere, Aristotelem simpliciter hoc verum esse asserere. Cùm verò id vulgò, & à pluribus scriptoribus sit receptum, quid

c In Ixeut.

Castitas.

Ciconiæ in adulteram quã seuerè animadauerterint.

Reciconiare quid.

quid vetat, cur & nos id non admittamus? *Genitricum senectam*, inquit Plinius, *inuicem educant*. Exactiùs, clariusq; Solinus: *Eximia illis inest pietas. Etenim quantum temporis impenderint fœtibus educandis, tantùm & ipsæ à pullis suis inuicem aluntur*. D. Basilius quoque Ciconiarum nobis pietatis erga parentes exemplum proponit. Budæus Pelargicos nomos ab Aristophane dictos esse ait, quasi Ciconiarias leges, quibus liberi parentes alere iubentur. Id, inquit, quod in iure quoque cautum est. Aristophanis versus sunt hi. *Leges Ciconiariæ.*

Αλλ' ἔστι μὲν τοῦτο παλαιὸς τοῦμος
Παλαιὸς, ἐν τοῖς τὸν πελαργὸν κάρβεσιν.
Ἐπεὶ πῶς ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκτραφεὶς μὴ
Πάσας ποιήσῃ τὰς πελαργίδας τρόφιμον,
Διὰ τὰς γεγραμμένας τὸν πατέρα παλιντρεφεῖν, ideſt,

Nobis quidem auibus peruetusta lex vaget.
Ciconiarum inscripta tabulis vt simul
Ciconia parens educata erit suas
Ciconias, & tam volucres euaserint,
Pulli vicissim nutriant patrem suum.

Diuus quoque Ambrosius, qui hanc auem conuenienti epitheto piam, vti conuenientissimo pietati cultricem Petronius Arbitrer, appellat, non tantùm in senectute alere parentes suos scribit, sed in volatu humeris quoque gestare. Cuius verba Ioan. Baptista Pius hæc recitat, *Ciconiæ parentes humeris gestant.*

Aues non erubescunt reuerendi senis membra portare. Est enim vectura pietatis quod eousque frequenti testificatione percrebuit, vt congruæ mercedem remunerationis inuenerit. Nam Romanorum vsu auis pia vocatur. Quodq; vix vni imperatori consulto senatus delatum dicitur, ista hoc aues in commune meruerunt. Pios enim filios patrum prius oportuit in iudicio prædicari. Habent etiam vniuersorum suffragia. Nam retributio beneficiorum ἀντιπελάργωσις nominatur. Virtus itaq; ab his nomen accepit, cùm relatio gratiarum Ciconiæ vocabulo nuncupetur. Sed nemo profectò venustiùs, nemo feliciùs, quàm Philo Iudæus hanc pietatem expressit. *Ciconiæ enes impotes volandi*, inquit, *nido se continent. Ex his prognatæ terra marique volitant, & cibos parentibus offerunt. Sic illæ vt earum ætate dignum est, quiete fruuntur, & copia: iuniores verò laborem comportandi solantur pietate, ac spe recipiendæ in senectute gratiæ, debitum persoluentes interim, quod tempus postulat: & eadem opera natos implumes, effœtosq; parentes educant, naturæ instinctu, & pullis, & decrepitis alacriter præstando mutuum officium. Et posteà non obuelent præ pudore faciem homines parentum contemptores, damnabuntq; suam iniuriam in re, quæ vel solaerat curanda, vel ante alias, præsertim cùm non tam conferatur, quam referatur beneficium? Filiorum enim nihil est propriam, quod non parentibus debeant, à quibus vel acceperunt, vel in accipiendo adiuti sunt, &c.* Eiusmodi auis memorandã pietatem non ignorans quidam in Germania, vt narrat Ornithologus, stultitiam simulans propter paupertatẽ liberos suos in Ciconiarum nidum imposuit, tanquã ab illis alendos: quo animaduerso annona à magistratu donatus est. Docet quoque volare pullos Ciconia parens primò, vt tradit Plutarchus, tentantes. Solent enim hi priusquam auolare longiùs à nidis queant, experiri primùm nunquid tantum valeant, quod eleganter innuit doctissimus *a* Dantes, cùm canit: *Ciconiæ pullos volare docet.*

Et quale il Cicognin, che leua l'ala
Per voglia di volar, e non s'attenta
D'abbandonar lo nido, e giù la cala.

a Can. 24. Purg.

Quo verò amore pullos suos prosequatur Ciconia in memorabili illo Delphorum (Batauiæ hæc illustris vrbs est) incendio, quo tota ea vrbs conflagrauit, manifesto propriæ pro ijs mortis exemplo declarauit. Testatur enim illius vrbis historia, Ciconiam à pabulationem reducent, cum flammas nido imminentes certo exitio pullorum videre conatam modis omnibus eos grandiusculos, inuolucres tamen eripere medijs ex ignibus, tãdem desperata omni ope, & quasi conclamata, passis alis in nidum se præcipitem dedisse, pulliſq; toto corpore obtectis incũbere visam fuisse, velut deposita vitæ spe vltrò cum carissimis pignoribus mortem oppetituram. Miraculo rei, & pietatis rem his versibus consignatam addam ex Batauiæ historia, aut horum, ex quo hanc quoque historiam transcripsi: *Quanto amore pullos prosequatur Ciconia.*

Candida, & obstreperis inuisa Ciconia ranis,
Pignora ab ardenti viderat igne premi.
Eripiatne suos, & aperta pericula, tentet?
Hinc suadet pietas, vitæ amor inde vetat.
Hanc luctam pietas generosa diremit, & vrnæ
Esse eadem, & sobolis vult Libitina suæ.
Iam minor Assyrium Phœnicem fama loquatur
Viuere quæ busto quærit, & ista mori.

VOX.

VOX.

SOLINVS, Ciconias, quòd lingua carere dicantur, sonum illum, quo crepitant, oris potiùs, quàm vocis esse ferri scribit. *a* Bellonius ex concussione mandibularum ad inuicem: negatq; vocem esse, quæ ex pulmonibus proueniat. Sunt qui velint, interiores impulsu vehementiore, alij (quod magis videtur) modulata linguæ, rostriq; compositione. Vt vt est, certum saltem est, cùm ita crepitant, rostrum modò in tergus, modò in hoc, modò in illud latus, modò in pectus iacere Author Philomelæ glotterare dixit de voce, aut sono Ciconiæ.

a Lib. 4. capit. 10.

Glotterare de Ciconiæ voce.

Glotterat immensa de turre Ciconia rostro.

Quòd si verò hoc verbum ἀπὸ τῆς γλώττης, vt existimat earum encomiastes factum sit, littera geminata potiùs erit scribendum. Coralistria, vel vt alij scribunt Choralistria Ciconiæ epitheton est apud Petronium Arbitrum à vocis, aut soni potiùs crepitatione. Sed quærendum esset, an legi posset crotalistria: nam crotalum est instrumentum, quod manu pulsatur, laminis quibusdam ex ære rotundis, sonum ex collisione reddentibus. Atq; ita omnino legendum esse vult *b* Adrianus Turnebus. Ego, inquit, isti subdiffidens voci vt corruptæ, & de generi, animum variè distrahens, & versans, tandem aliquando existimaui crotalistria legendum esse à crotalis, quorum strepitum imitatur crepitante Ciconia rostro, vt poeta *c* Ouidius scribit, & *d* Iuuenalis,

Ciconia Coralistria vnde dicta

Crotalum quale instrumentũ.

b lib. 8. aduer. c. 18.

c 6. Metamorph.

d Sat. 1.

Quaq; salutato crepitat Concordia nido.

Eiusmodi crepitanti sono Dantes, alludens ad illud sacræ paginæ, *Ibi erit fletus, & stridor dentium*, animas in inferno algentes, & præ nimio, & intolerabili algore horrentes, dentesq; concutientes, comparat, inquiens:

Eran l'ombre dolenti ne la ghiaccia,
Mettendo i denti in nota di Cicogna.

VOLATVS. GRESSVS.

QVANQVAM Ciconiæ volatus celer non sit, non parum tamen volatu potest. Dum autem volat, pedibus tanquam gubernaculo nauta cursum moderatur, porrectisq; in caudam, quæ breuior illi contigit, pedibus, per magnum aera contendit, quemadmodum quoque Ardeæ, Grues, aliæque quibus breuior cauda est, facere solent, teste *a* Philosopho. Obseruatumq; est Austro flante nunquam volare. Cur verò Grus, Ciconia, & aliæ, quas dixi, aues dormientes vni tantùm pedi innitantur, & caput humero alteri imponant, quærit *b* Hieronymus Garimbertus, quem consule, Plinius, quædam animantia in ingressu pedes ante se iacere scribit, ijsq; Ciconias, & Grues accenset.

Volãdi modus.

a lib. de incessu animal.

Quãdo nõ volent.

b Quæst. 51.

VICTVS.

CICONIA, inquit quidam Anglus circa lacus, & paludes degit, ranas, bufones, angues, & pisces comedens. Cæterùm ea potissimùm prata frequentare solet, quæ in conuallibus, aut locis irriguis iacent, quod genus Græci βαθυλειμίας vocant: vnde lacertas, chersydros, alioſq; serpentes, ranas calamitas, aliasq; pratorum pestes capit. Quod verò serpentibus vescatur, etiam meminit Iuuenalis, dum Romanos arguens, quorum liberi tales euadebant, quales à parentibus instituebantur, memorat naturam Ciconiæ, eiusq; pullorum. Hi enim à teneris assuefacti, serpentibus vescuntur. Ait autem:

Quibus victitet.

——— *Serpente Ciconia pullos*
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.

Aristoteles, seu potiùs mirabilium author, quæ sub illius nomine veneunt circa Thessaliam dici ait, tantam serpentium vim prouenire, vt nisi à Ciconijs conficerentur, incolas pelleret. Clarum certè est ex veteri historia lege capitali cautum ibi fuisse in earum occisores eodem planè modo, ac in homicidas, quanquam alibi *a* Plutarchus ex illo multatos fuisse scribat, & Solinus nocere Ciconijs nõ licuisse dicat. *Nocere*, inquit, *eis omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia, vel maximè, vbi serpentium immanis copia est, quos dum escandi gratia insectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt*. Bellonius ea propter Aegyptijs in summo hore

Ciconiarũ occisores qua pœna afficerẽtur.

a lr. de Isid. & Osir.

nore fuisse ait. Apud Hollandos, vbi miro modo ranæ abundant, nisi vel supra propria tecta, vel in propijs pratis has eadem volucres necidere licet, vt intelligo. Cæterùm licet omne ferè serpentium genus deuorent, cæcilias (alij non bene cicinias habent) hoc est, cœcos serpentes diligentiùs sectari solet, ijsque vnicè delectatur. Multifariam autem omnibus insidiatur, & alijs venenatis vescitur, nec inde perit. Bufonem verò, si authori de natura ejus credimus, nonnisi in magna fame gustat. *Venenatis impune vescitur.*

NIDVS. COITVS. PARTVS. EXCLVSIO.

VARRO Ciconiam in agro nidulari innuere videtur, inquiens, *Turdi non, vt aduenæ volucres faciunt pullos: vt in agro Ciconia, in tecto Hirundines.* Quod nunquid verum sit, nescio: videmus enim in summis plerunque tectis, & quandoque in ipsis summis fumarijs nidulari. Eligit tamen nonnunquam, sed rarius, sumitatem procerioris arboris aridæ, in locis potissimùm paludosis. In Gallia ipsi eriguntur rotæ, testè Bellonio, in fastigijs altiorum ædium. In Hollandia, vt audio, vasa magna lignea quadrata, in quibus nidificent, & pullos educent. Nidificandi modum nobis sic describit earum encomiastes. Ciconia primo protinus aduentu veterem nidum repetit (Plinius quoque nidos eosdem repetere scribit) quē si quidem saluum, & incolumen inuenit, collectis hyberno situ lordibus statim repurgat, instauratq; Sin sæuiore aliqua ventorum tempestate deiectum cernit, ramentis vndique ex agris, palustriq; vlua comportatis, possessionem sedis nouo nido occupat, Pomeria primùm rotunda sciotherico (quod vulgus mathematicorum concauum appellat) valde similia figit, mox ædificat: deinde constabilit: postremò si quid distortius horret, admirabili quadam rostri industria in ordinem componit. Idem Veneri non indulgere alibi, quàm in nido asserit. Item oua triginta non amplius diebus fœminam quatuor Anserinorum tum magnitudine, tum colore ponere, eaque quamprimum variatis quidem vtrumq; (marem, & fœminam) plumis fouere. Obire autem patrem incubandi munus tantisper, dum illa sibi per otium cibum quærat: incubitum nisi asperior tempestas impediat, spatio mensis vt plurimùm absoluere. *Vbi nidulatur.* *Quomodo nidificent.* *Vbi coeant.* *Quot, & quāta, qualiaque oua pariat, & quandiu incubet.*

ANTIPATHIA. PVGNA. SYMPATHIA.

KIRANIDES, sicut alibi retulimus, Coruos tradit, & Cornices, aliasque volucres Pelecanis, & Ciconijs pugnare. Verùm Cornices Ciconijs saltem inimicas esse parum verisimile est, si verè ab alijs scribitur, non aliter, quā ijs ducibus eas migrare, vt suprà scriptum est. Aristoteles alibi Sittam scribit Aquilæ hostem esse, & eius oua frangere: quo loco Albertus, Aquila inquit, & Ciconia causam pugnæ habēt, quòd vna comedit oua alterius. Alibi scribit sic: *Ciconia etiam Aquilas insequitur tempore, quo pullos nutrit, & alias rapaces aues, quibus obsistere si solanō valeat, aduocat alias.* Et rursus alibi: *Herodius* (sic vocat Aquilam Germanam) *altissimè volat, ita vt aues omnes superet: nam si magnæ aues, vt Grues, & Ciconiæ sublimius ea volarent, rostrorum acie eam conficerent.* Ego Ciconias Aquilis sponte sua pugnare, aut insequi eas non puto, sed nisi coactas pugnam inire. Petrus Gyllius ex Æliano, Ciconiā, & Crecem ait aues esse inimicas, sed nescio quàm rectè & ipse illud asserat; nam Philes, qui sua omnia ex Æliano mutuatus est habet, sic: *Cur cum Aquila pugnet.*

Ἔχθος γὲ μὲν ἔχουσι Ἀϑηνὰς μέγα
Μακροὶ πέλαργοι καὶ βραδυπτερύγες (ἐρῆκες)
Odium quidem habent cum Mergis magnum
Longæ Ciconiæ, & brevibus alis Creces.

Fieri tamen potest, vt eandem ob causam propter quam Mergos oderunt, tanquam eodem victu, piscibus scilicet, vtentes, ipsæ etiam inter se inimicæ sint. Quomodo contra

Ciconiarũ, & Vespertilionum reciprocum odium.

Vespertiliones sese vindicent Ciconiæ, antè dictum est: Est autẽ eiusmodi odium quoque reciprocum, teste Ælian o, *Ciconia*, inquit, *non modo magno Vespertilionis odio tenetur: sed hæc etiam illius.* Est postremò serpentum hostis Ciconia, quam intellexit Maro hoc versu:

Candida venit avis, longis invisa colubris.

Cum exercet cum serpentibus.

Ornithologus ex Bellunensi, Auicennæ hunc locum restituit: Qui sibi metuit, noctù præsertim dormiens, à venenosis animalibus, nutriat circa se Grues, Cyenos, Bellunensis, inquit pro Cyenis Ciconias reponit, quod probo.

CORPORIS AFFECTVS.

Qua affectione laboret.

VIDETVR Ciconia, inquit author de natura rerum, caput perquam rheumaticum habere. Nam de rostro eius aqua subinde extillat, & magis hyeme.

PRÆSAGIA. AVGVRIA.

Veris præsagium.

ADVENTVS sui testimonio, inquit D. Ambrosius, veris initium denotat. Quod quoque Hieremias propheta innuit his verbis. *Miluus in cælo cognouit tempus suum: Turtur, & Hirundo, & Ciconia, custodierunt, tempus aduentus sui*: hoc est vere primo reuerti nouerunt, & aduentu suo ver indicare. Hinc a Baptista Mantuanus Ciconiæ aduẽtum eleganter veris signum ponit.

a Lib. 2. de sacris dieb. Feb.

——— *Aperire Fauonius aura*
Incipit, & tepido violis applaudere vento.
Iam satio vicina fabis. Grus ordine longo
Cum clamore volat, procellaque semina campis
Esurit, clingui venit alba Ciconia rostro.

Fertilitatis præsagium.

Ex Ciconiarum cum carnivoris avibus conflictu in Lycia, si Ciconiæ cum suis vicerint, frugum fertilitas futura præsagitur: sin carnivoræ, pecorum prouentus abundans speratur, vt alibi ex Kiranide recitatum est. Tempestatẽ verò ipsa auis præsentit, nam sicunde ea imminet, tum ante se medium in nidum ambobus pedibus (nam alternis aliàs insistens quiescit) confestim sitit, pẽnas tristior diffundit, rostrũ in pectus condit, vnde & plumas ceu barbam promittit, vultum demissum eò obuertit, qua parte tempestas, ventus, aut imber ingruit: Quod si in anguli, aut marginibus nidi temerè insisteret faciliùs vi tempestatis præcipitaretur. Iam verò felixnè augurium Ciconiæ sit, an contrà infelix habitum apud veteres, nõ obseruaui. Alexander *d* ab Alexandro, *Ciconiam*, inquit, *non vt Grues prodigium facere dicunt, sed in augurys non dubiam ferre concordiæ significationem.* Sed nunquid concordiam significet, posteà dicemus, hic tantùm allaturi illud siue prodigium, siue augurium, quod Attila Hunnorum rex, qui se flagellum Dei vocabat, ex discessu Ciconiæ cum pullis suis ex vrbe Aquileia accepisse fertur. Is enim, vt scribit *e* Æneas Syluius, nisi Ciconias ex altis turribus pullos efferentes vidisset, ab obsidione eius vrbis recedere statuerat. Id enim augurium, inquit, capiendæ vrbis ratus, in proposito perstitit, breuique ea potitus est, triennio enim obsidio durauit. Dederunt itaque Attilæ augurium Ciconiæ, futurum, vt Aquileiam, quam per triennium, vt dixi, obsederat, multisque oppugnationibus attriuerat, expugnaturus esset: visæ nempe hæ aues à rege vrbem obequitante vno impetu ex vrbe migrare: fœtusqi suos sublatos rostris per rura foras asportare: vnde ille vrbem euestigio perituram præsagiuit, ostensoque militibus augurio, expugnatione perquam properè parata voti compos euasit. Simile quid de Iordano Bonzio narrat Pierius Valerianus his verbis: Patauij dura sub Ezelini dominatione cùm iniecta esset Iordano Bonzio viro strenuo tyrannicidij concepti calumnia, ob quamuis damnatus est, domusq; eius deiecta, & à fundamentis euersa, obseruatum est paucis ante diebus, Ciconiam, quæ in summa illarum ædium turri nidum struxerat, paulatim nidum ipsum auellere cœpisse, moxque eum in Manfredi Cuticelli turrim transtulisse, ibique oua posuisse, quod casu factum credere difficillimum est.

b Li. 5. cap. 13. Genial. dier.

Concordiæ augurium.

c Lib. 2. pis. in decad. Blandi.

Attila quomodo Aquileiam à se capiendam esse præsagiuerit.

COGNO-

COGNOMINATA. DENOMINATA.

VARVS Sophista, vt scribit Alexander ab *a* Alexandro à forma nasi Ciconiæ similis, Pelargus fuit cognominatus. A Ciconijs quoque secũdum quosdam Pelargi, quasi πελαργοὶ dicti sunt, quod nimirum Ciconiarum more, antequam sedem sibi deligerent, bonam partem orbis peragrassent. πελαργικὸς apud *b* Aristophanem Neptuni cognomen est, pro pelargico, vt ad Pelargum, idest, Ciconiam alluderetur, quemadmodum & Sunieracus ab eodem comico pro Sunirato cognominatur, vt allusio fieret ad Accipitrem, quoniam in auium republica sermo est, vel pro pelagio, quoniam pelagi præses est Neptunus, vt Scholiastes monet. In eadem fabula memoratur Pelargicus murus πελαργικὸν τεῖχος, qui Athenis in arce fuit, cuius & Callimachus meminit τοροῶν τε τέγισμα πελαργικόν. Vocat autem murum Thyrrenum, quòd à Thyrrenis suffossus, & dirutus sit: quos qui viderant, Pelargos nominabant propter sindones, quas gestabant. Author est Etymologus Erant nimirum sindones illæ albo, & atro coloribus distinctæ. Didymus Pelargicum murum in petris situm fuisse scribit. Conijcit Ornithologus ita dictum, quòd super eo fortè Ciconiæ nidificarent: vt & Pelargicum collem, inquit, album in Iouis Dodonæi luco, cuius mentionem facit Eustathius, vbi Iupiter Pelasgicus cognominatur, alia lectio Pelargicus habet, inquit Eustathius, à colle prædicto Pelasga Potnei filia nominatur à Pausania. Qui Brixiam cõdidit, Ciconius secundum quosdam dictus fuit. Cicones Homero populi Thraciæ sunt iuxta Hebrum. Sed his nihil cõmune cum Ciconia aue, cùm eius appellatio hæc Latina sit. πελαργῖτις herba, ac si Ciconiariam dicas, nominatur alicubi à Galeno inter spleneticorum remedia ex Asclepiade. Propinantur eius tritæ cochlearia duo cum aceto mulso. Scholiastes eius, quæ herba sit, sese fatetur ignorare, quod & Ornithologus facit, qui tamẽ perquam doctè conijcit, geranium primum esse, quod, inquit, inter nomenclaturas Dioscoridi ascriptas Pelonitis etiam nominatur. Quanquam nulla ei ad lienem vis attribuitur. Vasorum quidem, quæ semina includunt, figura, vt Gruis rostro confertur, vnde Gruinaria dicitur, Ciconiæ etiam rostro conferri potest, quare & à Germanis ab vtriusq; auis rostri similitudine appellatur Storken Schnabel, Kranichsnabel. Hæc ille. Cæterùm geranium generatim Pelargitis, siue Ciconiaria dici potest. πελαργίδες νῆες, hoc est, naues Ciconipelles, vt vertit interpres, vel Ciconiestes, vt Scaliger, apud Lycophronem nominantur, hoc est, Ciconiarum coloribus tinctæ: nimirum atro, & albo: nam quemadmodum hæ alites superiore corporis parte albis, inferiore nigris sunt pennis, ita naues albo velo vtuntur, cætera parte propter picem, qua oblinuntur, nigra. Insula heroum è regione Borysthenis fluuij sita vocatur etiam Leuce ab auibus albis: nam χηνώτια λευκὰ illic Eustathius interpretatur aues albas, intelligit autem Laros albos, inquit, vel vt alij vocant, Ciconias. Ἀντιπελαργεῖν Græcorum verbum, cuius suprà mentio facta est, vbi reciconiare à Scaligero verti diximus, nonnulli Cigognare Italicè dicunt.

a l. 2. c. 11.

Pelargus quis dict.

b In Auib.

Murus Pelargicus vbi.

Thyrreni cur Pelargi dicti.

Iupiter Pelargicus dictus.

Pelarga.

Ciconius.

Cicones.

c lib. 9. de comp. med. sec. loc. cap. 2.

Naues Ciconipelles cur dictæ.

MORALIA.

QVOMODO hospitalitatis ius à brutis discique queat, & quantum parentibus liberi debeant, Ciconiarum exemplo eleganter ita docet facundissimus D. Ambrosius. Ciconias ferunt, collecto proficisci agmine, si quò pergendum putant, & simul plerisq; circa Orientem locis inuehi, & quasi tessera militari pariter omnes moueri. Exercitum credas cum signis suis pergere, sic omnes viãdi, comitãdiq; & præcundi ordinem obseruant. Cornices autem deducunt eas, & dirigunt, & velut quibusdam turmis stipatricibus prosequuntur, adeo vt adiumenta quædam bellantibus, aduersus inimicas aues conferre credantur, & proprijs periculis bella aliena susciperc. Cuius rei indicium est, quia nullæ per interuallum aliquod temporis residere in illis locis reperiuntur. Et quia cum vulneribus reuertentes, manifesta quadam sanguinis sui voce cæterisque loquuntur indicijs, grauium se certaminum subijsse confictum. Quis igitur illis pœnam desertionis indixit: Quis derelictæ militiæ supplicia præscripsit formidolosa, vt nulla prosequendis hospitalibus turmis se se subtrahere nitantur, sed certatim omnes deductionis munere, officioq; fungantur? Discant homines hospitalia seruare iura, & ex auibus cognoscant, quid religionis hospitibus sit deferendum, quod obsequium deputandum, quibus Cornices etiam sua pericula negate

re non ſoleant. His igitur nos ianuas claudimus, quibus aues etiam animas ſuas conferunt: & quos illæ conſortio proſequuntur diſcriminis, eos tecti prohibemus hoſpitio: & quorum illæ bella ſuſcipiunt, his nos bella frequenter inferrimus. Mentior, ſi non hæc Sodomitanis fuit cauſa ſupplicij: aut Ægyptius furor genti hoſpitæ, dum bellum conatur inferre, inhoſpitalitatis pœnas infidæ naufragio plebis exoluit. Quam verò rationalium excedat pietatem, ac prudentiam auis huius clementia conſiderandum, quem nec exemplum quidem rationabilium quiſquam noſtrum imitari poterit. Nam depoſiti patris artus per longæuam ſenectutem plumarum tegmine, alarumq; remigio nudatos circunſtans ſoboles pennis proprijs fouet. Et quid dicam collatio cibi paſcit, quando etiam ipſa reparat naturæ diſpēdia, vt hinc, atq; inde ſubleuantes ſenem fulcro alarum ſuarum ad volandum exerceant, & in priſtinos vſus deſuera iam reuocent pij patris membra? Quis noſtrum leuare ægrum nō faſtidiat patrem? Quis feſſum ſenem ſuis humeris imponat, quod in ipſa hiſtoria vix credibile habetur? Quis, vt pius ſit, non hoc ſeruulis mandet obſequium? At verò auibus non eſt graue, quod pietatis eſt plenum: non eſt oneroſum, quod ſoluitur naturæ debito. Non recuſant aues paſcere patrem, quod etiam præſcripta neceſſitate ſub terrore pœnarum plerique hominum recuſarunt. Aues non ſcripta, ſed nata lex ſtringit. Aues ad hoc munus nullo præcepto conueniunt, ſed gratiæ naturalis officio. Aues non erubeſcunt reuerendi ſenis membra portare. Eſt enim victoria pietatis, quod eouſq; frequenti teſtificatione percrebuit, vt congruè mercedem, ac remunerationem inuenerit. Nam Romanorum vſu pia auis vocatur. Et quod vix vni Imperatori conſulto Senatus delatum dicitur, hoc iſtę aues in commune meruerunt. Habent ergo iſtæ aues decreta patrum ad propriæ inſigne clementiæ. Duos enim filios patrum prius oportuit iudicio prædicari. Habent etiā vniuerſorum ſuffragia: nam retributio beneficiorum antipelargoſis nominatur. Pelargos enim Ciconia dicitur. Virtus itaq; ab his nomen accepit, cùm relatio gratiarum Ciconiæ vocabulo nuncupatur. Habemus audaciæ ſobolis ergo cultus patrios pietatis exemplum. Hæc omnia D. Ambroſius. Æneam pium à Vergilio appellari aiunt, quoniam patrem ſuum decrepitum humeris ſuis ſublatum patriæ incendio eripuerit. Miris quoque laudibus effertur puella, quæ matrem captiuam per plures dies proprijs aluit vberibus. Eſt ſane eiuſmodi pietatis virtus Deo acceptiſſima, adeo vt in ſacris literis poſt tria de diuino cultu, præcepta in decalogo contenta, primum rerum humanarum decretum à ſummo Deo ſit parentes venerari. Itidem nos admonent diuinæ litteræ, vt ſi diuturniore vita frui cupimus, & patrem, & matrem in primis honore proſequamur. Lex quoq; extat pietatis magiſtra, quæ edicit, vt liberi parētes alant, aut vinciā ur. Ad quod Homerus reſpexiſſe videtur, vbi in Simoiſio Anthemionis filio reprehendit occiſo, quod

Antipelargoſis quid.

Æneas cur pius dictus.

——— ἀδὲ τοκεῦσι
Θρέψαφ. λοις ἀπάδωκε, μισθὸν δίον δικάιων, hoc eſt,
Quoniam caris nunquam genitoribus æquum
Reddidit officium, immatura eſt morte peremptus.

Huc quoque pertinet tritus ille per ſcholas Senariolus.

Ικαιῶς βιώσει γὰρ βοσκῶν τὰ, γονεῖς.
Diù viues, ſi nectam ſi parentum nutrias.

Educationis enim compenſatione nihil poteſt humaniùs excogitari, aut iuſtiùs propter naturalem obligationem. Sed quod talis etiam ſit nobis à liberis merces expectanda, qualem nos parentibus noſtris olim perſoluimus, velut monent iſta Theſei apud Euripidem: Τοῖς τοκῆσι γαρ, inquit, δύσλιος, ὅς τις μὴ ὄυτι δικαιοτάτων καλλίς ὀπάρειε δώς γαρ ἀντιλαζυναι παῖ δων παῦ ἀυτὸ τοιαῦ ἀ τοκεῦσι δῶ, id eſt: *Parentibus enim infelix eſt, quicunque non vtiſſim inſeruit ex liberis: pulcherrimum enim munus cum dederit, vtiſſim. capiet à liberis talia, qualia ſuis parentibus dederit.* Et quibus quæſo melius alimenta tribuant liberi, quàm ijs, à quibus eadem olim acceperūt? Idcirco ſapientiſſimus [a] Philoſophus ait, filios non poſſe reddere dignā retributionē parentibus pro beneficijs acceptis. Tenētur igitur neceſſaria illis ſubminiſtrare, quoniam illa eadem à parentibus receperunt in infantia, & puerili ætate: quando ſeipſos minimè iuuare poterant. Quamobrem Solon, vt memoriæ proditum eſt, ſtatuit, ſi quis parentes non enutriſſet, quod is ignobilis, obſcuruſque eſſet, imò quod ij colendi ſunt, nedum alendi, & obediendi, quoniam poſt Deum eis primus debetur honos. Hinc quoque Saluator noſter acerbè reprehendit Scribas, & Phariſæos, qui hanc peruerſam, & erroneam doctrinam in populo diſſeminabant, melius eſſe filio diuiti offerre munera Deo in templo, quam ſuccurrere parētibus in neceſſitate poſitis, ignorātes id quod Salomon cōtra inhonorantes ſuos parentes per denegationem neceſſariorum ait: *Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodient eum Corui de torrentibus, & comedent eum filij Aquilæ.* Nos itaq; qui ra-

[a] *In Ethicis.*

tione

tione ducimur, exemplo Ciconiarum, quæ ratione carent, gratiam parentibus noſtris retribuamus, alijſq; de nobis bene meritis ſi non parem propter iniquioris fortunæ culpam nequeamus, tamen aliquando ſcribendo, bene ſentiendo, & aſſiduis extollendo eos laudibus & habere, & agere non detractabimus. Debeo ſanè ego Illuſtriſſimo Cardinali Alexandro Montalto, omnia, quæ nunc in me ſunt, & olim erunt, plus, inquam, quam Ciconiæ ſuis pullis. Hi enim parentum quidem ſuorum ſenectutem, quantùm valent leuare ſtudent: is verò liberaliſſimus, ac ſplendidiſſimus heros ſeſe mihi ſeni, ac veluti naufragium ſtudiorum meorum patienti, Mæcenatem præbuit, heros cùm ſoluta oratione, tum verſu doctiſſimorum poetarum nunquam ſatis exactè celebrandus. Porrò antequam ad cætera pergam, non patitur Ciconia, nos vltra progredi, priuſquam viri cuiuſdam carmen eruditiſſimi apponamus, in quo ad eandem pietatem adhortamur.

Qui legis Æneæ pietatem in fata parentis,
Cùmq; humeris olim dulce referret onus:
Laudas antiquos fratres: exarſerit igne
Cùm grauis Ætna ſuos, qui eripuere patres:
Miraris quando Iunonis templa ſacerdos
Aſcendit gnatis vecta duobus anus:
Non animum extollis, cùm parua Ciconia nidis.
A quibus alta fuit, conuehit ore dapes?
Nonne tuas ardens exurit flamma medullas
Antipelargias cùm pia facta vides?
Quæ ratione carent, ſunt noſtro exempla labori,
Vt diſcat, grates reddere, parq; pari.

HIEROGLYPHICA.

Symbola.

Pietatis mutuæ inter parentes, & filios hieroglyphicum.

RECIPROCÆ in primis parentum erga liberos & liberorum erga parentes pietatis hieroglyphicum eſt Ciconia. Hanc ob cauſam, vt author eſt Suidas, antiquitùs in regum ſummo ſceptro Ciconiæ figura ponebatur, in imo hippopotamus, vt ipſo geſtamine admonerentur, pietatem plurimi facere oportere, violentiam cohibere. Nam hippopotamus animal efferum eſt, ac violentum, atque adeo impium quippe quod interfecto patre, matrem init, teſte Plutarcho, Pierius Valerianus verò regia illa ſcepta in ſumma parte Ciconia inſignita fuiſſe ait, Hippopotami vngulis in imum appenſis: exhibetq; ſceptri iconem, prout in ahena Bembi tabula habetur. Idem Valerianus alia quædam ponit hieroglyphica, ac in primis VERNI TEMPORIS. Habetur, inquit, & tepidi tẽporis hieroglyphicũ Ciconia, quippe, quę aduenienete hyeme in tepidiores regiones tranſmigrat, verno verò tempore nos inuiſit: quare Petronio ea felici compoſitione exul hyemis vocatur. Hinc in æſtatis pictura Ciconiam nonnulli addidere, quando conſtat eã ex erraticis auibus æſtatis aduenam eſſe. Hæc eadem auis platani folium ore ferens ſignificat munimentum ab inſidijs. Ea ſiquidem eiuſmodi, inquit, folio nidis impoſito, editis ouis à Noctuarum iniuria ſe defendit. Sed Aelianus, quem citat, Veſpertiliones non Noctuas nominat, vt ex ante dictis conſtare poteſt. Aliud eſt inſcriptũ MEDICINA, de quo habet ſic: Quod ſic Ciconiam ore tenentem origani ramuſculum quis figurarit, hieroglyphico medicinam ſibi comparatam indicabit: nam eius herbæ paſtione Ciconiæ ſtomachi faſtidium leuat. Quod verò ædiũ faſtigia hæc auis, & acroteria plurimùm inhabiter, eidem Pierio in augurali diſciplina, vigiliarum, vrbiumq; cuſtodum ſignum perhibetur, nec non & militiæ, quoniam in Ciconia frequenter illud agitatur, qua quis ratione locum capiendis caſtris præcipiat, vel ſe maior ingruat vis (vtor interim Pierij verbis) quo pacto motis caſtris hoſtem fallat. Compertũ verò eſt, huius generis alites magno numero certo cõgregari loco, ex omnique prouincia omnes in vnum cogi, vt nulla ſui generis relinquatur, cui liberum ſequi fuerit, idque prædicta veluti die: ſiue diſcedant, ſiue aduenianț; etiam obſeruantes fallunt, &c. Aliud inſcriptũ HOSTIS PROFLIGATVS, de quo ſic agit. Primùm verò illud optimi eſt imperatoris munus, vt hoſtes longè à patrijs ſedibus ſummoueat. Serpentem loco ſuo belli, & ingruentis calamitatis eſſe ſignum, multis oſtendimus argumentis: vt qui nullum animal, contra ſerpentes acriùs, neq; aſſiduè magis dimicat, quam Ciconia: quare honos ill ſerpentiũ exitio habitus, capi-

Hippopotamus quod animal.

Verni temporis hieroglyphicũ.

Ciconia cur exul hyemis dicta.

Munimenti ab inſidijs hieroglyphicum.

Medicinæ hieroglyphicum.

Cuſtodum vrbiũ hieroglyphicum, & militiæ.

Hoſtis profligati hieroglyphicum.

Dei hieroglyphicum.

capitaleq; fuit plerisq; gentibus, si quis Ciconiam occidisset, pœna eadem legibus statuta, quæ homicidis, &c. Addit deinde, posse etiam hieroglyphico Dei Ciconiam figurari, quòd his alitibus non inesse lingua m obseruatum, ideoq; earum vocem murmurationi potius esse similem, quàm clangori. Nam & Crocodilum, inquit, ea de causa Dei simulacrum Aegyptij statuebant. Elinguis enim omnino est Crocodilus: idq; tam significat Deum tacito omnia silentio perficere, quàm non debere nos super eo loqui, quem nulla queat humani vis ingenij satis admirari. Sic ille. Sed Ciconiam omnino elinguem non esse ex Heldelino diximus. Quia verò fastigia, apicesq; rerum quæritet hæc ales, animum diuinis intentum eidem denotat, & supra terrenas fæces elatum. Habet & hoc Ciconia commune cum superis, quòd, vt dictum est, bellum illi assiduè cum serpentibus est, quod quidem animantium genus ita prorsus terrestre est vt humi semper vel adhærescat, vel in abditissimas terræ latebras sese occultet. Ita animus, qui mortalium delicias auersetur, terrenosq; affectus humi propemodum obuoluros longè submoueat, & penitus amoliatur, per hieroglyphicum Ciconiæ, quæ serpentem dilaceret, aptè significatur. Serpentem verò inter alia significata petulciorum voluptatum, molliumq; illecebrarum symbolum esse constat. Inscribitur autem hoc hieroglyphicum VOLVPTATVM, ET MAIORVM AFFECTVVM DISSIPATIO. Ad hunc itaq; modum Ciconiæ nidulantur: sed si super ea vnquam mentio sit, quòd humi oua deponat, alterius significati gratia confictum, quasi rem ingenio suo alieniſſimam aggrediatur: eritq; Ciconiæ humi oua deponentis hierog'yphicum, animus ad humilia deiectus. Hæc omnia ex Pierio. Potest præterea Ciconia immunditiei symbolum statui, quonaim rostro in anum indito ventris proluuiem velut extrahat, vnde & clysteris vsum inuenisse dicitur. Sunt qui & concordiæ signum hieroglyphicum esse volunt, illudq; Iuuenalis,

Animi diuinis intenti hieroglyphicum.

Animi ad humilia deiecti hieroglyphicũ.

Immunditiei hieroglyphicum.

Quaq; salutato crepitat concordia nido,

de Ciconia dici; quemadmodum *a* Adrianus Turnebus affirmat his verbis: Et mihi non placent eorum inuenta, qui à Politiano dissentiunt. Cornicem enim concordiæ imaginem Politianus censet; tamen ausim affirmare à Satyrico poeta Ciconiam intelligi, vt illi interpretantur. Existimo autem ætate Iuuenalis in fastigio templi Concordiæ nidum Ciconiarum fuisse, vt & hac ætate in quibusdam templis aliquando Lutetiæ vidimus: nec sensum aliquem exquisitiorem, & subtiliorem hoc in versu latere censeo, Hæc ille. *b* Ioannes Rosinus quoque scribit, Concordiam Ciconias tulisse apud Romanos.

a Lib. 8. aduers. ca. 18.

b Lib. 3. antiq. Roman.

EPITHETA.

PETRONII Arbitri de Ciconia versus, quos quàm plurimi authores elegantiæ, & doctrinæ ergò citant, toti ferè ex epithetis constant.

Ciconia etiam grata, peregrina, hospita
Pietati cultrix gracilipes, crotalistria (sic enim correximus)
Auis exul hyemis, titulus tepidi temporis
Nequitiæ nauum fecit in cacabo meo.

Ouidio dicitur candida pennis: πελαργὸς μακρος Phili. *Elingui venit alba Ciconia rostro.* Baptista Mantuanus.

APOPHTHEGMA.

QVVM Pompeius Magnus animi releuandi gratia ad ædes Luculli in Tusculano fortè se contulisset, Lucullum culpauit, quòd ædes magnis quidem æstatis caloribus adpositas, cæterum sæuiente hyemis rigore incommodissimas exduxisset. Cui subridens Lucullus, prudenter, vt solitus, respondit: An verò ô Pompei minus tibi nos, quàm Ciconiæ mentis habere videmur, vt non cum ipso pariter tempore sedem quoque permutemus?

EM-

EMBLEMA.

EMBLEMA est Alciati cum lemmate GRATIAM REFERENDAM.

Aereo insignis pietate Ciconia nido
Inuelles pueros pignora grata fouet.
Taliaq; expectat sibi munera mutua reddi
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec piaspem soboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

APOLOGI.

AGRICOLA cùm inter Grues etiam Ciconiam cepisset, hęc deprecata vitam, non solùm innocentē, sed etiam piam se, & hominibus prodesse dicebat: nam, & nostrum genus, inquit, venenatas bestias venatur, ac deglutit, & effœtos senecta parentes gestat, atque subleuat. Huic respondit agricola, credere se, vera esse omnia, quæ recenseret, sed inter nocentes captam, eandem oportere pœnam sufferre, quam illi. Fabula significat, similem quemque haberi ijs, cum quibus consociatus, & inter quos deprehensus fuit. De Ciconia ranis rege data à Ioue aliam fabulam legimus inter Æsopicas, quam in Ciconiæ encomio elegantissimæ describit encomiastes.

FABVLOSA.

ALEXANDER Myndius, inquit Ælianus, Ciconias scribit exacta ætate: decursaq; circum Oceanitidas insulas volantes, hoc præmium pro pietate, quam gesserint aduersus parentes, assequi: vt ex auibus conuertantur in homines: quod existimo confictum ob pietatem, & sanctitatem hominum illarum insularum. Sic ille. Antigonen Laomedontis filiam longè ante alias puellas formosissimam aiunt poetæ, cùm eo superbiæ peruenisset, vt se Iunone pulchriorem esse vulgò iactitaret, ab hac irata in Ciconiam fuisse conuersam, ad quod respexisse volunt nonnulli Virgilium his verbis: *Spretæq; iniuria formæ.* a Ouidius, Palladem, scribit, cum Arachne contendentem, telæ suæ hanc fabulam intexuisse. Canit enim:

Ciconiæ i homines.
Antigone in Cicon.
a Metamor. lib. 6.

Pinxit & Antigonen ausam contendere quondam
Cum magni consorte Iouis, quam regia Iuno
In volucrem vertit, nec profuit Ilion illi,
Laomedonte pater; sumptis quin candida pennis
Ipsa sibi plaudat crepitante Ciconia rostro.

VSVS IN CIBIS.

CHASIDA, idest, Ciconia in vetere testamento inter aues impùras censetur. Nostra quoq; tempestate à Ciconiarum esu abstinent, neq; etiam Plinij sæculo edebantur. Nam *Cornelius Nepos*, inquit, *scripsit, Ciconias magis placere, quàm Grues, cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit attigisse.* Edebantur itaque ante Plinij æuum, quod & Petronius Arbitrer indicat, inquiens:

Ciconia aues impuras.

Ciconia etiam pietati cultrix
Nequitia nidum in cacabo fecit meo.

Idem ostendit a Horatius in luxurioſos inuectus

Haud ita pridem.
Calloni præconis erat Acipenserea mensa.

Insa-

Infamis: quid? tum rhombos minus æquor alebat?
Tutus erat rhombus, tutoq; Ciconia nido
Donec vos author docuit prætorius &c.

Sempronium Rufum intelligit, qui vt Ciconiæ ederentur, inſtituiſſe creditur. Iacobus Cruquius Meſſenius ironicè hoc à poeta dictum videri putat, quòd & rhombus anteà in honore fuerat, & edulis Ciconia ante Prætorium: ſed ex recitandis hic non inelegantibus Pſeudoporph. verſiculis, quanquam ſuis pedibus claudicantibus apparet, Rufum Ciconiarum eſus authorem, & inuentorem fuiſſe. Cùm enim in prætura petenda repulſam tuliſſet, tale epigramma meruit:

Ciconiarum Rufus iſte conditor
Planeis duobus eſt hic elegantior
Suffragiorum puncta ſeptem non tulit,
Ciconiarum populus mortem vltus eſt.

Ciconiæ cur non comedantur.

b Lr. 13. de ſalub. 3.

Quod modò ad carnem attinet, eam nemo eſt, qui commendet, Ciconiam, inquit Platina, pauci nunc velint tangere, nedum eſſe, ob paſtum credo, quem è ſerpentibus, & luridis beſtiolis colligunt. Caro eius eadem ferè quæ Gruis eſt. *b* Iulius Alexandrinus etiam poſtquam Pauonum, & Gruum eſum ob carnis duritiem aliaq; vitia vituperaſſet. Quæ omnia, inquit, Ciconias, atq; alienus prorſus extraneuſq; nobis cibus, quem illæ capiunt (veſcuntur enim ſerpentibus, venenatiſq; animabus alijs) deterrimo omnium loco conſtituunt, vt addito ad temperamenti earum natiui malitiam, fibroſamq; ac præduram carnem, vitioſo inſuper alimento peſſimæ euadant. Et fuere tamen olim, qui Gruibus haſce commendatas præferrent, ſed non diù duratura prærogatiua. Inſequutæ namque ætatis iudicio ſaniore poſthabitæ ſunt, vt ne attingendas quidem cenſerent multi. Edimus aliquando ex adoleſcente adhuc pullo, Cæſarij archimagiri iuſſu, operaq; diligenti optimè parato, maceratoq; diù prius, herbulis, & aromatum multorum infarctu condito: neque tamen exui potuit in totum ſylueſtre, & abhorrens à natura noſtra illud, vt non guſtu paulò exquiſitiore deprehenderetur. Pullum dixi. Nam adultam Ciconiam ne guſtari quidem ſine tamen non omnino obtuſi palati offenſione poſſe crediderim. Quòd cùm in auium genere vniuerſo valeat, in his præſertim valiturum eſt, durioris ſemper carnis, & corporis valtioris quæ ſunt, vt ætatis delectum habeamus nouellæ. Hucuſque ille. Baptiſta quoque Fiera Ciconiam, & Gruem in cœna ſua tanquam graues cibos improbat.

Ibis in antiquaſq; Ciconia conuolet aulas,
Et Grus Pygmeis concidat eſca ſuis.
Aut ventre Aethnæo ſint anguibus atra vorago;
Ipſe graues odi, quæ nocuere dapes.
Sat meriti collatum agro eſt, quem mantica mollit,
Et tam nil vltra te rogat Ibis, abi.

VSVS IN MEDICINA.

Ad neruorum, & articulorum affectus.

Ad lippitudines.

Ad nebulã oculorum, epiphoram, & trichiaſin.

Ad paralyſin.

KIRANIDES ſcribit, Ciconiam aſſam, elixamùe ſi ſemel anno edatur, verè incipiente, antequam auolet, ad bellum, innocuum, & illæſum ſeruaturam quod ad neruos, & articulos eum qui comederit. Fugient enim, inquit, ab eo podagra, gonagra, iſchias, arthritis, opiſthotonus, & quæcunque neruorum paſſiones ſunt, & articulorũ. Non minorem prærogatiuam huic carni præbent Plinius, & Marcellus dicentes, eum, qui Pullum Ciconiæ ederit, negari multis (Plinius habet continuis) annis lippiturum. Ad nebulam oculorum, & lachrymarum apiphoram, item ad trichiaſin Kiranides cinerem pulli Ciconiæ, in olla rudi clauſa vſti commendat pro collyrio. Leonellus Fauentinus hanc auem depluma-tam, ac exenteratam, ſi in ſufficiente olei quantitate coquatur, donec carnes ab oſſibus ſeparentur, deindeque per ſe contritæ, ac denuò in eodem oleo coctæ exprimantur, oleũ nobis præbere ait, quod ad paralyſin candẽ vim habeat, quod viperinũ oleum. Aliud ad idem ex innominato in libro manuſcripto. Pullum Ciconiæ roſtro ſub alam inclinato ſuffocabis, puluino impoſito: deinde (inciſum nimirum minutim) in alembico roſario ſtillatitium ex eo liquorem colliges, & primùm membra paralytica decocto cancrorũ abſq; ſale ablue, deinde liquore è Ciconia collecto inunges: atq; hoc alternis facere aliquandiù perges. Aiunt quoſdã omnino, reſolutos, contractos, & claudos huius remedij vi egregiè reſtitutos eſſe. Neruos enim

enim extendit, & dirigit. Si quis faciem purgare velit, & nitidam reddere, Andreas Furnerius in Gallico libello de decoratione naturæ humanæ iubet, vt in ventre pulli Ciconiæ exenterati, necdum volantis imponantur vncia camphoræ cum drachma ambræ optimæ, & extillans chymico artificio liquor colligatur, ita vt pro coloris immutatione vasa, quibus liquor excipitur, ter mutentur. *Ad faciem purgandã.*

Ex neruis Ciconiæ, & aprorum, & organorum medicamentum naturale ad fistulam pedum admodum celebre, & à multis comprobatum legitur apud *a* Trallianum his verbis: Neruos onagri, & apri, & ciconiæ sumito, & plicatis inde cordis, dextros quidem neruos dextris ægrorum pedibus, sinistros autem sinistris alligato, ac statim dolorem leuabis. Vbi autem dolor conquieuerit, non amplius alligabis, sed vbi rursus dolorem senserit: ac miraberis, quod neque dolor, neque aliud quid periculosum subsequatur, quemadmodum multos attonitos fieri videmus, vbi pedes fluxionibus tentari desierint. Nonnulli verò Ciconiæ neruos alijs non complicant, verùm retinent, mittuntq; in phocæ pellem, ac alligant cordis seorsum, absque neruis Ciconiæ plicatis. Pedibus ægri similiter illigant, dextros dextris, sinistros sinistris, cum luna est in occasu, vel in signo sterili, & Saturnum ingreditur. Kiranides viuæ Ciconiæ neruos de pedibus, cruribus, & alis auferri mandat, podagricosq; & chiragricos similes similibus alligatos sanare. *Ad fistulã pedum.* *a lib. 11.*

Ventriculum huius auis celebrat Plinius contra omnia venena. Kiranides eam vim echino ascribit, hoc est, interiori ventriculi membranæ, si lotus in vino, & in vmbra siccatus tritusque cum vino diluto aquâ marinâ. Sunt qui dicunt, Ciconiæ cerebrum quoque idem posse cum vino diluto sumptum additis duobus granis spicæ nardi. Quintilij nec capras, nec oues peste infici scribunt, si ex Ciconiæ ventriculo aqua intrito singulis cochleare vnum infunderis. Canem quoque à pestilentia seruat, teste Blondo, puluis ventriculi Ciconiæ solutus in aqua, & in canis os infusus. Plinio ex vino decoctus furunculis mederi dicitur. Intestina Ciconiæ in cibo sumpta, teste Kiranide, colicos, & nephriticos sanant, & fel visum acuit. Fimum hauftum ex aqua nonnulli, inquit Dioscorides, comitialibus prodesse credunt, alij, vt scribit Ægineta, orthopthnoicis, quos tamen *b* Galenus disertissimis hisce verbis redarguit. *Fugienda est materia omnis, inquit, eiusmodi, quæ difficulter comparari potest: qua occasione complures validissimas vires testimonio ascribunt suo, cum non facilè redarguendæ, vel qui Cicontarum stercus comitiali morbo mederi scriptitant. Verùm quanquam hoc multis alijs, quæ scribunt, fit parabilius, curiosum tamen est, vt taceam falsum esse, quod de illo est proditum. Nam quidam ijs, qui talia memorant, credulus, epoto hoc stercore, nihil adiutus est. Nam & antequam experiare promissorum prauitatem, ac fallitatem, ipsi, qui talia scribunt, detegunt. Nam cùm multis modis difficulter homines spirent, nec quod omnibus conferat, adscribunt, nec quod his, aut huic. Tametsi sunt inter eos, qui talia scriptitant, qui non simpliciter dispnœa, hoc est, difficultates respirationis, sed orthopnœæ talia esse remedia dicunt, nempe Cicontæ stercus, Noctuæ sanguinem, vrinam humanam, & alia his absurdiora.* Emplastrum multa experientia cognitum inueteratæ etiam podagræ accommodatum ex *c* Aetio: Stercoris Ciconiæ quadrantem cum pari axungia tritum illinito. Vtere, neque cuiquam patefacito: multos enim sanauit. Idem à Nicolao Myrepso præscribitur sic. Emplastrum Ciconiæ omnino podagricos sanans, habet stercoris Ciconiæ, adipis suilli veteris singulorum selibram. Marcellus vult, vt eiusmodi fimus, accipiatur ex nido cùm Ciconiæ pullos habent, & vt cum vetustissima axungia permixta teratur. Kiranides addit folia hyoscyami, & lactucæ syluestris. Idem ouarum alitum cum vino soluta capillos denigrare scribit. Oportere autem cum farina subacta frontem, & oculos operire, ne liquor defluens has partes tingat: item capillos iam tinctos ablui debere, & oleo irino inungi, aut omphacio, in quo solutus sit adeps vrsinus, vel aprinus. Ærius, Authore Apollonio, author est, pennas Ciconiæ efficere, si eas qui domi habeat, vt pueri sternutent.

Capræ, & oues quomodo à peste præseruentur. *Canes quomodo à peste præseruandi.* *Ad furunculos.* *Ad colicos, & nephriticos.* *Ad visum acuendum.* *b l. 10. simpli. c. 17.* *Ad inueteratam podagram.* *c l. 12. c. 44.*

NVMISMATA.

L. Antonius Marci triumuiri frater, qui consulatum gessit cum P. Seruilio Varia Isaurico II ob pietatem erga fratrem, Pietas cognominatus est, ad quod indicãdũ cognomen pietatis symbolum Ciconia in duobus æreis eius numismatibus signata conspicitur apud Ful. Vrsinum: quemadmodũ quoq; in duobus æneis denarijs Q. Metelli, qui & ipse pius dictus est, vt meminit *a* Velleius his verbis. Q. Metellus Numidici filius, qui meritum cognomen Pij consequutus erat: quippe expulsum ciuitate L. Saturnino Tr. pl. quòd solus *a lib. 11.*

in

in leges eius iurare noluerat, pietate sua, auctoritate Senatus, consensum Reip. restituit patrem. Hubertus Herbipolita in historijs Imperatorũ aliud numisma depingit, in quo est imago pietatis cum cornucopia, & Ciconia, quæ est pietatis symbolum, cum inscriptione PIETAS. Æmiliani quoq; Imperatoris argentei numi pars altera repræsentat statuam muliebrem nudam humi procumbentem, sinistro brachio canistro floribus abundante innitentem, manu sinistra cornucopiam, dextra globum, cui insidet Ciconia, tenentem. Meminit etiam *b* Antonius Augustinus numi argentei Q. Metrelli, *in cuius vna parte caput mulieris est*, & ante eius faciem Ciconia. Quo symbolo indicare ipsum ait voluisse amicam suam, fuisse pietatem, cuius amore tenebatur.

b De numism. dialog. 2.

DE CICONIA NIGRA. Cap. II.

Ciconiæ nigræ vbi.

INVENITVR, teste Alberto, etiam genus Ciconiæ dorso omnino nigrum, ventre subalbum, non in locis habitatis ab hominibus, sed in paludibus deserti nidificans. Ornithologus eiusmodi auem apud suos ait appellari ein Schvvartzer Storck, reperirique in montanis, & syluosis Heluetiæ locis, vt circa eremum D. Virginis circa Lucernam oppidum, circa Tosam fluuium, & alibi. Forma, & magnitudine à Ciconijs propriè dictis non differre: nidulari in arboribus, præcipuè abietibus, rostrum non habere aduncum, ideoq; Ibidum generi sese non annumerare, sed cùm id rectum sit, Ciconijs subiungere placuisse. Describit autem eam hoc modo: Ciconia nigra, quam ipse vidi Septembris initio captam cis alpium montem, non procul ab vrbe nostra diffitum, huiusmodi erat: Dorsum colore eminus totum nigrum apparebat, sed si propiùs inspiceres Vanelli, vel Corui syluatici colorem referebat, in quibus color niger, si propiùs consideres, cùm viridi, vel subcærulco cum pauco purpureo mixtus videtur. Ventri, & lateribus, sub alis color albus. Auis tota à principio rostri ad extremos pedes extensa, dodrantes quinq; cum dimidio excedebat. Rostrum magnum, & validum erat, colore puniceo, vt crura etiam, ac pedes. Longitudo rostri supernè à mucone extremo modicè deorsum inflexo vsq; ad initium plumarum capitis, digiti octo. Collum pedem ferè, vel digitos quatuordecim longum: ala dodrantes quatuor, si ad finem longissimæ pennæ in rectum quoad fieri potest extensæ mensura procedat: cauda dodrantem: & similiter cruris pars supra genu ad coxam: inferior verò pars à genu ad pedem paulò breuior erat. Corpus item inter collum, & caudam dodrantale. Dorsum, & pectus latiuscula, vt in Anscre ferè. Digiti pedum diuisi: apparebat tamen initium quoddam membranæ palmipedum, præsertim inter duos longiores digitos. Digitus medius quinque digitos longitudine æquabat. Lingua breuissima. Pondus libræ medicinales septem cum dimidia. Longiores in alis pennæ magis, quàm cæteræ nigricabant. Qua parte alæ iunguntur corpori oblonga cauitas retrorsum extensa cernebatur. Anterior pars pennarum intra posteriores condebatur. Intestina erant inuoluta. In femore dissecto neruos quatuordecim inueni, magnitudine differentes, quorum duo latissimi in genu partem cartilagineam se inserebant vtrinq;: sex alij minores erant, tres minimi. Postremo tres planiori parti incumbentes minimis aliquantò maiores. Fel viride erat. In ventre apparebant quisquiliæ quædam scarabæorum, vel locustarum, nempe capita, & vaginæ, quarum quædam erant discretæ ceu cortex in hippuri: vnde conijcio eam tum herbis, tum crusta intectis insectis vesci. Sono eam crepitare aiunt simili alijs Ciconijs. In cibo ferini admodum odoris est, & ferè piscosi. Videtur priùs elixari debere, tum assari, & aromatibus condiri: caro eius paulò minus rubet, quàm troctæ, vel Salmonis. Adeps etiam nonnihil rubet. Caro mihi gustanti sat bona, & dulcis visa est, sed pellis tenacior est, & grauiter olet, vt eam detrahi præstet, & forsan ea detracta, præcedente elixatione nihil opus fuerit. Pediculis infestatur: Hæc omnia Ornithologus. Auis cuius hic icon ponitur, nihil quidem habet prorsus nigredinis, sed vbiq; vniformiter concolor, fusca nempe, quare pullus fortè fuerit.

Ciconiæ nigræ descriptio.

Quibus vescatur.

Vox.

Quomodo in cibum paranda.

Carnis, & adipis color.

Quo affectu laboret.

DE

Ciconia nigra cum hydropetho minori.



DE IBIDE. Cap. III.

ORDINIS RATIO.

MVLTA sanè, quæ de Ciconia scripsimus, de Ibide veteres etiam prodidere, maximè quæ circa eius victum, & immunitatem apud Ægyptios, pertinent: quamobrem iure optimo illius historiæ subiungetur, eoq; magis cùm toto ferè corporis habitu Ciconiam referat, adeo vt à pleriſq; species illius statuatur, excelsa nimirum & hæc rigidis cruribus, proceroq; rostro: imo verò Albertus Ibidem vocat Ciconiam nigram. Vtraque miro modo serpentes fugat, deuoratq;. Vtriusque figuram Ægyptij, quòd plurimum hominibus prodesſent, Dijs suis tribuere. Nam cùm eorum regio adeo serpentibus scateat, vt nulla alia pestis magis incolas infestet, prouida natura, Deusq; malorum propulsor Ibides, & Ciconias dedit, quæ serpentes interimunt. Quamobrem eorum sapientes, vt incolas ab interficiendis huiusmodi auibus, gentis suæ, regioniſq; conseruatricibus deterrerent (neque enim deerant, qui eis mortem machinarentur) capitali pœna multarunt, qui occiderent, legemq; de non occidendis post tulerunt, addita etiam causa, quòd Dij si quibus apparerent, in earum forma sese ostenderent.

SYNONYMA.

Tinschemet. Ianschuph. TINSCHEMET vocem Hebraicam alijs Ibidem, alijs aliter exponunt. Septuaginta, & D. Hieronymus pro Ianschuph eiusdem linguæ vocabulo interpretatur Ibim nimirum Leuitici vndecimo, & Esaiæ trigesimoquarto, sed cùm de nocturnis auibus ibi agatur, multi Noctuam potiùs, vel Vespertilionem vertunt, nomine desumpto à Ianaph, vel Nescheph, quod crepusculum significat, quòd tum temporis appareat, cùm lucem interdiù ferre nequeat. Pro Ibide apud Auicennam legitur Auschuz, quo loco Albertus Caseuz habet. Auis, inquit, Ibidem intelligens, quæ ab Ægyptijs secundũ Aristotelem Leheras (aliàs Ieheras) dicitur: secundum Auicennam Caseuz vocatur. Scribitur verò Ἴβις Græcè, Varrinus in accusatiuo plurali τὰς Ἴβιδας dici ait, ac si masculini generis esset. Inuenitur & Ἴβυς per υ in vltima apud Athenæum, sed fortè typographi vitio. Apud Latinos in genitiuo vel Ibis facit, vel Ibidis. Cicero, & Plinius in plurali Ibides dixere. In Europa, quod sciam, nomen non habet, nimirum auis hic ignota, quanquam volunt Gallis dici Corgalleran, vel Corbeau Galeran: quod nomen fortè Coruo syluatico conuenire putandum est, cum quo Ibidem nigram Bellonium Ornithologus perperam arbitratur confundere.

Auschuz. Leheras.

Corgalleră.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Ibides candidæ vbi. Ibides nigræ vbi. IBIDES Ægyptij, testantibus Aristotele, Plinio, Strabone, ac Solino duplici genere distinguunt: esse enim alias candidas, alias nigras. Candidas ad Pelusium tantùm non esse, cùm in reliqua tota Ægypto habeantur. Contrà nigras apud Pelusium tantùm esse, in cætera Ægypto nullam. Quamobrem nescio quàm rectè Bellonius Ciconiam Ibidem albam Herodoto dici ait. Ibidem enim albam à Ciconia desertissimis verbis Strabo distinguit, inquiens: *Ibis magnitudine, & figura persimilis est; colore autem duplex. Nam altera Ciconiæ similis, altera tota nigra.* Insuper Albertus, & author de natura rerum mentiri dicunt eos, qui volunt Ibides esse Ciconias, nisi dicant, inquiunt, genus esse Ciconiarum in nostro orbe ignotum. Habent enim Ciconiæ rostrum rectum, Ibides aduncum, hoc est arcuatum: quare Ibidi fortè cognata fuerit auis, quam nos Falcinellum à rustico illo instrumento, quo vites putantur, vocamus, Ornithologus Arquatum. Nam & huic rostrum longum, & recuruum, hoc est, modicè arcus, aut falcis instar inflexum est.

Ciconiæ, & Ibides in quo differant.

FOR-

Ibis Bellonij.



FORMA. DESCRIPTIO.

Descriptio.

PETRVS Bellonius inter alia, quæ in varijs, & exoticis regionibus memorabilia obseruauit, Ægypti nigram quoque nobis descripsit his verbis: Ateneã Ibidem nigram pro Hæmatopode habueramus: sed obseruatis eius moribus, non Hęmatopodem, sed Ibim nigram esse deprehendimus, cuius Herodotus primus meminit, deinde Aristoteles. Corpore est Elorij, aut paulò minor, omnino niger, capite Corui aquatici, rostro, qua capiti iungitur, pollicis crassitiem superante, sed per extremitatem mucronato, & incuruo nonnihil, atque fornicato, & omnino rubente, vti etiam cruribus, quæ oblonga sunt, similia cruribus illius auis, quàm Plinius Bouem taurum, Aristoteles Ardeam Stellarem nominat, collum verò oblongum Ardeolæ instar habet: sic vt cùm primùm Ibidem nigram conspiceremus, Boui tauro corporis habitu nobis similis videretur. Sic ille exhibita alibi, quam vides, icone. [a] Plutarchus, author est, hanc auem, simulac nata est, si perpendatur, duas æquè drachmas ponderare. Et [b] Gaudentius Merula eandem scribit, quàm magnitudo corporis reliqua ei respondeat, cor maius habere: [c] Ælianus denique, quod valde admirabile est, esse ait, qui dicunt (quod mihi, inquit, non facilè persuadent) eos, qui præparandi, vt inueterentur, (vel ad reseruandum condiantur) bestiarum cadaueribus præsunt, (nam & Ibidem cadauera apud Ægyptios, teste Bellonio, condiebantur) Ibidis intestinum nonaginta sex cubitorum esse affirmare, idq; in Lunæ defectione comprimi, donec aucto rursus splendore fulgeat. Hunc est nimirum, quod etiam decrescente luna, minus, quàm augescente, alimenti hanc auem capere apud eundem traditur.

a Lib. 4. de Anim. c. 9.
b Lib. 3 memorab. cap. 50.
Cordis magnitudo.
c Lib. 10. cap. 29.
Ibidis intestini mira longitudo.

LOCVS.

Aquam nõ ingreditur. Ibidem vbi.

IBIS, inquit Albertus, licet aquatica sit, & circa Nilum versetur, aquam tamen nunquam ingreditur, neque natare potest. Sunt verò hæ aues ita propriæ Ægypto, vt extra eam regionem viuere non possint, asportataq; ocyssimè moriantur. *Extra Ægyptum*, inquit Ælianus, *nunquam progreditur Ibis, quoniam cæli status ille viuidus est* (ὅτι τοιοῦτον χωρὸν ἀπ᾽ αὐτῶν διέγνωκε ἰσὶν, ideſt, quoniam Ægyptus magis, quàm vlla regio ad meridiem sita est, quod cùm verum non sit, Gillius noster τόνιον humidum transtulit, licet in ea significationem vsurpari non putem, nisi fortè à poeta aliquo) *& luna omnium maximè planetarum humida* (τοιωτάτη.) *Iam si quis vi, atq; impetu eam ab Ægypto exportet illa quidem ex insidiatoribus vltionem capit vel cum magna sua pernicie. Mortem enim sibi fame conscisens, raptoribus studium in se exportandæ extra Ægyptum, vanum esse ostendit.* Hactenus ille. Cùm itaq; in Ægypto tantùm degat hoc auium genus, minus mirabimur, si nullum non Alexandriæ triuium eis plenum sit, quemadmodum Strabo testatum reliquit. Inde quoq; est quod Ibis pictura hieroglyphico signo Ægyptum denotet: vt pote, quæ ei tantùm regioni propria, ac familiaris sit. Cæterùm circa Licham in extrema Aphrica, eodem Strabone teste, lacus quidam dulcis, est & in eo loco Ibes conspiciuntur. Visam etiam in alpibus à se peculiarem Ægypti Ibim M. Egnatius Caluinus, referente Plinio, præfectus earum prodidit. Quæ posterior auis ab Egnatio Caluino conspecta fortè fuerit, quàm suprà ex Ornithologo Ciconiam nigram vocari diximus, quam tamen Ibidem esse rostrum rectum non finit.

Ibidum copia vbi.
Ægypti hieroglyphicum.

NA-

NATVRA. MORES.

Ingenium.

MITISSIMA, inquit Strabo, *auis est Ibis.* Magna tarditate graditur, si credimus Æliano, nec eam quispiam ocyus ingredi videat, quàm molli gradu, & tardo, more lautarum mulierum. Idem tradit in quidlibet, vel sordidissimũ hanc auem, quamuis immittat rostrum, vt quippiam illic inquirat, ex inquisitione tamen cibi, cùm se committit, cubile lauare, & purgare. Nos suprà Giconiam diximus homines clysteris vsum docuisse. Cæterùm *a* Plinius, & *b* Galenus hoc inuentum Ibidi tribuunt, quorum ille, *Simile quiddam,* inquit (quale Hippopotamus) *& volucris in eadem Ægypto monstrauit, quæ vocatur Ibis, rostri aduncitate per eam partem se proluens, qua reddi ciborum onera maximè salubre est: Vidi ego*, inquit hic, *canem sæpe vomitu ventrem, & Ægyptiam auem clysterem imitantem.* Meminit item *c* Ouidius.

Ibidis immundities.

a Lib. 8. capit. 27.
b Libro de phlebot.

Clysteris vsum quis inuenerit.

De quibus exiguo est volucris deuota libello
Corpora protecta, quæ sua purgat aqua.

c In Ibin.

Aqua, inquam, salsuginosa, vt scribit Plutarchus, cuius quoque verba prætereunda non sunt. *Purgationem*, inquit, *qua Ibis vtitur, salsuginem adhibens aduertisse, & imitati postea Ægyptij dicuntur.*

ÆTAS. NIDVS.

Partus.

APPION, teste Æliano, Ibin, ait longissimæ vitæ esse. Atque in eam rem Hermopolis sacerdotes citat, sibi sanè immortalem Ibin ostendisse, quod quidem ipsum huic non minus procul à vero abesse videtur; quam ab omni ratione abhorrere existimo. Idem scribit, nidificare in palmis, ad cuitandos feles, quoniam non facilè in palma ob eminentem, & cultellatum trunci corticẽ eæ sæpe repulsæ, & reiectæ, sursum correpere possint. Solinus asserit, ore parere, & fuere sanè apud antiquos non pauci, qui id crederent: nam & Ælianus *Ægyptij*, inquit, *eam ferunt ore coire, & parere: veruntamen ea de re mihi non facile persuadent.* *a* Aristoteles quoque in eos inuehitur Coruum, & Ibin ore coire putant. Plerique denique veterum referente Pierio tradiderunt, qui ex Ibidis oua basilicum nasci, causamq; insuper philosophi afferunt, quòd eiusmodi auis multiuora sit, & serpentum, venenatorumque omne genus abliguriat, quorum virulenta putredine oua ipsa prædita, animal id pernitiosum efficiant.

Vbi nidificet.

Qua corporis parte coeat, & pariat.

a Lib. 3. de gener. cap. 6.

Basiliscus.

VICTVS.

STRABO *a* author est nullum non Alexandriæ triuium plenum esse his auibus, partim vtiliter, partim inutiliter. Vtiliter quidem, quia omnem serpentem, & omnes macelli immunditias colligit: inutiliter verò, quia immunda est, & omnia comedit, nec facilè à mundorum coinquinatione arceri potest. Diodorus Siculus quoque, Ibin, ait, Ægyptijs vtilissimam esse ad serpentes, locustasque atq; bruchos delendos. Deuorat autem & reptile serpentum genus, & volatile. Namque, vt antiquissimus Herodotus tradit, serpentes alatos, ferunt, initio veris in Ægyptum volare eosque ab occurrentibus Ibidibus ad ingressum planitiei interimi: & ob id opus, has aues in honore Ægyptijs haberi. Idem testatur *b* Cicero his verbis: *Ibes maximam vim serpentium conficiunt. Auertunt pestem ab Ægypto cum volucres angues ex vastitate Libyæ vento aphrico inuectas interficiunt, atque consumunt. Ex quo fit, vt illæ nec morsu viue noceant, nec odore mortuæ. Eam ob rem inuocantur ab ipsis Ægyptijs Ibes.* Meminit & Ælianus, sed paulò aliter. *Ibes nigræ*, inquit, *anguium volucrum cateruas pestilentes intra Ægyptios fines & ingredi prohibent, & pro terra sibi amica pro-*

a Lib. 17.

b Lib. 1. de nat. Deor.

pugnantes, illud vniuersum agmen interficiunt, atque consumunt. Alia verò Ibes ex Aethiopia Nili alluuionibus serpentes Ægyptum appetentes conficiunt, eorum conatibus obuiam euntes: quæ causa prohibet Aegyptios ex recessu serpentium perire. Aliter rursus Solinus, & Ammianus Marcellinus, *Ibis*, inquiunt, *serpentium populatur ouа, gratissimamque ex his escam nidis suis defert. Sic rarescunt proventus fœtuum noxiorum. Nec tum aues istæ tantùm intra fines Aegyptios prosunt; nam cùm Arabica paludes pennatorum angutum mittunt examina, quorum tam ctum virus est, vt morsum antè mòri, quàm dolor insequatur, sagacitate, quæ ad hoc valent, aues excitatæ, in procinctum eunt vniuersæ, & priusquam terminos proprios externum malum vastet, in aere occurrant cæteris pestilentibus: ibi agmen*

c Li. 2. Antiq. Iud. 10

devorant vniuersum, quo mersiò sacra sunt, & illæsæ. Quamobrem Moses, teste c Ipsepho, cùm ad bellum contra Æthiopes ab Ægyptijs mitteretur, plectas ex papyro fecit in modum arcarum, easque complens Ibidibus secum portabat. *Hoc enim animal*, inquit, *serpentibus inimicum est. Fugiunt enim eas aduenientes, & cùm se celare voluerint, flatu velut cerworum arreptæ deuorantur. Ibides autem sunt valdè mansuetæ, & generi tantùm serpentino feroces.* Quod ad potum attinet, auis ista sordidam, teste Plutharcho, aut veneno infectam nunquam bibit.

Aquam sordidam, aut veneno infectam nũquã bibit.

ANTIPATHIA.

Crocodilus quomodo reddatur immobilis.

ORVS Apollo, atque Ælianus, alijque passim scribunt, Crocodilum animal ad rapiendum alioqui promptissimum, si Ibidis penna mulceatur, ita obtorpescere, & debilitari, vt omnino reddatur immobilis, omnemque pristinæ rapacitatis violentiam obliuiscatur, velut fascinatione aliqua sit repente demutatus. Quin etiam Zoroastres, & Florentinus citans Democritum, aiunt, omne genus serpentum reddi immobile huiusmodi penna ipsis iniecta. Philes, qui aliàs omnia ex Æliano transcribere solet, *Quilibet serpens*, inquit, *Ibidis pennam vel intuens timet & frangerit, torpescere, ventreque disrupto moritur.* Contrà Ibis felle hyenæ interimitur, si credimus Ælianо.

Serpentes omnes quomodo reddantur immobilis.

Ibis felle hyenæ interimitur.

COGNOMINATA.

Denominata.

Ibis quis dictus.

MINVTIANVS, inquit Cælius, author est, Coruinum ab Ouidio Ibidem fuisse appellatum ex auis fœditate, cui ventrem rostro purgare insitum sit, & hoc ex Callimachi imitatione. Ibis quidem secundum grammaticos à similitudine auis eiusdem nominis pro inuidio ponitur, & Ouidius in inuidum libellum conscripsit, cuius titulus est in Ibin, in quo ait;

Ibias interea tu quoque nomen habe.

Apollonius Rhodius cur Ibis à Callimacho dictus.

Alij verò Ouidium imitatum quidem fuisse Callimachum aiunt, sed in malam partem non accipiunt, dum volunt, Apollonium Rhodium ideo Ibidem appellasse, vt ipsum Alexandrinum indicaret, quia Ibis nimirum auis sit Ægyptia. In quos expositores inuectus Zarotus. Dicant, inquit, mihi hi nouatores, quod dedecus quæ nam infamia Apollonio fuisset, vt Alexandrinus Callimacho diceretur? Nonne ex Aegypto illustres habentur viri doctrinis eruditi varijs, ac excellentes? Quæ etiam Apollonio vera indicatio sub Ibidis nomine fuisset, cùm non tantùm in Aegypto huiusmodi auium genus, teste Plinio, reperiatur. Si igitur Apollonio Callimachus Ibidis nomen indidisset, vt eum tantùm indicaret, non dubito, sed notiori vocabulo appellasset. Quæ nam ergo relicta nobis ratio est, cur Ibidem Apollonũ Callimachus appellauerit? Hæc nempe, & est sententia Vallæ præceptoris mei omniũ doctissimi. Cùm tanta sit huius auis spurcitas, vt proprio ore ventrem purget, quod est fœdissimum, & spurcissimum, si rem, non naturam spectes, hunc & omni pudore carentem, atque elegantia primùm, quãuis se posteà probabilẽ reddiderit, & ingratissimũ discipulũ Callimachus ostendit, Ibidẽ appellauit: nã & in sermones incomptissimum Apollonũ fuisse, & eius bis criticis repudiatũ opus memorant, inde correptũ, acceptum, vt Quintilanus ait, ad cuius imitationẽ Ouidius inimicum quoq; suũ in eo opere Ibidẽ vocauit, vt etiã hominem nullius decoris,

decoris, & commoditatis significaret. Hæc ille. Veruntamen vbi [a] Aristophanes Lycurgum scribit cognominatum Ibin fuisse, Scholiastes ostendit Lycurgum à plerisq; vel genere, vel moribus Aegyptium esse creditum. Ibidis sanguis inter rubi nomenclaturas apud Dioscoridem legitur, item Ibidis penna, & Ibidis vnguis apud Magos.

[a] In Auib. Lycurgus cur Ibis dictus.

MYSTICA.

10

IBIDEM apud Aegyptios sacram, & amabilem, & innocuam fuisse, quòd serpentum omne genus, quibus aliàs mirè torquetur eorum regio, deuoret, eorumq; oua hostiliter frangat, ex præcedentibus colligere est, item ex hoc [a] Iuuenalis:

Quis nescit Volusi Bithynice qualia demens
Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc, ille pauet saturam serpentibus Ibim.

[a] Satyra 7.

Plutarchus scribit hanc gentem diuersa animalia adorasse, vel vsus, vel symboli gratia, quædam etiam vtriusq; vt Ibin. *Hæc*, inquit, *reptilia mortifera interimit, hæc prima clysteris vsum* 20 *in seipsa ostendit, & religiosissimi sacerdotum non alia lustrali aqua purgantur, quàm de qua Ibis biberit: neque enim illa vnquam insalubrem, aut venenatam aquam gustat, cùm ne accedat quidem.* [b] Aelianus quoq; sacerdotes Aegyptiacos, ait, non omni aqua se asperfisse, sed ea duntaxat, ex qua Ibin bibisse credunt, quoniam planè sciunt, hanc nunquam aquam impuram, aut veneno infectam bibere, & quòd sacram quandam diuinandi vim in se habere hanc auem existiment. Si quis itaq; in Aegypto aliquam de feris sacris volens occidisset, morte mulctabatur, sin inuitus, ea plectebatur mulcta, quam sacerdores statuebant. Sin aut Accipitrem, aut Ibin quis siue volens, siue nolens, necessariò, teste Herodoto, morte afficiebatur. Diodorus Siculus verò non Accipitrẽ cum Ibide, sed ælurum, ideſt, felem in eodem honore ponit. Meminit etiam huius superstitionis Cicero, *Aegyptiorum morem*, inquiens, *quis ignoras?* 30 *Quorum imbutæ mentes prauitatum erroribus, quamuis carnificinam potius subierint, quàm Ibim, aut aspidem, &c. violent.* Porrò Dijs quoque Mercurio, & Lunæ sacra habita est hæc Ales, Mercurio quidem, quia, vt scribit [c] Orus, cordis, omnisq; rationis præses sit, & moderator: nam & Ibis, inquit, per se ipsa magna ex parte cordi assimilis est: qua de re plurimi apud Aegyptios agitantur sermones. Sed Plutarchus Aegyptios ait, dicere Ibim statim ab ouo excussam duas drachmas appendere, quantum & cor infantis nuper nati. Eandemq; pedum inter se, & ad rostrum interuallis designatis trigonum æquilaterum (cordis quadam specie scilicet) constituere. Aliam rationem adfert Aelianus, dum ait: *Ibin orationis parenti Mercurio aiunt in amore esse, quia orationis speciem, similitudinemq; gerat: nanque eius nigræ pennæ cum tacito, & nondum emisso sermone comparari queunt: nec dum verò prolatæ orationi in timorum* 40 *sensuum enunciatrici candidæ possunt conferri.* Sic ille, interprete Gillio. Sed aliter ex eodem Volaterranus, *Ibis*, inquit, *à Mercurio deligitur, quòd eius naturæ conueniat: nam quòd nigra, & alba in hoc genere reperitur, alterà mentis tantum excogitata, tacitaque notantur; altera verò nunciis auditi, prolatique sermonis extrinsecus significatur.* A lijs rursus ideo illi sacram habitam fuisse volunt, eò quòd socialis auis sit, ex quo Mercurij conuenientia cum omnibus designetur ea, quemadmodum serpentium hostis est Ibis, ita Mercurius astutiarum, quæ per eos denotantur, dissipator. Cùm itaq; Mercurio sacra sit habita hæc ales, luculenter admodum [d] Ouidius Cyllenium, ideſt, Mercurium in pugna gigantum contra Deos, Ibidis alias latuisse scribit. Rectè etiam apud [e] Platonem, vbi Socrates, *Audiui*, inquit, *circa Naucratem Aegypti pristorum quendam fuisse deorum, cui dicata sit auis, quam Ibim vocant, Deo autem* 50 *ipsi nomen Theuth*, eruditi Theuth, vel Thoth deum, Mercurium interpretantur. Est præterea Ibis Lunæ sacra, teste Aeliano, quoniam tot diebus oua excludat, quot Luna augetur, & decrescit. Sed hanc etiam quis causam addat non incongruè, quòd videl cet nigræ eius pennæ, vt Plutarchus refert, albis ita appositæ sunt: vt Lunam amphicyrton, hoc est, vtrinque iusiexam, vel gibbosam referant. Nam & [f] Clemens Alexandrinus, non aliam statuit, inquiens: *In comessationibus (κωμασίαις) Aegyptiorum, aure deorum simulacra circumferunt, canes duos, Accipitrem vnum, & Ibim vnam. Et quatuor hæc simulacrorum idola quatuor literas vocant. Canes duo mundi hemisphæria interpretantur, Accipitrem solem, Ibidem Lunam. Opacam enim Lunæ partem (τὸ σκιερὸν) nigro Ibidis pennarum colori; splendidam albo conferunt. Alij per canes accipiunt duos tropicos, per Accipitrem æquinoctialem, per Ibin acutique Zodia-*

[b] lib. de Iside. Sacerdotes Aegyptij qua se aqua abluerent. Ibim occidentes qua pœna ab Aegyptijs mulctarentur. Mercurio cur sacra.

[c] lib. 1. 36.

[d] li. 5. Metam.

[e] in Phædro.

[f] li. 5. Strom.

cum: quòd hæc auis præcipuè in numero, & mensura cogitationem Aegyptios induxerit, quemadmodum præcæteris circulis zodiacus.

HIEROGLYPHICA.

Ægypti hieroglyphicum.

PRISCI illi Aeyptij regionem ſuam ſignificaturi, Ibidem auem in primis depingebant, tum, quòd ei tantùm propria,& peculiaris eſſet, tum etiam quòd cùm ea regio Delton a Δ Græcæ litteræ figura dicta, cum hac aue ſimilitudinem haberet, quoniam eam literam inceſſu pedum, interſtitio ad æquales trianguli lineas deducto, figurare videatur, idemq; roſtrum patefactum ſignet. Hæc eadem auis, quoniam illud remedij genus reperiſſe putatur, quod ad conſeruandam, & inducendã ſalubritatem in frequentiſſimo apud Ægyptios vſu erat, ita depictam, vt roſtrum in anum inditum teneat, ſalubritatis ſymbolum eiſdem Ægyptijs fuit. Poteſt tamen eodem modo depicta Ibis immunditiei ſymbolum eſſe. Sin deſidem, ac eneruatum hominem, qui antè fuerat rapaciſſimus, hieroglyphico quodam denotare vellent, tunc Crocodilum pingebant, qui Ibidis penna ſi tangas, immobilis redditur, vt antea dictum eſt. Perniciem aliquam, quæ ex optimis inſtitutis, ſanoque conſilio ſubſequitur, ſignificaturi, baſiliſcum Ibidi appingebant, quòd ex Ibidis ouis, quæ alias auis eſſet frugi, & innocua, peſtilens illa bellua naſceretur. Quoniam verò Ibin Mercurio in primis ſacram habebant, qui totius cordis & ſermocinatricis præſes credebebatur, cordis ſymbolum faciebant Ibidem, qua de re ſupra fuſiùs ſcripſimus. Poſtremò erat, & primæ literæ ſignum hieroglyphicum: nam vt Plutarchus ait, Mercurius, qui primus literas Ægyptijs communicauit, Ibidem primam literam eſſe voluit. Sed enim ipſa quoque literarum elementa, inquit Valerianus, non apud Ægyptios tantùm, ſed etiam apud Græcos, Romanoſq; hieroglyphicum aliquod habuere, vt A indicium erat abſolutionis, C condemnationis, N verò & L comperendinationis, per quam non liquere ſignificabant. Vniuerſi enim iudices, vt Pedianus ait, in ciſtam tabellas ſimul conijciebant ſuas, ſingularibus literis ſignatas. Interdum etiam ſententiam ſuam, cur quis damnaret, aut cur abſolueret, præſcribere conſuerant. Hactenus ille.

Salubritatis hieroglyphicum.

Immunditiei hieroglyphicũ.

Hominis deſidis, prius rapaciſſimi hieroglyphicũ.

Perniciei ex ſano cõſilio ſubſequutæ hieroglyphicum.

Cordis hieroglyphicũ

Prima literæ hieroglyphicum.

EMBLEMA.

EMBLEMA extat Andreæ Alciati inſcriptum IN SORDIDOS.

Quæ roſtro (clyſtere velut) ſibi proluit aluum
Ibis Niliacus cognita littoribus.
Transijt opprobrij in nomen: quo Publius hoſtem
Naſo ſuum appellat, Battiadeſq; ſuum.

Videtur Alciatus, inquit Franciſcus Sanctius eius Scholiaſtes, velle facere nouum adagium, & meritò. Nam Ibides poſſumus vocare ſordidos, propter auis naturam: quandoquidem ſic vocauit Ouidius hoſtem ſuum, in quem ſcripſit Ibin, & Callimachus carmen maledicum ſcripſit in Apollonium, qui Argonautas celebrauit, quem recto nomine appellat Ibim, vt ait Suidas.

VSVS IN CIBO & Medicina.

Ibis cur ãnis impura

Caro.

Ova qualia.

IBIS, inquit Bucherius, in pentateucho, auis Ægyptia obſcœnitate oris immunda, quo aluum purgare conſueuit, Ianſchuph ſanè, & Tinſchemet (vtramque nonnulli Ibim interpretantur) in vetere teſtamento cibis interdicitur. Sed eſto, neutra earum vocum Ibim ſignificet, Ibis nihilominus impura videtur, cùm ſerpentibus, & cibis impuris tantùm veſcatur: quamobrem Albertus quoque carnem eius, ouaq; venenoſa eſſe ſcribit, & author de natura rerum, ſi quis oua hæc comedat, mori aſſerit. Contrà eadem, teſte Kiranide, eſu

feras

feras (serpentes, nidore scilicet) depellunt. Cinis auis sine pennis crematæ Plinio potus tormina sanat. Pennæ etiam vim serpentibus contrariam habent. Pro folijs erini, ideſt, caprifici, fimus Ibidis, vel folia mori in medicina substitui possunt, vt legimus in Antiballomenis Græcis quibusdam. Sed folia mori aliàs proximè postponuntur, substituenda scilicet pro radice hibisci. *Ad serpentes depellendos.* *Ad tormina.*

ICONES. NVMISMATA.

IBIS in multis Aegyptiacis obeliscis depicta cernitur, item in basi statuæ Nili, vt videre est Romæ in horto, quē Beluedere dicūt in palatio Pōtificis. In numo Adriano Ægypti figuram sub pedibus habet, quæ Isis sistrum est, ad latus Ibidē rostro lōgo. Et in Q. Marij numis obseruantur Ibes elephanto adhibito, earū quippe regionū Symbola hieroglyphica, quas ipsi ditioni Romanę subiecisset, aut in quibus ęternę memorię aliquid dignū affecisset.

DE PHOENICOPTERO.

Cap. IV.



Ὀπτερύγιρες Græcis, & Latinis seruato eodem nomine dicta auis, & tantopere ab omnibus celebrato longis, & rubris cruribus non incongruè Ciconiarum historiæ subiungetur, quanquam præterea nihil vel parum sanè cum illis cōmune habeat. Quæ autem auis sit, non ita cuius notum est. Ex Aristophanis auibus tamen auē palustrem esse constat, & [a] Heliodorus Nili auem esse desertissimè scripsit. Hoc verò tam celebri nomine auem cum nullibi nominet Aristoteles, contraq; credendum appareat agnouisse, Bellonius haud aspernāda coniectura diuinat, illi Lingulacam vocari, quam [b] nimirum ita dictam scribit Philosophus à linguæ latitudine, & reuera huiusmodi auis linguæ in mensis luxum Apicius plurimùm celebrat. Ornithologo tamen ex Gallinularū aquaticarum potius genere est, quare ijs in locis, in quibus hoc nobilissimum auium genus capitur, obseruandum esset, nunquid cum Coturnicibus aduolet, vt eodem in loco de Lingulaca asserit Aristoteles. Est itaq; eidem [c] Bellonio, & doctissimo [d] Scaligero Phœnicopterus ea auis, quæ Gallis, maximè autem in prouincia vn Flament, vel Flambant, vel Flāmam à flammeo corporis colore, aut à Flamaing, ideſt Flandro nuncupatur, quoniam, vt arbitratur Ornithologus ex Flandria hyeme ad Narbonensis prouinciæ maritima volet. Sed Ornithologo Phœnicopterus prius incognitus erat; nam cuiusdā relatu scribit in opere de auibus Flambant Gallorum in mediterraneo mari Gallico non procul à littore gregatim natare, quod profectò non credo, etenim palmipes non est. Neq; etiā dicitur Flambant, vt exponit Bellonius Gallus, à dactylorū colore, sed quòd velut ignis instar eius rubedo emicet: Hinc quoq; qui spadicem, quem Virgilius in equis probat, eundem cum phœniceo, & puniceo arbitratur, à veritate longè aberrare iudicat [e] Ioannes Goropius, deceptos videlicet esse, inquiens, hinc Græco palmæ nomine, hinc Plinij authoritate, qui phœniceum, & purpureum alibi distinxit, florem describens. Quod ad arborem phœnicem, ait, & eius spadicē attinet, stultum fuit sinere se homonymia decipi, maximè cùm nusquam legant, spadicem colorem phœniceum vocari: & profectò egregiè risisset Virgilius, si phœniceos equos ab ipso demonstrari tibi postulasses. Quid? an non phœnicopterus auis nomine suo, & rubris pennis ostendit, quis sit color phœniceus apud Græcos? Verùm cùm purpureum colorem à rubro differre dicimus phœnicei coloris nomen pro certa forma rubri coloris accipimus, qui nimirum in granatis interiùs spectatur. Differunt igitur purpureus, & phœniceus, vti carbunculus, siue rubinus vulgò vocatus, & laudatissimus amethystus, siue vt rosa, & viola. Qua de reliquet plurimum aberrare eos, qui phœniceum colorem non solùm cum purpureo confundunt, sed inde etiam rubrum colorem dici scribunt, quia purpura primùm in Phœnicia sit inuenta. At enim cùm phœniceum colorem dicimus, Græca voce vtimur, cuius origo à φοῖνιξ petenda est φοινικοῦς ergo quasi φοινικόειδὴς, ideſt, ad cædem pertinens. Erat enim ruber color in militia prælij signum, quod in Cæsaris commentarijs apertè cernas, tametsi stolidum sit, cuiuspiam auctoritate in ea re vti, quam ipsa ratio, & natura demonstrat. Sic ille. Rectè itaque de se Phœnicopterus dicebat apud Martialem.

[a] lib. 6. [b] li. 8. hist. c. 12. [c] Lingulaca, quæ auis, & vnde dicta. [c] lib. obser. 1. c. 11. & lib 4. de auib. c. 8. [d] Exer. 233. Flambant, & eius etymum. Spadiceum colorem esse diuersū a phœniceo el. 2. Hieroglyph. fl. 21. capit. 23. Purpureus color vt à rubro differre dicatur. Phœniceus color vnde sic vocetur Color ruber militia signum.

Det

Dat mihi penn as rubens nomen. ——— & alibi:
Nomenq; dedit quæ rubentibus pennis.

Et quis sit color puniceus declarat Virgilius canens:
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

Cratinus hanc alitem vocauit ἔρηβα φοινικοπτερον, hoc est, auem puniceis, seu Phœniceis alis, & φοινικουν ἔρηβα Philostratus.

GENVS.

PHOENICOPTERVS, si modò ea auis est, quam ego hic sub inde pingam, & quam ex Bellonio, & ex Iulio Cæsare Scaligero describam, quod & ego ausim certò affirmare, auis est, aquas amans, vt paulò ante ex Aristophane, & Heliodoro asseruimus: nam & membranæ digitos sepientis quoddam habet rudimentum, & cruribus est proceris, vt modò in descriptione apparebit, & cauda breui.

FORMA. DESCRIPTIO.

Descriptio Belloniana.

BELLONIVS ita quàm pauciss imis hanc alitem verbis descripsit. Tibijs est longis, & rubris, rostro eiusdē coloris, magnitudine Elorio compar, colore pulcherrimo inter croceum, & castaneū medio. Hisce in regionibus licet auis sit palustris nō conspicitur, nisi fortè aliunde adducatur. Capitur rōnunquam in Italia, sed magis in Hispania, nam migrat vltra mare. Luculenter admodum Scaliger: *Rarior*, inquit, *Phœnicopterus, sed cognitu facillimum efficiunt notæ multæ peculiares. Rostrum neq; rectum planè, sed neq; aduncum habet. Scythici arcus partem potius imitatur. Cinereum colorem nobilitant alarum puniceæ pennæ: à quibus & nomen. Earum quoque nonnihil ad caudam, quam huius generis longiuris legibus brevissimam habet, ac veluti præcisam. Sub rostri initium ad colli commissuram sinus turgidus est, qualis & in Ardeola. Crura, pedesq; alis habet concolores, sed adeo breues, vt cum in homine Galenus agnouerit longissimos, hanc omnium, quæ nota sunt nobis, animalium brevissimos attribuere potuerit. Magnitudo et Ardea. Flamant et nomen in Prouincia.* Hæc Scaliger, qui posteriori loco posità Phœnicopterum describere mihi videtur, tametsi priori loco positi icon longè minores pedes demonstret. Est autem hoc auium genus, vt missæ mihi picturæ declarant præditum pedibus in magna crurum altitudine quàm exiguis, quorum causa Phœnicopterum ingentem dixerit *a* Iuuenalis. Sed mirum est, cur nigrum alarum colorem non annotauerit Scaliger. Eiusmodi auis pictura nescio num bene exacta, ex Sardinia mihi missa est, vbi Flamingo vulgò nominatur. Alter Phœnicopterus, cuius secundo loco imago repræsentatur, rostro potissimum, & pedū figura non parum discrepat: neq; enim hi punicei coloris sunt, vt dixit Scaliger, vel saltem alarum colore, longè remissiores, & ad spadiceum vergentis: sed rostrum ab illo descripto optimè respondet. Habet insuper albicantis caudæ rudimentum, vel potius caudam curtam, & alarum remiges mediæ versus caudam acerrimæ sunt. In rostri autem conformatione non parum lusit natura; non enim vt Anatum, aut Anserum planum est, cùm alioqui sit latum, neque vt Ardearum rectum, & rotundum, neque deniq; vt rapacium Aquilarum, aut Accipitrum aduncum, cùm tamen sit curuum quidem, & deorsum inflexum, sed in medio superioris mandibulæ notabili extuberantia insigne, sex digitos longum, intus cauum, & canaliculatum media sui parte, qua spectat frontē ex albo ad castaneæ colorem vergens, cætero nigrum. Superior etiam mandibula inferior longior est, & in acutissimam aciem definit: contrà inferior longè crassior. Cætera tota auis ex cinereo, phœniceo, & albo coloribus mistis spectatur. Huius auis iconem acceptam refero Carolo Clusio botanicorum nostri ævi facile corypheo. De magnitudine eius ego nihil certi affero, quia autem nunquam vidi. Bellonius Elorio comparat Scaliger Ardeæ. Videtur autē inquit Vuottonus, insigni esse magnitudine ex *b* Suetonio. *Hostia erant* (inquit) *Phœnicopteri, Pauones, Tetraones, vel, vt alij legunt, Erythrotraones:* non tamen inter maximas numerandus, sed inter mediocres magnitudine potius videtur ex Cornelio Celso, verba autem Celsi sunt hæc. *Omnis grandis auis valentis materiæ, & pluribus alimentis.* Et mox: *Aues omnes à maximis ad Phœnicopterum media natura sunt.*

Magnitudo.

a Sat. 11.

Vbi capiatur.

Descriptio Scaligeri.

Rostrum.

Color.

Cauda.

Crura, & Pedes.

Magnitudo.

b In Caligula.

Phœnicopterus prior, cum ranunculo paluſtri.



Phœnicopterus alter lato rostro.



ditoris alimenti sunt. Robertus Constantinus in supplemẽto suo linguæ Latinæ, Phœnicopterum auem esse scribit magnitudine Ciconiæ, cuius collum sit oblongum, rostrum, & crura, & pars alarum puniceo colore rutilet. Capi in Flandria, & Gallia Narbonensi. Quæ Ornithologus de Phœnicoptero scripsit, quanquam, vt suprà etiam animaduerti, priùs non cognouerat, nihilominus ne quid in hoc opere desideretur, non pigebit adscribere. Audio, inquit, auem Flambant (vel Flamman) vulgò dictam in mediterraneo mari Gallico non procul à littore gregatim natare, magnitudine Ciconiæ, vel paulò maiorem, rostro sesquilatera longitudine ad Ciconiæ rostrum, colore rubro instar sanguinis, superiùs crasso, & tuberoculis quibusdam aspero, cruribus rubris, ea proceritate, quæ in Ciconia sunt, vel procerioribus, palmipedem, pennis albis parte prona: rubentibus per collum, pectus, ventrem, & alas. Pisciuorum esse, in cibum venire. Hæc mihi amicus quidam, quantùm meminisse poterat, narrauit. Ego Gallicum nomen à rubro, & flammeo, rostri, crurum, pennarumque in aliquibus partibus colore inditum coniecerim: vel potiùs, quoniam ex Flandria hyeme ad Narboneasis prouinciæ marit ma volat: nam Flandrum Galli Flammam appellant. Rursus alius quidam retulit eum (vn Flammaing) non procul à monte Pessulano capi, similem Ciconiæ sed rostro recuruo, breuiore dimidio: totam albam, præter illas in alis partes rubras, quæ nigræ sunt in Ciconijs. In auium verò suarum epitome, Phœnicopterus, inquit, qualem doctissimus Rondeletius ad me misit, degit in medijs stagnis marinis; vescitur cochleis, piscibusq, &c. Mirum est huius tamen pulchræ, & eximiæ auis nomen ab Arist. taceri, cum Aristophanes, qui vixit eodem tempore, meminerit. Sed Græcis etiam raram esse hanc auem puto. Nam Helidorus Nili incolam eam facit. Bellonius quidem eandem Aristotelis Glottidem esse suspicatur. Ego verò ijs, quas Gallinulas aquaticas nostri vocant, auibus Glottidem adnumero, quæomnes fidipedes sunt. Germanis ignotam puto auem, sicut & Gallis ad Oceanum, Bellonio teste: quare fingo nomen interpretatum ex veteri Græco eius, Latinis etiam recepto nomine. Possit auis rubra vocari cùm rostro, tibijs, & alis sit rubris, excepis remigibus, quæ nigræ sunt. Hæc omnia Ornithologus. Mirum quod scribit *b* Cardanus, esse quosdam, qui traduot, Phœnicopterum mandibulam mouere superiorem, sed non adeo causam manifestam esse, vt in Crocodilo.

Descriptio ex Ornithologo.

Vbi degat. Quibus vescatur.

b Lib. 7. de variet. rerũ cap. 37.

VSVS IN CIBIS.

PHILOSTRATVS *a* in vita Apollonij φοινικοπτερα ὄρνιθα, hoc est, phœniceam auem, idest, vt ego iudico, Phœnicopterum inter delicias numerat. *Phœnicopterum*, inquit, Apitius, *elixas, lauas, ornas, includis in cacabum, adjectes aquam, salem anethum, & aceti modicum, dimidia coctura alligas fasciculum porri, & cortandri, vt coquatur: prope coctura defrutum mittis, coloras, adjectens in mortarium piper, cuminum, coriandrum, laseris radicem, mentham, rutam, fricabis: suffundis acetum: adjectes caryotam: ius de suo sibi perfundis: rexinantes in eundem cacabum, amylo obligas, eius perfundis & inferes. Idem facis & in Pistaco.* Aliter: *Assas auem: teres piper, ligusticum, apij semen, sesamum defrictum, petroselinum, mentham, cepam siccam, & caryotam: melle, vino liquamine, aceto, oleo, & defruto temperabis.* Cæterùm duæ potissimùm, eæque minimæ fere partes, nimirum lingua, & cerebellum in hac aliter in luxu erant: nam idem Apitius nepotum omnium altissimus gurges, referente Plinio, Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse scripsit. Meminit etiam lepidissimus epigrammatarius, apud quem ita de se canit Phœnicopterus:

Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis
Nostra sapit: quid si garrula lingua foret?

Et Lampridius tradit Heliogabalum pessimi luxus hominem, & omnium imperatorum perditissimum palatinis suis ingentes pedes extis & cerebellis illorum refertas exhibuisse. Atque paucula hæc de Phœnicoptero dicta sunt, quibus si placet, velut pro corollario adde C. Caligulam eò vesaniæ processisse tradi, vt sibi tanquam numini sacro Phasianos, & Pauones, & Phœnicopteros mactari iusserit. Idem pridie, quàm periret, sacrificans respersus est Phœnicopteris sanguine, vt author est Suetonius.

a Lib. 8.

Quomodo in cibum parandus.

Quæ præcipuè partes in hac aue commendentur.

DE GRVE. Cap. V.

ORDINIS RATIO.

PIETATIS cultrici Ciconiæ Gruis historia non incommodè subiungitur, non solùm ob id, quod & ipsa aquas sequatur, sed etiam, quòd non minori, quàm illa laude à scriptoribus celebretur. Mirũ enim est, quot, & quam præclaras dotes Gruino generi natura concesserit: inter quas ceu præcipua prudentia est, qua ita quidem in regendo, & ab omnibus periculis se, suamque gregem tuendo, excellere videtur, vt non modò pluribus æqualem, sed etiam cæteras ferè omnes volucres facilè superare ausim dicere. Quippe cum alijs hanc excellentem virtutem, præ parcè natura elargita sit, Gruibus quàm liberalissimè concessit, atque suppeditauit. Magnoperè extollitur Ciconiæ pietas, & amor paternus, maternusque laudatur; in seruandis excubijs Anserum summa vigilantia prædicatur, & Anatum quoque ingenium præconio non mediocri celebratur, à quibus omnibus tantùm abest, vt naturæ donis Grues vincantur, vt potius comitante prudentia maximè superent. Proinde sapientes hominem cunctis animantibus præferunt, quòd ratione præditus sit, quoque ea quæ cogitat, eloqui possit. Tanto hæ aues cæteris præferendæ, quæ hominis sapientiam & mentem diuinam proximè imitantur: Quæ enim maior sapientia esse potest, quam reip. recta gubernatio? Hanc non solum Grues præclarè prudenterque administrant: absque labore magno, sed natæ quodammodo etiam ad eam exercendam videntur, naturæque instinctu exequuntur. Eãdem in primis prudentiã fabula Germaniæ, ab antiquis poetis ficta, innuit. Hæc enim cum Pygmæorum esset regina, ob nimiam superbiam & elatum animum, in Gruem auem à *Iunone conuersa legitur, animal sanè regiæ maiestati conueniens*, vtpote cuius in gubernãdo industria atque virtus, nihil vel parum saltem, ab hominis in regendo ingenio recedit. Grues enim volando militarem seruant ordinem, eumque inuiolabilem, quin vbi velut certissimis suis numeris instructa acie per aera ferri cernuntur: certe iuraret quispiam non modo prudentissimum, doctissimumque eis præcesse ducem aut tribunum, verùm etiam si fieri posset, deum aliquem, qui singulos disponit, cohibetque ne extra metam cuique dispositam euagetur, *quemadmodum fusius suo loco dicetur. Possim autem quoque hic alia in medium* afferre, in quibus forte vberior etiam laudandi occasio daretur, cæterùm cum plenis omnia in suo quæue loco tractentur, ne quæ repetenda sunt, eadem sæpius re culta nauseam lectori pariant, itaque hic vela contraham.

ÆQVIVOCA.

MVLTIPICEM vocabuli γέρανος significationem passim apud Græcos scriptores inuenies: apud Latinos non facilè, nisi eam à Græcis authoribus mutuari sint. Cuius rei nulla alia ratio dari potest quàm quod seriùs Latinis hæc auis innotuerit. Adducit Varinus γέρανον à Cycneis imbrem dici παρὰ τὸ τὼ ἔραν, id est, τὸν γὼ ῥαίνειν perfundere, Etymologus tradit ex Herennio Philone. γέρανος est etiam genus saltationis teste Polluce: quã Thesea primum cũ suis ducibus saltã sse scribit circa a Deliam aram, repræsentantẽ imaginem exitus è Labyrintho. Planiùs inter cæteras saltationis species hanc quoque describit b Iosephus Scaliger his verbis: Erat & διπόδια, in qua iunctis pedibus labore magno Picas imitabantur. Præter cæteras immanis erat illa, quã κορυκὶ κωὐρωσιν appellabant. Nero potuit δωμης ἐκκυρωσιν saltare, dignus cuius ἐκκυρωσιν saltaret mundus. Huius item generis & illa, quam Theseum instituisse aiunt, deuicto Minotauro ad Labyrinthi imitationem. Ac de Labyrintho quidem nulla fabula: extat enim in Creta etiam nunc, & visitur. Eam saltationem Theseus cum socijs suis redux in patria lusit circa aram Deliam. Plures erant simul: verum certis ordinibus. Vtrinque à capitibus lecti duces versus certos inter se subeuntes imitabantur. Qualem ludum Troiam diuinus descripsit poeta, non sine summa eruditione apposita labyrinthi comparatione. Alluſit enim ad hanc Thesei saltationem fatali illo pudore, sine fuco, atque ostentatione. Pueri olim vidimus hac cum Thyrsis, atque fornicatis non sine

a Lib. 4. capit. 14.
b Lib. 1. de arte poet. capit. 18.

sine arte, atque venustate. Eam Theseus γέρανον appellauit: tum ob aciem, tum ob commutationem certis legibus seruatã. Hæc ille, & paulò pòst: Tametsi nudi puelli, vnde γυμνοπαιδικὴ dicta fuit, sese numerosis motibus inferebant: tamen corporis flexionibus, corporumq: iactationibus palestræ facies erat. Proculdubio, inquit thesauri linguæ Græcæ author γέρανος dicta est, quòd volantium Gruum similitudinem haberet. Inde γερανολόϛ dicitur ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἐν Δήλῳ ἐξάρχων, teste Hesychio, idest, qui dux esset saltationis in Delo: quoniam videlicet trahit sequentes sese, vt & in Gruum agmine dux, & princeps trahere cæteras videtur, quæ & præeuntium tergoribus collo imponere feruntur. Testatur *c* Pollux scenicam quandam machinam ἐκ μετεώρου κατὰ φερομένη τὸ ἁρπαγῆ τῶν σωμάτων, idest, *quod ex sublimi ferebatur ad rapienda corpora*. Hoc in fabulis Aurora Memnonem rapuit, Boreas Orithyam, estque à *d* Scaligero quintum genus machinæ nuncupatum: vnde γέρανος ὁ ἐν τῇ σκηνῇ ἅρπαξ, idest, in scena vncus paratus à mechanopæo, quo persona aliqua rapiebatur. Sed & aliæ machinæ subuehendis, attollẽdisque oneribus comparatæ, γεράνου nomine vocantur. Sic Budæus annotauit in Pandectas. Tympanum, inquit, rota est, quæ à calcantibus versatur, qualem passim videmus in ea machina, qua saxa vehuntur in magnificis ædificationibus. Verbo Græco γέρανον, idest, Grus dicitur, quo verbo etiam lingua vulgari appellatur. In ea trochlea sunt *in summo* carchesio, idest, *inuersatili*, & superiore parte machinæ, & in trochlea ductarius funis, qui circum tympanum aduoluitur: & à fune dependentes, qui forfices dicuntur, quibus onera euehenda prehenduntur. *e* Guilhelmus Philander in suis ad Vitruuium eruditis commentarijs, huius quoque machinæ meminit, his verbis. Tympanum, quod Græci γέρανον appellant, est rotæ ambitus magni genus, cuius circumactæ calcantibus hominibus affixas pro gradibus regulas, axis fune obuoluitur, atque ita onera extolluntur, aut sublata deprimuntur *f* Lucretius:

Multaque per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atque leuis subtollit machina nisu.

Machinæ hæ passim in ciuitatibus maritimis Belgij, vicinarumq; prouinciarum, vt audio, prope stationes ad onerandas & exonerandas naues erectæ conspiciuntur: & ab incolis ob Gruis similitudinẽ Kraenen appellantur. Harum, vt sunt adhuc diuersæ ob variũ vsum, species, & formæ, ita etiam diuersa quoq; sunt nomina. Propterea Germani quasdã rotas, quòd hisce potissimum saxa subuehantur, Stainrad nuncupant, Hispani verò Grua, vt notat Franciscus Sanctius. His non absimile organum ad subleuandum fornacis operculum *g* Georgius Agricola describit, atq; etiam depingit. γέρανον, vt annotat Cælius, vocatur etiã lignũ, quo ex puteis hauritur aqua, celoneum itẽ vocatum: nam κάλον lignum est, νεῦον adnuere. Authori thesauri linguæ Græcæ Κήλων & κηλώνειον dicitur machina illa lignea, quæ iuxta puteos ad aquam hauriendã instrui solet, ligno erecto trabeculã transuersam sustinente, quæ ab vna parte deprimitur pondere appenso, ab altera situlã sibi alligatã è puteo educit. Latini tollenonem vocant, testante Festo, tellenonem esse genus machinæ quo trahitur aqua, in alteram partem prægrauante pondere. Ac vt Herodotus dicit, κηλωνίοισι ἀρδόμενος, sic *h* Plinius cohortos tollenonum hausti rigandos ait, quos tollenones Plautus vocat trisyllabos, alij Grues, vt Græci etiam γεράνους. Sed de his iam in Ciconia. *i* Vitruuius genus machinæ nominat Coruum demolitorem è Dicade inuentũ, quod κόρακα Græco nomine dicunt, nonnulli γέρανον, vt idem testatur, sed de hoc quoq; in Corui historia egimus. Dicebatur item γέρανος instrumentum ligneũ, in quo pistores farinam pinsunt, vel vt author thesauri ait, pila lignea, in qua farina pinsitur, seu tunditur. Etymologus quoque huius significationis meminit, additque hinc τὰ ἄλφιτα vocari γεράνεια. Eustathius γέρανον à quibusdam dici tradit τὸ ὄστρον. γέρανος θαλαττία, idest, Grus marina piscis genus est, & vt quidam volunt, gladio pisci congener. Hunc *k* Ælianus describit hunc in modum: *Sed Gruem piscem martinum Corinthiaci maris alumnum quoque esse audiui. Declinabat autem ea pars Corinthiaci maris, qua Grus captus est, Atticam versus iuxta latus Isthmi, quod Ateneas respicit. Procedebat autem hic piscis ad quindecim iustæ mensuræ pedum longitudinem: crassitudine anguillam non tamen maximam (vt audio) æquabat. Eius & os & caput alitis Gruis speciem similitudinemque gerit. Squamæ (fortè pinnas dicere voluit) pinnis Gentilis auis et similes sunt. Nata autem non conuoluto inspiras corpore, vt alijs pisces anguillarum instar anguste, & oblongi. Tanto robore saliendi, est vt tanquam emissum à contento neruo telum feratur &c.* Denique Chymici lapidem quendam Gruem appellant, vt videre est apud Auicennam in tractatu, cui titulus, Porta elementorum chymicorum, vbi ait: *Et elementa se diuidunt ab istis lapidibus, & sunt quatuordecim, Elephas, Vrsus, Porcus, Simia, Bufo, Tartucha, Scorpio, aranea, Lupus, coculata, rana, piscis, Crus, Aquila, algerit, hæc omnia sunt quatuordecim lapides, sed dicunt, quod coculata, & Algerit vnum, & idem est.*

Geranos saltatio cur sic dicta.

c Lib. 1. cap. 19.

d Lib. 1. de art. poet. cap. 21.

Machina Grus dicta.

e Lib. 10.

f lib. 4.

Kraenen.

g lib. 10. de re metall.

h lib. 19. cap. 4.

i lib. 10. cap. 4.

Corvus demolitor.

Grus marina piscis.

k lib. 15. cap. 9.

Grus lapis.

SYNONYMA.

Sus.

SVS, vel Sis nomen Hebraicum in veteri teſtamento Grus exponitur, ab alijs Hirundo, vel Miluus *Turtur, & Hirundo, & Ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui, populus autem meus nõ cognouit iudicium Domini.* Hier. 8. interprete D. Hieronymo, qui vocabulum Sus vertit Hirundinem, Agur Ciconiam. Quidam eo in loco Gruem interpretatur. Et Eſaiæ 38. vbi D. Hieronymi translatio habet. *Sicut pullus Hirundinis, ſic clamabo, meditabor, vt Columba*, pro Sus vertit Gruem, pro Agur Hirundinem. Hoc quidem ex locis iam citatis conſtat Agur auem eſſe aduenam, & voce vtentem lugubri. Dauid Kimhi Hebraicam vocem, Agur Chaldaicè interpretatur Senukita: quam vocem à Thalmudicis vſurpatam Rabbi Hai exponit Arabicè Cataph, vulgò arundina, ideſt, Hirundo. Sunt qui auem putent loquentem voce humana Gazah vulgò dictam (ideſt, Picam, vel genus Picæ (Totidem verbis ferè Kimhi exponit Hieremiæ 8. vbi Arabicam vocem ponit Kataph. Salomon Hirundinem putat. Septuaginta Eſaiæ 38. prætereunt Aquila, & Theodotion habent Agor, Symmachus Incluſa: Rurſus Hieremiæ 8. Aquila, & Symmachus Hebraicum nomen Agor relinquunt, Septuaginta vertunt ἀγρὼ στρουθία, ideſt, agri Paſſeres. Maracarae Syluaticus ſel Gruis interpretatur. Quidam in dictionario trilingui pro Grue Hebraicè ſcribit Sas, & Senuit. Græcè γέρανος vocatur, quod paroxytonum eſt. Idem nomen hodiè ſeruant, ſed vltimam acuunt. Eſt autem hoc vocabulum generis epicœni, vt ait Suidas. *a* Ioannes Tzetzes in maſculino, & fœminino genere vtitur.

Agur.
Cataph.
Arundina.
Gazah.
kataph.
Agor.
Incluſa.
Maracarae.
Sas.
Senuit.

a lib. 4. hiſt.

Ἀρξάμεναι δ' ἀπ' ἠῶ πωτᾶσθαι γλῶ φορέων Ἔχεσι τὸν γεραιότερον ἀνταῖς ὀδυνηρόν, Et Baſilis, & Menecles apud Athenæum maſculino genere γέρανος ſemper in fœminino genere eſſeres, non maſculino, ſicut etiam ἵππος, ſi Atticè loqui volueris. γέρανος dicitur quaſi γηρύτης ἀπο τῆς τοῦ γλῶ (τὰ τῆς γῆς) σπέρματα ἑρευνᾶν: hoc eſt, ab eo, quod terræ ſemina perſcrutetur, vnde & σπερμολόγος, ideſt frugilega nominatur; ſemina enim, quæ terris non obruta fuerunt, in agris colligit. Aut fortè γέρανος vocata eſt, quòd colore canerco, & ferè cano tanquam γέρων, ideſt, ſenex appareat. Τέρω hoc eſt honorandus, Varrino, & Heſychio exponitur ὁ δαιμόνιος. Ornithologus legendum iudicat γέρανος cum accentu in prima, hoc eſt Grus: nam & γέρω nonnullis Grus fœmina vertitur (vt σῦς mas) ſecundum Ælium Dionyſium citante Cælio. Τίρις Grus Tyrrhenis eſt, vt ijdem exponunt, & Συρισὶς Grus mas, vt paulo ante innuimus: ita dictus fortè è voce, nam Ariſtoteles Grues in poſtremo migrantium agmine ἐπισοῦντας ait. Apud eoſdem Polyrrhenis Σίρπης Grus eſt. Apud *b* Euripidem Grues periphraſticè exprimuntur Λιβύης ὄρνις, id eſt Aues Lybiæ, quia ex Scythia aduentante hyeme in Ægyptum & Lybiam gregatim conuolent. Vbi notat Brodæus, Euripidem Grues dici aues augurales è Lybia. Atq; hæc de nominibus Græcis. Latinis Grus dicitur à gruendo, quod eſt vocem in modum Gruis edere. Grues, inquit Iſidorus, nomen de propria voce ſumunt. Tali enim voce ſuſurrant. Sumitur tam in maſculino, quàm in fœminino genere ab authoribus; cæterùm rarius in maſculino, nec ferè niſi apud poetas. Vtriuſque habes exempla. In fœminino *c* Virgilius:

b In Hecuba.

c Lib. 2. Georg.

Strimonaq; Grues, & amantis tuba libris.

Lucilius apud Nonium.

Longior hic quàm Grus Grue tota, cùm volat olim?

In maſculino Laberius apud eundem:

Vtrum tu hunc Gruem Balearicum, an hominem putas eſſe?

d In Epodo

& *d* Horatius.

Membra Gruis ſparſi ſole multo non ſine farre.

Hanc quoque auem quadam circumlocutione poetæ Latini exprimunt, auem Palamedis, ſiue Palamedæam nuncupantes: Martialis:

Vnam perdideris, ſi Palamedis auem.

à Palamede, Is enim refertur Troiano bello quatuor litteras inueniſſe, videlicet θ. ξ. χ. & φ. Præterea calculorum ludum menſurarum & ponderũ rationes, & ſuffragia, quibus in deliberando iudicandoq; nunc vtimur, primus omniũ excogitaſſe; item ordinem aciei & teſſeras, hoc eſt, ſymbolum bellicum, & vigilias caq; omnia à Gruibus didiciſſe, quòd hæ non niſi acie inſtructa volẽt, & inter volandũ mutatis ordinibus litteras quaſdã videantur effingere; In eo Philoſtrati libello, qui Heroica inſcribitur, Grus etiam auis Palamedis dicitur; nam & glo-

glorianti Palamedi sese tres litteras inuenisse ε. χ. θ. quibus carebant Græci, Vlysses repente obijcit, eam laudem Gruum esse, quæ Υ litteram faciunt, easq; iussit fortè præteruolantes suspici. Martiali præterea Grus dicitur grex Strimonius hoc versu:

Nec quæ Strymonio de grege ripa sonat.

à Strymone fluuio Macedoniam à Thracia diuidente, circa quam numerosè degere dicuntur. Idem etiam Naupliadas volucres nominat à Nauplio, qui fuit Palamedis pater. Naupliades itaq; patronymicum est pro Palamede Nauplij filio:

Clanguni Naupliadæ volucres & pernia pennis
Nubila conscribunt &c.

Lucanus aues Bistonias.

Bistonias consuetus aues & barbara Cone.

hoc est Thracias à Bistonio lacu in Thracia, vel vt alij, à Bistonia, quæ regio Thæciæ est inter Nessum, & Hebrum fluuios, ita dicta à lacu vicino, quam Bistoniadem appellant, vel vt quibusdam placet, à Bistone rege. Est præterea Stephano oppidum eiusdem regionis non procul ab Abderis Bistonia dictum. Itali Grua & Grù nuncupant, in vtroq; genere, Latinos imitati. Dantes in masculino.

E come i Grù van cantando lor lai,

Torquatus Tassus in fœminino:

Vanno à sterno le Grù ne' giorni algenti.

Hispani Grulla, & Gruz, Lusitani Ema, Galli Grue, Germani Kran, vel Krane, quod nomen, vt vult Ornithologus, à Græcis desumptum videri potest; vel Kranich, Kranch: Heluetij Kreye, Belgæ Krane, Angli à Krane, Illyrij Gerzab, Poloni Zoravv. Minores Grues vocant Latini Vipiones teste Plinio, sicut Pipiones minores Columbas: Græci γιράνια, Galli petites Grues, Itali piccole Grue, Hispani Caijdas ò Crullias, Pequẽnas Gruzes, Germani Kleine Krenchlin, Poloni Ml'odzi zo ravvie, Angli littles Crannes, Belgæ Kleine Kraentiens, Hungari Dariù Frù. Obseruandum præterea est Varronem secundum Adriani Turnebi eruditas emendationes, Gruis nomen Latinum à Græcis deriuasse. Locum autem ex Turnebi cõmentarijs adfero supra locum Varronis in lib. 4. de lingua Latina, *vt quidam Græci τὰ γίρυγρα*. Quod, inquit, sibi velit hic Varro, equidem nescio: *γίρυνα* fortassis legendum, quæ vox Græcis nonnullis multa significat, vt inde grex videatur fortassis Varroni deduci. Est & γίρυρος. Quid si dicat; quædam auium nomina esse Græca, & Grues, γίρανοι.

Vipio.
Pipio.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

MAPAVLVS Venetus tradit in Tartaria in lacubus, iuxta ciuitatem Canigainorũ, quinq; Gruum genera inueniri. Quædam, inquit, habent alas nigras, vt Corui, aliæ sunt albæ & candidæ, habentes pennas plenas oculis aurei coloris, vt sunt apud nos oculi Pauonum. Rursum aliæ ibi inueniuntur nostris non dissimiles. Sunt deinde aliæ quæ sunt paruæ, sed habentes pennas longas, & pulcherrimas, rubro nigroq; perunctas colore. Quinto sunt ibi Grues grisei cinerei coloris, oculos habentes rubeos & nigros, & hæ sunt valdè magnæ. Petrus Martyr in historia noui orbis in pratis quibusdam noui orbis (in Cuba) Gruum agmina nostratibus duplo grandiorum Hispanos reperisse scribit. Ferdinandus Columbus in Historia Americana refert sese in via Lordeste dicta (vbi multitudo insularum) vt Psittacos & alias auium species, ita quoq; Gruum rubrarum & colore coccineo ingentem copiam conspexisse. Meminerunt antiqui Gruis Balearicæ à cæteris Gruum speciebus diuersæ, inter quos est *b* Plinius inquiens: *Pico Martio, & Grui Balearicæ natura cirros* (in capite) *dedit* (nam hanc veterem scriptionem mauult seruare Stephanus Aqueus) & Nonius Marcellus ex Laberio: *Verum tu hunc Gruem Balearicum, an hominem putas esse.* Eiusce modi Gruem Bellonius Gallicè interpretatur Bihoraeu, vel Bifouraeu, & quibusdã Rupicem putari ait: cæterùm Ardeæ genus est. Alibi etiam inquit veteres Gruem Balearicam appellasse quodpiam auis genus, quod ipse in ciuitate Alepp (quam aliqui olim Hierapolim, alij Boræam dictam putant) Grui simile obseruauit, sed exilius, margine circa oculos rubente, cauda Ardeæ, voce minore. Ego ni fallor veram Balearicam Gruem ante aliquot annos mihi missam pòst suo loco exhibebo. Gomphenam auem in Sardis reperiri aiunt Grui similem, ignotam iam etiam Sardis, vt existimat Plinius.

a lib. 1. c.

Grus Balearica.

b lib. 11. c. 37.

Gomphena auis.

FORMA. DESCRIPTIO.

GRVEM fœminam ſic deſcripſit Ornithologus. Grus, inquit, quam hæc ſcribens inſpexi erat fœmina, & oua gerebat, longa ſex pedes ferè viri mediocris extenſa recta à ſummo roſtri ad imos pedes. Pennæ quædam in alis retro verſus caudam pulchræ & criſpæ erant, quas aliqui auro vel aliter ornatas pileis addunt. Alarum alioqui maiores pennæ nigricant: ſuperiores verò paruæ & cinereæ ſunt. Collum duos dodrantes longum; altitudo ab imo pedis ad tergum ſummum, quatuor ferè dodrantes. Pondus totius libræ medicinales duodecim. Cauda breuis longioribus alarum pẽnis occuliter. Plumæ crurum cinereę quinque digitis ſupra genua deſinunt, infra plumas cortice veſtiuntur nigro. Digiti humanis non breuiores. Anterior colli pars ad latera nigricat; prona albet: reliqua omnia cinerea præter maiores alarum pennas. Vertex niger cum macula rubente, quæ quidẽ in mari magis rubet. Hucuſque ille, quo nos quidẽ exactiùs deſcribere hãc auem nõ poſſimus, quamuis adoleſcẽtes in noſtra patria ciuitate Bonon. eam enutriri apud Illuſtriſs. Virum D. Vincentium Campegium Senatorẽ ampliſſimũ vidimus. Habes etiam hîc Gruis ſceleton. Veterum nemo in totum Gruem deſcripſit. Alexander Aphrodiſæus ſolius arterię meminit, anguſtam eſſe aſſerens, & vndequaq; aſperã vt cæterarum auium, quæ raucæ vocitarantur. *a* Ariſtoteles roſtrum porrectius eſſe dicit. Alibi *b* etiã collum (cuius loci Gellius meminit) longum habere, quod guloſus quidam ſibi optabat. Verba quibus guſtus quoque voluptatem perſtringit, hæc ſunt: Διὸ καὶ ἐυξαιτό τις ὀψοφάγος ὢν τὸν φάρυγγα αὐτῷ μακρότερον γέρανου γενέσθαι. ὡς ἡδόμενος τῇ ἀφῇ, ideſt, *Quapropter & collum ſibi quidam obſoniorum gurges atque belluo Gruis collo longius optabat, vt qui tactu maximam capiebat voluptatem.* Sed obſeruandum eſt longè aliter ab interprete, quicunque fuerit (nam incertus perhibetur) hunc philoſophi locum eſſe verſum, quàm veritas aut ſenſus permittit: nam nunc ſic legitur. Διὸ οἱ ὀψοφάγοι οὐκ ἴυχονται τὴν γλῶτταν ἔχειν μακράν, ἀλλὰ τὸν φάρυγγα τὸν αὐτῶν, ὥσπερ φιλόξενος ὁ ἐξ ὑρυάδος, id eſt, vt interpres incertus vertit. *Quapropter* gulones non optant lõgam linguam, ſed quemadmodum Philoxenus ex Hyride, Vulturis guttur. Hic autem γέρανου φάρυγγα Vulturis guttur exponit, & male quidem; neque enim γέρανος vocabulum apud vllos interpretes Latinos Vulturem transferri inuenio. Fortè pro γέρανου γυπὸς legebat; quod equidem credo: cęterùm ne hoc adhuc pacto bene eſt cum ſenſu: nam Vulturis collum non vſque adeo longum eſt, vt illud expetere Philoxenus potuerit. Igitur hoc loco pro Vulturis, Gruis collum legendum eſt, quanquam alibi etiam ego communi ea verſione, prout Gaza pariter habet, deceptus ita legerim, in quem locum vbi inciderit benignus atque humanus lector, poterit pro ſua humanitate vel præterire, vel ex hoc loco reſtituere. Philoxenum autem Gruinum collũ ſibi exoptaſſe idem *c* Ariſtoteles in problematibus ſcripſit, quærens cur incontinẽtes eos appellare ſolemus, qui voluptati contrectandi aut guſtandi exuberarũt: Quin etiam Theophilus apud Athenæum dicit Philoxenum Eurixidis filium (τὸν ἐυριξίδος) hominem gulæ præcipuè circa piſces mancipium, nõ ſatisfeciſſe ſuæ circa ingluuiem libidini, Gruis collum optãdo, cùm potiùs oportuiſſet eum omnino aut bouem, aut camellum, aut elephantem fieri, vt & multum & multa cum voluptate ingereret, cùm paulò ante Philoxeni Leucadij & alterius Cytherij opſophagorum, hoc eſt gulæ circa piſces obnoxiorum meminiſſet. Ego, inquit Ornithologus tam in Ariſtotele, quàm in Athenæo κυθήριον legere malo. Nam & Machon Comicus apud *d* Athenæum de Philoxeno Cythereo ſcribit, optaſſe illum ſibi collum tricubitale:

a l. 1. *Hiſt.* 1.

b l. 3. *Ethic*

c Sect. 28. *Problem.* 7

d lib. 8.

Φιλόξενος φοβ' ὁ λέγους, ὁ κυθήριος
Εὔξατο τριῶν ἔχειν τὸν λάρυγγα πηχέων
Ὅπως κατὰ πίνων φησὶν ὅτι πλείστου χρόνον
Καὶ παιδάμασι τὰ βρώματ' ἡδέως πολύ.

Id eſt, vt vertit Iacobus Dalechampius:

Philoxenus, vt fama eſt, aliquando Cytherius
Tricubitalem optauit habere gulam
Quod aiebat longiſsimo tempore vt deglutiam,
Et omnium cibariorum diuturna voluptate perfruar.


Sed Philoxenum quoque Eryxidis à Plutarcho memorari Cęlius annotauit: quare nihil definit Ornithologus. Lambinus ait in ſuis ad Ariſtotelis Ethica commentarijs ex his citatis Athenæi

Grus cum geranio Cretico.



Vlyſsis Aldrouandi

Gruis ſceleton.



Athenæi perſpicuum eſſe, Philoxenum illum κοθηριον à loco, τον Ε'ὐξεινος à patre eſſe appellatum. Gyraldus dialogo nono hiſtoriæ poetarum duos Philoxenos facit; Cytherium quidem poetam lyricum, Ereſſium verò Eryxidis filium tyranni paraſitum. Clearchus non Philoxenum, ſed Melanthium quendam ait optaſſe ſibi τὴν μακραύχενος ὄρνιθος τον τραχηλον, ἐν' ὅτι μᾶλλον τοῖς ὠδοῦσι ἐνδιατρίβῃ. Atq; hæc circa explicationem illius deprauati loci. Nigræ illæ pennæ quæ harum auium in vropygio conſpiciuntur curuæ vt in Gallis Gallinaceis, alarum ſunt, non caudæ: nam hæc cæterarum auium ſimilis eſt, vt annotat Bellonius, qui inſuper docet quomodo marem à fœmina diſtinguas, mari inquiens caput rubere plurimum, nequaquam verò fœminæ. Grues interdum totæ apparent candidæ, vt oculatus quidam teſtis Ornithologo narrauit, & ſe conſpexiſſe Gyb. Longolius teſtatur.

ANATOME.

BELLONIVS inueſtigaturus cur tam longè vox Gruis obaudiatur, in diſſecta aue aſperam arteriam longè aliter ſe habere obſeruauit, quam in cæteris animantibus: Vtrimq; enim inſeri in carnem penitus ad os Sternon: Vnde, inquit nobis mirum eſſe non debet, ſi huius auis vocem ex tam longinquo loco exaudiamus: neq; reuera alia auis eſt quæ altiorem, quàm hæc vocem edat.

LOCVS.

AMAT eiuſmodi auium genus loca paluſtria, lacus nimirum & ſtagna, item flumina. Omnem terrarum orbem peragrant, nec diu in eadem regione manent: præterea in omni terra, & regione ſponte degere non facile crediderim: Siquidem hic ſemel tantum apud Vincentium Campegiũ Gruem v dere mihi licuit. Veruntamen Bellonius nullam regionem aut locum frugiferum exiſtere putat, niſi vel aliqua ſaltem parte anni Gruem alat, & cæteri quoq; claſſici ſcriptores in nulla non orbis parte dari aſtruunt, calidiora tamen loca amare, ac propterea æſtate in Thracia viuere, hyeme aduẽtante ceu frigoris iniuriam euitaturas in Lybiam ſe conferre, & longinquas regiones peragrare. In Theſſaliæ etiam, locis plurimis viuunt, & circa Hebrum flumen, quod iuxta Hadrianopolim in monte Rodope naſcitur, & in Ægæum mare influit, & in Bittonia Thraciæ etiam regione inter Heſſum fluuium & Hebrum, item ad Strymonem fluuium, qui Macedoniam à Thracia diuidit, vbi maximè per æſtum commorantur: meminit *a* Lucanus: *Mutant loca.*

Deſertur Strymon rapido committere Nilo
Biſtonias conſuetus aues. *a Lib. 3.*

Et Herodotus tradit Grues in Scythica plaga in æſtate degere; item prope Germaniam, quæ & ipſa Thraciæ ciuitas eſt, vt refert *b* Plinius: *Totum*, inquit, *cum tractum* (Thraciæ alterum latus à Pontico littore incipientem) *Scythæ Aroteres cognominati tenuere. Eorum oppida, Aprodiſias, Lyciſtos, Zigere, Corcobe, Eumenia, Partenopolis, Geranta, vbi Pygmæorum gens fuiſſe proditur, quos Cattizos barbari vocant, creduntque à Gruibus fugatos.* *b lib. 4. ca. 11.*

Cayſter etiam fluuius harum auium frequentia celebris eſt. In Ægypto, Lybia & Æthiopia Grues hybernum tranſigere Ælianus author eſt; vnde canit Lucanus.

Strymona ſic gelidum bruma pellente relinquunt,
Poturæ te Nile grues.

In Aſiæ regionibus Gog & Magog circa ciuitatem Cianigainiorum, diuerſas harum auium ſpecies eſſe, ex ſupra allatis Pauli Veneti verbis conſtat. Similiter & in noui orbis inſula Cuba Gruum agmina conſpecta, ex Americæ hiſtoria cognouimus. Apud Anglos quoq; nidulantur in locis paluſtribus, & earum pipiones ſæpiſſimè ſe vidiſſe ait quidam Anglus: quod quidam tamen extra Angliam nati falſum eſſe contendunt.

SEN-

SENSVS.

a 9. Hist. cap. 10.

GRVS, inquit a Aristoteles, sensus acrimonia valet, quicquid senserit, voce significat, auditusque vi non inter aues minima, sed maxima, vt ait B. Porta. Et Eustathius summoperè potestatem tactus in hac è celebrauit: Grus sensus acrimonia valet (ὀξύθυτος βοτ) & frigus facilè præsentit: quare fugens frigus & hyberna Thraciæ loca ad calidiora & Oceanum Meridionalem peregrinatur, vel secundum Aristotelem ab extremis ad extrema, nempe à Scythis campis ad paludes, è quibus fluit Nilus, Vtrum autem noctu inter volandum videat, postea dicetur, vbi de nocturno earum volatu egero.

VOLATVS.

a In Helena.

QVANTVM valeant volandi celeritate hæ volucres, Chorus apud a Euripidem in primis demonstrat: nam successu rerum Menelai & Helenæ affectus in Grues mutari exoptat, vt quàm citissimè Menelai aduentum in Laconidem nunciare posset. Canit autem ex interprete.

Vtinam volucres per aera
Liberarem ex Lybia
Aues augurales
Relictis hyemalibus pluuijs
Cum redeunt antiquissimæ
Fistulæ obtemperantes
Pastoris, qui arenies
Solit campos, & fructiferos
Aduolans personat,
Quando longis visendo collis
Ficinamque nubibus viam
Transmeabis medijs volueritis sub Pleiadibus
Et Orionem nocturnum
Nunciate nuncium
Assidentes Eurotæ Grues
Quod Menelaus Dardani
Euersa vrbe veniat domum.

Cæterùm quæ circa volatum, migrationem, reuersionemq; Gruum obseruantur, ea hoc in loco conscribemus omnia eodem planè ordine, quo Ornithologus: quando scilicet auolent, vnde, quò, quomodo, quàm altè, quo ordine, quibus ventis; item ducis earum & custodum vigilumque historiam addemus: præterea nunquid lapides arenamque gerant, & quam ob causam, & quomodo cùm fessa sunt, descendant, & noctu quiescant: quando deniq; ad nos & quomodo reuertantur. Quodsi autem, quæ fortè vnius argumenti esse queant, non vno planè loco memorabimus, vel causæ nonnihil subesse existimabit lector æquus, vel festinanti inter tantos lucubrãdi labores calamo ignoscet. Natura omnia in becilliora animalia migrare ad temporum mutationes docuit, veluti in Anterum ferorum historia dictum est. Coturnices quidem Bædromione, hoc est mense Augusti à Bædromijs sacris ita appellato, vt b Plutarchus notat. Grues Mæmacterione; est verò Mæmacterion apud Athenienses mensis, in quo fit æquinoctium, à memacta, quod turbidum aera significat. c Plinius etiã Coturnices ait semper aduenire ante Grues: vtraq; enim eundem temporis ordinem seruant recedentes & auolantes. Nos, inquit Ornithologus, proximo anno Septembris die vndecimo Grues primùm migrantes audiuimus hora vna ante noctem. Sed Grus, vt est apud D. Ambrosium, frequenter amat peregrinari, & apud Ælianum omnem terrarum orbem peragrat, nec diu in eadem regione permanet, & more Regis Persarum æstiua hybernaq; conficit. Albertus contrà, aues, inquit, quædam non mutant locum, aut vt Grues apud nos continuè hyeme & æstate sunt, licet regio nostra perquam frigida quadraginta septem ferè gradibus latitudinis ab æquinoctiali distet. Cùm Thraciam relinquunt, Ælianus frequentes congregari scribit ad Hebrum fluuium, & vt alij addunt in turmas atq; ordines sese disponunt. Quod in primis etiam testatur Oppianus canens:

b In Aristide.

c l. 10. c. 23.

Or

Ως τ' ἐπ' Ἀιθιόπων κὴ Αἰγύπτοιο ῥοάων
Τ ψιπτῆνες γεράνων χόρος ἔρχεται ἠρογένειων, ideſt,
Et velut Aethiopum veniunt, Nilique fluenta
Turmatim Palamedis aues, celièque per altum
Aera clamantes.

Cùm igitur iam proximum eſt, vt auolent, hyberni circa Nilum victus deſiderio incenſæ ea, vt ferunt, quæ inter alias ætate maxima eſt, & veluti ſenectute decrepita, ter circa vniuerſum gregem volans diſcedat, ſupremumque vitæ diem conficit, reliquæ vbi hanc primo ſepultura affecerint, edito clamore tanquam deceſſus ſigno rectà in Ægyptum iter faciunt, veluti eleganti carmine perſtrinxit Ioannes Tzetzes, quod Latinè redditum ſic ſonat.

Quando igitur in Ægyptum iunt reuerſuræ (Grues)
Vbi ad Hebrum fluuium Thracenſem venerint
Primum aggregantur ad materias atque ordines,
Omnium autem ſenior earum Grus, quæ illic ſunt
Circumcurrens vndique atque exercitum luſtrans,
Statim procidens iacet mortua, quam cùm ſepelierint illæ
Pergunt ad Ægyptum volatu.

Quod autem frigus Thraciæ hybernum eas migrare cogat, plurimi authores comprobant, inter cæteros in primis Ælianus Grues dicit in Thracia naſci, vbi hyems ſolet eſſe atrox, & tempeſtas perfrigida, idcircoque eam amore proſequi, atque in ea æſtiuo tempore velut patriæ ſedis ſtudio captas degere, medio autumno ſalutis ergò, frigoris vim non ſuſtinẽtes, tanquam terræ ambitum, cæli mutationem, temporumque varietatem ſcientia & cognitione comprehenderint, frequentes in Aegyptum & Lybiam & Aethiopiam proficiſci, vti paulò antè ex Lucano diximus, & *d* Claudianus quoque teſtatur, canens: *d lib. 7.*

——— *Grues altiua relinquunt*
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.

Item *e* Euripides: Λιβύης Οἰωνοὶ ταχάδες ὄμβριον λιποῦσαι χειμῶνα, ideſt, Lybiæ Aues augurales imbrem relinquentes hyemalem. Item B. Mantuanus. *e In Hecuba.*

——— *Gruibus ſimiles quos bruma coegit*
Quærere litoribus vicina tepentibus arua.

In volatus celeritate, vt diximus, plurimum præſtant Grues, quod etiam Cyrus Regũ potentiſſimus non ignorauit, qui per interualla locorum ſuos tabellarios ita diſpoſuiſſe legitur, vt fatigatis recentes, & nocturni diurnis ſuccederẽt; vt volantes Grues ſuperarent. Commendat quoq; Homerus harum auium pernicitatem in volando vocabulo κραιπνῆσιν ἀνδράσι γεράνοισιν. Quod & *f* Arioſtus poeta elegantiſſimis ſuis verſibus depinxit, vnà altitudinem volatus ſupra Aquilam extollens: *f Cant. 2. St. 49.*

Cominciò à poco à poco indi à leuarſe,
Come ſuol far la peregrina Grue,
Che correr prima, e poi veggiamo alzarſe
A la terra vicina vn bra cio, ò due,
Et quando tutte ſono all'aria ſparſe
Velociſsime moſtra l'ali ſue,
Sì ad alto Negromante batte l'ale,
Ch'à tanta altezza à pena Aquila ſale.

Iſidorus rationem reddens, cur tam altè volent, excelſa (non excluſa, vt quidam habẽt codices impreſſi) petunt, inquit, quò facilius videant, quas petunt, terras. Sed Orus, Ariſtoteles, Plinius & Oppianus alti huius volatus cauſam non ſolùm ad id referũt, vt longinquam terram, quam petunt proſpiciant, ſed vt ſi quando nubes tempeſtatemque viderint, ſe ſe in terram referant, & humi quieſcant. Quandoquidem facilè vt alia corpora leuia ventis repẽtinis concutiuntur, & procellis interturbantur, & ſine ordine volantes diſperguntur. Dari poteſt & alia ratio, quòd vbi montes ſuperauerint priores à poſterioribus defeſſi, aut ad volatum tardioribus conſpici poſſint. Quod verò tam noctu quàm interdiù volent, nouum eſt in his, nec in alijs volucribus reperiri poteſt. Quando igitur proficiſcuntur, congruunt, atque conſentiunt, & vt *g* Lucanus ait: *g lib. 5.*

——— *Primoque volatu*
Effingunt varias vijn monſtrante figuras.

Poſtea verò inter volandum ordinem conſtituunt nimirum formam trianguli oxygonij, vt aerem aduerſum faciliùs penetrent. Meminit huius Ioannes Tzetzes, cùm ait:

Hyeme

Hyeme autem veniente in Aegyptum feſtinantes
Triangulum rectangulum faciunt horum volatum
Vt aerem incidant ſic facilius.

h lib. 2. de nat. Deor. Meminit etiam *h* Cicero, illud ab Ariſtotele animaduerſum, à quo pleraque non poteſt quis mirari? Grues cùm loca calidiora petentes maria tranſmittunt, triangulos formæ efficiunt, eius autẽ ſummo angulo aer ab ijs aduerſus pellitur: deinde ſenſim ab vtroque latere tanquam remis, ita pennis curſus auium leuatur. Baſis autem trianguli, quam Grues efficiunt, ea tanquam à puppi ventis adiuuatur. At cùm ſpiritus eſt largus, & aër aſperior non vti in tranquillitate volant, lunæ aut frontis in morem curuato agmine, ſed cùm nobilior ijs eſt præcautio. Statim enim, vt ait *i* Plutarchus, in triquetram figuram conducto agmine, cuſpide eius figuræ ſcindunt circumfluum aërem, ne ordines rumpi ab eo poſſint, quamuis *k* Lucanus orbicularem figuram tempeſtate adueniente inſtituere eas canat:

i lib. de ſolert. Animant.

k lib. 5.

Mox vbi percuſſit denſas Notus altior alas
Confuſos temere immixtæ glomerantur in orbes.

Similiter cùm ſe ab Aquila impeti perſpiciunt, orbicularem figuram efficiunt, & contractæ in ſinum, falcataque exiſtunt, quemadmodum Virgilius de Cycnis ſcribit, vt Seruius annotat ad hunc locum.

Et cætu cinxere polum, cantuſque dedere.

Plinius, inquit Seruius, omnes aues colli longioris, in quarum numero potiſſimùm Grues ſunt, erecto collo volare ait, vt ſequens pondus capitis præcedentis cauda ſuſtentet, vnde & prima plerumque deficiens relicto loco incipit eſſe poſtrema, & in cœtu ſe omnes inuicem ſuſtinere. Quod idem loco citato dicit M. Tullius, *In tergo præteruolantium colla & capita reponunt, quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet, vbi nitatur, reuolat vt ipſe quoque quieſcat. In eius locum ſuccedit proxima ijs quæ acqueuere, eaque vicißitudo in omni curſu ſeruatur.*

Itaque hoc volatu imitantur litteras quaſdam, vt innuit, dum canit:

Ingenti clamore Grues aſtua relinquunt
Thracia, cùm tepido permutant Strymona Nilo
Ordinibus varijs, per nubila texitur alis
Littera, pennarumque notis inſcribitur aer.

D. Hieronymus ad Ruſticum de vita monaſtica ſcribit etiam: *Grues vnam ſequi ordine litterato.* Idem pariter Anſeres ſylueſtres faciunt, qui & ipſi gregatim volantes litteram efficiunt. De vtriſque Tzetzes.

Ταῖς παν᾽ ὁμοίως ὁ μακρὸς τῶν χηνῶν τάγμα:
His (Gruibus) *admodum ſimile agunt & Anſerum genera.*

Veluti à nobis cùm de Anſeribus ageremus, dictum eſt. Tetigit eundem ordinem hoc carmine *l* Martialis de Gruibus loquens.

l lib. 13.

Turbabis verſus, & littera tota volabit,
Vnam perdideris ſi Palamedis auem.

m lib. 5. Et *m* Lucanus ingruente tempeſtate turbari inquiens.

Et turbata perit diſperſi littera pennis.

Sunt qui eam litteram, quam Grues inter volandum efficiunt, Ypſilon comparẽt, alij Alpha delineare volunt exactius quam ypſilon. Prior ſententia tamen magis probatur, inuentionemque illius litteræ ex auium harum volatu obſeruatæ Palamedi aſcribunt. Recentiores quidam non indocti Grues eodem volucri ſuo ordine literam Λ lambda potius repræſentare putant. Illud præterea inter omnes conſtat Cadmum ſexdecim litteras ex Phœnicia in Græciam detuliſſe Α. Β. Γ. Δ. Ε. Η. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Σ. Τ. Υ. Hiſque Palamedem Troiano bello quatuor adieciſſe Ξ. Θ. Φ. Χ. quàs ſimul cum ordine aciei à Gruibus didicerit. Quod ſi admittimus, Palamedis nec Λ nec Α, nec Υ inuenerit, & merito quiſpiam dubitet, quomodo aliqua iſtarum, Palamedis littera, aut Grues ab eius figura Palamedis aues vocari poſſint. Ornithologus quidem, quod ad ordinis figuram attinet, Grues Λ litteram magis referre exiſtimat, quàm alias, quoniam cùm volant, trianguli, vt dictum eſt, oxygonij figuram exprimant, ſiue tum ſolùm cùm venti vis maior vrget, vt ait Plutarchus, ſiue aliàs quoque, vt alij, & ego in volantibus eam figuram ſæpiſſimè obſeruaui. Ariſtoteles decem & octo priſcas litteras fuiſſe ſcribit, Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ. & Φ. & duas Θ & Χ. ab Epicharmo potiùs quàm à Palamede adiunctas mauult. Scaliger tamen in Auſonium, à figura crucis, quæ in inferiore parte litteræ Φ ſpectatur, verſum hunc confecit, Palamedicas inter litteras recenſens.

Hæc crucis effigies Palamedica porrigitur Φ.

Iam

Iam verò Philostratus literam Y non à Simonide, vt multi volunt, sed à Graibus ipsis adinuentam, vt notat *n* Stephanus Aqueus, scribens, quòd eam in volatus ordine exprimant, Simonidem, non Palamedem nominat, & Persius dicendo:

n In Annotat. in Plinin.

An tibi quæ Samios deduxit littera ramos.

Et Virgilius:

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni.

Tam inuentionem, quàm interpretationem Samio Pythagoræ tribuunt. Adeo vt litterarũ inuentio istarum incerta quodammodo sit: nam & *o* Cassiodorus de litterarum inuentio loquens, non peculiares aliquas litteras, sed omnes ex Gruum volatu Mercurium inuenisse prodidit: Verba autem eius huc adferẽda esse duxi. *Vt aliquid*, inquit, *studiosum, & exquisitum dicere videamur, has* (litteras) *primùm, vt frequentior tradit opinio, Mercurius repertor artium multarum, volatu Strymoniarum auium collegisse memoratur. Nam hodiè Grues, qui classem consociant, alphabeti formas natura imbuente describunt: quem in ordinem decorum redigens, vocabulis consonantibusque conuenienter admissis, viam sensualem reperit, per quem altè petens ad penetralia prudentiæ mens posset alata peruenire.* Atque hæc de litterarum inuentione sufficiant; nunc verò de volatu, quæ supersunt dicenda, referamus; Videtur autem etiam hic ordo alias commoditates habere, quod sic ducem videlicet omnes ex æquo prospiciant, & alter alterius prospectum non impediat, & vento secundo etiã ex æquo fruantur omnes. Prouectiores ætate ein primo ordine volando collocant, ne scilicet se fatigent, nimirum sequendo, si iuniores præcederent: quod tamen vtrum verum sit, dubito: nam cùm omnes ex ordine ductores sint, & vicissim præcedant, qui fieri potest, vt iuniores postremum locum obtineant? nisi dicantur seniores solummodo vicissitudine quadam ducem agere, aut hos ita principio volatus disponi. Clamorem etiam edunt, ne separentur aliæ ab alijs, & vt prodidit Oppianus, si quam defessam conspexerint, aliæ duæ vtrimque alis subleuant, aut etiam super dorsis ac pedibus ferunt, quos retrorsum cælo sereno extendere solent. Volant flatu secundo, rarò contra impetum venti, nisi fugendo nitentes, quod etiam Ælianus tetigit. Secundos, ait, ventos, & retrò volantes obseruare norunt. Meminit & *p* Virgilius:

o Lib 8. Variar. cap. 2.

Quo ventu volent.

p Lib. 10. Aeneid.

Tela manu iacium, quales sub nubibus atris
Strymoniæ dant signa Grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo.

Ex quibus hallucinari Gillium Ornithologus meo iudicio non rectè colligit. Quod, inquit Gillius, de gruibus iactat, eas volatum vertere contra ventum, idipsum omnes pisces præclarè intelligunt: semper enim contra fluctum natant. Sic ille, non contra cæteros scriptores, vt Ornithologus putat, & nos etiam supra citauimus, qui non aduersis, sed secundis ventis Grues volare tradunt. Mihi enim aduerso etiam vento volare has aues probabile est ab ijs, quæ *q* Plutarchus scribit hunc in modum. *Volatus Gruum ad venti rationes accommodatus, non est vnius generis: sed hoc omnibus communiter notum est piscibus, semperque aduersum vndas & fluctum natant, cauentque ne vento secundam caudam incidente squamæ nudata corpus nudum exhibeant, idque dolore afficiatur.* De duce totius exercitus, quem sibi volaturæ Grues eligunt, hæc prodidit *r* Aristoteles: *Ducem etiam habent & eos qui clament, dispositos in extremo agmine, vt vox percipi possit.* Quem verò ceu ducem sequantur, explicat Ioannes Tzetzes seniorem nominans.

q Li. de solert. Animal.

r 6. Hist. cap. 10.

Ἀξαμεναι ἀι γιρανοι ποιεῦσαι τὴν πορείαν
Ἐχουσι τον γιραιτερον αυταῖς εὐθυντηρα, ideſt,
Cùm cœperint autem Grues iter facere
Habent seniorem inter se iter facientem.

Meminit idem etiam custodum excercitus, dum ait:

Ἔχουσι δὲ καὶ φυλακας, καὶ ὁπισθοφυλακας προυδον.
Habent autem custodes & postremi agminis ductores, quique viam parant.

Idem quoq; Plinius, ex Aristotele, vt apparet, mutuatus, *ducem*, inquit, *quem sequantur, eligunt in extremo agmine per vices, qui acclament* (qui vicissim clament, ne qua deesse videatur, vt quidem citant) *dispositos habent, & qui gregem voce contineant.* Cæterùm non quaslibet in ducem eligunt, sed eas tantùm quæ itineris iam expertes, & natu grandiores, robustioresque quò facilius vim aeris obluctantis alarum remigio infringant; Vt verò proximum est extremum agmen regendum easdem deligunt, minores natu mediæ sunt. Præterea ducem vbi defatigatio ceperit, mutant, alius huius in locum succurrit, vt hoc carmine innuit Tzetzes.

Ἀ ποκὰ μινητος γινεδὶ, ὁμὲ αὐτὸν προτὲχει
Καὶ καθιζῆς ὑπαλλαγαις τὴν πρώτηνοι ποιεῦται

Defati-

Defatigato autem hoc (duce) *qui poſt ipſam, præcurrit*
Et deinceps per vices prævolatum faciunt.

Quæ agmen cogit, cæteras, vt ait Iſidorus, voce caſtigat, atq; ea cum rauceſcit, ſuccedit alia: Vnde non rectè dixerat Albertus ducem multum clamare, vt omnes conueniant, & quod ſi nimio clamore rauceſcat, aliam conſtituti: nam iam ex Tzetze dictum, eſt volando fatigari, vel quod meliùs credo, dux ille & clamore & prævolatu defatigatur. Non minor prudẽtia earum eſt in cibo capiendo, vbi enim in terram deſcenderint, inquit Iſidorus, cibi gratia, dux earum caput in altum erigit in cuſtodiam omnium, cæteræ verò ſecuræ paſcuntur. Quanta inſuper in capienda quiete prudentia? Antequam quieſcant, ducem rurſus conſtituunt, qui erecto collo prouideat, tum cæteræ dormiunt capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Dux ille agmen circumit, & ſi homo aut fera accedat, exclamat, altaque voce inſidias indicat, vt reliquæ expergiſcantur, & de fuga ſibi proſpiciant. Albertus aduerſus inſidias non vnum ſibi ducem eligere ait, & mihi etiam ſit veriſimilium, ſed decimam quamque excubias cuſtodire putat, & reuera plures vnà cuſtodias agere Ælianus ait hiſce verbis; *in longiſſimis terræ tractibus noctu reliquæ omnes ſomnum capiunt, tres aut quatuor ad reliquarum cuſtodiam aduigilant.* Nec diſſentit Ioan. Tzetzes.

Αἱ πλείους μὲν καθεύδουσι, φυλάττουσι δὲ ὀλίγαι.
Plures quidem dormiunt, vigilant autem paucæ.

Atq; ne ſomno opprimantur, operoſo ac moleſto labore vnico pedi inſiſtunt, altero ſublimi nempe lapillum ſumma cautione cõtinentes, vt ſi quando nimio labore defatigatas ſomnus obrepſerit, edito ſtrepitu ex lapilli caſu expergiſcantur: vnde Plutarchus à Gruibus exemplo sũpto, quæ de Herculis in dormiendo ſolertia narrãtur, mira nobis eſſe debere nõ exiſtimat. Quæ noctu, inquit, excubans in terra crurum alterutri corpore immittuntur, altero adducto prehenſum lapillum tenent. Igitur illa in retinendo iugit as obrepere diutius ſomnum non ſinit; ſed ſtatim vt remiſere, decidens calculus excitat, arguitque negligẽtem. Itaque non eſt cur idem Herculis adeo quiſpiam miretur, quòd alæ ſubdens arcum hærentem brachio, & dextra clauam regens manu quieſceret. Alij aliam quoque huius calculi, quem vigil ſuſpenſis digitis tenet vtilitatem cognoſcunt. Nam ſi ſomnus vigilantem obrepſerit, lapilli lapſu negligentia in excubando arguitur: Sono enim percepto omnes clamãt, quaſi increpantes *vigilis ſomnolentiam.* Prudentiſſimum hunc excubãdi ritum Ioan. Tzetzes, qui ſanè in harum auium ſolertiam admirando plurimus fuit, deſcripſit hiſce verſibus:

Ὁ τρόπος δὲ τῆς φυλακῆς ἐστιν αὐταῖς τοιόσδε,
Αἱ φυλακες μονόποδες ἵστανται τὸν ἕτερον τε
Λίθον ποδὶ τῷ ἑτέρῳ κατέχουσαι ἐκάστη
Ὅπως ἐξ ὕπνου ἄξασαι, τὸν λίθον πεσόντος
Ἑλκωσι πρὸς ἐγρήγορσιν τῶν δὲ ὕπνον λαβοῦσαι.
Modus autem vigilia eſt ipſis huiuſmodi:
Vigiles vno pede ſtant: harum tunc
Lapidem pede ſuſpenſo detinentes ſingulæ,
Vt poſtquam obdormierint, lapſu delapſo
Veniant ad vigiliam, ſenſu accepto.

Hanc tam inſignem alitum vigilantiam imitatum fuiſſe Magnum illum Alexandrum Macedonem cõſtat, ſi quando peruigilandum eſſet, ne ſomni violentia opprimeretur, vas ahenum prope torum adſiſtebat, ſupra quod brachium exportigebat, pilam, vt Ammianus Marcellinus ait, argenteam manu complexus, quæ ſi quando ipſe ſomno vinceretur, elapſa, ſonoro ſtrepitu, ſomnum abrumperet. Sunt qui Grues migraturas lapidem deglutire velint, vt ita facilius ventorum turbini, ac procellis reſiſtant, pondere nempe eius adiuti; cæterùm ſicuti de eiuſdem vſu, ita quoque de veritate multifariã à ſcriptoribus diſceptatur, alijs affirmantibus, alijs contrà negantibus. Inter priores Ælianus eſt, ſcribens lapidem à Gruibus deceſſuris deglutitum firmamentum eſſe, aduerſus incurſiones ventorum, vt ſcilicet & tanquam ſaburra firmentur volantes, & vt habeant vnde prandere poſſint; hunc auri indicem eſſe & poſtquam eo, vbi habitant ſe receperint, reuomere. Ex affirmãtibus etiam eſt Ariſtophanes Byzantinus, ſed Grues ſcribit deuorare hoc lapides, vt cùm bene ſublimes volantes & impetu quodã rectà antrorſum ad conficiendũ iter attendentes, aſpectũ ad inferiora impeditum habent, de via ſeſſæ eos deijciant, & ex lapidum caſu percipiant, ſupra mare ne an ſupra terrã ſubuolent. Nam ſi ad mare lapides deferantur, iter ſuſceptum facere perguntur; ſin ad terram decidant, à volando requieſcunt, vt citat Gillius ex Scholiaſte in Aues Ariſtophanis: vnde Suidas etiam & Varinus deſcripſerunt. Affirmat id etiam Maximus Tyrius, referente

An lapidẽ ſirant, & quomodo.

rente Pierio Valeriano, sed causam aliam memorat lapilli assumendi, nimirum quoniam in volatu fluitare videntur instar nauis, quam agitent impellantq; vndæ, suæ sibi conscix imbecillitatis, antequam volatui se credant, lapillum rostro suscipere, quo vnaquæque earum velut firmamento vacillaturi volatus vtatur, eamque habeat salutis custodiam. Alij aiunt, vt citat adagiorum author in adagio *Scarabaus Aquilam quærit*, Grues è Sicilia demigrantes montem Taurũ Aquilis plenũ cùm parant transmittere, ingentibus lapidibus, quo vocem cohibeant, in os sumptis noctu tacitè transuolare, atq; ita deceptis Aquilis tutò deijcere: quod alij de Anseribus feris dicunt, sed fieri potest, vt vtrisque conueniat. Inter peregrantes in primis est ipse s Aristoteles, hunc in modum scribens: *Grues, vt dictum est, ex vltimis in vltima abeunt. Volant flatu secundo: quod de lapide narrant, falsum est: Lapidem enim eas tenere fulcimento quem vbi ceciderit, accipi vtilem ad auri probationem aiunt.* Albert. quoque id falsum esse dicit, lapidemque qui è grege earum cadit, à pedibus non ab ore cadere ait. Solent autem, vt scribit, aliquando lapides pedibus complecti, cùm digiti pedum eis incuruantur, vt super lapidem dirigant: sed in hunc vsum non peculiarem vllum lapidem, sed quemuis sine discrimine accipere, vt illum etiam quem ouis incubantes interponunt. Possit fortassis hæc scriptorum controuersia sic conciliari atque componi, dicendo Grues longinquum valde iter facturas ore lapidem ferre, pede, vbi breue faciendum est. Admodum enim fuerit laboriosum lapidem longo tempore pede tenere, quod ne homo fortissimus manu instrumento ad prehendendum longe aptiore præstare queat. Tenere verò ore lapidem, colligo etiam ex verbis Plinij, quanquam arenam ferre dicat: Quid enim vetat, si arena se se ingurgitent, lapidem quoque ingerere non possint? Sed pro cibo esse eiuscemodi lapidem, anile esset credere. Fieri præterea potest, vt non omnes inter volandum, sed quædam tantùm lapide sese onerent, quæ nempe cæteris velociores sunt & leuiores, ne alias celeritate volandi præueniant, & defessæ posteriores aciem deferant. Lapides quidem ab ijs proijci Albertus etiam à nautis, in quorum aliquando naues inciderunt, deprehensum testatur: *Certum est*, inquit Plinius, *Pontum transuolaturas primum omnium angustias petere inter duo promontoria Criumetopon, idest arietis frons, (nam ita appellatur Cretæ insula promontorium ad Occidentem versus Cyrenas) & Carambin mox saburra stabiliri, cùm medium transierint abijci lapillos è pedibus; cùm attigerint continentem, & è gutture arenam.* Coturnices quoque mare traiecturas lapillis se munire idem Plinius & Oppianus tradunt, cæterùm nec hæ etiam tantùm, sed & echini quoque teste Plutarcho idem faciunt marini, quos ait vbi tempestatem fluctusque præcognoscunt, lapillis se saburrare, ne ob leuitatem euertantur, aut vndis obortis auellantur, sed lapillis prægrauantibus maneant. Ridiculum interim, quod scribit Isidorus, Grues *post hyemem volantes à montibus Orientes* arenas aureas, & aurichalcum lapidem deglutire, & postea in locis transmarinis reuomere; vnde, inquit, dixerunt, qui experti sunt, lapidem quem Grues euomunt, ignis vi conuerti in aurum. Hoc igitur ordine proficiscentes Grues in Aegyptum & loca vicina adueniunt, & vt Aelianus ait, Aegyptios sementem facientes deprehendunt, & mensæ, *vt ita* dicam, in aruis ciborum redundantia instructæ interueniunt, ac tametsi minus inuitatæ, hospitalitatis tamen & mensæ iure fruuntur. Redeuntes autem non tantum de vigilijs & ordine solicitæ; neque enim habent quos formident, & hostes illis deesse nouerunt. Albertus t Magnus Grues, inquit, in periculis cautæ, extra fidentes. Cùm ab Aegypto in Europam euolant, duces non adhibent. At cùm hinc in Aegyptum redeunt, vbi hostes abesse sibi norunt, & duces & exploratores adhibent. Commentator u in Statium de harum reditu loquens: Elonginquo ait, veniunt (Grues) locus in Asia, quem appellant Pithonis Comen; vbi Grues murmurant discessuræ: apparentque in nostro orbe tam repente, vt nemo viderit venire, sed venisse. Sed hæc fortassis ex Plinio desumpsit, qui hoc tamen de Ciconijs scribit, cum quibus etiam his redeuntibus eadem in recognoscendo probè nidos præcautio est. De vtrisque etiam Aelianus: *Audio*, inquit, *Ciconias cum Gruibus iniurias frigoris fugientes mutatione cæli solum vertere: ac rursus hyberno tempore exacto ad patriam sedem remigrantes cùm illas, tum has, sicut homines domum egregiè nidos suos recognoscere.*

s 8. Hist. cap. 12.

t Lib. 3. de animal. tract. 2. c. 6

u Li. 4. Syl.

COITVS. PARTVS.

CVM Thracium frigus relinquunt (ait idem Ælianus) & ad Occidentem fugiunt, obuio vento, tum fœminæ ad coitum exardeſcentes, & mares Veneris libidine conflagrantes, inter ſe complexu Venereo coniungi cupiunt. Coeunt autem vt *a* Ariſtoteles ait & repetit Plinius, non conſidente humi fœmina, veluti Gallinæ, ſed ſtante vt Paſſeres, atque eo modo citò rem Venerem perficiunt. D. *b* Honorius tertio anno parere tradidit. Pariunt ova non plus quàm bina, inter quæ lapidem interponunt, quod Coloniæ per annos aliquot in horto quodam expertum ſe fuiſſe ſcribit Albertus. Et alibi, *Grues domeſticas*, inquit, *vidimus quotannis lapidem inter ova ſua collocare, ſed hunc ſine diſcrimine acceperint de lapidibus fortuito inuentis. Dubitari quidem poteſt, vtrum in libertate lapidem peculiarem quaeſturæ fuiſſent, & vtiliorem.* Et rurſus alio in loco ait; lapidem illum quem ouis incubantes interponunt, nullo diſcrimine capiunt.

a Li. 5. Animal. c. 2.

b Lib. de Imag. mũdi cap. 10.

EXCLVSIO. EDVCATIO.

QVOMODO excludantur, ne id quidem veterum aliquis aut neotericorum, quos vnquam legi, quod ſciam meminerunt. Quamuis id Albertus perfacile ſcire potuerit, qui eas in horto enutriri ſe vidiſſe teſtatus eſt alio quin id ſcire difficile eſt, quòd plurimum ſeſe ab hominum conſpectu ſeducant, in aere alto ſemper verſantes. Cicurari tamen poſſe *a* Bellonio, & Petrarchæ crediderim, ac domi enutriri. Oculis conſutis in tenebris incluſæ ſaginabantur teſte Plutarcho, & *b* Varro ſcribit, etiam in auiarijs non ſolum Anſeres, Columbas, Pauones, ſed etiam Grues ad ſaginam paſci, cæterum quo victu, non addit. Ioan. Bruyerinus fruge eas veſci ait Anſerum ferorum more, quod etiam Petrarcha innuiſſe videtur his verbis: GAVD. *Solito largius agrum ſerunt.* RATIO. *Plures paſtes Grues rure, plures domi mures: volucrum hoſpes & vermium &c.* Vnde etiam Virgilius inter alia, quæ agris inferuntur damna, atque nocumenta, Grues & Anſeres recenſet, canens.

a Lib. de re med. vtriusque fort.

b Lib. de eſu carn.

Nil improbus Anſer,
Strymoniæque Grues & amaris intyba fibris
Officiunt.

Et Suidas in Πορίνω: γεώργων κατεπίμπτον χῶραν τοῦ παρμενίωνος σπορίνω σίτῳ, id eſt *Grues agricolæ depaſcebantur agrum nouiter tritico ſatum*: quod item Bapt. *c* Mantuanus per ſemina expreſſit, frumentum innuens hiſce verſibus.

c Lib. 1. de Calamitate temp.

Strymoniæ de more Gruis, quæ ſemina campis
Iacta legens æquæ tepido ſub ſidere libræ.

Sed fortè non ſolùm graniuoræ ſint: nam in Theſſalicis campis Anſerum, & Gruum paſcua *b* Plato χλωροβοσκίας καὶ γεραναβοσκίας appellat, fortè non aliâ ob cauſam quàm quod ſerpentes depaſcantur. In Theſſalia enim ſecundum Ariſtotelem copia ſerpentum naſcitur, vt niſi à Ciconijs interimerentur, opus eſſet colonos migrare, propterea legibus ſuis Theſſalonici Ciconijs ἀντιφιλοτιμίαν & gratitudinem ſeruant politicam. Et fortè Grues quoq; eandem Theſſalonicis rependunt gratiam accepti beneficij, ſerpentum peſtes interimentes, quam gratiam expreſſiſſe hiſce verſibus Ioannem Tzetzem credibile eſt.

d In Ciuili

Ὥσπερ καὶ πρὶν τιμᾶν ἐν Ἀθήναις τοὺς Ἕλληνας
Πελαργικὸν γεράνειαν καὶ τῶν τοιούτων ζῴων.
Quemadmodum ante vocauerunt Græci Athenis
Pelargicum Gruum munus, & ex talibus animantibus.

Præterea *e* Claudianus canens:

e In Epiſt. ad Seren.

E Nilo Pygmæa Grues poſt bella remenſo
Ore legunt rubri germina cara maris.

Non fruges aut frumentum, ſed promiſcuè herbarum ſurculos vorare Grues, innuere videtur: & *f* Homerus Grues ait prope flumina βόσκεσθαι, quod eſt propriè more boum aut armentorum paſci, quæ gramina & alias herbas ex aruis eligunt, vti etiam Agni & Cycni.

f Iliad. 0.

VOX. ÆTAS.

GRVERE propria vox Gruis est, vt legitur apud Ambrosium, & Festus ait, *Grues dicuntur gruere, vt sues grunnire: vnde tractum est congruere, id est conuenire, quia id genus volucrum minimè solitarium est.* Idem ait Isidorus, Græci vt Pollux & Varinus γλάζειν de Gruibus dici, ἀλαλάζειν de Aquilis, ἀλαγὴ nomen de vtrisque scribunt. Vult Eustathius κλάζειν verbum esse proprium de sono vocis Gruum & auium simpliciter, & abusiuè etiam homines, porcos, & arcus, κλάζειν dici: Sed Ornithologus ait, quod clangor propriè dicatur de Gruum voce, quo vocabulo ab initio statim tertij Iliados Homerus vtitur, semel de clamore Troianorum pugnam ineuntium, bis de Gruum voce, vt in infrà citatis versibus videre est. Inuenio apud [a] Q. Calabrum. [a lib. 3.]

——— Ταιὸ ἐφέροντο
Κλαγγηδὸν κραιπνοῖσιν ἐπὶ ὁδὸν μετὰ γηράνοισι.

Id verbum Galli exprimentes gruis dicunt, latini clangere & clangorem edere dicere consueuerunt, Græcos imitati: vnde Bapt. Mantuanus de Grue loquens:

——— *Caput arduà tollens*
Clangit, & ingenti mouet internodia passu.

Plerique tamen ex vetustissimis poetis clangorem non exprimunt, sed clamorem. Lucretius:

——— *Gruum quàm*
Clamor ætheriis dispersus nubibus Austri.

Et Pontanus.

Hic clamore Grues vicerit atque Anates.

Et Bapt. Porta eas ob hunc clamorem clamosas nuncupat: sed cur clamorem potiùs quàm clangorem poetæ nominet, ratio est, quod ipsæ Gruas voce intensa & magno cum impetu prolata vociferentur, atque ita cum voce contendant, vt cum maximè obstrepentibus animalibus comparetur, vt Anatibus, quemadmodum in versu paulò supra citato. Rectè apud Homerum vociferantes Troiani cum Gruibus conferuntur, vtpote φωνηεντερους ἀλλων ζωων, id est magis vociferantibus, quam cætera animalia, vt notat Eustathius supra hos versus:

Αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἀμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι
Τρῶες μὲν κλάγγηι τε ἰυγῆι τ' ἴσαν ὄρνιθες ὡς
Ἠύτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό
Αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
Κλαγγὴν' αἵτε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥόοισιν.
At postquam instructi vnà fuerunt cum ducibus singuli.
Troiani quidem cum sonitu clamoreque incedebant vt aues
Tanquam clamor Gruum est in aere
Quæ postquam hyemem fugerunt & immensum imbrem
Clangentes volant supra Oceani fluctus.

Quam Homeri comparationem etiam [b] Virgilius imitatus, Dardanidum clamorem describens, versibus pariter venustis & elegantissimis. [b lib. 10. Aeneid.]

——— *Clamorem ad sidera tollunt*
Dardanidæ muris: quales sub nubibus atris
Strymonia dant signa grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo.

Taxat & [c] Lucretius ingentem Gruum sonum. [c lib. 4.]

Parus vt est Cycni melior canor: ille Gruum quàm
Clamor quum [d] suprà dixisset, *non opus esse, vt Hirundo contendant cum Cycnis.* Præterea cum hoc loco maximè conuenit illud Antipatri. [d lib. 3.]

Paruus Cycnorum melior cantus strepitus, quàm
Graccharum nebulis sparsus in Aethereis. [e lib. 3. de Epigrãm.]

Aristophanes [f] γέρανον κραύζουσαν nuncupat. Sunt qui Gruibus vocem acutam tribuant, vt Theognis ille vetustissimus, dum canit: [In Auib.]

Ορνίθος φωνὴν πολυπαίδα ὀξὺ βοώσης
Ορνίθος.
Auis vocem, è Polupeda acutè clamantis
Audiui.

Et *g* Dantes nostrum poetarum decus lamentabilem sonum inter volandum edere ait: *g In Infern. Cāt. 5*

E come i Grù van cantando lor lai,
Facendo in aer di se si lunga riga,
Cosi vid'io venir trahendo guai
Ombre portate dalla detta briga.

Habet exemplum simile Quintianus.

Atque Grues nimirum querulæ, Pieæque loquaces.

Nisi quis querulas canoras interpretetur,& Q. Calabri exemplo se muniat,qui stridulum & canorum illis sonum concedit, παναθρηνεῖς appellans, idest longum & protensum sonum edentes. Quod modò ad ætatem spectat, D. Honorius Grues tradit octauo anno senescere. Leonicus Tomæus tamen, vt infra dicetur, quadraginta continuis annis Gruem domi aluit. Senescentes autem vt cognoscantur, ab Aristotele accepimus, Gruum in senectute pennas nigrescere tradente, eiusq; effectus causam esse posse, quòd pennarum natura earum albicet,pluisq; humoris senescentibus ijs constituatur in pennis,quam vt facilè putredini pateat. Canities enim efficitur putredine quadam, vt ait idem *h* Aristoteles. Albertus eiusdem rei causam affert, terrestrem naturam humidi ipsarum, quod à calore imminuto non satis concoqui ait. Solinus eas in senectute fluuas fieri scribit. Vtrumque autem verum esse potest, nam cùm senecta lato quodam termino & indefinito circumscribatur, illum initium & ingressum senectutis, hoc finem & exitum intellexisse probabile est. *Ætas.* *h lib. 5. de Gener. 5.*

GRESSVS.

PONVNTVR hæ aues à Plinio inter eas, quæ ingrediendo pedes ante se iaciunt. Et Ennius citante Seruio de Gruibus dicebat:

Perque fabam repunt, & mollia crura reponunt.

Quod & Virgilius de equo loquens imitatus est.

Altius ingreditur & mollia crura reponit.

Inter poetas sui sæculi percelebris ille Bapt. *a* Mantuanus perdocta & eleganti hoc carmine eorum ingressum cecinit. *a lib. 1. 4. Calamitis tempor.*

It grauis & rario incessu vestigia profert
Strymoniæ de more Gruis, quæ semina campis
Iacta legens æquè tepido sub sydere libræ,
Si vicina ferat gressus per rura viator
Tela ferens, arcumque manu caput ardua tollens
Clangit, & ingenti mouent internodia passu
Paulatimque viam suspenso gutture carpit.

Fertur Grus etiamnum implumis tam celeriter currere, vt hominem cursu vincat.

MORES. INGENIVM.

EX supradictis notum est,quàm se mutuo ament iuuent ac diligant, non modò in rebus prosperis ac tuto loco, sed etiam aduersis & periculoso, in quo ab Aquilis aliisq; rapacibus se inuicem tueantur, ad defendant. Propterea Aristoteles has inter gregales & ciuiles connumerat, quæ labori communicant eidem, & quarum opus communi efficitur opera: nulla enim hisce prædandi ratio,aut auiditas,nullæ insidiæ,nullæ explorationes,quibus ad raptum vtantur aliarum auium,quæ singula ijs insunt, quæ non gaudet commercione, veluti Aquilis Accipitribusq;. Refugit enim auritia, vt rectè ait Diuus *a* Ambrosius,consortium plurimorum, nec solùm hæc concordia, hic dilectus erga suos socios ac gregē exercetur: sed etiam erga fœtus suos, in quos tantus zelus, tantus amor est, vt mas & fœmina pro his educandis decerent inter se. Refert Albert. se oculis conspexisse Gruem marē deijcere fœminam & occidere, rostro vndecim vulneribus inflictis, eò quòd pullos, quo minus ipsum sequerentur,abstraxisset. Hoc accidit Coloniæ,vbi Grues mansuetæ generare solent. Non possum equidē nō satis Eustathiū admirari,qui suis ad librū Iliados tertiū cōmentarijs has volucres timidas esse scribat, cum quibus rectè vociferantes Traiani cōferuntur, nempe *a lib. 5. Hexamer. c. 4.*

comica-

φωνικατέρας ἄλλων τῶν ζώων τοιαῦτα γάρ φύσεται δεὶ λώτερα, ideſt, magis vociferantibus, quàm cætera animalia, nam hæc natura meticuloſiora ſunt. Etenim Virgilius clamorem Dardanidum, quorum animus iam ad prælium accendebatur, cum Gruum clamore comparat, idque ad exornationem & inditium audaciæ, non timiditatis. Quamobrem recte ſentit Spondanus dilucidiſſimus Homeri commentator cum auctoritate plurium veterum, nõ probabilem hanc Euſtathij rationem eſſe, cùm ſit à rerum naturalium ſcriptoribus demonſtratum, anguſtas quoque voces animi anguſtiam & timorem indicare, & contra. Exiſtimant, inquit Ælianus, Gruis admirabilem ſapientiam & prudentiam ad deprehendendam cæli commoditatem, & *b* Plutarchus earum caliditatem ſuſpicit, quod lapidem teneant, vt eo excidente euigilent. Quamobrem cùm his & alijs ingenij multis donis Grus ſummopere excellat, non mirum eſt ſi à Scaligero doctiſſimo viro animal geſticulatorium, hoc eſt, quæ geſticulationes diſcat ceu docilis auis, vocetur; nã libro de arte poetica, inquit, *Saltantem Allobrogem cantatorem videmus* (Pſittacum) *capitis geſtus depreſsis agitatiſque alis imitari, id quod Grus etiam facetiſsimè facit.* Aduenæ ſunt aues, quæ certo tempore anni à nobis auolant, certo redeunt, quas cùm in auiario amputatis pennis longioribus includimus, inter manſuetas & domeſticas, vt ait Gybertus Longolius, viuere diſcunt, feritatem exuunt ac tunc laſciuiunt, ac gyros quoſdam in decoro curſu peragunt.

b Li. de Solert. anim.

20

CAPIENDI RATIO.

GRVES cùm alijs modis, inquit *a* Oppianus, tum his capiuntur. Cucurbita ſicca & decollata excauatur, viſco intus illinitur, injicitur ſcarabæus, quæ exitum quærens immurmurabit, eo ſonitu excitata Grus & capite inſerto, caproque ſcarabæo ipſum etiam cucurbitæ vas oculis capitique agglutinabit, vt eo pennis hærente iam neque viſu, neq; progreſſu vti valeat, ſed vno in loco conſiſtat, donec ab aucupe manibus capiatur, ſi deſit Scarabæus, cæpe folium in aluum iniecisſe cucurbitæ ſat fuerit. Laqueis etiam capietur facilè, ſi quis arundinem ſectam vtrinque perforet, & exiles feſtucas imponat, ac perforatum lapidem ab arundine ſuſpendat. In media autem arundine ferreum acum figat, & fabam ei inferat, quam Grus reſpiciens laqueo caput inſinuet. Hac accepta iam retractura caput, collum illaqueatum ſentiet; perceptoque dolo ſurſum euolare nitetur, ſed lapidis pondus obſiſtet, donec ab accurrente aucupe comprehendatur. Huc vſque Oppianus. Apud reliquos veteres ſcriptores pedicæ ac retia celebrantur, quibus Grues capiuntur, *b* Virgilius hyberno tempore ait:

a Lib. de aut cup.

Tum Gruibus pedicas & retia ponere cervis.

b Georg.

Alibi *c* autem apud eundem filia Metabi.

Strymoniamque Gruem fraudi deiecit.

c Æneid. 11.

Sic Grus apud Apicium retibus vel pedica capta in culinam rapitur, & Pantheron à Budæo dicitur retis genus, quo Galli ad Paſſeres, Grues & Sturnos vtuntur. Apud *d* Horat. laqueo capitur; nam ijs quoque capiendi modus apud antiquos in vſu fuit.

d Epod. 2.

Pinguemque leporem, & aduenam laqueo Gruem
Iucunda capiat præmia.

Et in epigrammate quodam veteri legimus.

Α', κοὶ ἐς γλάρτων λαιμὸν ἴδαι γέρανων.

Nam hic λαιμὸν ἰδὲ idem eſt quod δίρασον ἰδὲ, ideſt laqueus, quo gula auium conſtringitur, cùm capiuntur. Ab Auibus rapacibus quoque prehenduntur, vt Aquilis & Falconibus. Albertus ait, quod Herodius (ſic vocat Aquilam Germanam) altiſſimè volat; nam ſi aues magnæ quas inſectatur, altius ſupra eas euaderent, vt Grues & Ciconiæ, roſtrum acie eam interimerent. Recitat M. Paulus Venetus, Grues, Phaſianos, Perdices, & hiſce ſimiles aues à rege magno Cham dicto venari, Grifalcis, Herodijs, ſeu Falconibus iuxta ciuitatem Canigamiorum: quod etiam tradit Sigiſmundus Baro, nempe Girofalcones capere Cycnos, & Grues. Item Creſcentienſis; & quomodo Lanarius Falco inſtituatur ad harum auium venationem ſupra in eius hiſtoria dictum eſt: Galli Falconem Gruis, quaſi Gruarium nominat, qui ad Grues capiendos inſtitutus eſt. Vidit Budæus Accipitrem ex genere Perdicariorum Palumbis magnitudine Gruem tractim deturbantem, viſenda ſolertia oculis inuolatam, ita vt præda torpens & in terram decidens à cane Leporatio excideretur. Per Grues manſuetas & domeſticas alias capi auctor libri de natura rerum commemorat.

e L. 4. c. 64.

PVGNA CVM PYGMÆIS.

COMMVNIS illa, & ab omnibus ferè recepta opinio de Pygmæorum cum Gruibus pugna, quam γερανομαχίαν appellauit Homerus, non solùm inter ignobiles, & indoctos, sed etiam inter clarissimos quosque, & varia rerum cognitione percelebres viros percrebuit: ita quidem vt si quis contra hanc, vel verbum vnum in medium protulerit, non modo accusandus vanitatis, sed ab hisce iure optimo irridendus appareat, cùm ipsi potius sese deridendos exponant, & vanitatis accusandos veritatis defensoribus. Nos quidem tantam dicendi proteruiam omni ratione præterquam solius auctoritatis veterum, alienam æquo animo ferre non possimus, veritatem tanquam communem vitæ in contemplatione versantis scopum maximè amantes. Hæc igitur peruulgata sententia, cùm tot tantosq; asserrores habeat, & veterum præclaros asseclas, tamquam tutores summos suspiciat, rectè me facturum arbitrabor, si scriptorum veterum, qui in hanc sententiam coniurarunt, & eorum qui sese huic opponant, quos paucos cognoui, testimonia huc in vnum conferam, & ex hisce collatis aliquam veritatem assequar, & cùm hæc magnam in auctoritate fidem habeat, ab ea incipiam, quæ mihi esse maximi momenti videtur. *a* Aristoteles non tantùm scripsisse ex aliorum sententia, sed nescio qua de causa id ratum habens asseruisse visus est his verbis, in quibus aduertendum etiam quod videatur sibi de migratione contradicere. *A verno autem, inquit, ex tepida regione ad frigidam se conferunt altus metu futuri. Et alia de locis vicinis disceduni, alia de vltimis, propè dixerim vt Grues faciunt, quæ ex Scythicis campis ad paludes Aegypto superiores, vnde Nilus profluit, veniunt quo loco pugnare cum Pygmæis dicuntur. Non enim id fabula est, sed certè genus tum hominum, tum etiam equorum pusillum (vt dicitur) est, degunt; q; in cauernis; vnde nomen Troglodytæ à subeundis cauernis accepere.* Et Philostratus: *Pygmæos, inquit, sub terra degentes supra Gangem posita loca incolere, & sicut fama de ipsis prædicat, viuere non vanum est.* Et Basilis apud Athenæum Pygmæos aut homines esse paruos, qui cum Gruibus bellantur & Perdicibus inequitant. At Menecles contrà apud eundem, Pygmæos ait aduersus Perdices & Grues pugnare. Ab his non dissidet etiã Plinius, suos maiores secutus, *Indueras, inquit, habet gens Pygmæa abcessu Gruum cum ijs dimicantium*, & alibi: *Geraniam*, de qua etiam alibi nos, *vrbem fugit commemorat, in eo tractu quem Scytha Aroteres tenuere, vbi Pygmæorum gens fuisse proditur, quos Catizos barbari vocant, creduntq; à Gruibus fugatos.* Pygmæi, inquit diligentissimus Homeri commentator Eustathius, statura sua ne cubitum quidem æquant, denominatur enim à pygone; est autem πυγὼν vel πυγμὴ interuallum quod cubitu flexu ad initium vsque parui digiti, vel ad manuum extremam digitis in pugnum, quem Græci πυγμὴν vocant, vt inde etiam Pygmæi à pygone dicti videantur, quòd eorum mensura non cubitum totum, sed ad pygmen vsque tantum impleant, pertingit. *d* Plinius Pygmæos Spithamæos vocat, & narrari ait ternas Spithamas longitudine esse, hoc est, ternos dodrantes non excedere. Idem *e* Gellius ferè, astruit, inquiens Pygmæi qui longissimi sunt, non superant pedes duos & quadrantem. De his traditur, quod cornua etiam sibi apponãt, & arietum præferentes speciem (ἱππομαχίαν: nisi mauis legere inquit Ornithologus ὀρνιθομαχίαν, vt arietibus eos in pugna inequitare intelligamus) vt Hæcatæus ait, crepitaculis quibusdam sonẽt, & hoc modo Grues suos hostes (τὰς πυγμαιομαχους γεράνους) qui breuitatem ipsorum contemnunt, vlciscantur. Hanc eandem de Pygmæorum pugna historiam non pauci ætatis nostræ scriptis suis significarunt, nouis quibusdam figmentis rem (vel potius mendacium) augentes. Pygmæi loca montana Indiæ tenent, quibus vicinus est Oceanus, vt citat ex Papio Bartholomæus Anglicus, dicuntur pugnare contra Grues, à quibus armati ferro aliquoties deuincantur. Quod idem paulò latiùs *f* alibi tradit his verbis: Supra hos (Astomos) extrema in parte montium Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas Spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedentes, salubri cælo, temperq; vernante, montibus ab Aquilone oppositis: quos à Gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est insidentes arietum capratumque dorsis armatos sagittis veris tempore vniuersos ad mare descendere, & ouа pullosq; earum alitũ consumere, ternis expeditionẽ mensibus confici aliter futuris gregibus non resistì: Casas cortum luto, pennisque & ouorum putaminibus construi. Aristoteles in cauernis viuere Pygmæos tradit. Catera de his vt reliqui. Sed Plinius Homerum citans intelligit eos versus, quos habet principium libri tertij Iliados, quibus pugna Troianorum cum Gruum pugnae comparat, sunt autem hi:

a 8. *hist. c.* 12.

b l.3.de vi. Apol.

c l.9.c.22.

d lib.7.

e lib.9.

f lib. 7.

Αὐτὰρ

Αὐτὰρ ἐπεὶ κοσμήθησαν ἅμ' ἠῶ ἡμιγόηασσιν ἴαχες οἱ
Τρῶες μὲν κλαγγῇσιν ἰοπτῆτ' ἴσαν ὀρνίθεσσιν
Ἥντε περ κλαγγὴ γεράνων πολέμοιο πάρουρα φεύγει
Αἰθέρος ἐν δεινῷ χειμῶνα φυγοῦσαι καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
Κλαγγῇ τ' ἄϊσσουσι πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων
Ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι.
At postquam instructi vnà fuerunt cum ducibus singuli.
Troiani quidem cum sonitu clamorque incedebant vt aues.
Tanquam clamor Gruum est in aere
Qua postquam hyemem fugerunt & immensum imbrem
Viris Pygmæis eadem mortemque ferentes.

D. f Augustinus etiam Pygmæos admittere videtur, & qualis apud nos ratio redditur de monstrosis hominum partibus; talem etiam de monstrosis quibusdam gentibus reddi posse putat, Deus enim, inquit, creator est omnium, qui vbi & quando creari quod oporteat, vel oportuerit ipse nouit &c. Augustinum sequitur Scholiastes eius Ludouicus Viues. Iam vero g Strabo diligentissimus antiquorum perscrutator ab his omnibus dissentit, & inter poetarum figmenta enumerans, allatis eisdem Homeri carminibus. *Non enim*, inquit, *per Græciæ quidem loca Grus ad meridiem delata spectatur: in Italia vero & Hispania nullo modo vel Caspia vel Bactriana. Ad meridianam igitur oram maritimam cunctam extendente Oceano, ab vniuersa fugitantes hyemem & traditos in fabulis Pygmæos. Quod si posteriores ætatis homines Æthiopas ad eos, qui iuxta Ægyptum habitant solos traduxerunt. Sic etiam Pygmæorum sermones nihil ab antiqua pertinent.* Hæc ille, & rursus: *Qui autem*, inquit, *Erembos fingit proprium vnum Æthiopiæ genus, & aliud Bephroniorum, & tertium Pygmæorum, & alia innumerabilia minus credulitatis consequentur, cum præter hoc quod haud fide digna proferant, quandam historicæ & poeticæ confusionem demonstrans, similesq; sunt illis, qui Sidonios in mari Persico aut alibi ad Oceanum ferant, aut Menelai errore in Phœnicum extra Oceanum ponentes.* Huius incredulitatis causa est non minima, quod sibi ipsis dicendo inuicem aduersantur, itaque si Pygmæi non sint nec eos cum Gruibus pugnare necessarium est. Idemque eodem libro confirmat hisce alijs verbis: *Nec Aschyli qui exanimo capite & oculatis pectoribus & monoculi. Quibus in rebus nec ipsis qui pedestri sermone historiæ formam conscribunt, mentem in multis adhibemus, nisi fabulamenta eos scribere conficantur. Namque initio statim clarum est, eos fabulas sponte sua contexere, non per ignorantiam, sed impossibilium figmento admirationis & voluptatis gratia. At per ignorantiam putantur, cùm maxime & creditissime tali de occultis & ignoratis per fabulamenta conscribant. Hesiodum nemo vtique insipientiæ criminaretur, qui semicanes & longa ferentes capita dicit & Pygmæos. Hæc enim haud Homeri sunt fabulosa fingentis, quarum è numero & illi sunt Pygmæi.* Et idem author vniuersos *h* alibi Indiæ scriptores, fabulamenta scriptis commendasse affirmat, vt erant Megasthenes & Deimachus, quorum fides prorsus abroganda, nam & hi sunt, qui etiam Pygmæorum aduersus Grues pugnam & decantata iam pridem ab Homero prælia innouerunt. Nos quidem huic postremæ auctoritati subscribimus, & quæ de Pygmæis referuntur in poetica fabulamenta scripsisse, quæ primùm inter poetas qui extant, Homerum excogitasse & scripto mandasse constat, ac inter suos Iliadis libros mira quadam suauitate miscuisse: summo enim studio suis similitudinibus auditorem lectoremque instruit, vt eleganter ad Homerum in γυμαιομαχία notauit Eustathius inquiens: per Gruum comparationem Troianorum tumultum amplificat. Pygmæos autem tanquam iucundam fabulæ partem introducit, animos auditorum adducit more solito. Hunc igitur poetarum principem etiam cæteri quotquot sunt poetæ imitati sunt, comparationis tam in heroum, ac principum pugna describenda, quàm etiam in alijs, conuenientis aptæque similitudinis suauitate allecti, cuius postea frequens vsus in scriptis fabulæ fidem dedit. Oppianus, *i*

Et velut Æthiopum veniunt, Nilique fluenta
Turmatim Palamedis aues, celsæque per altum
Æra labantes fugiunt Athlanta niuesum,
Pygmæos imbelle genus paruumque fatigant.
Non perturbatæ procedunt ordine densæ
Instructis volucres obscurant aera turmis.

Et alij quoque poetæ quamplurimi hanc eandem γεφαιομαχία recensentes ad risum plerunque & ad iocum vtuntur: Iuuenalis,

Ad subitas Thracum volucres nubemque sonorem
Pygmæus paruis currit bellator in armis

f Li. 16. de Ciuit. Dei cap. 8.

g Li. 1. Geographi.

h Lib. 2.

i Lib. 1. de piscib.

Mox

Mox impar hoſti, raptuſque per aera curuis
Vnguibus à ſaua rapitur Grue.

Et Bapt. Mantuanus:

Pygmæi breue vulgus iners plebecula, quando
Conuenere Grues longis in prælia roſtris
Sublato clamore fremunt, dumque agmina magno
Hoſtibus occurrit, tellus tremit Indica, clamant
Littora, arenarum nimbis abſconditur aer
Omnis & inuoluit puluis Solemque polumque
Et genus hoc hominum naturæ imbelle, quietum
Mite facit Mauors, pugnax, immane, cruentum.

k lib. 1. Coturn. c. 24. Citantur à Iuſto *k* Lipſio Papiniani de Domitiani ludis verſus iſti, quos quanquã Pygmæos non nominent, ſed pumilos; qui cum fœminis in pugnam proficiſcuntur, hic tamen inferam, tanquam de illis agerent; nam Grues pugnantes nominant.

His audax ſubit ordo pumilionum
Quos natura breui ſtatu peracte
Nodoſum ſemel in globum ligauit.
Edunt vulnera conſeruntque dextras
Et mortem ſibi qua manu minentur,
Ridet Mars pater & cruenta virtus,
Coſuraque vagis Grues rapinis.

Sunt qui Pygmæos tam paruos eſſe velint in Æthiopia, vt ſunt pueri ſeptem vel octo annorum, velut legere eſt in quadam epiſtola ſcripta ad Pontificem Romanum. Albertus Magnus, quod apertè cerneret, quæ de Pygmæis traduntur, anilia eſſe, exiſtimat eos genus Simiarum eſſe, quod hominum geſtus ſermonemque imitetur. Mihi vero Simias dari humano ſermone vtentes, nouum eſt; qua de re Deo fauente in Simiarum hiſtoria latiùs agam. Cum itaque Pygmæos dari negemus, Grues etiam cum ijs bellum genere, vt fabulantur, negabimus, & tam pertinaciter id negabimus, vt ne iurantibus credamus; quare reſtat, vt ad veriora ſermo noſter accedat videndumque eſt, nunquid alios hoſtes Grues noſtræ habeãt, quibuſcum vel pugnent, vel ſaltem odium exerceant.

SYMPATHIA.

ANTIPATHIA.

INTER Gruum itaque hoſtes ceu ferociſſimi & qui plus negocij ipſis faceſſunt, Aquilæ ſunt, & Accipitres, de quibus quantopere ſibi metuant, elegantiſſima ſimilitudine oſtendit Q. Calaber, quæ talis eſt. *Circumquaque autem reſonabant*, inquit, *immenſo ploratu omnes ædes: ploratus verò fœminarum non diſſimilis erat Gruum clãgori, vbi cernunt Aquilam ex alto per aerem irruentem. Non enim eſt illis animus in pectore prælens, ſed ſolum longo reſonant ſtridore furentem fugientes altem: ſic quoque Troianæ fœminæ alitunde aliæ vlulatum edebant.* Idem odium celeberrimum Hetruſcorum decus poetarum Ludouicus *a* Arioſtus indicat, Rinaldũ Falconi Gruem perſequenti, Angelicam Grui Falconem fugienti comparans.

a Cant. 1.

Più che ſua vita l'ama egli, & deſira,
L'odia, e fugge ella più che Grù Falcone.

Quanquam verò tantopere perhorreſcant rapaciſſimum, & audaciſſimum illud volucrum genus imbelles alioqui noſtræ Grues, attamen non ſemper ita fracto ſunt animo, vt ſeſe defendere aduerſus eas non tentent, quin ſæpè, cum ſeſe ab Aquila eminus impeti perſpiciunt, in orbem, inquit Ælianus, conſiſtunt, & contractæ in ſinum, falcatæ que exiſtunt, atque ordinatim tanquam acie inſtructa, ſpeciem pugnæ oſtẽdunt, quare Aquila regreditur: cæ autem ad tergum præteruolantium collis & capitibus admittentes inter ſe, & coniunguntur arctius, nullam requiem laborioſi volatus capiunt. Itaque laborem facilem efficiunt. Hæc Ælianus, quibus addendum Grues, quando ſupra ſe venientem Herodium, hoc eſt, Aquilam, vel Accipitrem ſentiunt, roſtra ſua ſuperius erigunt, & prout poſſunt pro roſtri acumine ſeſe defendunt. Hæ eędem volucres, quas ante miro modo inuicem amare diximus ex probatiſſimis authoribus, nonnunquã ita inter ſe inuicem etiam diſſentiunt, vt inter ſe pugnã quàm acerrimam

rimã ineant, adeo vt ita pugnantes hominibus sese prius capiendas exponant sæpius, quam pugnam deserant, eiusq; rei testis est *a* Aristoteles, qui sic alibi scriptum de Gruibus reliquit. *Grues etiam pugnant inter se tam veh menter, vt dimicantes capiantur, Hominem enim expectare potius, quàm pugna desistere patiuntur.* Postremò illud in Grue præ cæteris admirandum est, quòd hausta vitis lachryma, vt *b* Ælianus prodidit pereat.

a 9. Histor. cap. 11.

b lib. 6. capit. 46.

PRÆSAGIA.

MIGRATIO Gruum, vt hyemis initium imminere portendit, ita contrà cùm ad nos veniunt, æstatem præ foribus esse, vel saltem iam ver adesse demonstrat: quamobrem inter veris indicia Gruem vnà cum Ciconia enumerat Bapt. Mantuanus canens:

Iam satio vicina fabis, Grus ordine longo
Cum clamore volat, proiectaque semina campis
Esurit, elingui venit alba Ciconia rostro.

Hinc est quod Hesiodus inter cætera agriculturæ præcepta, quæ nobis reliquit, agricolas admonet vt sedulò obseruent, quando Gruis vocem quotannis altè in nubibus clangentis audiant, quoniam signum hæc auis arationis adferat, hyememq; pluuiam prænunciet. Canit autem:

Φαρμάζεσθαι δ' ἦν ἀνθρώπῳ γεράνου ἐκ νεφέων
Τὴν θ' ὑετερίων ἐτήσιον αὐλιγύην
Ἥ τ' ἀροτοῖσιν σῆμα φέρει καὶ χείματος ὥρην
Δεικνύει ἠμβρινὴν κραδίην ἔδακε δ' ἀνδρὰς ἀέκοντας.
Contemplare etiam cùm Grus è nubibus altis
Assiduos agitat clangores, inuocat imbrem
Ventorumque hyemem, tempusque inducit arandi.

Idem hoc præceptum legitur apud facetissimum *a* Comicum his verbis:

a In Auibus.

Σπείρειν δ' ἔστ' ἐπὰν γέρανος κραίζουσ' Λιβύην πρὸς ἀφεῖσ'
Καὶ σκάλλειν τότε ναυκλήρῳ φράζει κρεμάζοντι καθεύδειν
Εἶτα δ' Ὀρέστου χλαῖναν, ὑφαίνειν ἵν' ἀμπρίωσιν ἀποδῶ.
Seminare quidem quando Grus crocitans in Lybiam decidit
Et temonem tunc nauclero dicit suspendenti dormire
Postea autem Orestis chlamydem texere, vt non frigiens spoliet.

Theogni quoque iubens, vt in tempore laboremus, & quisque opus suum aggrediatur, cui sese destinauit, ne postmodum aliorum diligentia tristemus vt messis tempus acceserit, sumit exemplum à Grue, quæ agricolam ad arandum inuitat. Canit autem.

Arationis tempus.

Ὄρνιθος φωνὴν Πολυπαιδὶ ὀξυβόαντος
Ἤκουσ' ἀγλαόφρονος ἀγγέλου ἠλιβάτης
Ὡραίου, καί μοι κραδίην κατέθηκε μέλαιναν
Ὅττι μοι ἀνθρώποις ἄλλοις ἔχουσιν ἄρουρ'.
Au s vocem o Polypeda, clarè clamantis
Audiui, quæ mortalibus nuncia venit arationis
Tempestiuæ, & mihi cor percussit nigrum
Quod mihi sterentes alij habeant agros.

Grus, inquit Elias Venetus Scholiastes, quo tempore ab Aquilone ad nos redit, incipiendam esse arationem admonet. Auienus denique diligentem agricolam lætari, vbi primam Gruem volantem obseruauerit, pigrum verò, si hæc auis tardius aduenerit, monitus nimirum vterque tunc arandum esse, cùm Grus superuolans clangore suo id indicauerit.

——— *Quin & gaudebit arator*
Flebe Gruum prima: gaudebit tardus arator
Agmine pigrarum.

Sic enim transtulit Auienus hoc Arati:

Χαίρει καὶ γεράνων ἀγέλαις ὡραῖος ἀροτρεύς,
Ὧριον ἐρχομέναις: ὁ δ' ἀώριος αὐτίκα μᾶλλον, ideſt.

Agricola qui messem celeriorem (vel tempestiuè serere) desiderat, gaudet Grues maturiùs migrantes apparere: contrà qui tardiorem messem vel sementem (Theon vtroque modo exponit) optat, tardiori Gruum aduentu lætatur. Solet enim mox à Gruum migratione

hyems

hyems & pluuia ingruere, eaq; citiùs, ſi Grues maturè, & in magnis turmis appareant, tardius verò cùm fero, & non in magnis turmis, ſed per interualla & pauciores, & paſſim moram diutius trahentes migrant. Quod tempus indicaturus Theocritus, Gruem ait aratrum ſequi.

Αἶξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν ἄιγα διώκει
Ἀγίρανος τ' ἄροτρον, id eſt,
Capra cytiſum ſequitur, & Lupus capram
Grus aratrum.

Dilucidè admodum id tempus depingit Baptiſta Mantuanus.

Cùm redis autumnus, chelaſque ingreſſus Apollo
Mitigat ardentem tenebris maioribus æſtum
Cum rediere Grues, cùm nix alpina reuerti
Incipit, & primis albeſcunt rura pruinis.

Et alibi iterum:

Lux ea Septembris viceſima ſerendi
Principium faciens, nam tunc Athlantides orto
Sole cadunt, redeuntque Grues, & ſemina ſulcis,
Iacta legunt.

b l.10.Faſt. Eleganter denique *b* Ambroſius Nouidius de Octobri.

Ecce polo octauus modo qua ſplendere calendis
Caperat, aurora tua ſequente micat.
Ipſe ſed agreſtis videt hanc dum mane ſupinis
Et quæ ſint ſecum tempora ſortè putat.
Strymonia cinxere Grues longo ordine calum
Oſtendit clamans, continuuitque anum.
Atque dies, inquit, iam ſementina rediuit
Hactenus & iunctos increpat ille boues.

c l.1.c.44. d lib.7.c.7. Pluuias in primis portendit hoc volucrum genus, eaſq; accerſere fama eſt teſte *c* Ælian o, clamitantes. *d* Alibi etiam turbulentè vociferantes, tempeſtatis atrocis minas intelligenti ſignificare teſtatur. Imminente tempeſtate, non ſolent teſte Arato, in alto oblongi Gruum ordines eodem ductu pergere, ſed conuerſi retrorſum feruntur. Vbi Theon, Grues, inquit, aiunt, cùm pluuiæ futuræ ſunt, nec in ſublime ferri, nec ita recta pergere, ſed retrocedere. Auienus ex Arato tranſtulit ſic:

—— *Si Thraciæ per apertam*
Sponte Grues trepidant, nec ſeſe audacius æthra
Committunt.

Ælianus pariter tempeſtates ab his alitibus indicari ait, cùm retrò volant. Cùm nauta, inquit, in medio maris Grues videt reuertentes, & retrò volantes, contrarijs ventis impellentibus, eas ab itinere inſtituto abſiſtere intelligit. Itaque auium diſcipulus factus ad portum

e l.1.Geor. nauigat, & nauem incolumem ſeruat. *e* Virgilius quoque inter alia etiam ſigna venturæ tempeſtatis, aut pluuiæ, Grues refert in altum ſeſe attollentes:

—— *Nunquam imprudentibus imber*
Obfuit, aut illum ſurgentem vallibus imis
Aeria fugere Grues.

f l. de ſign. tempeſt. Si manè volent & gregatim, *f* Theophraſtus manè futuram putat oſtendere ſerenitatem, veſpere autem, & ad multum tempus, veſpertinam quoque tempeſtatem expectandam. Et ſi volando retrò reflectant, ac ab incæpto itinere auertantur, tempeſtatem præſagire: quod poſtremum ex Theone quoq; dictum eſt, qui alibi etiam habet ſic: *Quod ſi ventus & tempeſtas inciderint, retrò ferri ſolent & ordinem turbare, & metum clamore teſtari.* Et mox rurſus, *Calo tranquillo licet interdum retrò & inordinatè volent, æqualem tamen & continuum (λεῶν) volatum peragunt.* Fieri quidem videtur, vt cùm aer durior denſiorque (vt fit propter ventos & frigus & pluuias) occurrit retrò vertantur Grues: cùm contrà lenis, placidus & æquabilis eſt, rectà pergant. Expreſſit hæc quoque Auienus, cùm canit.

Tunc & Strymonias circumuolitare (fortè rectâ volitare) repentè
Suſtipes, & per apta (verſus eſt mutulus) vbi mitior annus,
Sponte procelloſum diſiecerit aera cœli.

Antonius Mizaldus hæc ſequentia omnia inter ſigna pluuiam præſagiêtia refert. Clangentes aeria & præuia nubila pinnis alarum ſcribentes venientium pluuiarum fidem cum alijs & ve-

& vehementer faciunt, & augent. Huius causam refert ad animalis imbecillitatẽ, inquiens tempestatum excessus non ferunt Grues, ideoq; horizontem eum, quẽ de vaporoso aere, & suggerentibus nubibus destinatum pluuijs agnoscunt, mutuò clangore sub Pythagoræ littera se colligentes, celeriter præteruolant. Addit præterea non multùm à prædictis diuersa; Grues ab imis vallibus fugientes, & volatum humilem obliquè molientes, eumque in locum, vnde euolarunt, reuolantes pluuiosæ tempestatis, & hybernæ constitutionis præcones perhibentur, nec quoq; id absq; ratione. Corpus habent ad patiendum peropportunum propterea valles idonea aquarum conceptacula, emissariaq; libenter non conquirunt. Porro demissum volatum exercent, quia tunc,

Austri permadiai nubila summa tenent.

Reuolant, vnde euolarunt pluuia & tempestate (ceu Herculea claua) ne vlterius progrediantur arcente. Idem Mizaldus, Grues, inquit, mane gregatim conuenire si videbis, vel vnde migrarunt, ilico remigrare, hyemalem tempestatem proximam esse moneberis. Item Grues tacitum securumq; volatum gregatim moliri, nec ilico pedem referre si animaduertes, blandam *serenitatem (nam tempestatum vt diximus, excessum egerrimè ferunt)* nunciare ait. Plinius item Grues author est silientes per sublime volantes, serenitatem indicare. Ante blandam tranquillitatem, inquit Aratus (cum longam tranquillitatem futurã præsentiunt) Grues omnes simul ad eundem cursum (volatum coniunctum vno continuo ordine, & rectã extensum) ceu bona spe fretæ (ἀσφαλῶς, tutæ à tempestatibus) pergent, neque retro se conuertent in serenitate volantes. *g* Aelianus quoque silentio & quiete volantes serenitatem *& tranquillitatem* promittere Grues testatur: quòd si verò turbulentè clamitent, & turbato ordine volent, *acerbam tempestatem denunciare. Deniq; cum volant, nec iter flectunt*, Theophrastus tranquillitatem polliceri asserit, quoniam Grues non antea volant, quàm aerem prospexerint vndiq; serenum.

g lib. 7. c. 7.

DENOMINATA.

Γέρανος apud *a* Dioscoridem, quædam herba est ita dicta, quòd in summis alis sursum spectantia Gruum capitula insint cum suis rostris. *b* Plinius quoque tradit inter Geranij folia in cacuminibus capitula esse Gruum. Ab Hesychio, & Varrino hæc herba dicitur γέρανος genere fœminino. Latini non ineptè Gruariam nominant. Authoris qui nomenclaturas varias Dioscoridi adiecit Pelonitin ab aliquibus vocari scribit (malim Pelargitim inquit Ornithologus) quod, scilicet instar rostri vel Gruis, vel Pelargi, id est, Ciconiæ, pericarpia sua veluti acus quosdam rigentes proferat) & echinastrum (quòd acus illi veluti spicula in echino rigeant) & Geranogeronta: cuius formæ viriumq; descriptio, omnino eam, quæ pecten Veneris appellatur quibusdam, referre Ornithologo videntur: nec obstat, inquit, quod eadem fortè caucalis alibi dicta videatur: alia enim caucalis Dioscoridis esse potest. Est & alterum Geranium Dioscoridi foliis maluæ, cui in auliculorum cacuminibus apices quidam prominent similitudine Gruini capitis cum rostro, aut caninorum dentium, nullo in medicina vsu. Sunt in folliculo illo (pericarpio) Geranij secundi cum viridi colores alij plures, præsertim cinereus, tam pręsenti totius colli capitisq; & rostri Gruini imagine, vt aptiore pictura ostendi à peritissimo pictore animalis eius tota ea pars non potuisset, vt norat Marcellus Virgilius. Est & Gruina inter secundi geranij nomenclaturas apud Dioscoridem. Ornithologo quidem eadem nominis ratio à Gruini rostri similitudine ad pericarpia in hisce stirpibus, in vtroq; Geranio conuenire videtur, etsi authores secundo tantùm generi hos acus ascribant, cui folia, vt maluæ vulgo cognito, pedem Columbinum vocant. Plinius Geranij genus vnum folijs cicutæ facit minutioribus; alterum verò anemonæ foliis &c. Putat Ornithologus hæc eum ex diuersis authoribus descripsisse, & vnum Geranij genus (possunt enim eadem folia vel anemonæ comparari, vel cicutæ vt minora sint tamen) in duo distraxisse, est & tertium apud nos Geranij genus foliis pimpinellæ, sed magis diuisis, binis è regione, quam acum pastoris quidam vulgo nominant. Herba Roberti, quoq; vulgò dicta, quàm inter sideritides ponunt eruditi, & alia quædam sylvestris in montibus ferè nascens radice sanguinea (vnde nomen ei apud Germanos Blut vurtz) apices acuum instar habent eadem qua Gerania effigie eminentes. Plinius id genus cui folia anemones, radicem, inquit, mali modo rotundam habet, cùm Dioscorides simpliciter ῥιζαν ὑπόστρογγυλον dixerit, hoc est, radicem subrotundam; ego oblongam, & teretem accipio. Radix è Geranio, inquit alibi Plinius, peculiariter

a Lib. 3. cap. 131.
b Lib. 26. cap. 11.

culiariter secundis inflammationibus quæ (legit Ornithologus inflationibus ex Dioscoride & ipso Plinio in præcedentibus de Geranio scriptis) vulnerū conuenit. Quinque folij herbam aliqui Germanicè vocant Kran futsz, ideſt Gruis pedem, quasi γερανοπόδιον, quod vocabulum à Dioscoridis specie Lychnidis coronariæ adscribitur Γεράνεια, quæ secundum aliquos hydna dicuntur, hoc est tubera, vt notat Eustathius. Legitur apud *e* Theophrastū. Cranirm, tuber & fungus radice carent; Græcè sic. ὕδρομύκης πυξὸς χράνιον. Sed *d* Athenæus pro duabus postremis vocibus habet πίζις καὶ γεράνιον, quanquam is locum Theophrasti citat non super carentibus radice, & super habentibus corticem leuem. Hydnon est, quod aliqui teste *e* Theophrasto Aschion vocant; verùm hic quoq; Athenæus pro Aschion legit γεράνιον. Quærendum an tuberi appellatio cranij melius conueniant propter rotunditatē. Γερανία apud Pygmæos, regina fuisse legitur, & honoribus diuinis affecta ob superbiam ab irata Iunone in Gruem conuersa, de qua infra latiùs dicetur, Γεράνεια Gerania (vel vt alij Latinè scribunt, Geranea, quod parum refert, cùm à Græcis hoc nomen tractum sit) fuit vrbs in Thracia (in eo tractu, quem Scythæ Aroteres tenuere) vbi Pygmæorum gens fuisse prodi-tur, quos Catizos barbari vocant, creduntq; à Gruibus fugatos, vt scribit *f g* Plinius, qui etiā alias locum esse refert in agro Laconico, licet Ptolomæus Geraniam Laconico agro tribuat, Gerāthæ vrbs Laconiæ est Tausaniæ, sed apud eū γέρανται legimus, nō γέρανθοι, eadem fortè vt quidam volunt cum γερανία, siue γεράνεια Plinij Pelleponensi oppido in Laconia, quē olim ab Homero ἱπόεσσα dictum scribit Pausanias, quamuis alij locum quendam Cardamulæ vicinū Geraniam vocent, & Strabo alios putare πίλαια Ennopen esse scribat. Geraniæ cinis λεπαιος dicitur & γερανεώτης; Plinio rursus in ora Græciæ oppidum est Geranea Geranía vocatur promontorium in Mergaride (cuius meminit Lysias) in mediterranea vergens, ac oblongum indeque à figura nuncupatum teste Cælio. γεράνεια mons est (cuius etiā meminit *h* Plutarchus, sub quo Thucydides Tripodiscum| oppidū describit) inter Megarum & Corynthum, à quo se præcipitem Ino dedit, cùm fugeret Athamantem, vt meminit etiam Scholiastes Pindari in argumento Isthmiorum. Hunc montem Geraniam fuisse appellatā scribit *i* Pausanias, quia Megarus quidam in diluuio aduolantium Gruum clangoremeum tranauerit. Et alij à Deucalione nomen impositum arbitrantur, qui Gruum beneficio ſcà diluuij clade seruauit & clangorem Gruum sequendo ad hunc montem primùm appulerit. Γερανίδαι Geranidæ incolæ Phocidis sunt Hesychio & Varino, γεράνεια Gerania Stephano oppidum Phrygię, Geranochrus color est Lanæ à Gruibus vocatus apud Hermolaum. Apud Plinium in epidico de Geranio video mentionē haberi, corruptis licet vulgatis codicibus. Gerinum, inquit, vel Geranium, & epiphonema statim per annotationem subiungit, Geræ maximè. Hanc verò (vestem) à colore Gruis cineritio puto dictam, vt ea sit quam Græci σποδιτιδᾶ vocant, vt notant Cælius *k* Calcagninus. Γερανοπίπας legitur in scripto quodā Hieronymi ad Eustochium, de sene quodā monacho. Huic, inquit, inimica castitas, inimica ieiunia, prandium nidorib. probat, & altilijs γερανοπίπας, vulgo Pipizo nominatur: Quē locum annotans Cælius *l* Rhodiginus, ait se malle legere γέρων σποπίπας, ideſt, senex temulentus, quem plebea, inquit, voce Pipizonem dici solitum coniectamus; nam πιπίζειν fugere significat. At quamuis vterque errores habeat, magis tamen mihi Cęliū ipsum errasse apparet, quem hunc locum obscurum alioqui ac deprauatum nō illustrasse corrigendo, sed deprauasse conspicimus, & Hieronymū in deteriorem sensum detorsisse. Quid enim γέρων ὀποπίπας, ideſt, senes temulentus, sit, non assequor, tum præsertim eum ad hunc sensum referendum sit, tùm etiam quod ὀποπίπας vocabulum non parum sit Græcæ linguę peritis suspectum; vtrum nam alibi magis, quàm apud Suidam reperiatur, qui annotat κατὰ μίμησιν φωνῆς fictum esse hoc vocabulum à πιπίζειν significante μύζειν siue μύζαι ideſt fugere, quamuis Atticis in eo sensu vsurpatum non sit. Nam huius vocabuli in fœminino genere ab eo sumpti & expositi (ὀποπίπας τὰς τὰς ὄπας περιεχούσας) authorem citat Aristophanem Comicum Athenicnsem hæc verba in suis comœdijs scribentem:

e Lib. 1. capit. 9.
d Lib. 2.
e Lib. 1. capit. 10.
f Lib. 4. capit. 11.
g Lib. 4. capit. 15.
h In Arato.
i In Atticis
k In Epistolis.
l Lib. 13. Ant. lect. cap. 11.

Τὰς μοιχοπρωκτους, τὰς ἀνδραποδίας καλῶν,
Τὰς ὀποπίπας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλους.

Author thesauri linguæ Græcę scribit in vulgaribus editionibus Aristophanis non legi ὀποπίπας, sed ὀποποιδας, quod verum est, eamq; scripturam longe alijs præfert. Nescit enim an ὀποπίπας à quopiam in fœminino genere vsurpetur, cùm similia ei composita non à πιπίζειν, ideſt μυζειν, vt Suidas, sed ab ὀπωπεύω deriuari, quod est circumspicio. Nec quoque Cælij correctio conuenire potest, cùm contra Grammaticas leges & constructiones peccet, ait enim γέρων ὀποπίπας, cùm potiùs dicere debuisset, γέρων ὀποπίπης in masculino genere. His igitur de causis nos aliter| hunc locum emendauimus, legendumq; apud Hieronymum censemus

censemus, & altilis γεράνου πίπας, ideſt, Vipio vel Gruis pullus, additis mutatiſq; pauciſſimis litteris, ex vno vocabulo duobus factis. Hæcque emendatio apta & maximè rebus, de quibus Hieronymus loquitur, accommodata eſt. πίπποι enim in plurali numero apud *m* Athenæum inuenio, καὶ ποτοῦν ὑρίβων οὓς πίπποις καλοῦσι, ideſt auium pullos (quamuis me non lateat Ælium Lampridium in Alexandri vita Pipiones pro Columbarum pullis capere) Porro πίπων quem Pionem Latini transferunt, à voce magis, quàm à quauis alia re nomen traxiſſe mihi videtur. Quam idem dicit Ariſtophanis: Scholiaſtes: λέξις πεποιημένη κατὰ μίμησιν τῶν ὀρνίων, Heſychius κατὰ μίμησιν τῆς τῶν ὀρνίων φωνῆς, dicente *n* Ariſtophane:

m Lib. 9.

n In Auibus.

Γᾶ Γᾶ τῶν ὀρνίων, Γᾶ Γᾶ τῶν κοψίχων.
Οἷα πιππίζουσι, καὶ τρίζουσι διακεκραγότες.

Sed notandum eſt Scholiaſtem Ariſtophanis & Suidam, nec non textum Ariſtophanis ſcriptum habere πιππίζουσι gemino π. Heſychium verò vnico; quam ſcripturam eſſe meliorem vel ex eo patet (vt inquit author theſauri linguæ Græcæ) quod ſubiungit accipi id verbum pro ποιοῦσι. In hac enim ſignificatione vnico π ſcribendum eſt, vt πιπίσκω, vtpote à πίω deriuatum ana diplosi duarum litterarum initialium. Atque ita malim & πίπος pro πίππος præſertim cùm apud Latinos quoque ſcribatur Pipiones & pipire vnico p, quæ à Græco originem traxiſſe extra controuerſiam eſt. Proinde ita correctus hic locus meliorem habebit ſenſum, nam quod altilis γεράνου πίπος; ſiue Vipio ab antiquis & alijs quibuſdam in delicijs menſarum habitus ſit ex Cornelio Nepote apud Gellium notum eſt, vt mox dicetur, vbi de vſu in cibis tractauero. *o* Plato γεραναβοσίας eſſe ſcribit in Theſſalicis campis, ideſt, gregem Gruum paſcentium. Sed Pollux ex Platone γερανοβοσίας legit per σ, hoc dialecto communi; illud Attica. Eſt & à Gruibus denominatus γερανίτης λίθος, Geranites lapis ſiue gemma: ita enim *p* Plinius, *Ab animalibus*, inquit, *cognominatur carcinias martni coloris, echites viperæ, ſcorpites Scorpionis aut colore aut effigie, Scarites ſcari piscis striglitis mulli agophthalmos, caprino oculo, item alia ſtellio, & à Gruis collo Cerantites*: Legendum autem hic pro collo colore, neque enim collum à cæteris partibus diuerſum colorem habet, quo magis ab hac parte denominationem ſumeret. Idipſum ante me aduertit diligentiſſimus Dalechampius, & veteris codicis authoritate comprobauit. Eſt quoque vox apud *q* Athenæum τριγέρανον in vulgatis codicibus. Quid autem hæc vox ſignificet, non aſſequitur Ornithologus. Legitur autem id vocabulum in hiſce verſibus:

o In Ciuili.

Τριγέρανον.

p Lib. 37. cap. 11.

q Lib. 13. cap. 21.

Ὥσπερ Σέλευκος δεῦρ' ἔπεμψε τίγριν
Ἣν' ἴδομεν ἡμεῖς, τῷ Σελεύκῳ παλιν ἰδεῖν,
Τί ἡμᾶς παρ' ἡμῶν ἀντιπεμψαι δῶρον
Τριγέρανον ἢ γὰρ γίνεται τῇδ' οὐδέν.

Ideſt, vt vertit Natalis de Comitibus.

Velut Seleucus miſit huc ipſam tigrim
Quam vidimus, ſed quam Seleuco oportuit
Hinc nos feram miſiſſe contra munere?
Trigeranon? Haud illic profectò naſcitur.

Athenæus correctus.

Quo loco interpres mauult legere τρυγέρανον, quod eſt, magnam Gruem: ſed nullam authoritatem adducit, qua hanc vocem etiam ab alijs veteribus vſurpatam comprobet, quod facere debuiſſet. Ego ne quidem ſimile quid apud authores comperi, itaque melior atque correctior eſt Dalechampij verſio, qui magnam operam in Athenæum interpretando præſtitit; diſtinguit autem per interlocutores hoc modo.

A. Vt Seleucus iſtuc hanc miſit tigrim
Quam nos ipſi vidimus: ad Seleucum rurſum oportuit
Vicißim noſtratem feram aliquam nos remittere.
B. Quam cedo? A. Gruem, nulla ibi naſcitur.

Legit igitur pro τριγέρανον duo vocabula diuiſa ſub diuerſis perſonis interrogante & reſpondente, hoc pacto, A τί? B. γέρανον. &c. Congruo apud Latinos verbum pro conuenio & conſentio, tractum à Gruibus teſte Feſto, quæ non ſe ſegregant, ſiue cùm volant, ſiue cùm paſcunt. Hinc congruus adiectiuum hoc eſt conueniens, & incongruè aduerbialiter pro inconuenienter & ineptè vſurpatur: eadem ratione & incongruere. Ingruo eſt confertim & cum clamore impetum facio, more Gruum, quæ non niſi magno agmine & vehementi clangore volitant, irruunt & incurrunt: vnde *r* Platus: *Noſtri contra ingruunt, victimus vi feroces*. Et *s* Columella *etiam ingruent hyeme frumenta iacimus*. Dicitur enim de bello, de pluuia, de tempeſtate, ruina & huiuſmodi. *Grus canens gruire* dicitur, cantare la Grula Hiſpanis.

r In Amphitruone.

s Lib. 2.

HISTORICA.

LEONICVS Tomæus philosophus insignis, qui cum Florentiæ sub Demetrio Græcas litteras didicisset, primus Latinorum philosophorum Patauij Aristotelem Græcè interpretatus est; hic inquam quomodo ex Gruis morte, quam domi suæ alebat, & sibi moriendum breui esse coniecit, sic refert a Paulus Iouius. Peruenit veneranda barbæ canitiæ ad septuagesimum tertium ætatis annum, mediocri substantia, ipsaq; ciuili frugalitate, & cælebs & felix, quod nemo vel innocentiæ & doctrinæ conscientia, vel munditia corporis, vel animi nitore beatior ætate nostra fuerit. Aluerat domi Gruem, de manu ipsius senili oblectamento cibaria capientem, per quadraginta annos, Is senio tabefactus cum perijsset, ex eius desiderio triste omen concepit, prædixitque nullo lacessitus morbo, se non multo pòst adamati Gruis fatum, maturo vitæ exitu secuturum. Alia de Ibyci Rheginj poetæ Lyrici interfectoribus legitur historia, & Gruibus præter rerum ordinem scelus detegentibus. Ibicum enim illum ferunt, cùm in solitudine à latronibus comprehensus esse, & ne occideretur intensè precaretur, additis etiam minis, vt si ipsum occiderent, Grues quæ forsan superuolabant, sceleris tam atrocis vltrices fore: cæterùm cùm non obtemperarent ne quam illi homines, Ibycumque interfecissent, per multum quidem tempus ignoto crimine latuerunt, donec tandem accidit, & vnà in theatro sedentes conspicati Grues superuolare: nam tunc vno ex illis, vel metus, vel potiùs ludibrij causa dicente, b ἰδοὺ, αἱ Ἴβυκος ἔχθιστοι, hoc est, ecce Ibyci Grues, aliquis ex circumstantibus ea verba vt accepit, ad magistratum detulit, latròq; comprehensus, facinusq; confessus vnà cum socijs pœnas dedit. b Plutarchus futilis linguæ incommoda recensens, inter alia hoc quoque in exemplum traxit. Ibycus, inquit, poeta cùm in latrones incidisset, iam occidendus, Grues fortè superuolantes obtestatus est. Aliquanto pòst tempore cùm ijdem latrones in foro sederent, rursumque Grues superuolarent, per iocum inter se susurrabant in aurem αἱ Ἴβυκος ἔχθιστοι πάρεσσι, id est, *Ibyci vitores adsunt*. Eum sermonem assidentes in suspicionem rapuerunt, maximè desiderato iam pridem Ibyco. Rogati quidnam sibi vellet ea oratio, hæsitanter atque inconstanter responderunt. Subiecti tormentis facinus confessi sunt. Atq; ita veluti Gruum iudicio pœnas Ibyco dederunt, ac potiùs suo ipsorum iudicio, vt dicitur, perierunt. Hæc illle, quæ vnico tantum versiculo complexus est poeta Busonius:

Ibycus vt peryit? vindex fuit altivolans Grus.

Gregorius quidam Nyssenus Episcopus, & Magni Basilij frater, Historiam hanc de Ibyci interitu penè totidem verbis exponit libro octauo, in quo de prouidentia disserit. Ciuitatem verò Corynthiorum eam fuisse asserit, quæ de latronibus supplicium sumpsit. Quibus ex verbis faciliùs intelligimus carmen in Antipatri Sidonij epigrammate, quo hanc historiam perscribit, & σιωφὴν κατὰ γαῖαν ait id facinus vindicatum. Epigramma recitabo, latinum à quopiam factum.

Quandam ad desertum venientes Ibyce littus
Vitam prædones eripuere tibi.
Sæpe Gruum nubem imploranti, qua tibi testes
Aduenere necis cùm morereture.
Attamen haud frustra, si quidem clangore volucrum
Sisyphio eadem est Eumenis vlta solo.
Latronum genus heu cupidum lucri atq; rapinæ:
Cur vos nequaquam terruit ira Deum?
Quando nec Aegysthus, vatem qui occiderit olim
Atrarum occursus fugerat Eumenidum.

a In Elogijs virorũ doctr. elog. 91.

Ibyci mors.

b Lib. de fatuli loquac.

MORA

MORALIA.

DIVVS Basilius & reliqui omnes sancti Doctores tantis laudibus extollunt vigilantiam Gruum, & commune auxilij studium, vt inde tanquam præclaro, & eleganti sumpto exemplo animos nostros ad consimilia opera præstanda accedant, ac exhortentur. Ita D. *a* Ambrosius in primis eloquentissimus, dulcissimæ exemplum exercendæ policiæ, & reipublicæ bene gerendæ nobis expressit à Gruibus. In illis (Gruibus) politica quædam, inquit, est, & militia naturalis, in nobis coacta & seruilis. Quam iusto & voluntario vsu Grues in nocte solicitam exercent custodiam. Dispositos vigiles cernas, & cæteris consortibus generis conquiescentibus, aliæ circumeunt, & explorant, ne qua ex parte insidiæ tendantur, atque omnem deferunt impigro sui vigore tutelam. Post vbi vigiliarum fuerit tempus impletum perfuncta munere in somnum se præmisso clangore componit, vt excitet dormientem, cui vicem muneris traditura est. At illa volens suscipit sortem, nec vsu nostro inuita, & pigrior somno renunciat, sed impigrè suis excutitur stratis, vicem exequitur, & quam accepit gratiam, pari cura atque officio representat. Ideo nulla desertio quia deuotio naturalis, ideo tuta custodia, quia voluntas libera. Hactenus ille. Hanc eandem Gruum gubernandi rationem, homines, teste *b* ÆlIano, regendi respub. doctrinam primum docuisse tradunt. In democratia illa, dignitatum ea communicatio per vices videtur quandam naturalem cõtinere gubernationem, quale de Gruibus scripsit apud *c* Cassiodorum in edicto contra curiales, rex Athlaricus Gothorum. Grues, inquit, naturalem quandam nouerunt exercere concordiam, inter quas nulla priuata quæritur, quia iniquitatis ambitus non habetur: vigilant vicissim: communi cautela se custodiunt. Hic honos nullis admittitur dum omnia sub communione seruantur. His etiam volatus vicaria æqualitate disponitur, vltima fit prima, & qui primatum tenuit, esse posterior non recusat; Sic quodam communione sociatæ sibi sine regibus obsequuntur, & voluntariæ seruiendo liberæ sunt, & inuicem se diligendo muniuntur. Quarum morem scriptores rerum naturalium contuentes politiam quodam modo inter ipsos commemorant, quas ciuico affectu viuere cognouerunt. Has si vos imitamini omnes à vobis prauitatum caluminas excluditis. Hucusque *d* Cassiodorus, apud quem etiam Theodoricus rex inertiam suam prodere atteſtatur, quisquis secum multa portauerit, nec cogitet de celeritate, qui delicata sequi maluerit conuersatione tractare. Grues enim pelagus transituræ, paruos lapillos vncis pedibus amplectuntur, vt nec eorum leuitas nimio vento rapiatur, nec natiua celeritas iniquis ponderibus ingrauetur. Hoc itaque imitari nequeunt, qui se ad publicas necessitates electos esse cognoscunt? Habent & Theologi sua ex Gruibus documenta. Iubentur enim homines earum vigilantiam imitari, quæ cum excubias disponunt, vnum pedem renent elatum, & in eo lapillum, vt si fuerint correptæ somno, cadat lapillus, ad cuius sonum excitentur. Ita inquam homines iubentur, ne remissè dormiamus, & arcto inertiæ somno sopiti opprimamur, excitemur ad sonitum lapidis cadentis, ad sonitum sanitatis, quæ nos deficit, ad sonitum vitæ, quæ sensim labefactatur, & consumitur; amplectamur mortis memoriam, cogitemus frequenter esse nos ab hac caduca vita migraturos: vt ita à vitijs abstracti, & virtutibus muniti alamus pietatem in Dei potentia, & misericordia contemplanda. Iubemur item vt Grues, misericordes esse, de quibus nimirum sæpius dictum est, quod ad destinatum locum venire contendat, quod excelsa pateant, vt de excelsiori specula speculentur, quas petant terras, quod fidens meatui præcat cateruas, volatus desidiam castiget, voceque cogat agmen: quod vbi rauescit, succedat alia, quòd concors sit cura omnium pro fatigatis adeo, vt si qua defecerit, congruat vniuersæ, lassatasq; sustollant, vsq; dum vires omnino recuperent. Item quod nec in terra segnior earum cura sit, quod scilicet noctu excubias diuidant, & pondu scula digitis amplectantur, quæ si fortè exciderint, somnolentiam arguãt, quod deniq; Aquilas fugiant. Simus ergo misericordes, sicut hæ aues, vt in excelsa vitæ specula positi, nobis & alijs præuideamus, voce ad prædicationes pigros, & tepidos castigemus. Alternatim labori succedamus. Infirmos, & debiles ne in vita deficiant, asportemus. In excubijs domini per orationem & contemplationem vigilemus: domini paupertatem & humilitatem & ipsius passionis amaritudinem, quasi quibusdam digitis apprehendamus, & si quid in mundo subrepere voluerit, statim clamemus, Aquilam id est

a Lib. 5. Hex. c. 15.

b Lib. 3. cap. 14.

c lib. 9. Variar. cap. 2.

d lib. 4. Variar. c. 47.

ſuperbiam & tyrannidem ante omnia fugiamus. Quemadmodum inſuper Grues cum vel Aquilam vel Accipitrem ſibi inſidiari perceperint, à duce ſuo, aut cuſtode excitatæ noſtro ſuperius clato ſeſe mutuo defendunt, ita etiam religioſi, qui charitatis cultores gregatim morantur, ducem & vigilem habent, cui obediunt, & quem ſequuntur, vt illius prudentia atq; adhortationibus, vbi vel ab iniquis, vel ab huiuſce parui ſeculi blandimentis oppreſſi, ſimul omnes ſeſe muniant, & aduerſentur. Iracundum hominem Grues etiam perquam eleganter exprimunt. Hæ enim inuicem ita dimicant, vt pugnantes ſæpe capiantur: haud aliter euenit iracundis, verbis & iniurijs inter ſe rixantibus, ita enim intentos ſuis Diabolus nullo negocio rapit. Humilitatis quoque exemplum ex Gruum migratione quam aptè elicitur. Migraturæ enim, ne ventorum ac procellarum violentia opprimantur, arena ſe ſaburrant, vellapidem pedibus gerunt donec ad exoptatum ſibi locum perueneriint. Eodem quidem planè modo cum nobis omnino ſit hoc ce ſeculi turbulentum pelagus tranandum, opus eſt, ne terrenæ vanitatis, aut proſperitatis blandiori aura ſuperbiores reddi-tos, & bonorum cælestiumq; oblitos in profunda nos tartara, humani generis hoſtis præcipites det, pœnitentiæ arenis, vel memoriæ mortis, & pondere timoris diuini velut lapides nos præmunire, ferreq; quouſque totum tandem iter perfecerimus, hoc eſt, donec, morientes ad ſecuras paradiſi ſedes, vbi omnia ſunt tuta peruenerimus; nam arenam & ſalem, vt inquit c Eccleſiaſtes, & maſſam ferri facilius eſt portare, quàm virum ſtultum, id eſt, Diabolum, ac ſi dicat melius eſt onus pœnitentiæ, timores, & mortis memoriæ ſuſtinere, quàm in inferno viro ſtulto, diabolo, inquam, ſubiacere. Pietas eximia, & mutuus amor Gruum nos quoq; ad inuicem amandos, pietatemq; colendam adhortari videtur. Si enim brutæ eam exerceant, qualia Grues ſunt, quanto magis homines rationales tam eximiam, & neceſſariam virtutem colant? Grues ſi inter volandum aliqua ſociarum laſſa fuerit, agmenq; aſſequi non poſſit, hanc non tantum non deſerunt, & ignominia non afficiunt, ſed ſuſtollunt, leuantq; & laſſitudinis illius miſerantes ſuper proprijs alis in aere ſuſtinent, donec vires ex quiete recuperet, & cæteris volatu æquiualere poſſit. Nonne ergo & nos, qui homines ſumus, & brutis præſtamus, cùm vno eodemq; volatu omnes ad æternitatem aſpiremus, ſi quis ſociorum, aut vicinorum noſtrorum defecerit à via virtutis, ita vt propter peccati aliquam infirmitatem neceſſe habeat poſt alios remanere, debemus fouere, iuuareq; donec emendarit, vnaq; cum nobis volatum continuare iterum poſſit, quoſq; perfectò itinere ad optatam metam peruenirem? Admonemur etiam eodem exemplo pauperum miſereri, eoſque conſolari, ne dura ea paupertate cogente quid iniquè perpetrent. Non minus ſalutare documentum eædem hæ volucres nobis præbent imminentibus imbribus ducem ſuum ſolicitantes, ne ſcilicet volantes ſe pluuia opprimat. Monent autem, vt & nos vbi rex noſter, vel dux, vel prælatus piger eſt, & ſocors ad bene operandum, ſuiq; exemplo nos pigros euaſuros metus eſt præfectos noſtros tarditatis, ac ſocordiæ admoneamus, ne ſimul omnes pluuiæ, hoc eſt, æterna damnatio tardantes præoccupent. Grues cum circa terram volant, tempeſtatem, cùm altiùs, quàm ſolent, ſerenitatem indicant, ita etiam, qui propter humum volitant, temporalibus hiſce addicti, vt ſunt plerumq; auari, tempeſtatem æternæ mortis ſibi præſagiunt; contra ac illi, qui ceu altè volantes, altioribus & diuinis intenti æternæ proſperitatis ſerenitatem prognoſticantur, ipſamq; videntur adhuc in terris manentes ſpiritualiter præſentire. Dicuntur deniq; Grues in montibus Orientis arenas aureas deglutire, quas tandem in tranſmarinis regionibus enomant: expertumq; eſſe ferunt, lapidem, quem volantes ferunt, mediante igne, in aurum tranſire. Eiuſmodi aues mundi doctores denotant, qui in montibus Orientis, hoc eſt, ſacræ ſcripturæ hauriunt, & deglutiunt aureas arenas, id eſt dicta & præcepta Dei, & prophetarum, quæ tandem in multiplicis ſcientiæ, & gratiæ conuertuntur, quoniam per prædicationem euomita in auditorum cordibus decoquuntur.

Iracundia typus. Humilitatis.

c Cap. 12.

Pietas quid moneat.

HIE-

HIEROGLYPHICA.

QVAM aptissimè depicta Grus vigilantiæ typus & symbolum hieroglyphicum esse possit, non solùm ex superioribus cuilibet notum esse queat, quam ex hoc etiam Ori Apollonis. *Aegyptiorum, inquit, sapientes hominem sibi ab aduersariorum insidijs cauentem, cum volunt significare Gruem vigilantem pingunt. Hæ enim hoc seipsas præsidio custodiunt, tota nocte per vices excubias agentes.* a Pierius Valerianus Gruem vigilantem exponit lapidem pede sustinentem. Ita sane is Gruem depingit, quemadmodum quoq; quidam typographi, vigilantiæ & diligentiæ monumentum. Ludouicus Dominicus in Italica descriptione theatri Iulij Camilli, inter imagines Ioui attributas: Sub Gorgonibus Iouis (inquit) erat imago Gruis, quæ cælum volatu petens, rostro caduceum tenebat, & elebante è pedibus eius pharetra, sagittæ effusæ per aerem cadebant dispersæ. Similis incon in auersa parte veteris cuiusdam numismatis conspicitur. Grus animum vigilantem significat, qui iam defessus & fastidiens mundũ, eiusq; impostura, tranquillitatis desiderio ad cælũ euolat, caduceum, hoc est, pacem, & tranquillitatem gerens. E pedibus verò pharetra cum sagittis excidit, hoc est, curæ huius mundi relinquuntur. In hanc sententiam Psaltes: *Quis dabit, inquit, mihi pennas sicut Columbæ? & volabo & requiescam.* Cælius Calcagninus per Gruem volantem indicari ait sapientẽ sublimia, hoc est, syderalis scientiæ gnarum, hunc enim, teste Oro, ijdem Ægyptij significabant, quoniam Grus altè admodum volet. Mihi ideo per apertis alis, siue volantem Gruem Astrologum indicasse videntur sapientes Ægyptij, quoniam hæc ales per consuetudinem suam altius volando præbeat indicium mutationum temporis, quæ prænidẽtur ab astrologis. Quod tetigisse quoq; videtur Pierius, addens insuper: Quod si quam in alitem Plotinus hominem trãsmutari dixerit, qui absq; sapientia sublimia tractauerit improbius, cũm nullam ille spetiẽ ponat sublimis huius volatus, nempe Gruem ipsam ex Plotini sententia cõmodè pinxerimus. Habet idem Pierius præterea alia quoq; symbola hieroglyphica, quæ ne quid desit in hoc opere, hic ascribam. Ex eo in primis collegio, quod Grues celebrant inter se, *nonnulli dicunt democratiã (vtor interim eius verbis)* hieroglyphicè significari: cum plurimus enim consultandũ si quid rectè feciſſe voluerimus, *& felicem rebus nostris successum optauerimus. Sanè quidẽ apud nostros cõsensus*, vnioq; partium in eandem sententiam, aut rem, latino vocabulo formam ab ipsis Gruibus videtur accepisse, *vt inde congruere pro conuenire dicamus. Si autem volantem Gruem cum lapillo pinxissent*, hieroglyphicum id prudentiam significare dicebatur. Ex probatissimis enim authoribus didicimus, Grues, dum in sublime volant, lapillum ideo gestare, vt lapsu illius explorent supra terrã ne an mare volitent, quod intelligunt ex sono, ac proinde considendum ne, an vlterius procedendum sit. Pulcherrimum illud est, inquit idem Pierius, quod alij excogitarunt hominem, qui cum ætate mores minime commutaueris, sed eodem semper ingenio perseuerauerit, per *Gruis pennas indicari. Reliquarum enim auium* pennæ per ætates ferè omnes mutantur, nigrescereq; in senecta perspiciuntur, sed Gruum eodem semper colore perseverant. Ego contra ante cùm ex Aristotele, tum alijs etiam Gruum pennas in senectute nigrescere dixi; nam prius ferè cinerei coloris sunt, adeo vt mirũ sit, quod hoc scripserit Pierius, quare magis probo, quod subiungit hieroglyphicum, inscriptum *Ordinis obseruator*. Quin etiam in moribus, inquit, eadem propositi constantia consideratur cùm Grues in volatu *ordinem pertinacissimè seruent*. *Quare Palamedes apud Philostratum* Vlyssi obijcienti litteras non ab eo, sed a Gruibus inuentas, respondit is, Grues quidem, quod ad *litteras attineat, nihil adinuenisse*, verũ ad *ordinem*, quem nunquam Vlysses seruare didicisset, earum curam referri. Vlyssem enim aiunt, quoties in bello, aut Hectori, aut Sarpedoni, aut Aeneæ obuiam fieret, ordinem deserere solitum, & ad imbecilliora declinasse. Non inelegans quoque *illud est inscriptum. Laboris tolerantia.* Inde fatigatum laboribus hominem significantes, alas, vel pedes Gruum in manibus eius statuebant. Ferunt siquidem non lacessescere vllo labore, qui neruos ex alis, aut cruribus Gruis habeat. Ait item Pierius Gruem bicipitem in ostentis feracitatis indicium esse. Appion enim, inquit, tradit, Oenæo in Menide rerum domino bicipitem Gruem apparuisse, vberrimamque eo anno annonam in Aegypto fuisse. Ad hæc auem sub alio rege conspectam quatuor capitibus insignem lætissimumq; frugum omnium prouentum subsecutum. Sunt qui per venientem Gruem, tempus vernum, per abeuntem, hyemem significari tradant; quando-

Vigilantiæ hieroglyphicum.

a *lib.* 17.

Animi vigilantis.

Democratia.

quidem ea ales omnino est veris, & hyemis nuncia, modo recedens, propterea quòd calorem, & frigus peregregiè præsentiat. Itaq; cùm frigus ingruit, altè sublata vastum quid inclamat: cùm verò clementius est nacta cælum per interualla vocem emittit, & taciturna propemodum allabitur, atque ita vel ex accessu, vel recessu, & ex earum voce, nunc veris, nunc hyemis admonemur. Hucusq; ex Pierio. Gulosi hominis icon Gruino collo ab Alciato exhibetur, cuius doctissimum emblema, quoniam in hoc opere semel scriptum est, hic non repetimus.

EMBLEMATA.

ALIVD Alciati emblema insciptum Πῆ παρίβλως τὶ δ' ἐρίξας; τὶ μὰν δίον, ἀλλ' ἐπιλίσθαι. Quid excessit? quid admisit?

Italicæ Samius secta celeberrimus author
Ipse suum clausit carmine dogma breui.
Quæ prætergressus? quid agis? quid omittis agendum?
Hanc rationem vrgens reddere quemque sibi.
Quod didicisse Gruum volitantum ex agmine fertur,
Arreptum gestant quæ pedibus lapidem.
Ne cessent, neu transuersas mala flamina raptent,
Quæ ratione hominum vita regenda fuit.

Laudat hunc Pythagoræ versiculum plurimũ adagiorũ author, & meritò. Nec si sic exercerem ur quotidie, fieret vtiq; vt meliores, imo sanctissimi euaderemus. Explicat autem sic:

Lapsus vbi? quid feci? aut officij quid omissum est?

a Embl. 104. a Aliud eiusdem emblema cum lemmate QVI ALTA contemplantur, cadere.

Dum Turdos visco, pedica dum fallit Alaudas
Et iacta altiuolam figit arundo Gruem.
Dipsada non prudens anceps pede perculit, vltrix
Illa mali, emissum virus ab ore iacit.
Sic ebit, extento qui sydere respicit arcu,
Securus fati, quod iacet ante pedes.

Desumptum est emblema ex epigrammate Antipatri Sidonij, qui & ipse argumentum deprompsit ex fabulis Aegypti. Vertit hoc epigramma non inuenustè Ferdinandus Sanctius Francisci frater, qui Alciati interpres est.

Qui prius, & Sturnum matura è messe fugabam
Pascentemq; auidè semina nostra Gruem.
Excutiens torto saxum de verbere funda
Arcebam innumeras Alcimenes volueres.
Cum me lethalis talos prope dipsas, amaram
Inspirans bilem sanibus interimit.
En ego qui summum speculatus sum aera, cladem
Non animaduerti, quæ fuit ante pedes.

b Emb. 34. Aliud legitur emblema apud b Nicolaũ Reusnerum cum lemmate Cura Sapientia crescit.

Siue volat Palamedis auis, Grus, siue quiescit
Arreptum lapidem gestat vbiq; pede.
Peruigilis signum curæ, mentisq; sagacis
Cessantem in vitium, ne malus error agat.
Odi homines ignaua opera, vigilanteq; lingua
Stat vigili virtus firma labore diu.
Scilicet ars vsu, curæ sapientia crescit,
Materiem vitijs dat diuturna quies,
Qui felix, & qui prudens vult esse, laboret
Commoda dij vendunt cuncta labore graui.
Sic & Aristoteles fertur plerumq; lapillum
Peruigil insomnis sustinuisse manu.
Segnitiem fugiat, studij qui flagrat amore
Ignauas odit sors, dens q; preces.

EPI-

EPITETHA.

VIRGILIVS *a* Strymoniam Gruem vocauit à loco quo gaudet, Seruius Thraciam interpretatur, vnde & Thracum volucres dicuntur, Antipater Sidonius Βιστονίαν, Thraciam quoque vertit Bordæus. Thracia enim olim Bistonia dicebatur. Eodem epitheto vsus est *b* Lucanus: Ouidius *c* Threiciam. Dicuntur & Melicæ à Gellio, à Melo insula, quam Strabo inter Cretam Peloponnesumq; interuallo æquali sitam à Peloponneso promontorium Scyllænum, à Creta dictynennum habere prodidit; Francisco Petrarchæ etiam Phrygiæ dicuntur; hyberna Rhodopes Grus Statio. Vocantur & Naupli ades volucres, item Διβυσσαι γέρανοι vocant Babrius apud Suidam. A volatu in epigrammate Græco & Oppiano ὑψιπέτης, Homero ἠερίη, hoc est, in aere volans (Eustathius etiam matutinam interpretatur) nam & *d* Virgilius aeriam Gruem vocauit, Alciatus altiuolam, Ausonius altiuolam, vagam, profugam aduenam: Quintianus à voce querulam, ταυρόθογγον Q. Calaber, ideſt longum & protensum sonum edentem. A victu Σπερμολόγοι ideſt granilegæ, quòd scilicet terræ semina perscrutentur. A colli proceritate μακραύχην ὄρνις, ideſt, auis proceri colli; ita enim pro Grue legitur ex Melanthio apud Athenæum: à pugna cum pygmæis πυγμαιόμαχος Eustathio: ab ingenio cauta Iacobo *e* Zanazario: à gregario volatu iuncta nescio cui poetæ dicitur; hoc enim epithetum inter schedas meas reperio sine authore, quare versus citabo:

a Lib. 11. Aeneid.

b lib. 8. de bel. ciuil.

c lib. 3. de arte.

d lib. 10. Aeneid.

Non aliter quàm si Grus inter nubila clamans
Iuncta volet, pennisque secet stridentibus auras.

A mùtuo denique amore Tzetzes φιλαλλήλους nominauit, ideſt, inuicem amantes.

PROBLEMATA.

QVÆRIT Ambrosius *a* Nolanus, cur Grues tardissimè volare videantur, cùm longissima tamen itinera breui tempore conficiant. An quia, inquit, magno sunt corpore; magni enim corporis moles, quoniam hebes est, tarditatem parit, suo vero longo spatio longum tractum passim occupat. Quamobrem citius omnem metitur distantiam: nam longa nauis citius superat cursus spatium quàm breuis, quoniam longioris mensuræ numerus minor est numero breuioris. Ea ratione citius bos tardissimi motus ad metam, quam velocissima formica peruenit. An quia non sentitur velocitas earum, quæ volatu celeri ac magno procurrunt, veloces nempe sunt, quòd multum breuique tempore transeunt. Videntur etiam tardæ quoniam altè volant. Ea enim, quæ à nobis magno tractu semota sunt, cùm etiam moueantur celerrimè videntur non moueri, sed interdum potiùs quiescere, quemadmodum cernere est in stellis ac sole, qui manere creditur, cùm ocyssimè feratur. Altè verò volare Grues inditio est: nam perquam paruo corpore spectantur, dum ita volant, quæ magno sunt corpore ac pedibus, collo & alis maximè patent. Quærit *b* idē scriptor, cur Grues & noctu & interdiu vident & volant? aliæ aues si interdiu, non tamen noctu vident & volant, vt Palumbes, & si noctu, non tamen interdiu, vt Noctuæ? An quia natura, inquit, Gruum misserta est præter cæteras. Volaturæ enim longissimis itineribus, nisi & interdiu & noctu volarent, nō attingerent optatum sibi & constitutum locum. Nam præterquam quod sunt volatu perenni atq; magno, ne eis quicquam deesset, tributus etiam nocturnus volatus est. An noctu volant non videndo, sed qualitatem aeris conuentiuè sentiendo eius regionis lociuè, ad quem volare opus est? Noctu autem eas volare non videndo signum est, nam inter volandum passim gruunt, ita vt dux monere itinera videatur quæ ipsa facit: cæterarum vna & altera respondet, tanquam significaret se ordinem seruare, veluti in hominum ordine fieri solet, cum per obscura iter faciunt. Noctu quinetiā volare secutas aeris qualitates, arguunt aliæ aues, quæ solent medijs tēporibus de frigidis ad calidos, & de calidis ad frigidos locos volare; veluti Hirundines & Coturnices, quæ autumni principio de media Europa ad oras Africæ, atq; veris initio de media Africa ad Europæ littora volatu vno transeunt, qui interdiu & noctu fit; in quo recta seruatur ab Auibus sentientibus aeris qualitas, ad quam transuolant. An noctu etiā volant, quia vident, si non dicm diluculum quoddam, quandoquidem vmbra terræ, quę nox est, turbinatur in mucronem.

a Probl. 21.

b Probl. 91

nem. Quamobrem quo productior fuerit ea vndique ambiens lumen sibi propinquius est, atq; magis illustrat interceptas tenebras. Non itaque si vmbra terræ sit prope terras multum obscura, etiam obscura est, in quocunque tractu longiore versus cælum. Lumen enim quod circumfusum est, lucem quandam in eam profundit. Quamobrē diluculum quoddā illuc accidit esse, aut noctem non adeo obscuram; atq; præter hæc compertum est oculum quem illic contingat esse: & si in nocte minus obscura maneat, circunquaq; tamen spectare lucentem aerem. Ob hanc rationem Olympus mons post occasum solis, qui ad radices eius sit, etiam aliquas horas vertice suo spectare solem, totidemq; horis ante ortum, præcipuè lumen solis comperitur. Cùm itaq; eo pacto nox & vmbra terræ se habent, Grues longiùs volaturæ, altius se tollunt, quousque lucem spectare aliquo pacto possint, atque in diluculo quodam volent; vtramq; autem conditionem lucis indeptæ videndo volant, idipsum indicat. Nam cùm noctù volant & sereno cælo plerumq; altissimè volant. An quia in oculorum cōpositione præter alia inest substantia etiā vna pellucida non actu potentia lucida; item altera actu lucens, qualis est in lignis putridis & in quibusdam piscium ossibus, quarū substantiarum vtraq; ad oculorum structuras, tum magis, tum minus recipitur. Quamobrem qui oculus parum participauit substantiam actu lucentem, is in tenebris vicina solummodo cernit; qui multum eandem, is in tenebris videt remota quoque non solum propinqua; nec alitur in luce solis, verùm ratione diuersa, nam in tenebris videt eo quia substantia actu lucens efficit substantiam actu pellucidam, qui erat potentia lucida, cuius est actio videdē; in luce vero solis non videt quidem ob substantiam actu lucentem. Hæc enim extinguitur à luce solis, sed videt eo, cùm lux solis efficit substantiam potentia lucidam, actu lucidam: oculus verò qui solam substantiam pellucidam potentia participauit, vt in tenebris nihil videt. Oportet enim vt à luce ipsum ad actum euocetur: ita in luce solis videt, actu enim fit. Grues ergo vtramque substantiam atq; vehementem habent. Quapropter interdiu vident non ob substantiam actu lucentem, quæ à sole extinguitur, sed ob substantiam, quæ erat potentia lucida, effectam actu lucidam à sole. Noctu eædem vident ob substantiam actu lucentem, quæ viget, quæq; actu efficit, quæ potentia erat lucida. Eodem modo est oculus felis, muris, canis, equi & quorumcunque est actio & nocturna & diurna. Qui oculus verò substantiam habet actu lucentem multam atq; validam, postea lucidam debilem aut minimam; is in tenebris videt, in luce autē nihil aut quam minimùm, vt Noctuæ oculus est. Qui verò potentia lucidam multam actu lucentem: nullam autem debilem, is interdiu bene videt noctu nihil, aut perparum, qualis oculus est multarum auium atq; hominis. Hæc omnia ille. Aliud problema legitur apud Hieronymum Garimbertum, cur aues quemadmodum Grues & multæ aliæ dormientes quiescunt, vno pede insistentes, capite super alam condito. Quoniam, inquit, somnus est quies membrorum & sensuum defatigatorum, qui euenit propter vapores à stomacho ad cerebrum ascendentes mediante calore naturali, qui in modum ignis positi in vase destillatorio in vapores reducit nutrimentum ad caput, vbi à frigiditate cerebri densatus & factus grauior quærit descendere per eisdem vias, per quas ascenderat, & descendendo occludit, ne calor & spiritus viam de corde ad caput vadant, sed ad cor repellantur, ita omnes dicti vapores incrassati, aut maxima eorum pars descenderint aut resoluti sint, & quia motus sensus in animalibus nascitur ex spiritibus missis à calore cordis per venas ad caput, maximè ad sensum communem, tanquam fontem sensuum externorum: proinde ex repercussione caloris & spirituum ad cor de supradictis rebus producta, & procreata sequitur hæc motus priuatio, qui somnus dicitur in omnibus animalibus, inter quæ Grus, quod longissimum collum habeat, & tenue etiam, meatum habet longum & angustum, per quos ascendentes vapores difficulter (facilius enim ascēdere possunt) natura prouidit, maiorem caloris naturalis quantitatem faciens concurrere in partibus interioribus quo extenuerentur. Itaq; externæ distitutæ (hac caloris quantitate) & frigidæ & conuersim & vertentes ad principium earum, afficiunt, vt aliqua membra retrahantur ad viam cordis, quo fit vt Grus crure versus ventrem retracto, dormiat vt pede sublenato, & capite supra humerum posito, similiter & multa alia volatilia faciunt, alij ob angustiam suorum meatuum, alij verò partim quoque propter angustiam, partim propter exiguum frigus cerebri, vnde necessarium est, quo ascendant multi vapores, primùm antequam possint condensari, non possunt multi ascendere absq; magno caloris ad cor concursu, qui concurrens ab omnibus partibus externis, hanc crurum & capitis contractionem facit, quam im multis auibus videmus tempore somni, & particulariter in Grue.

Cur vno pede insistens dormiat Grus.

PRO-

PROVERBIA.

Αἰ γέρανοι λίθους καταπιοῦσαι, ideſt, *Grues lapillos deglutientes*, Suidas ex Ariſtophane citat, oſtendens dici ſolitum de ijs qui ſumma prudentia gerunt negocium. Ideoq; inde vulgi ſermonem veniſſe, quod Gruibus hic mos ſit, vt quoniam admodum ſublimes volant, magnoq; ferantur impetu, neque poſſint deorſum aſpicere, lapillos geſtant, quos ſi quando defatigari ceperint, inter volandum ex alto deijciant, quo videlicet è cadentium ſtrepitu percipiant, vtrum ſupra terram aut ſupra mare volent. Quod ſi lapillus in mare deciderit pergunt viam, ſint in terram, interquieſcunt. Locum quem citat Suidas, nos ſuprà retulimus, vbi interpres eadem fermè, quæ Suidas habet. *Gruibus ſtolidior* γέρανον ἀνόητότερος apud *a* Galenum, neſcio quo pacto prouerbialiter effertur. Ibi enim Eraſiſtratus præ nimio a duerſus Hippocratem contendendi ſtudio, ne communes quidem omnium hominum notitias obſeruat, ἀλλ' ἴσα καὶ τῶν γεράνων ἀνοητότερος τοῦτο ἔπαθε, hoc eſt, *ſed ipſis etiam Gruibus minus mentis habere deprehenditur.* Αἱ Ἴβυκες γέρανοι, ideſt, *Ibyci Grues*, Græcis in prouerbium abiuerunt, quod dici conſueuit, quoties ſceleribus nouo quodam & improuiſo occaſu proditis, ſceleſti pœnas dant ijs, quos læſerunt. Natum eſt adagium à Gruibus Ibyci mortem ſuperuolando indicantibus, de quibus ſuprà.

a Lib. de phlebotomia contra Eraſi.

VSVS IN CIBIS.

AVLVS *a* Gellius circa Gruis delicias locum citat è Satyra M. Varronis, quæ περὶ ἐδισμάτων, ideſt, de cibis peregrinis & lautitijs inſcribitur, vbi lepidè admodum & ſcitè factis verſiculis (vtar eius verbis) cœnarum ciborumq; exquiſitas delicias comprehendit. Nam pleraq; id genus, quæ helluones iſti terra mariq; conquirunt, expoſuit, concluſitq; in numeros ſenarios. Genera autem nominaq; edulium, & domicilia ciborum omnibus alijs præſtantia, quæ profunda ingluuies inueſtigauit, quæ Varro approbans executus eſt; hæc ſunt fermè, quantum nobis memoriæ eſt. Pauus è Samo, Phrygia Attagena, Grues Melicæ, hædus ex Ambrachia, pelamis Chalcedonia. Hucuſq; *b* Gellius. Idem Varro loquês de auiarijs, à Romanis ad gulam & luxuriam inſtitutis ſcribit ſe ibi greges magnos Anſerum, Gallinarum, Columbarum, Gruum, Pauonum vidiſſe. Teſtatur quoq; *c* Plutarchus Grues & olores oculis conſutis incluſos in tenebris ſaginaſſe, qui gulæ erant dediti, alienis temperamentis atq; condimentis guſtum nouum obſonio ſuo conciliantes, vnde, inquit, apprimè manifeſtum ſit, non alimenti aut vſus neceſſitatisve gratia, ſed ob ſocietatem luxum & prodigalitatem nefas hoc ad voluptatem parandam fuiſſe conuerſum. Cornelij Nepotis, qui Auguſti principatu obijt, temporibus Grues etiam in pretio erant; præferebantur tamen ijs Ciconiæ, contrà ac æuo Plinij, qui Grues tunc inter primas experitas ſcribit, & Ciconiam voluiſſe neminem attingere. Atque ita *d* Ouidius periphraſticos Gruem intelligens, inter nouas epulas numerat, quæ antiquo illo ſæculo notæ erant.

b Lib. 3. de re ruſt.
c lib. de eſu carn.
d Lib. 6. Faſt.

Piſcis adhuc illis populis ſine fraude natabat,
Oſtreaque in conchis tuta fuere ſuis.
Nec Latium norat, quam præbet Ionia diues,
Nec quæ Pygmæo ſanguine gaudet auem.
Et præter pennas nihil in Pauone placabat
Nec tellus captas miſerat ante feras.

Statius quoque in gulæ deditos homines, & ventri ſuo tantum ſtudentes inuectus dicebat:

Ah miſeri quos noſſe iuuat, quid Phaſidis ales
Diſtat ab hyberna Rhodopes Grue.

In ſplendidis Romanorum conuiuijs, qualia præ cæteris Imperatoribus Domitianus celebrauit, fiebant miſſilia, hoc eſt, aues varij generis, ac inter cæteras pretioſiores, etiam Grues emittebantur, eo nimirum modo, quo apud nos die D. Bartholomæo ſacro, emiſſis prius varijs auium generibus porcellus coctus ſpergitur. Meminit item *e* Statius, inquiens:

e lib. 1. Syluar.

Capita

Cæſuraque vagis Grues rapinis
Mirantur pumilos ferociores.

f lib. 1. cap. 25. Inter cæteras aues, quas Indos Regi ſuo donauiſſe legimus *f* Aelianus primo loco Grues ceu gratiores recenſet: dum ait: ſed ne alijs quidem vtcunque minimas animantes contemnit Indorum rex. Siquidem Indi animal nullum ſiue cicur, ſiue ferum aſpernantur. Quamobrem ſubditi, qui in aliqua dignitate ſunt, munera ferunt, Grues, Anſeres, Gallinas, Anates, Turtures, Attagenas, Perdices & Pipulos (aues Attaginum ſimiles) & prædictis minores quaſdam vt Boccalidas (aliàs Barcalides) Ficedulas & Miliarias. Has apertas oſtendunt, vt interior earum pinguedo appareat. Polluci quoq; Grues inter aues nominantur, quod in ciboſ veniunt. Idem γεροβοσκίαι, ideſt, Gruum paſcua à Platone nominata meminit, vt & hinc pateat haſce volucres apud veteres cibi gratia Anſerum inſtar domi etiam & in villis enutritas. Deniq; Plinius teſtatur Vipiones, ſic inquit, vocant, minores Grues, in Balcaribus inſulis in menſarum delicijs fuiſſe. Cæterùm vt de noſtris temporibus aliquid etiam dicamus, Ioan. *g* Bruyerinus hodie quoque cibos hybernos nobilitare tradit nimirum apud Gallos, & præſertim in amplis familijs. Culinæ, inquit, eas inaſſant caryophyllis perfoſſas & pipere, deinde ſolidas apponunt; durant ſic paratæ multos dies. Tenereſcere aiunt, ſi pendeat & pedibus graue aliquod pondus religetur. Inuenio quoq; apud eundem auctorem item apud alios quoſuis aues præduras, quales in primis etiam Grues ſunt, teneritudinem adipiſci, ſit ex ficu pendeant; hanc enim vim ei arbori ineſſe exiſtimant. Idem author Struthiocamelos cùm corporis altitudine, tum duritia carnis Grues ſequi ait, eſſe, inquam, earum carnem fibroſam & præduram, & præcipuè recenter captarum, proinde antequam edātur, aliquot dies expectandos eſſe. Nullus eſt inquit Hieronymus Mercurialis, admirandæ vir eruditionis, cuius palato hodiè Grues arrideant admodum, cùm & Galenus fibroſam duramque carnem habere dicat, quas tamen tanti fecerunt maiores, vt ex Melo inſula (quod refert Gellius ex Varrone) maximis impenſis Romam vehendas curarent. Quinimo eis pinguibus reddendis magnum ſtudium adhibuiſſe oſtendit Plutarchus. Galeni locus, quem citat doctiſſimus Mercurialis, eſt iſte: *Gruum caro*, inquit, *tota fibroſa dura q; eſt, qua tamen veſci ſolemus, poſtquam pluribus à morte diebus computruerit.* Paulus *h* Aegineta quoq; harum auium carnem fibroſam ait, durumque præbere alimentum, minores veteribus humidiores eſſe, promptiuſque concoctioni parere, valentiorem cibum præſtare, atque per aluum facile deſcendere, additq, minus excrementitias aues eſſe in montibus & locis ſiccis degentes, quàm in paludibus. Valentiſſimæ, inquit, Cornelius Celſus materiæ & plurimi nutrimenti omnis grandis auis, vt Grus, Anſer. Raſi etiam Gruis caro craſſa cenſetur neruoſa & fibroſa, difficilis concoctu, & ſanguinem atrabiliarum parit. Pauo perinde atq; Grus, inquit Alexander *i* Petronius, duriſſimæ carnis eſt, pluris æſtimatur, non quo melior ſit, ſed quòd cùm viuus eſt, pluris valet. Vter vis, niſi diu fracefcat, comedi vix poteſt. Iulius *k* Alexandrinus etiā eandem rationem, quæ in Pauonibus vulgaribus quò tenereſcant melius ſeruari iubet non minus in Gruibus, niſi fortè etiam magis quo quidem præduræ fibroſæ quo magis ſunt, temperamenti inſuper frigidioris ac ficcioris, vt maior meritò hinc timenda nobis ideo ſit atrabilis copia extrementorumque plus, & deterior improbi ſucci alicuius malitia, tum difficilior etiam concoctio. Simeon Sethi carnes calidas Gruibus tribuit, ſiccas & fibroſas, ideoq; duas dies poſtquam iugulatæ ſunt, eas eſſe oportere. Gruis caro, inquit Michael Sauonarola à Theodoſio perhibetur frigida. Ioannes verò eam calidam ponit. Mihi quidem frigida magis quàm calida videtur. Eſt enim craſſæ ſubſtantiæ, difficilis concoctu, & ſanguinem malum generat, vnde eam frigidam eſſe conijcio, ſiccioremtamen quàm frigidiorem. Eligēda eſt per Falconem aut aliam auem rapacem capta. Salubriores erunt ſi antequam coquantur ſuſpenſæ à collo lapidibus ad pedes alligatis per diem & noctem pendeant: item aromatibus condiantur & vinum generoſum ſuperbibatur, Elluchaſim quoq; vno alteroue die poſt interfectionem, ſeruari eas iubet lapidibus ad pedes alligatis ſuſpenſas, vt teneræ fiant carnes earum, deinde diu & diligenter decoqui. Poſt Gruum carnem, ingeſtam, inquit, chalce mellitum ſumi debet, & vinum bibi fuluum, & (cibi aut potus) huiuſmodi ſumi, qui vt diſtribuantur & excernantur efficiunt. Sunt enim hæ aues neruoſæ (carnis) & craſſæ pinguedinis. Platina Ciconiæ carnem ferè eandem iudicat, quæ Gruis eſt. Mihi quidem, inquit Ornithologus, Ciconiæ caro humidior, Gruis verò ſiccior videtur. Poſtremo quod penè omiſeram, luculentiſſimè Epicharmus apud Athenæum in voce γέρανος ludit, prauitatem eius in cibo indicans: Ὀ ζεὺς μ' ἐκάλεσε μέλομεν' ἐραίαν Η ταμιὸν ἐπρουῦ χοιρῶ τὰν γέρανος. Ἀλλαὶν γέρανος, ἀλλ' ἐραῖον τοὐλίγω, Dalechampius vertit. A, Accidit me Iupiter, τὸν γέρανον, ideſt, conuiuium vt præbeam. B. Obſonium peſſimum eſt, ò amice γέρανος. A. At γέρανον minimè dico,

dico, sed ἴραυον. Alibi apud eundem Athenæum Anaxandrides, in Protesilao irridens conuiuium nuptiarum Iphicratis, cum regis Thraciæ Cotyis filiam in vxorem duxit, ait inter cæteras ibi aues fuisse Gruem, quæ frontem distenderet, hiante podice, discissis lateribus. Item Horatius in descriptionis cœnæ Nasidieni epilogo, qui non minus à risu facit, quàm eiusdem exordium, in quo vt ineptam puerorum pompam, in lagenis gestandis instar Cani ferarum; ita hic illudit, quod & fœtenteis & adustas ferarum auiumque particulas comportarent in Mazozomo, quod Acroni genus lancis est capacioris, in quo netas erat deferri alios à delicatissimis cibis, velut Acipensere, Attagine &c. idq; à pueris coronatis præcedente tibicine. Verba Horatij sunt: *l Satyr. 8. lib. 2.*

—— —— Deinde secuti
Mazozomo pueri magno dilecta ferentes
Membra Gruis sparsi, sale multo, non sine farre.

Tam discerptam autem Gruem apponere aspersam sale ferrato & nouum & ineptum erat. Subtraxerat autem quædam odoris grauitate nimium offensura conuiuas. Quod ad coctu-ram attinet, *m* Platina iubet Gruem elixari: *Gruem*, inquit Apitius, *vel Anatem lauabis, vel* *m Lib. 6. de ianit. tuen. cap. 2*
aso qui ornabis & olla includes adijcies aquam, salem, anethum, dimidia coctura, decoques dum obdu-retur, lauabis & iterum in cacabum mittes cum oleo, liquamine, fasciculo origani & coriandri prope coctura defruti modicum addes, vt coloret, teres piper, ligusticum, cuminum, coriandrum, laseris ra-dicem, rutam careum, & mel diffundes, ius suum aceto temperabis, in cacabum rursum, vt calefiat, exinanies, amylo obligabis, lance imponens, & ius perfundes. Et rursus: *Gruem cum coquis*, inquit, *caput eius aquam non attingat, sed sit foris ab aqua, cum cocta fuerit, sabano calido inuolues Gruem, & caput eius trahe cum neruis, sequetur, vt pulpa, vel ossa remaneant, cum neruis enim manducari non potest.* Varios eodem in loco Grui & Anati coquendis & condiendis communes apparatus describit, de quibus, ni fallor, in Anate egi. Strabo *n* Indos Gruum ouis vesci scribit: neq; enim alibi quàm ibi reperiri. Bartholomæus Anglicus eà mediocriter ait esse magna, pallida, dura, insipida & grauis odoris & ingrati saporis, duræ digestionis. *n Lib. 15. Geograph.*

VSVS IN MEDICINA.

AVICENNA, vt refert Porta, præcipit, vt qui sibi noctu dormientes metuunt, à venenosis animalibus, Grues secum nutriant. Idem Porta ex Arnoldo Villanouano Gruem ad cancros valere scribit, idq; inde colligit, quod cinerei coloris cum sit, in senecta nigrescat. Alibi quoq; ad paralysim vlcera & cancros prodesse ait. In cibo sumptas ad torminosos eas commendat Marcellus; Ius Gruum vocem clarificat, & semini genitali adijcit, Simeone Sethi testante. Arnoldus caput, oculos & ventrem siccari iubet, & coctam cum omnibus contentis redigi in puluerem, quo sanari ait fistulas, cancros & omnia vlcera. *a* Galenus in opere de compositione medicament. secundum locos, recitat compositionem quandam Andromachi ad vitia sedis, cui inter cætera cerebrum Gruis immiscetur. *b* Plinius inter alia quarundam bestiarum miracula refert de Gruum partibus incredibilem, vel saltem admirandam naturam inquiens, non lacessere in vllo labore eum, qui neruos ex alis & cruribus Gruis habeat. Iecur Gruis vtile est contra dolorem renum, teste Rase, si aridum bibatur pondere dragmæ cum aqua cicerum. *c* Serapio ex medulla Gruis, alcohool, ideſt, collyrium fieri scribit. Testiculi Gruis ad oculorum albuginem commendantur à Rasi, si findantur, & apponatur sal gemmæ; tum aridi terantur, & cum spuma maris & stercore lacertæ & saccharo imponantur oculis. Idem hoc medicamento oculos ablui iubet, contra ictum aut plagam eorum. Idem Rases fel huius alitis oris spasmo mederi tradit, & si dragmæ pondere cum Zambac immittatur in nares. Nec aliud addit, quæ cùm imperfecta sit sententia, fortè cõpleri potest ex aliorum scriptis, quæ nunc subijciemus. Fel Gruis calidũ subtile, si cum aqua sampsuci naribus instilletur, paralysi prodest, vt memorat Hali. Sunt qui tradunt, vt notat Simeon Sethi, si Gruum fel cũ Sambacelæo (quidã ineptè oleum baccarum oliuæ interpretantur) misceatur, memoriæ lapsui prodesse. Sunt etiam qui harum felle ad oculorum morbos feliciter vtantur. Cedit & adeps Gruum ad medicinæ vsum, Constantino authore omnes duritias soluit, cum Anserino locorum duritias & concretiones discutit, vt refert Sextus. Symeon Sethi pingue illud quod cùm coquuntur Grues, superfluitas, si auribus instilletur, auditus grauitati mederi credi asserit, tum & harum pinguedinem cum scillitico accto sumptam in balneo lienis duritias iuuare. *d* Plinius quoque *Contra venenosa animalia.* *a Lib. 1. capit. 44.* *b Lib. 30. cap. vlt.* *c Lib. 7. capit. 33.* *Ad oris spasmum.* *d Lib. 30. capit. 12.*

Gruum

e Lib. 30. cap. 15. Gruum adipem ad emollienda tubera efficaciſſimè imponi ait. Alibi *e* item Gruis in pelle alligatæ pulmonis Vulturini dextras partes Venerem viris excitare. Fimum Gruis & Columbæ eandem facultatem obtinet, vt in Antiballomenis Græcis legimus, Anſeris, Accipitris, Gruum & ſimilium ſtercora, inquit, Aetius, *f* de quibus multa nugaces quidam fabulantur, inutilia eſſe compertum eſt. Mirum eſt quod nonnulli tradunt, Gruis pennam ſerpentes ſtupidos reddere.

f Lib. 2. cap. 117.

VSVS IN EXTERNIS.

a Lib. 7. AETHIOPES, vt ſcribit antiquiſſimus *a* Herodotus, ex Aſia in locum clypeorum pelles Gruum prætendebant. Antequam ex arundinibus fierent tibiæ, fiebant ex tibijs Gruum, indeque etiamnum teſte Perotto, nomen retinent.

APOLOGI.

GRVES & Anſeres in eodem prato paſcebantur. Venatoribus autem viſis Grues quod eſſent leues ſtatim euolarunt. Anſeres verò ob onus corporum, cùm manſiſſent, capti fuerunt. Fabula ſignificat, & in expugnatione vrbis inopes facilè fugire, diuites autem captos ſeruire. Apologus de Grue, quæ ſtipulata mercedem os lupi gutturi inhærens immiſſo cap te eduxit, relatus eſt in prouerbio è faucibus lupi. Hic gutturi oſſe infixo mercedē Grui præbiturum dixit, ſi capite iniecto, os ex gutture ſibi extraxerit. Hæc autem eo extracto, quippe quæ procero eſſet collo, mercedem efflagitabat, qui ſubridendo dentesq; exacuēdo, ſufficiat, tibi, ait illa ſola merces, quod ex ore lupi & deotibus ſaluum caput & illæſum exemeris. Conuenit apologus in eos, qui à periculo ſeruati, bene de ſe meritis eam gratiam referunt. Vulpes ad cœnam inuitata Grui pultem tenuem in tabula propoſuit, quam illa ob liquorem diffluentem, roſtro ſuo prehendere atq; edere non poſſet, atque ita ridicula eſſet: viciſſim Grus vulpi ad conuiuium vocatæ, cibum in langunculæ propoſuit, quæ tenue haberet & longum collum, ita vt ipſa quidem roſtro per id inſerto cibum facillimè capere poſſet, vulpe interim, quæ id non poterat, eſuriente. Fabula indicat fraudem fraude, dolum dolo repellendum.

FABVLOSA.

a Lib. 9. capit. 22. Gerania mulier. GERANIAM mulierem quandam fuiſſe memorant apud Pygmæos olim diuinis honoribus affectam, & à Iunone in auem Gruem conuerſam. *a* Athenæus ex Baeo idem ferè ſcribit, ſed mulierem non nominat, eamq; cùm à ciuibus Deæ inſtar coleretur, veros deos contempſiſſe, maximè verò Iunonem & Dianam. Quare ab indignata Iunone in ſpeciem informem, auis ſcilicet eſſe mutatam, & Pygmæis, à quibus antea colebatur inimicam & exoſam redditam. Meminit eiuſdem fabulæ *b* Aelianus his verbis: Pygmæorum gentis proprium, & peculiare regnum eſſe audio, & cùm maſculum genus regium aliquando defeciſſet, mulierem Geraniam nomine imperitaſſe, quæ cùm à Pygmæis ſuprà quam deceret diuinis prope honoribus afficeretur, inde animo inflata, ipſas etiam deas contemnebat; nominatim verò Iunonem, Dianam Mineruam, Venerem à ſuæ formæ præſtantia procul abeſſe dictitabat. At hunc ſuæ iactantiæ, morbum non impunè tulit. Nam à Iunone irata ex homine in auem conuerſa eſt, quæ nunc Ceranos, ideſt, Grus nominatur Pygmæis infeſta eam ob cauſam, quod illi immodicis honoribus ei delatis ad hanc inſaniam & exitium eam adegerint. Meminit præterea *c* Ouidius, qui hanc mutationem Pygmeæ mulieris in Gruem inſecundo telæ angulo, quam Pallas cum Arachne certatura texebat, depictam fuiſſe canit:

b Lib. 15. cap. 29.

c Li. 6. Metamor.

Altera Pygmeæ fatum miſerabile matris
Pars habet: hanc Iuno iuſſit certamine victam
Eſſe Gruem, populiſque ſuis indicere bellum.

Antonius verò Liberalis ex Bæi de auium ortu libro hanc fabulam paulo aliter narrat, & mulierem non Geraniam, ſed Oenoen nominat. Apud Pygmæos, inquit, puella fuit Oenoe forma non contemnenda, cæterùm moribus inuenuſtis & ſuperbis, & quæ nihil neque Dianam,

nam, neque Iunonem curaret. Nupta Nicodamanti mediocri & probo ciui, filium peperit Mopsum, ob cuius natales Pygmæi vniuersi, beneuolentiæ ergò plurimis eam donis affecerunt. Sed Iuno Oenoe infensa, quæ nullo honore ipsam dignaretur, in Gruem eam mutauit, collumque in longum protraxit, altiuolantemque auem fecit, interque eam & Pygmæos bellum excitauit. Oenoe autem desiderio filij Mopsi, absque intermissione domos circumuolitauit, quam Pygmæi omnes armis sumptis profligarunt. Atque ab eo tempore in hunc vsque diem inter Pygmæos & Grues bellum est. Hæc ille.

10

DE GRVE BALEARICA PLINII.

Cap. VI.

PLINIVS, vt suprà admonuimus, Gruem Balearicam in capite cirros, more Pauonis gerere scribit, quòd meo iudicio rectiùs huic aui quàm subinde depingam, conuenit, quàm Ardeæ illi, quam pro Grue Balearica nobis obtrudit Bellonius. Auis est hæc nostra Gruis vulgaris ferè magnitudine & eodem etiam planè corporis habi-
20tu, visu iucundissima, rostro è cinereo fusco, vertice nigro, in quo cirrus erectus enascitur, plurimis tenuibus, & subtilibus pennis aurei coloris. Vtrinque in temporibus maculam habet oblongam, candidam, ex cuius inferna parte vtrinque oriuntur palearia coloris carnei rosciue. Collum, pectus, venter, cruraque tota colore sunt ex cinereo fusco. Dorsum pennis ex atro virescentibus, vt in Vanello, vestitur. Alarum minores sue primæ pennæ, item postremæ ac maximæ eiusdem sunt cum pectore coloris, quæ se-
30cundum magnitudinis locum obtinent, prorsus sunt candidæ, & has rursus ferrugineæ excipiunt. Cauda vel caret, vel saltem admodum fuerit exigua, nam in pictura mihi missa, ea non apparet. Fœmina in hoc genere, cuius etiam iconem habes, colore, cæterisque pennis nihil à mare differt, nisi quod corpore sit graciliore, neque qua mas pul-
40chritudine visenda. Oculorum pupillam nigram flaua palearis iris ambit. Icones harum primùm mihi Roma transmisit D. Iulianus Griffonius nepos meus carissimus, dein Illustriss. Dionysius Ratta Auditor Rotæ Romanæ, addita etiam hac relatione. Anno Pontificatus Sixti V. D. Ioannes Bouius cum ex Lusitania, vbi Collectorem Apostolicum egerat, binas huius generis aues attulit, atq; Eminentissimo Cardinali Montalto Summi eo tempore Pontificis nepoti dono dedit, affirmans sese eas accepisse ab ijs, qui Indiam nauigare soliti fuerat. Reperiuntur in regionibus prope Caput viride vulgò dictum. Nunc in hortis Eminentissimi Cardinalis Sfortiæ viuunt, binæ etiam ab illo allatæ ac donatæ. Magnitudine sunt Grui nostrati compares, dum currit, alas erigit, atque ita velocissimè currit, alioqui gradatim ingreditur, nunquam sub tectis dormit, aut quiescit, nisi quan-
60doque interdiu, nam sub noctem dormituriens altos quærit parietes, aut arbores, more Pauonum; cuius item vocem & mores imitatur. Vescitur herbis viridibus & vnà cum Gallinaceis & Pauonibus, etiam hordeum & furfures deuorat. Hæc ille. Cæterùm rostrum in depictis hic, fortè nimis breue pictor expresserit. Nam in ea, quam misit Illustriss. Dionysius Ratta multo longius erat, & ad Gruinum magis accedebat.

362 Grus Balearica Plinij mas, cum iunco aquatico minore equiseti capitulis.



Grus Balearica fœmina cum iunco floridо Cyperoide.



Grus Iaponenſis cum geranio hæmatode.



DE GRVE IAPONENSI ALIA. Cap. VII.

INTER alias auium picturas, quas Iaponenſium reguli Summo Pontifici attulere, erat quoque hæc auis, cuius cùm picturam communicaſſet Illuſtriſs. D. Cæſar Fachenettus Marchio & Senator huius Vrbis, ſic breuiter deſcripſi. Toto corporis habitu cum noſtrate conuenit. Tota ferè candicat, roſtro, collo inferiori, pedibus & alis internis exceptis. Roſtrum enim & pedes coloris erant viridis obſcuri. Vertex capitis inſigniter rubet, ac nigris maculis reſpergitur. Media colli pars inferior nigricat. Sub alis pennæ dependent ſatis magnæ, multis inſignitæ appendicibus, nigræ: cætera tota auis nigricat.

DE ARDEIS IN GENERE. Cap. VIII.

ORDINIS RATIO.

GRVVM hiſtoriæ iure optimo ſubiungenda videtur Ardearum hiſtoria, auium nempe altis item cruribus, longoque roſtro, & quæ magis, quàm illæ aquas frequentant, & maiorem proceribus delectationem, quàm ex acupio earum capiunt, pariunt, maximè Gallis, Belgis, & Anglis; apud quos etiam in primis habentur delicijs.

SYNONYMA.

CHASIDA Zachariæ 5. Aquila, Symmachus, & Theodorus Erodium transferunt, ſicuti quoq; Septuaginta Leuit. 11. Alij aliter. Sed alibi notauimus, hoc nomen Ciconiæ potiùs tribuendum. Anapha alijs quoque alia auis eſt, & vt plurimum interpretes in huius interpretatione variant. Sunt qui Palumbum ſylueſtrem, ſunt qui Picum, ſunt qui Gracculum eſſe volunt, & apparet ſanè auem eſſe, quæ ſpecies aliquot ſimiles contineat, quoniam additur iuxta genus ſuum. Alij Picam etiam, alij Miluum appellant. [a] Rabbi Selomoh ait eſſe Miluum irritabilem, & videtur, inquit, quod ſit, quam vocant Hairon, ac ſi Miluus irritabilis, & Ardea non differant. Alij habent Ibu Miluum. Hieronymus ſecutus Græcum Leuit. 11. 19. Charadrium vertit. Quidam recentiorum Otum eſſe putant: quidam etiam Vpupam. Abraham à celeriter ſpirando nomen tuliſſe notat. Schalac quoque auis nomen eſt, ſic dictæ, quòd ad capiendum piſces in mare, vel aquam ſe proijciat, vnde & Onxelos vertit, teſte Kimki. Schaleuma, quaſi captorem, ſeu venatorem piſcium. Nana Chaldaicè piſcis, & Schaſal venari, capere, piſcari: Alij interpretantur Mergum, alij Ardeam, vt recentiores quoq; Iudæi. Sed cùm Mergi potius, quã Ardeæ piſces è mari rapiant, fortè etiã id nominis potiùs conueniet. Kaat, ſiue Kaas nonnulli etiam Ardeã, nonnulli & Mergulum vertunt, alij aliter. Huic finitima videtur Kos, quã exponunt Herodium. Falconem, Nycticoracẽ, &c. Nunquid verò Herodiũ pro Ardea accipiant, vt Græci faciunt, an potiùs pro genere Aquilæ, vt recẽtiores quidam (nam Albertus Aquilam Valeriã, ſiue generoſã Herodiũ vocat) neſcio. Ἐρωδιὸς itaq; Græcis ſine aſpiratione Ardea eſt Plinio etiã Ardeola, vt notauit quoq; alibi [b] Turnebus. Sic vbi Aratus ἐρωδιὸν attribuit prognoſtica pluuiæ, Virgilius, teſte [c] Ioſepho Scaligero, Ardeã interpretatur. Eãdem tamẽ dictionem alij aliter vertunt. Etenim Erodiũ aliqui putarunt eſſe auẽ ex ijs, quas Romani Diomedeas vocant, & Ornithologus Diomedeas, vt anteà alibi quoq; diximus, ex Ardearũ genere eſſe cõtenditi; nos quod de hoc auium genere ſentimus, ibi aperuimus. Suidas Erodiũ Ciconiã eſſe ineptè ſuſpicatur, quæ Græcis πελαργὸς eſt, quare mox tanquam lapſum ſuũ emendãs ſubdit, aut ſimilẽ Ciconię. Omnium ineptiſſimè Procopius Gazęus Sophiſta ἐρωδιὸν, Noctuã, & Veſpertilionẽ &c. aues noctis, & tenebrarũ amicas eaſdẽ eſſe ſcribit. Mergi quoque, vt Perionius tradit ab Arato ἐρωδιοὶ appellantur; quare & Plinius fortè,

Caſida.

Anapa.

a In Com. Leuit.

Ibu.

Schalac.

Schaleuma.

Nana.

Kaat.

Kos.

b Lib. 18. Aduer. 16.

c In collect. in Varr.

vt conijcit Ornithologus, alibi Pulicam pro Ardea ex Græco reddidit: nam & cirrhum Fulicis tribuit, qui sanè Ardeis, non Fulicis competit. Theodorus Gaza in libro de communi animalium incessu etiam pro ἐρωδιὸς vertit Fulicæ, vel potiùs Ardeolæ: quas de Fulicæ,& Erodij nomine æquiuocationes exactè in Fulica notauimus,& aliàs quoq; docuimus, auem quam Aratus κίττην vocat, Vergilium Ardeam vertisse. Apud Hesychium,& Varinum pro ἐρωδιὸς etiam ῥωδιὸς per aphæresin scribitur: pro qua Græca voce apud Albertum hæ deprauatæ leguntur, Anidion, Artadaron,& Morthyos. Eustathius,& Etymologus ἐρωδιὸν, hoc est simpliciter Ardeam dictam conijciunt, ὅτι ἐαρίδρει, ideſt ab eo, quòd sanguinem exudet in coitu, qua de re postea. Alij ἐρώδιον dictam putant, quasi ἐῤῥιδιον, hoc est, auem amori, & Veneri propriam, quam quoque etymologiam mox ventilabimus. Scholiastes vbi apud Aristophanem legitur ἐρωδιοὶ ἐπιλεφόριον λειπανοῖον, cùm nimirum aues vrbem conderent, ἐρώδιος, inquit, nomen sintium est πόα, ideſt, herba. Constat autem lutum quoque ex terra: itaque lutum gestare eas poeta finxit: ac si à terra dicta esset auis. Suidæ verò dicta videtur, quasi ἑλώδιος, à lacubus,& paludibus, quas Græci ἕλη nominant. Ἑλώδιος, teste Hesychio, auis species est, cuius & Scholiastes meminit, innuens dici etiam αἰδώλιον. In textu verò ipsius comici legitur ἐρωδιὸς, vnde suspiciari licet ἰδώλιον, & ἐρωδιὸν eandem auem esse cũ Ardea. Ἐρωγὰς eidem Hesychio ἐρωδιὸς est, quemadmodũ quoq; ἄραμος, & Κερκιθαλλὶς ab eo, & Varino pro Ardea accipiuntur: vnde vbi apud Varronem legitur; *Querquedulæ, Cercuris* illud κίρκυρις, quod à duabus caudis conflictũ est. *c* Iosephus Scaliger adulterinum esse iudicat, & temerè (vt eius doctissimi viri verbis vtar) in alienã possessionẽ irrepsisse. Videri enim potiùs κίρκιτ᾽ αλλὶς reponendum esse. Illud enim, inquit, ἐρωδιὸν veteres Grammatici interpretantur, quanuis discrimen esse scio inter Querquedulã,& Erodium. Certè hæc aliquando confundunt boni authores. Sed vt ad ἐρωδιὸν reuertatur sermo, cùm tria eius ab Aristotele ponantur genera, Pella nẽpe, Albardeola,& Asterias, in dubiũ vocatur, quãnam κατὰ ἐξοχὴν simpliciter Erodium vocet. Philosophus quidem pugnæ Ardeæ cum Aquila mentionem faciens, aliàs eam Erodio, siue Ardeæ simpliciter, alias Pellæ cognomento tribuit, atque *d* alibi Leucorodion Erodio minorem esse tradit, Erodij nomine, sicut ego iudico, Pellon, non Asteriam intelligens. Quamobrem non incongruè, aut absurdè quispiam statuat, afferatq; Ardeam Pellam, siue cineream illi simpliciter Erodium, siue Ardeam nominari, tanquã præcipuam trium eorum, quæ scribit, Ardearum generum. Cuius opinionis quoque fuisse videtur Albertus haud aspernandæ authoritatis author, inquiens, Ardeam esse coloris cinerei; & Kiranides scribens Erodium auem in capite gerere cumulũ pennarũ, veluti comam (aliàs coronam) oblongam: Accedit, quod Germani (vt audio) cum superiores, tum inferiores Ardeam Pellam, siue cineream etiamnũ simpliciter Regher, vel Rheiger, hoc est Ardeam vocãt, exceptis solummodo Saxonibus, qui Ardeam simpliciter nominãtes albam intelligunt. Vnde quanquam pleraque, quæ in hac generali historia dicentur, ad hanc Pellam pertineant: ego nihilominus, vt omnis vitetur confusio post separatim de ea agam. De Ardeæ nominis etymo alij aliter scribunt. Sunt qui ab ardendo sic dictam velint, quoniam fimus eius exurit, id quod contingit: vt & aliarum auium aquaticarum, quæ piscibus viuunt. Nam quarumuis arborum rami, in quibus nidificant proluuie ventris earum infecti exiccantur, & aduruntur. Seruius verò dici vult per antiphrasin, quòd breuitate alarum altiùs non volet: contra Isidorus, & Albertus Ardeam dici volunt, quasi Arduam propter arduos volatus. Quod etymum secutus *e* Iulius Scaliger Ardeas Italis Æronos dici ait, quasi aerios, à volatu arduo; vnde, inquit, Latinum nomen Græca origine ἀ ἐρωδιὸν. Alij, vt Ornithologus & Robertus Constantinus Ardeam vocem Latinã à Græcorum ῥωδιὸς per contractionẽ primæ litteræ, vel per Syncopẽ factam conijciunt. Ardeola quanuis vox sit diminutiua, à Plinio tamen, alijsque doctis simpliciter pro Ardea (Pella nempe, vt suprà ostendimus) vsurpatur. Recentioribus Græcis eadem dictio in vsu fuerit. Nam Demetrius Constãtinopolitanus Ἀρδέλλα, inquit, quam & λ χτάω aliqui vulgò (in Græca lingua vulgãri; vide ne à Laro corrupto sit vox: nam & Lycophronis interpres Erodium Larum esse arbitratur) vocitant, veteres Græci ῥωδιὸς. Albertus Magnus Ardeam quoq; Tantalum dici scribit. Garza, & Airon Italicæ voces latè ad omne Ardeas extendi possunt: nã quæuis peculiare fere nomen habet. Ab Airon Petrus Crescentiensis corruptam vocem Latinam formauit Agiron. Sunt qui Anghiron efferunt. Arnoldus Villanouanus qui & ipse tẽpore scholastico vixit, Agonem appellat. Hispanis similiter Garza dicitur, maximè Lusitanis. Alibi etiã in Hispania Grou, quasi Grus, propter corporis similitudinẽ. Gallis, Heron dictione, vt Perionius & Ornithologus volunt à Græco ἐρωδιὸς detorta abijciendo dio, & mutando lenẽ spiritũ in asperũ. Egò nostrũ Airone hinc demanasse puto, maximè cũ & Sabaudis Airon, & Hey-

Etymon.

c In cõiect. in Varr.

Erodij tria genera.

d Lib. 8. capit. 3.

Erodius simpliciter quam species Ardeæ Aristoteli.

Ardea etymum.

e Exerc. 233.

Garza, & Airon.

Grou.

& Heyron dicatur. Sed quid si Gallicam vocem Heron ab antiquissima Cymbrorũ lingua fluxisse dicamus? His enim, vt mihi expoſuit Io. Cornelius Vvteruerius M.D. qui Delphis Batauorum ſuam patriam debet. Heer houn, ſiue potiùs Heers houn (nam hinc per contractionem Heron detortum eſſe apparet) pullũ, ſiue auem magnatibus, & proceribus dignã ſonat: quod ſane etymum auis dignitati, in qua apud proceres Galliæ habetur, vbi nimirũ Ardeas venari lege cautum eſt, vt refert Io. Bruyerinus Gallus, ſicuti quoque apud Anglos, teſte Virgilio Polydoro, vbi quoque an Heron vocatur, competit: quo enim in honore ſit Ardearum venatio cuiuis notum eſt: & non aliam ob cauſam ſuperiores Germani nonnulli ein Geerganſz, hoc eſt Anſerem procerum nuncupant, quanquam Ornithologus hanc dictionem à Gallorum Heron, aut Græcorum ἐρωδιὸς deductum exiſtimet. Alijs Germanis, & vſitatiùs dicitur ein Reiger: Heluetijs, teſte eodem Ornithologo, Reigel, alijs Reiher, vel Rayer, Friſijs Rarg, Holandis een Reigher, Flandris Riegher: Illyrijs Cziepie, Polonis Zorauu, Turcis Balaxzel.

f lib. 15. de re cib. cap. 66.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

QVAMQVAM communis præceptor *a* Ariſtoteles, eumq; ſecutus Plinius tria tantùm Ardearum, ſiue Herodiorũ genera recenſeat, Leucon nempe, Pellum, & Aſteriam, multò plura tamen reperiri conſtat, adeo vt Oppianus infinita eſſe atteſteturſcribitq; alias breues eſſe, & albas; alias maiores, colore vario: alias mediocres: eſſeq; quibus à capite ceu criſta quædam nutet; alias criſtatas non eſſe. Equidem ego multa, ac prope innumera harum auium genera obſeruaui; ex quibus aliquot deſcribam & depingam. *b* Iulius Scaliger, recenſitis primùm duobus Ardearum generibus ſecundum venatores, ipſe pòſt tertium addit, aliaſque nonnullas Ardeas commemorat, his verbis: *Ardearum duo ſuntgenera venatores Aeronum Italus vtrumque vocat, quaſi acrum, à volatu arduo: vnde nomen Latinum Græca origine ἐρωδιὸν. Album eſt, & nigrum. Sed nigrum quod vocant, fuſcum potius eſt. Altiles aliquot habuimus domi.* Et paulò poſt: *Tertium genus ſubfuluum & etiam nunc Pigrum vulgus Vaſconia vocat. Neſcio, an ſit Taurinorum Vach: videor enim meminiſſe. Albo ſimillima Phœnicopus, maior, minorque Taurini vtranque Garzam Aremorici, minores Egrettas nuncupant. Crurum tantùm rubore ab Ardea differt, &c.* Albertus Ardeæ cinereæ duo genera eſſe ait, magnum videlicet & paruum: & ego duas magnitudine differentes depingam, Aſterias item duas; albas aliquot, nec non etiam coloris caſtanearum.

a 9. Hiſt. cap. 18. lib. 10. c. 60.

b Exer. 233.

Vach. Phœnicopus. Egretta.

FORMA. DESCRIPTIO.

NVLLVM Ardeæ genus priuatim hic deſcribemus: ſed aliquot tantummodo notas adferemus, quæ omnibus ſimul conuenire poſſunt. Roſtrum enim omnibus longum eſt, craſſiuſculum, robuſtum, intus cauum, in extremo acutum, arripiendis tamen piſcibus aptum. Collum habent longum, longiſſimum autem Pella, & Aſterias Crura pariter longa, vt rectè Auienus Ardeam proceram dixerit, & Epicharmus apud Athenæum in nuptijs ἐρωδιὸς μακροσκελοπυγάνυιας. Roſtri itaque colli, & crurum proceritate Ciconia & Grues referunt, cæterùm collum Ardeis magis inuolutum. Digiti pedum terni longi, membranis modicè iuncti, & quartus retrò pro calce ſimiliter longus. Corpus non amplum, leue, & exile, & macilentum, vt rectè Ouidius Ardeam vrbem ſcribit in cinerem redactam in Ardeam auem fuiſſe mutatam, in qua

Roſtrum.

Collum.

Crura.

Pedum digiti.

Et ſinus, & macies, & pallor omnia captant
Quæ deceant vrbem,

eſt conſpicere, *a* Ælianus Ardeis crura rubea tribuere videtur, cùm alioqui inter tot Ardearum genera à me obſeruata vna tantùm rubris ſit cruribus cæterùm clarioris doctrinæ cauſa, illius verba adijciam: *Chiarchus*, inquit, *in India, ſcribit, volucrem amatorio affectu flagrantem, nomine Acrionem (ſi bene memini) naſci parem Ardeæ, rubris ſimiliter cruribus.* (Græcus textus habet ἐχει δὲ καὶ τὰ σκέλη παραπλησίως ἐκείνοις (ἐρωδιοῖς) φοινικᾶ (aliter, quàm ille) *cæruleis.*

a li. 17. de animal. c. 22.

LOCVS.

Vbi degat.

ARDEARVM omne genus circa stagnantes aquas, omnes riuos, paludesq; & lacus versari cernitur, hyeme præsertim, quando & capitur, & mensas subit potentiorum. Quamobrem in agro Bononiensi, Ferrariensiq;, Mantuano, necnon Rauennate propter multos, & piscosos lacus, vnde, *a* teste Philosopho, victum petunt, abundat sicuti postea fusiùs scribemus. In Heluetiæ lacustribus locis numerosè etiam degere testatur Ornithologus. *b* Io. Bruyerinus Campegius, & Bellonius tradunt, in Gallia instituta esse ab ijs, qui Accipitrariæ student, Ardearia, in quibus habitent, & nidificent, pariantq; & pullos excludant, atq; educent: & hos, cùm volandi compotes facti sunt, vltrò, citròq; commeare, deinde domicilia repetere. Ego eiusmodi Ardearia ideo inuenta esse arbitror, vt Ardeæ, dùm feræ desunt, in venatum cedant. Ex Arati prognosticis patet. Ardeas etiam in mari, vel circa mare degere: quod sanè ego nunquam obseruaui: neq; ab alijs obseruatum cerno. Scio tamen, *c* Oppianum scribere, Ardeas, licet ex mari viuant, in terra nidificare: Cæterùm author de natura rerum, Ardeam inquit, quanuis in aquis cibum suum quærat, in syluis tamen, & altis arboribus nidum suum collocare, & vt Stumphius, in abietibus. Sunt item qui dicunt, hoc auium genus supra quosuis Passeres, hoc est aues nidificare, altissimis nimirum in arboribus, præsertim abietibus, ideoq; Aquilam Dauidis locum vertentem, vbi dicitur: *Herody domus dux est eorum*, ita habere, *Erodio domicilium sunt abietes: nam*, inquit, *supra omnes sanè alias volucres nidificat*. Hebraicè legitur Chasida, quam vocem licet alij aliter vertant, doctiores tamen Ciconiæ potiùs tribuunt, vt alibi tradidimus. Ego in agro Bononiensi in pago vulgò Malalbergo nuncupato, omne ferè Ardearum genus in arboribus quidem at multò, quàm abietes humilioribus, & ad quas nisi nauiculis aditus pateat, nidulari obseruaui (locum illum vulgò la Garzara dicunt) Ad quam nidificationem notandã, & singula minutim describenda, & depingenda, vnà cum pictore, & tribus amanuensibus profectus sum, & quæcunq; circa hanc rem ob seruare mihi licuit, lectori hic libẽter impartior. Anno itaq; 1592. circiter idus Iulias, medium, plus, minus miliari Malalbergo per loca paludosa scaphis vecti, tandem in auia, & vix scaphis accessa deuenimus, frequentissimis alnis, fraxinis, & salicibus consita. Verùm neq; peditibus vltrà penetrare licebat, quòd præter radices harum arborum, quibus modica terra adhærebat, nihil esset, quo pedem fulcirent. Cætera enim aqua, & luto profundissimis oppleta Hisce arboribus partim mediis, partim summis nidus passim adhærentes videre erat ex ramulis ipsarũmet arborum, ac virgultis aridis, iunco, ac alga palustri intertextis, constructos. Horum quidã ita truncis affixi erant, vt arboris caudex per medios ipsos adactus videretur; quidã in diuaricationibus arborũ tanquã in furcis stabiliori loco collocabantur, quidã etiam temerè nulla cura aut firmitate appensi. Omniũ verò, licet diuersarum essent auium, tamen cadẽ erat cõpositio, spissa, densaùe virgultorũ congerie rudi textura cõpactorum, ita vt ab infima parte initio sumpto, alijs alia semper imponentes virgulta, tanquam structũ quandã lignorum cõponere voluissent hæ aues. Nam suprema superficie exigua, aut nulla ferè cauitate propemodũ plani erant, adeo vt mirum esset, vbi pullis subsistendi locus in nido fuisset: nam & hęc ipsa planities suprema nõ admodũ ampla, aut capax erat. Aiebant verò accolæ rustici, & aucupes ab initio constitutionis nidos cauitatem, seu sinum satis magnũ habuisse, quam postmodũ pulli grandiusculi paulatim longa mora, ac mole, frequentiaq; depressis, quæ vndiq; extabant marginibus, æquabilem, ac planam reddidissent. His nidis promiscuè quatuor auiũ genera sobolem educant, quorũ primum erat Mergorũ maiorum, quos Aristoteles Coruos Aquaticos vocat, vulgus nostras Mergoni, reliqua Ardearum, eaq; quidem triplicia nempe Albardeolarum, quas Sgarzettas accolæ dicunt, Ardearum ruffarum Sellaribus congenerum, quibus rustici aucupes Squaiottis dant nomen, deniq; partim cinerearum, partim coloris castanearũ, quæ ad pullos referri possunt, & vulgò Squacchi nominantur. Omnia hæc quatuor auium genera in abstrusissimum hunc locum, & hominibus aliàs inaccessum, sed nunc quaſtus causa penetrabilem redditum primo Maio, tanquam in asylũ quoddam tutissimum confluxerant; vt illic in alta tranquillitate sine interturbatorum metu prolificationi operã dare possent, numerosa prole magnum loci domino, qui eo anno erat Illustriss. Comes Iulius Pepulus, adferentes lucrum. Hi enim locatis paludibus, certis aliquot tantũmodo aucupibus, capturam ex nominato pactio concedunt. Cùm nos appulimus, iam sextus erat

a 9. *Hist. cap.* 8.

b lib. 15. *cap.* 66.

c In Ixeut.

Vbi nidificet.

d Ps. 104.

Ardearium Malalbergi descriptio.

Nidos ex quibus cõstruant.

Qua aues ibi nidulentur.

Sgarzetta. Squaietta. Squacchi.

erat mensis Iulij, ouaq; iam diù peperant omnes, adeo vt iam in grandiusculam staturam adoleuissent, & cirrhos in capite gestarent, qui in tenellis, ac pumilis nondum apparent, anolare quolibet potentes, ac prompti. Matutino igitur tempore singulis diebus aucupes tanquam signo dato gregatim alio concedere pastum quæsituras narrabunt: vesperi verò hunc denuò conuenire, & confluere iuuenes cum senioribus, & cum parentibus pullos, quod à nobis sub vesperam adhunc secessum Ardearum aduectis obseruatum fuit. Hac cùm deuenimus, angusto quodam velut ergastulo itipatarum vndiq; arborum, ac truncorũ incluſi, quæ & aspectum & librum in longinqua prospectum omnem adimebant, maximum statim harum auium diuersis vocibus, ac clamosis quidem obstrepentium tumultum percepimus, qui & nostra aures, & syluosa ea loca, paludosaq; longè lateq; complebat, adeo vt vix comites itineris nos mutuò intelligeremus loquentes. Repræsentabat ea res animo nostro rusticorum nundinas, aut tabularum fora, vbi dum quisq; suam agit causam, clamore elato, ac contentionibus magnum murmur perstrepere auditur. Hic promiscuè, ac tumultuosè, tanquam apum quoddam examen, in varia distrahi videre erat, has peruolare, illas subuolare, alias deuolare, nonnullas præsertim Ardeas humi per arborem truncos, aggestamq; radicibus terram discurrere, ac diuagari, alias per summas arbores ramulatim tanquam ludibundas volare. Postea ex his angustijs ad latera versus posticam plagam, quò antea prospicere non poteramus, circumuecti, maximam omnium multitudinem vidimus: hinc Mergorum maximorum quasi atrã nubem, aerem sua densitate obfuscantem, illic Ardearum frequentia summa arborum cacumina, tanquam alpium iuga niue solent, albicantia, quòd Albardeolæ magis arborum verticibus, & aere liberiori in nidamenti ambitu gaudere viderentur. Conueniunt hic quoq; generationi operam daturæ Porzanæ vulgò dictæ, & Falcinelli. Cæterùm quanuis & ciuimodi aues, & Mergi etiam, vt diximus, hìc maximo numero nidificent locus tamen ab accolis, imo etiam Bononiensibus aucupibus à Gazis, hoc est Ardeis, vulgò la Gazara nominari meruit. Galli similia loca Heronniere vocat, Græcè non inepte ἡρωδιοτροφεῖον appelletur. Cur verò ita gregatim nidificẽt, Albertus Magnus causam statuit, metum Accipitrum, atq; aliarũ auium rapacium, qui pullis earum insidiantur. Etenim defendi ab illis nõ possent, nisi complures semper Ardeæ circa nidos versarentur, quæ quoq; causa est, quòd non volent gregatim, nimirum, vt dum alæ nidos, pullosq; custodiunt, aliæ sibi paululum quærant, huc, atq; illuc obuolitando. In Anglia quoq; quòd ibi capitale sit occidere Ardeas hoc auium genus numerosè in arboribus nidos facit, simul cum frugilegis Cornicibus; quinimo harum quoq; nidos occupant, vt testatum reliquit Polydorus Virgilius his verbis: *Nusquam gentium maior Cornicum multitudo, genus equidem auium maleficum. Hæc enim tetra auis eò conseruatur, quod edit lumbricos, alioſq; vermiculos, quibus terra hoc magis abundant, quo est humidior; verumtamen ex altera parte multo plus nocet, quippe non modo maturas fruges deuorat, sed cùm nascuntur, rostro euellit semen, sic vt agricolæ necesse habeant per idem tempus locare pueros per arua cum arcubus, quando voce humana non deterrentur, qui eas abigant, & quia Ardea solet in earum nidis postea insidiari, idcirco huiusmodi infelices aues circa villas nobilium, qui Ardearum aucupatu delectantur in summis arboribus, quibus, villæ ipsæ ventorum flatus vehementiores vitandi causa, circumsepiæ, sunt, impunè nidos faciunt, atque ita genus durat cum magno agricularum damno.* Hæc ille, ex quibus sicuti quoq; præcedentibus omnibus vel cuiuis liquidum esse puto, Ardearum genus loca paluſtria habitare, & in arboribus nidificare. e Georgius Agricola, Ardeas enumerat inter eas aquaticas aues, quæ temporibus hybernis se conferunt ad lacus, & fluuios in Austri partibus sitos, qui frigore non congelant, aut ad aliquam fluminum partem, cui aqua nõ conglaciat. Obseruantur item hyeme loca alia calidiora quærentes migrare aliò, & sub æstatem, vel nouo vere ad loca solita reuerti: Atq; hoc modo Ægypto in Styriam elapso frigore redire Ardeas scribit f Ricardus Bartholinus canens.

Porzana.
Falcinellus.
Heronniere.
Herodiotrophion.
Cur gregatim nidificent.
Cur in Anglia abundent.
Cornicum multitudo & noxa.
e Li. de animal. subter.
f Lib. 11. Austriad.

Non ter Caucaseas cum frigida tempora syluas
Deliituunt, auibusq; negat suap apula Memphis
In Styriam præpes denas agit Ardea turmas.

In quorum versuum explicatione Iacobus Stendelius asserit, sese obseruasse aduentante æstate, ingentem Ardearum vim in Styriam aliunde aduolare. In multis noui orbis locis quoq; Ardeæ numerosè conspiciuntur, nominatim verò in duabus insulis Africæ, quæ ab incredibili earum multitudine Isole delle Garze, ideſt, ardearum insulæ dici meruerunt. Etenim cùm primùm eas occuparent Hispani, tantam ibi ouorum harum auium inuenerunt copiam, vt multos ijs currus onerarent.

Isole delle Garze.

NATVRA. INGENIVM. MORES.

Aues plerique Oculos petunt, Ardeæ præsertim, & cur.

VERE atq; æstate fœtificat, vt paulò antè etiam meminimus. Plerisque auibus in more esse solet, vt oculos petant, hoc autem priuatim de Ardea scribit quidam Anglus, fortè quod hæc ceu peculiare illud habeat. Quid si id ad ingenium auis referatur, quæ nimirum cùm corpore sit aduersus noxas admodum imbecilli, oculos cruêdo se defendat? Celebrat huius auis in Venere continentiam, atque temperantiam Michael Glyca his verbis: Hunc *a* Herodium tanta præditum esse castimonia tradunt, vt cùm ad Venerem accessurus est, dies quadraginta mœreat. Nam auis hæc est in mœrore, si quando necessitate sic exigente, mutuam ad coniunctionem pertahitur: quasi quiddam inde sibi ingratæ rei accidere significaret. Quæ si vera sunt, quid nos quæso facturi sumus? Qui beneficio rationis ornati, nihilominus vitæ voluptatibus sumus addicti. Equidem Claudius philosophus Ardeam Veneream esse negans, Mineruæ castitatis præsidi potiùs sacram esse ait, iuxta poetam:

Ardea temperantia in Venere.

a Lib. 1. Annal.

Ardea cur Mineruæ sacra.

Τοῖσι δ' ἀξιὸν ἦγε ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδῖτο
Παλλὰς Ἀθηναίη, hoc est.

His autem fallam misit Ardeolam prope viam
Pallas Minerua.

Cæterùm alij volunt contrà, Venereum auem esse, & ἐρωδιὸν Græcis dictam aiunt, quasi ἐρωτιδίαν, ἀπὸ τῆς ἔρωτος, ideſt, ab amore amatoriam. Sed respondi fortè posset, Ardearum cũ multa sint genera, alias Veneri, alias Mineruæ sacras, hoc est, alias ad coitum procliues, alias continentes esse. Antipelargia licet à Cíconijs nomen inuenerit, nihilo minus in hac quoq; aue celebratus, præcipuè ab Ælíano, qui & parentes pullos suos eadem cura, qua Ciconiæ solent, alere scribit, & *b* rursus pullos, suos parentes. *Ciconiæ*, inquit, *cùm aliunde pullis aienatis cibum comparare nequeunt, esculenta, quæ prius edebant, euomunt, atque in educandos fœtus conuertunt; & ad volandum pullis imperitis duces sunt. Pulli rursus exacta ætate parentes alunt, etiã humanis hoc legibus nullis factum iubentur. Herodios, & Pelecanos idem facere audio.* Sic ille. Quod si ab Accipitre, vel Falcone, vel alia quauis rapace aue, vel ipsa parens, vel fœtus infestari contigerit, tunc sese hoc modo defendere obseruatur, excrementi sedem illic opponunt, & stercus putridum emittunt, quod si Accipitrem tetigerint, pennas eius non putrefaciunt tantùm vt Albertus, & author de rerum natura aiunt, sed exurunt etiam, non aliter ac arborum frondes, adeo vt *non immeritò nonnulli ab ardendo Ardeam dictam velint.* Cæterùm quemadmodum hanc comburendi facultatem in excrementis suis agnoscit hoc animal, & multis in ipso cum Accipitre certamine admirationi est, ita profectò lõgè magis in eo admirandũ est, quod *imminente pluuia, supra nubes euolet*, ac si planè calleat à nubibus pluuias oriri: qua in re cæteris auibus multò prudentior est, quæ quidem futuras iam pluuias optimè quidem præsagiunt, sed eas vitare nequeunt; quod faciunt Ardeæ, *dum* supra nubes pluuiæ fomenta quam altissimo volatu sese effert, vt inter alios plerosque grãuissimos authores testatum reliquit Virgilius:

Ardearum pietas.

b l. 1. 3. de animal. cap. 23.

Cur supra nubes euolet.

—— *Nouaq; paludes*
Deserit, atque altam supra volat Ardea nubem.

Non minorem ingenij aciem in deuorandis ostreis demonstrat: Nam cùm eiusmodi animalium genus, durisculæ testa obuestiatur, Ardea verò earum esu maximopere inhiet, cogitur vnà cum testis ea deuorare: sed nõ ignorat, calore interno aperienda iri: quamobrem paulò pòst vbi aperta esse credit, iterum ea euomit, & carnẽ à testis separat, eodem planè modò, vt de Pelecano diximus. Pisces quoq; industria summa, ac dolosè, teste Oppiano, capiunt, nimirum solis radios ita excipiunt, vt pisces visa ipsarum vmbra refugiat. In canceris contra fascinationes facultatem inesse nos quodãmodo videtur docere, quando eos ceu fascinationis amuletum, vt fœtus suos defendant, nidis suis imponunt, si Ælíano, & antiquissimo Zoroastri fidem adhibeamus. Postremò cancro sese aduersus infestantia nidos suos animantia munire norunt, & cùm ægrè habent, malum eo propulsare.

Ostreas quomodo velet.

Vt pisces capiat.

Cur cancros edant.

Cancro vtitur, & cur.

In lucta.

COITVS.

NONNVLLI, vt suprà monuimus, Erodij etymum ab amore, qui ἔρος Græcis dicitur, deriuant, auem Veneream esse, & procliuem in amplexus asserentes. Quod profectò etymum ad Erodium simpliciter dictum, nimirum Ardeam Pelam, meo iudicio, vix spectet: nam cùm author sit [a] Aristoteles, Ardeam Pellæ coitum esse difficilem, vociferarique, & sanguinem ex oculis dici omitti, parere etiam ægrè, & summo cum dolore, non videtur dicendum, auem in venerem pronam esse. Quam de difficili coitu sentiam alij aduertentes, Erodium dictum contendunt ὅτι ἐαρ ἱδροῖ, quòd sanguinem (in coitu) exudet. Idem ex Aristotele repetit Plinius. Et [b] Theophrastus, *In animalibus quadam*, inquit, *vt vel contra naturam eueniunt, vt Araeæ coitus, & ephemeri vita.* Ornithologus de Ardea mare id intelligendum esse arbitratur: quoniam Græcè legitur apud Theophrastum: ὥσπερ ὁ ἐρωδιὸς ὀχεύει. Sed cùm Aristoteles Ardeæ partum quoque difficilem esse scribat, ad fœminam quoque illud extendi queat. Sed [c] Plinius coitum in mare præcipuè difficilem esse vult, partum verò in fœmina. *Hi*, inquit, *in coitu anguntur. Mares quidem cum vociferatu sanguinem etiam ex oculis profundunt. Nec minus ægrè parunt grauidæ.* Ego verum esse non puto, eos in coitu sanguinem sudare: hoc namque [d] Philosophus ex aliorum relatu prodidit. Et inter recentiores Albertus Magnus: *Ardeas*, inquit, *dicunt aliqui, tanto dolore coire, vt lachrymas sanguineas oculis emittant: quod ego falsum puto. Vidi enim ipse sæpe coire Ardeas, & ouaparere, nec quicquam tale experiri potui. Sed sicut reliquæ aues, quarum longa sunt crura similiter, & ardea coit cruribus super dorsum fœminæ flexis, ita vt pedes maris ad caput fœminæ sint, & genua versus excrementi sedem super dorsum: & tunc motu alarum se sustinens locum conceptionis fœminæ contingit, ac semen infundit.*

[a] 9. Hist. cap. 18.

Sanguinem exudat in coitu.

[b] In Metamorph.

[c] lib. 10. cap. 60.

[d] 9. Hist. cap. 18.

Sanguinem nõ emittere in coitu.

Quomodo coeat.

VOX.

Κλάζειν quamuis Pollux Aquilarum proprium esse scribant, tamen ad aliarum auium voces quoq; extenditur, & Eustathius auium esse ait, quę leuiusculum clamorem, & clangorem edunt, & minus esse, quàm κεκράζειν. Et vbi [a] Homerus de Thersite ait: Ὀξέα κεκληγὼς λέγ' ὀνείδεα, annotat, cum non simpliciter βοᾶν, sed κλάζειν; ad ostendendum τὸ ἄλογος τῇ φωνῇ: esse enim κλάζειν animalium ἄλογον, vt Gruum, suum, item sagittæ, quæ emissa stridet: ideoq; paulò post ab Vlysse cum vocari λιγὺν ἀγορητήν. Transfertur etiam ad homines, dicitque plerunque de ijs, qui in impetu in hostes clangenti similem vocem edunt, & aliquoties apud eundem poetam de Hectore in Græcos irruente. Porrò deriuat hoc verbum Etymologus à κλάω significante φωνῶ. Eustathius verò à κλάω propriè accepto, à quo simul & κλάδα deducit, vt nimirum hoc verbo κλάζειν significetur quidam auium κλαυθμός, qualem esse vult Aquilæ, quæ à Dracone icta eum dimittebat in exercitum Troianum: nisi fortè aliquis verisimilius esse putet hoc vocabulo, quandam veluti fractam vocem significari, qualis est auium clangentium: inter quas Ardeam quoque idem poeta recensere videtur. Ait enim:

[a] Iliad. B. *Thersitis vox.*

——— Οἱ δ' οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Νύκτα δι' ὀρφναίην ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν.
——— *Hi autem non viderunt oculis*
Noctem perobscuram, sed clangentem audiuerunt.

VICTVS.

ALBERTVS Magnus Ardeam *semper voracem ait, quoniam, vt Mergus, cibum* ferè crudum excernat, hoc est, vt interpretatur Ornithologus excremẽtũ liquidũ. Ardeæ *liquidam egestionẽ audio Hollandis in prouerbiũ abijsse de ijs, qui nimia* alui lubricitate vexatur. Vescitur autem in primis piscibus, & non minoribus tantùm, verũ anguillas quoque integras deuorat. Sed interdiù solùm, vt priuatim de Pella memorat Aristoteles, quã nos simpliciter ei Ardeã dici antè demostrauimus. An verò etiã noctu piscium

Ardea vorax est.

Quibus vescatur.

[a] 9. Hist. cap. 18.

In decim. Iradis. Pisces sponte ad Ardeam accurrunt.

Adipis Ardearū vis.

scium venationi operam dat, vt Eustachius tradit, ab aucupibus esset petendum. Fama est dum per aquas venatura pisces, incedit Ardea, illos huius pedibus non sine desiderio adnatare, & velut se deuorandos præbere. Coloniæ Agrippinæ inferioris Germaniæ vrbis celeberrimæ incolas alibi scripsimus ex relatu Io. Bachouij & accolas rusticos pro certo sibi persuadere, imo pro compertο asserere Ardeas, quæ eo loci satis frequentes sunt, hac vi pollere, vt ad pedem, si in aquæ imponant, tanquam ad illicium quoddam, siue ad escam frequentes pisces adnatent: quibus vltrò accurrentibus, & deuoratis famem solentur: eam ob causam eiusdem vrbis pharmacopolas adipem venalem semper asseruare, & piscatoribus in piscandi vsum vendere. Idem de suis pharmacopolis tradit Ornithologus, qui pariter in libro quodam Germanico manuscripto hæc verba reperisse sese asserit: Si pedes Ardearum destillentur per descensum, & oleo inde collecto inungantur manus, pisces sponte adorabunt, vt comprehendi possint. Sed quod hic de pedibus dicitur, qui Germanicè dicuntur die fusz, Ornithologus de pinguedine intelligi mauult, quam Germani die fiefzre appellant. Pedibus verò eam vim inesse ex superioribus constat.

Ardea ostrea deuorat.

Ostreorum insuper voracissimas Ardeas esse testantur Ælianus, & Plutarchus, quorum carne quàm industriè potiatur, ante notauimus. Plinius soricum fœtibus quoque insidiari has volucres tradidit eorum nimirum, qui agros habitant.

VOLATVS.

a Lib. de incessu animal.

ARISTOTELES a Ardeæ, sicut etiam reliquis aquatilibus auibus vropygium inutile esse docet, proindeque volare pedibus retrò extensis. In eo tamen ab Anseribus discrepat, quòd hi, teste Alberto, extenso collo volent, hæ verò contracto. Est autem eius volatus sublimis, & arduus, adeo vt hinc dicta putetur. Volat autem tam altè, vt supra nubes transcendat, maximè cum iam futuræ imminent pluuiæ, quod Virgilium non latuit: cuius testimonium paulò antè citauimus. Meminit etiam

b Lib. 5. de bell. pharsal.

Lucanus canens:

——— quod anser volare
Ardea sublimis pennæ confisa natanti.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

Inimici Ardeæ.

a 9. Hist. cap. 18.

Alauda.

Pipo.

Hippos.

Larus albus.

Aquila.

Falcones, & Accipitres.

INIMICOS non paucos habet Ardea, Amicos paucissimos, imò fortè præter vnicam Cornicem nullos, quam ei amicam esse scribunt a Aristoteles, Ælianus, & Plinius. Ex inimicis in primis est (vt à debilioribus auspicemur) Alauda, à qua, vt ait Aristoteles, eius oua diripiuntur, & Pipo, siue Pipira: quam auiculam idem Aristoteles, apud quem legitur Græcè Hippos, Ardeolæ oua, & pullos violare author est: quare vbi apud Hesychium legitur, ἵππος, ὄρνεον πολεμιον ὡς τισι, ἐφάδιος, teste legendum iudicat Ornithologus ἐρῳδιός, hoc sensu. Pipo auis est inimica Ardeæ, vt aiunt. Philes albos Laros quoque ait odisse, sed huius odij ratio fortè occulta non fuerit, quoniam vtraque auis piscivora est. Aquila quoque ceu gratam escam Ardeam inuadit, *vipote*, inquit Aristoteles, *valens unguibus, ipsa autem repugnando emoritur*. Eadem ratione Falcones, atque Accipitres Ardeam inuadunt, eique insidias struunt: hæc verò quomodo Accipitrem excrementis suis repellat, diximus: cùm autem fugit Accipitrem, in altum euolat, teste Alberto, & planè nobilem, & spectabilem dimicationem exhibet. Mirum est, quod narrat Crescentiensis, nempe ferri, Falcones, si sanguinem Ardeæ gustauerint, omne desiderium capiendi Grues amittere: si verò carnes solum sine sanguine ederint, hoc vitium incurrere non credi. Solent autem venatores Ardearum ex eis Falcones alere, quod

b Cant. 29. Stan. 56.

meminit etiam b Ludouicus Ariostus:

Aquella guisa, che veggiam tal'hora
Farsi d'vn'Aeron, farsi d'vn pello,
Quando si vuol de le caldé interiora,
Che Falcone, ò ch'Astor resti satollo.

Author de natura rerum in Ardeæ captura, duos Falcones relaxari ait, vnumq; summa petere,

tere, alium præter terrã volare, vt videlicet ille volantem Ardeam impulsa præcipitet, hic præcipitatã arripiat. Idem rursus Falconum, inquit, genera duo sunt, alterum nobile, quod auem vsu paruo naturaliter capit: alterum ignobile, ac vile, quod nonnisi multo labore, & maceratione assuefactum hoc facit. Hoc postremum genus, cùm Ardeam ad terram impulerit, & iam prope fuerit, vt eam capiat, Ardea anguillam, vel alium piscem quem recens vorauerit, euomit, & tunc Falco liberè eam volare permittens, piscem ceu minus fœtidum cibum sibi oblatum præferens, ocyus apprehendit: at Falco nobilis piscem eiectum vilipendens, Ardeam ipsam aggreditur. Hæc ille. Ardea autem cum videt sese impeti à Falcone, in altum euolat, & non vt cæteræ aquaticæ aues fugam capescit, & vbi animaduerti, se in angustum esse redactam, rostrum supra alas extendit sursum, gnara Falconem impetu, & impulsu quodam sese inuasurum, atq; ita quàm sæpe Falcones rostro in pectus eorum adacto conficere visa est. Descripsit nobis hanc eandem Ardeæ, & Falconis pugnam satis luculenter Ambrosius Pareus his verbis: Ardea vbi Falconis alarum remigio elati, rapida celeritate depressam, & infrà positam se intuetur, rostro, quod prælongum habet, & acutum sub alis condito, ac sursum elato, pugnæ ardore, & prædæ cupiditate occæcatum, & incautum ipsum deuolantem, & irruentem excipit, vt eo semel Falco medium pectus induat: adeo vt ambo sæpe elisis interaneis humi affligantur enectæ. Quòd si arte, & felici corporis declinatione insidias illas Falco illæsus effugerit, Ardea nihilominus deiecta, & deturbata, receptui stentorea voce magistro canente, in prætentum pugnum pinnarum rotato scapo reuocatur. Habet præter aues inimicam etiam vulpem, à qua teste philosopho, noctu capitur, & sorices, si Plinio credimus scribenti, dissidere sorices, & Ardeolas inuicem fœtibus insidiantes. Verùm iste Plinij locus multis suspectus est arbitrantibus pro Hippo, siue Pipone ex Aristotele soricem vertisse: quod notat quoque [c] Adrianus Turnebus. Postremò cochleæ, teste Æliano, Perdices, & Herodios idcirco defugiunt, quòd eos pernoscunt penitus hostes sibi esse: nec cernere est limaces, vbi illi versentur: eos tamen naturali quadam astutia cochleæ quædam præstantiores decipiunt, & circumueniũt: siquidem ex natiuis testis egressæ, in magna securitate pascuntur: aues autem in testas inanes tanquam in easdem illas inuolant: vt verò nihil inuenerint, eas vt sibi inutiles abijciunt, atq; ex aberratione, qua hostes fefellerunt seruatæ ita in testas, tanquam suam propriam domum reuertuntur. Hæc Ælianus.

Falconum genera vt Ardeas capiant.

A Falcone quomodo se tueatur.

Vulpes.

Sorices.

[c] *Lib. 18. Aduers. 16*

Cochleæ Ardeas fugiunt.

Limaces, vbi nõ sint.

PRÆSAGIA.

ARDEÆ, inquit [a] Oppianus, hominibus carissimæ sunt, & ætatis, hyemisq; tempus præsagiunt, capita scilicet pectori imponunt, coq; maximè inclinant, vnde concitatissimus ventus expectari debet. Alibi nautis priuatim Ardeam amicam auem proscribit esse, & illæsam debere seruari, quoniam hæc, quod Accipitres in terra venatoribus, hoc in mari piscatoribus significare credatur. Quadrupliciter verò potissimùm aliquid præsagit, vel cùm caput, vt dictum est, pectori imponit, vel cùm altum volat, vel cùm plus solito obstrepera est, vel cùm medijs in aruis, vel vt Plinius habet, arenis tristis residet. Cùm enim altiùs solito volare obseruatur, tempestatem significat, vnde Virgilius inter signa tempestatis futuræ, qua non sit tutum nauigare, ait:

——— *Notaq; paludes*
Deserit, atque etiam supra volat Ardea nubem.

[a] *In Ixeut. Aestatis, & hyemis præsagium.*

Ardea nautis amica, & cur.

Tempestatis præsagium.

Idem repetit Albertus, idem etiam Isidorus. Sin obstrepero clangore (& inconcinno volatu interpres Theon adijcit) è mari ad terram aduolet, Aratus ventum, & tempestatem imminere asserit. Idem quoq; author inter imminentis pluuiæ signa hanc auẽ ponit, quando terra relicta ad mare multo cum clangore festinat: quem postremum locũ Auienus sic reddidit.

Cum procera salo repetit langore (clangore) *frequenti*
Ardea.

Venti, & tempestatis præsagium.

Vnde vbi Gillius ex Aeliano scribit, *triste sonantem Ardeam tempestatem denunciare, eandemq; ad mare rectà proficiscentem pluuiam portendere*, Ornithologus rectè pro triste, legendum, aut vertendum putat obstreperum, quoniam, hoc præsagium Aelianus ex Arato videtur esse mutuatus. Cæterùm meus [b] Aeliani codex, quem idem Ornithologus restituit, & correxit, sic habet: *Quod si turbulentè clament*, (Grues) *& ordine turbato volent, acerbam tempestatem denunciant. Hoc idem sonans in matutino crepusculo Ardea præsignificare existimatur, vt idem Aristoteles obseruauit: eademq; ad mare rectà proficiscens pluuiam portendit.*

[b] *lib. 7. de animal. c. 7*

Sic ille de obstreperi volatus significatione Aristotelem citans, quamquam hoc apud ipsum non reperias; quare postremum tantummodo illud de volatu ad mare, ex Arato transcripserit, vel memoria lapsus Aristotelem pro Arato citauerit. Ego idem ferè lego apud Theophrastum, nimirum Ardeolam matutino clangore imbres, ac ventos denunciare, & si ad mare volitans clamauerit, pluuiam potiùs, quàm ventum portendere, item si magnos det clangores, & diuturnos flatus spondere. Porrò in medijs arenis tristis hyemem, teste Plinio, *indicat. Atq; hæc de præsagijs dicta sunto, summatimq; dicamus Ardeam notas paludes admodum querulam effugientem, & medijs in aruis tristem residentem, aut supra altam nubem volitantem, futuram pluuiam, & tempestates præsentire tradi, nimirũ propter iniurias, quas ex præuisa cum ventis pluuia sibi timet, itaq; loca hisce minimum obnoxia captare, & ambire. Nam imbecillum corpus, & noxæ impatientissimum gerit, vnde imprimis ob cutis raritatem à motis vaporum affluuijs, & fatigante Austro grauatur,* quare illa querimonia, & ad comparandum calorem volatus.

e lib. de lig. pluuia.

AVGVRIA.

AVIVM, quæ in augurijs apud priscos obseruabantur, aliæ aliter auguria faciebant, aliæ nempe voce, oscines dictæ, aliæ voracitate, vt pulli, aliæ volatu, quas præpetes dicebant, in quibus recensetur & Ardea nostra: quare, & præpes vocatur a Ricardo Bartholino hoc versu:

In Styriam præpes densas agit Ardea turmas.

Ardea præpetibus adnumerata. a Lib. 11. Aldrouandi

Porrò augurium eius felix habebatur, vnde a Ælianus, vt affirmet, probetq; Homerum Noctuam inauspicatam statuisse, ait, ipsam Mineruam Diomedi ad castra Troianorum *exploranda proficiscenti, Ardeam è flumine egressam auspicatò mittentem introducere* non autem Noctuam, quanuis aliàs gratam ei Deæ volucrem. Quod autem, inquit Ælianus, Iliaca regio, sit irrigua, vel ipsemet Homerus fuerit idoneus testis, vbi pugnam ad *muros Ilij describit. Homerus autem postquam Vlyssem, & Diomedem socios, itineris prosecturos* speculatum castra Troianorum Palladis opem imploraſſe scripsisset, signum futuram eam illis auxilio ponit Ardeam in via clangentem, eamq; vocat faustam hoc versu:

Ardea augurium felix Noctua infelix.

Τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἰοδόκος ἀγχόθι ὁδοῖο, hoc est,

Illis autem faustam misit Ardeolam prope viam.

b Lib. 10. cap. 17.

Ad quem poetæ locum commentans Eustathius, Gauisus est autem, inquit, *Vlysses hac aue, vir scilicet prudentia celebris aue præsaga. Nam quòd Ardea insidiantibus lætum* auspicium faciat, Hermon testatur. Cæterùm, quod illi auem audiuerunt tantùm, non etiam viderunt, significabat ipsos quoq; non venturos in hostium aspectum, sed *tacitus tale* designaturos, quod hostes omnino auditu cognituri essent. *Quod si sapiens fuisset Vlysses deterreri hac aue potuisset, quasi periclitaretur deprehendi, & non latere, sicut nec ab* Ardeæ clangor *ipsos latuit.* Venatur autem Ardea noctu (Aristoteles hoc eam *interdiù facere scribit*) *in aquis, & paludibus, & rapax est: quamobrem Minerua non Noctuam sibi* sacram, sed Ardeam eis mittit, palustribus scilicet circa Scamandrum locis conuenientem. Porrò Zopyrus pro voce παλλὰς scribit φελλὸς, vt rapina significantiùs designetur: *quasi verò hoc genus Ardeæ cæteris sit rapacius. Plutarchus in libello cur Pythia non amplius* carmine respondeat, Deum se se putare ait, Ardeis, & Trochilis, & Coruis ad futura enuncianda vti.

DENOMINATA.

ARDEA vrbs, quam a Strabo Rutulorum habitationem olim fuisse scribit, & Virgilius meminit Turni regiam fuisse canens:

Ardea vrbs a lib. 7.

Audacis Turni ad muros: quam dicitur vrbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis,
Præcipiti delata Note: locus Ardea quondam
Dictus auis, & nunc magnum manet Ardea nomen.

Alij verò conditam scribunt à Pilumno Iouis filio, & Turni ab auo, alij ab Ardea Circes, & Vlyssis filio. Xenagoras enim apud Dionysium author est referente Golzio, Vlys-

Vlyssem ex Circe tres suscepisse filios, Romum qui Romam, Antium qui Antium, Ardeam, qui Ardeam vrbes tres, datis ijsdem de se nominibus condidissent. Cæterùm Seruius hanc vrbem ita dictam putat quasi arduam, hoc est, vt ille inquit, magnam, & nobilem: Higinumq; carpit, qui in Italicis vrbibus ab augurio auis Ardeæ, Ardeam vrbem dictam voluit illud nanq; inquit, Ouidij in metamorphosi fabulosum est, incansam ab Aenea Ardeam, & in hanc auē esse conuersam. Hinc ciues Ardeates dicti, vt ab Ardia Illyricæ ciuitate Ardiæi

10 Stephano. In huius vrbis agro, teste Vitruuio fontes frigidi, odore sulphureo fœtidi, quod insuper notat *d* Boccatius. Est & Ardea vrbis Persidis Ammiano Marcellino, Xiphiam, hoc est Gladium piscam Galli indigere vocabulo Ardeam maris vocant, authore Bellonio. Ijdē Galli Falcones Ardearum venatores vulgo Heronniers appellant, & Germani Reiger Falcken. Heronniers vrò Gallorum fortè fuerint Hierofalchi recentioribus dicti, quos Paulus Iouius Ardearum hostes esse scribit. Albertus magnus Erodialis lapidis meminit: cui cùm Herodius Aquila sit, suspicandum est, illum lapidem eundem esse cum Aetite. Ab hac eadem Ardea Sipontino Ardelio deriuatur, sicut à stella Stellio. Ardelio autem hominem significat inquietum, qui huc, & illuc semper vagatur: vnde Martialis:

Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle,
Vt dicam, qui sis? Magnus es Ardelio.

Vlyssis ex Circe filij.
Ardea vrbs vnde dicta.

b Lib. 8 c. 3
c Lib. de fontib.
d Lib. 23.
Gladius pisces.
Herõniers.
Erodialis lapis.
Ardelio quid, & vnde dictus.

LOCVS DAVIDICVS DE HERODIO EXPLICATVR.

HERODIVS *domus*, inquit Psalmographus propheta, *dux est eorum*, nempe passerum, ideſt, Herodius præest passeribus, vel ducit auiculas ad illum locum, vel *index est viæ, vel iuxta D. Chrysostomum, viam passeribus ad nidulandum ostendit*, quia auium prima nidum struit, vel Herodij nidus altior est alijs. Iuxta alios ducem esse, est præcellere vel anteire reliquas aues: indeq; alij aliam rapacem auem esse somniãt. Incognitus quidam in psalmos ad hunc locum commentans, *Herodium auis nomen esse* ait prædatricis, quæ volatus pernicitate cæteras vincat, quòd cùm corporis mole non premitur, alarum magnitudine, & leuitate facilè in altum euolet, atque ideo Aquilam etiam impetat, atque hæc auis, inquit, alio nomine vocatur Falco Glossæ quoq; Herodius auis est rapacissima, & omnium volatilium maior, quæ, inquit, & Aquilam vincit, & per quam *intelliguntur rapaces, superbi, & magni peccatores. Est* sanè ridiculum credere, Herodium hoc loco auem esse rapacem, cùm alio qui passeres alios hoc est alias aues simul cum eo nidulari dicat propheta, & illi non negent. Quare nec Symmachus rem acutetigit, Miluum vertens; quia & hic auis est rapax, neque D. Augustinus, & Arnobius, Fulicam vertentes, quæ in arboribus non nidulatur: neq; fortè hic rectè Herodius legitur, hoc est, Ardeodea: nam quanuis hæc in arboribus nidos construat, nidos tamen prope aquas maximè quærit, & certè in cedris, siue abietibus, vt alij vertunt, nidificare, ad Ciconiæ potiùs naturam spectat, illius potissimum, quæ montana *nominatur & cuius ego iconem suo loco* dedi. Qui igitur hoc in loco per Herodios, magnos, superbos, rapacesq; peccatores interpretantur, *Dauidis mentem meo iudicio*, non assequuntur, quin ego contrà interpretor pios, piorumq; protectores, & humilium.

HIEROGLYPHICA.

PIERIVS *a* Valerianus in hieroglyphico, cuius titulus est, EXANGVIS DE NEQVITIA REDDITVS, hominem, inquit, ita libidinis vsus confectum exhaustumq; vt propemodum exanguis sit effectus, ostendere qui vellent, Ardeolam illam Pellam pingebant, quæ Græcè ἐρωδιὸς dicitur: ea de coitu ita angitur, vt sanguinem ex oculis emittat, remque summo cum dolore peragat, clamore vasto, atque admodum insuaui difficultatem attestante.

a Lib. 25. hierogly.
Hominis nimia Venere confecti, exhaustiq; hieroglyphicũ.

VSVS IN CIBIS.

a Lib. 13. salub. cap. 4.

LEGIMVS, Ardeam carnis esse fœtidæ, & parum salubris. Bellonius tamen Gruibus præfert, carneq; ait, esse sapidiori, & teneriori. Pullorum caro præfertur: nam adulitiorum grauiter olet. a Alexandrinus cùm Onocrotalum prorsus à mensis remouendum esse dixisset, subinde subdit: de Ardea tamen, cuius creber ob frequentem ex aucupio illarum capturam, aliquando in cibis vsus in tantùm, pisculenti dicendum, quid subolere eam gustatu, fibrosamq; in primis, ac præduram esse, nisi præparatione optima condiatur bene macerata prius. Apud nos sanè in pretio non sunt, cùm alioqui sit copia. Galliæ proceribus potissimum, quæ colore est cinereo, nunc in honore est, teste *b* Io. Bruyerino, & Bellonio, qui illic regium cibum vocari scribit: non commendatur autem ob cibos tantùm, sed ob voluptatem, quam in venatu eius capiunt, quo quidem nihil admirabilius, iucundiusq; esse potest. Gulæ artifices Ardeam pectore in cibis solùm placere nouerunt, pro ætate autem diutiùs assari debent. Possunt, & pastillis includi, vt in Gallina præscripsimus.

b Lib. 15. de re cib. c. 66.

Qua parte placeant.

VSVS IN MEDICINA.

Lib. 30. cap. 15. Ad somnũ alliciendũ.

ROSTRVM Ardeolæ in pelle asinina fronti adalligatum, somnos, authore a Plinio, allicit, putantq; per se rostrum eiusdem effectus esse vino collutum. Repetit hoc paulò aliter Kiranides, nimirum sic: Herodij ramphum (ramphos potiùs, ideſt, rostrum, interpres ineptè vngulam transtulit) cum cancri felle in corio asinino, si suspenderis ad collum vigilantis, dormitabit. Si quis in conuiuio panum, in quo est ramphos (ideſt rostrum Ardeæ) in vino deponat, bibentes obdormient. Hippiatri quidam Germani, referente Ornithologo, equorum oculos illini, & lauari iubent Coturnicum, vel Ardearum apide, vt sani, & clari fiant. Arnoldus Villanouanus, quicunque hæmorrhoides crebrò experiuntur, præsertim pulsantes, inter alia Grues, & Agrones præcipuè iubet cauere.

Ad oculorũ affectus in equis.

FABVLOSA.

a Lib. 14. Metam.

TVRNO Rutulorum rege ab Ænea interempto, vrbs Regia Turni incendio in cinerem redacta fuit, ex qua a Ouidius volucrem emersisse fabulatur, quæ non solùm patriæ eius nomine vocaretur à posteris Ardea, sed in qua etiam captæ ciuitatis velut monumenta, signaq; conspicere licet, vt sunt in primis sonus, pallor, maciesq;, canit autem.

—— Turnusq; cadit, cadit Ardea Turno
Sospite dicta potens, quam postquam barbarus ensis
Abstulit, & tepida patuerunt tecta fauilla,
Congerie è media tum primùm cognita prapes
Suscitat, & cineres plausis euerberat alis:
Et sonus, & macies, & omnia captam
Quæ deceant vrbem; nomen quoque mansit in illa
Vrbis, & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

b In Ixeut. Thamyris cuperbus cantor.

Alia de Ardea fabula legitur apud *b* Oppianum his verbis: *Ab Ardeis victum ex aquis primùm inuentum aiunt, reliquas ab eis didicisse cùm victus vnus inttio omnibus esset auibus; deinde cùm gloriarentur hoc inuenio, & ne ipsum quidem Neptunum natando cum eis contendere posse iactarent, hanc irato Deo amisisse, quod etiam Thamyridi superbo cantori ex Musis attigisse aiunt. Hinc adeo reliquæ omnes aues captandis piscibus mergantur in aquam. Ardea natandi facultatis expertes in littore stantes venantur.*

DE

DE ARDEIS IN SPECIE, & primum de Ardea Cinerea maiore. Cap. IX.

SYNONYMA.

QVANVIS [a] philosophus tria tantùm nominarit Ardearum genera, hancq; de qua nunc priuatim sermo est, πελλὸν cognominet, pleraq; tamen synonyma in præcedenti capite Ardeæ simpliciter dictæ attributa, huic conuenire, imò fermè totam historiam ex ipsomet Aristotele clarè, ni fallor, demonstraui. Dicitur autem hæc Ardea Aristoteli, & Plinio πελλὸς à colore, quem fuscum grammatici interpretantur. Latini seruata Græca voce Ardeam Pellam dicunt, & pullam, & cineream. Itali Airon negro, idest Ardeam nigram, cùm alioquin in tota ferè aue, præter maiores alarum pennas, nihil nigricet. Galli distinctiùs, & melius Heron cendrè, siue Herongris, idest, Ardeam cineream, siue griseam, & simpliciter Ardeam. Belgæ een blaeuue Reigher, vel etiam een graeuvve Reigher, Angli denique theblue Heron: Heluetij simpliciter ein Reigel.

[a] 9. Hist. cap. 28.

Etymum.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

ARISTOTELES huius Ardeæ vnum tantùm genus meo iudico agnouit: ego tria obseruaui, quorum alterum Grus Balearica [a] Plinio nominatur, vt vult Bellonius, & Ardea cirrhata alia Ornithologo, tertium à nemine hactenus obseruatum. Duo pariter agnouit Albertus, inquiens: *Ex Ardeis duo genera sunt cinerei coloris, magnum scilicet, & paruum.* Nec obstat, quod idem alibi dicat *Genus Ardeæ vnum esse cinereum, acuti rostri, & colli longi:* Nam hic Ardeam cinereã maiorẽ, de qua nunc agimus, intelligit. Differt itaque hæc nostra Ardea ab Albardeola, quòd alba non sit, à stellari, quòd non maculetur, à Grue Balearica Bellonij magnitudine potissimùm, & cirro. Quidam Anglus huius generis albas, licet raras se obseruasse affirmat, quæ neque corporis magnitudine, neq; figura, sed solo colore differunt. Vitamq; esse etiam albam cum Cyanea (sic Angli cineream, siue Pellam vocant) apud Anglos nidulari, & prolem gignere; quare, inquit, eiusdem speciei esse, satis liquet.

[a] lib. 4. de auib. cap. 7.

Vt ab Albardeola, & alijs differat.

FORMA. DESCRIPTIO.

PELLAM Ardeam, siue cinereã, quia vulgò nota auis est, quam breuissimis notis nobis describunt recẽtiores. Superior pars corporis, inquit ille Anglus, cyanea est, inferior nõnihil candicat. Sic ille. Bellonius tantùm Grue, & Ciconia minorem esse dicit, rostroque & cruribus oblongis, eoq; magnum piscibus damnum inferre, & cũ cauda sit breui, crura eius, & pedes in volatu longiora illa apparere. Neq; ego quoq; in describenda multum elaborauero, quando depictam describo: quare de magnitudine in primis nihil dico, quanquã Ciconia, vel Grue minorem esse non putem. Rostrum luteum est, longum, & robustum, crassumq; prope frontem, sed quod paulatim tenuius euadit, adeo vt tandem velut in acũ aliquem magnum desinat. Oculorũ pupillã, quæ nigra est, lutea iris croceo aliquo permixta ambit. Ipsi autem oculi velut in medio maculæ cuiusdam cinereæ collocantur. Caput est amplum, & cinereo cirro ex tenerioribus pennis, sed quæ cæteris tamen capitis pennis maiores sunt, constante, egregiè ornatur. Cirrus autem ipse à sincipite incipiens sursum supra oculos per verticem erigitur. Pennæ sub cirro pariter sunt leucopheæ ad cyaneum inclinantes: retro verò oculos, ipsumque mentum albicat. Collum superius, deorsum totum, alæ item exceptis pennis maioribus, item cauda leucophæi coloris

Descriptio. Magnitudo.

Rostrum.

Oculi.

Caput.

Ardea cinerea maior.



Alarum remiges nigricant. Venter candicat, ſicuti etiam pectus, & collum inferius, quæ nigræ quędam maculæ oblongæ deſcendentes percurrunt. Femora pennis nuda coloris lutei. Crura, & digiti pedum fuſci, vngues verò atri. Digitos parua membrana interſtinguit. Digitus poſticus longiuſculus eſt, & ferè anticis longitudine æqualis, contrà ac in alijs auibus aquaticis fieri ſolet. Habes hic etiam ſceleton capitis.

Venter.
Femora.
Crura.

Ardeæ capitis ſceleton.



LOCVS.

PELLA apud Anglos, inquit quidam Anglus, in excelſis arboribus non procul à ripis fluminum creſcentibus nidum facit. Apud Gallos, vbi hoc auium genus fœcundiſſimè gignit, proceres nonnulli ſua extruunt Ardearia, quæ indigere voce Heronniers vocant, in quibus, teſte Bellonio, Ardeæ tam probè nidulari didicerunt, vt quotannis ex pullis ingens pecuniæ ſumma dominis cedat. Quod ſanè, inquit, recentioris æui procerum inuentum fuerit, etenim eiuſmodi Ardearia, ſi veteribus nota fuiſſent, alto ſilentio non erant immerſuri, cùm Romani in amplificanda re, non tantùm æquales eſſent ingenio cum recentioribus, ſed induſtriores etiam. Sicuti vtique huiuſmodi ædificia antiquis incognita fuere, ita pariter ſtatuere licet, eundem hunc vſum nondum ad Anglos, Germanos, Italos, Hiſpanos, aliaſque nationes perueniſſe. Non enim dubium eſt, ſi Ardearia haberent quin aliquid ſaltem de ijs ſcriptum ab aliquo extaret, maximè cùm ea in ſe & induſtriæ, & vtilitatis plurimùm habeant. Nihilominus hoc Ardeæ genus in alijs quoque regionibus, vt in Britannia, Gallica inferiori, ſeu maritima numerosè conſpicitur, & in arboribus excelſis nidulari. Et quia piſcibus fœtus ſuos enutriunt, fit ſæpenumero, vt quando illos ori pullorum inſerunt, magna piſcium copia decidentium per terram oſtendatur. Quos cum multi ſub arboribus reperirent, viderentque à ſuibus deuorari aſſeruere, ſeſe loca peragraſſe, vbi ſues piſcibus, quos cælum plueret, impinguarentur. Franciſcus Valeſius eius nominis primus inter alia multa, quæ fecit admiranda, Ardearia huiuſmodi etiam extruxit, quæ etiam ſonum prope arcem Tanta ineblaeu videre eſt. Idem rex Ardeas adeo cicures reddidit, vt à paſtu redeuntes licet natura ſua feræ eſſent, ad Ardearia ſeſe reciperint, & tanquam per caminum: ſiue fumi emiſſarium ingrederentur, pulloſque ibi ædicarent, & enutrirent. Cæterum id pauci adhuc momenti videri debeat, quando conſtet, illi leonem, vel vrſum, vel ſimiles feras eo planè modo, quo nobis canes Melitæi, quos in delicijs habemus, abblandi-tos eſſe. Hæc omnia Bellonius. Porrò ea omnia, quæ nos de Ardearum loco antè diximus, ea hanc quoque priuatim extenduntur, quare eo lectorem ablegabo.

Vbi nidulatur.

Ardearia, & ex ijs vtilitas.

Piſcibus pullos nutriunt.

Leones Franciſco Valeſio abblandientes.

COL-

COITVS. VICTVS.

a 9. Hist. capit. 18.
b Lib. 10. cap. 60.

PELLÆ coitum *a* Aristoteles, & *b* Plinius difficilem esse tradunt, vociferarique & sanguinem ex oculis, cùm coit, emittere, &c. quæ omnia quoque ex Alberto refutauimus, & hic non repetimus. Zopyrus deniq; quod Ardeam Pellon rapacem faciat, quodq; Eustathius noctù eam in aquis pisces prædari, inquiat ibidem diximus, & ex Aristotele correximus.

DE ARDEA CINEREA ALTERA, siue minores. Cap. X.

Sguacco. Bihorreau.
a Lib. 4. de auib. cap. 7.
Grus Balearica.

HVIVSMODI genus Ardeæ, quod nos Albertum imitati Ardeam cineream alterã, siue minorẽ nominamus, in palustribus Malalbergi in agro Bononiensi vulgò vocant vn Sguacco, Galli Bihorreau, aut Roupeau à rupibus, in quibus nidificat ad Oceanum Gallicum, teste Petro Bellonio Gallo, qui *a* Plinio Gruem Balearicam dici suspicatur. Ornithologus Ardeam cirrhatam aliam nominant, quærendumque esse ait, an hæc sit Quaiotto Italorum, Bellonius, qui ferè solus de hac aue scripsit. Causa, inquit, in auem in foro prostantem sub finem Martij Bihorreau Gallis nuncupatam incidimus. Cupidiarij, quòd Ardea minorem esse cernerent, pullum Ardeæ esse aiebant, cùm res alio longè modo sese habeat. Ardeæ enim hoc tempore oua nondum edidere, tantum abest, vt pullos excluserint, & cùm alij aliam auem esse dicerent, errant etiam, qui veram Bihorreau esse negarent, affirmarentq; ex Ardea, & Bihorreau natã esse. Conclusere tamen genuinã esse. Cæterùm ipsis mirum videbatur, quòd eo anni tempore capta fuisset: solent enim aues certa habere sibi tempora, quibus apparent. Vt verò notior enadat avis nostra, operæ erit pretium describere eam Albardeola maior est; minor Ardea (Pella.) Rostrum illi nigrum, concauum, & vt in Ardea serratum. Oculos rubeus circulus ambit: pupilla nigra est. In capite, dorso pennæ sunt coloratæ (nigrum colorẽ intelligit, talis enim in mea aue est) vt in Vanello. Linea candida in fronte ab vno ad alterũ oculũ profertur. Inter pennas verticis nigras aliæ exoriuntur candidæ, longæ, exiles, oculis verò, aspectu iucundissimæ. Alæ sunt vt in Ardea coloris cinerei admodũ venusti, quemadmodum quoque cauda. Collum verò pronè, & supinè, venter, femora, & cauda intus candicant. Crura oblonga. Femora prope genua pennis nuda, & vnà cum tibijs coloris flaui pallescentis. Vngues non admodũ sunt longi. Eiusmodi volucres frequentiores sunt in locis maritimis, sicut in Britannia Gallica, & alibi. Nidificant in præruptis, arduisq; locis, ad quos vix aditus est, inter rupes. In mensa Ardeis nihil cedunt, suntq; eiusdem saporis, & eodem etiam modo præparantur. Vocantur etiam à nostris Roupeaux à rupibus, in quibus degunt: ob quam nomenclaturam prius suspicabamur, Aristotelis Rupicem esse, sed pòst aduertimus, Rupicem eandem esse cũ Charadrio, quam Hiaticulam reddidit Gaza. Cæterum cùm ceu cirrhos quasdam pennas habeat in capite, hancque notã Grui Balearicæ tribuant veteres, visum est, id obiter vno, aut altero verbo admonuisse, quod fusiùs in capite de Grue ostendimus, opinari nos nempe Gruem Balearicam esse, quanuis tamen ad huius opinionis corroborationem notas satis efficaces in hac alite non habeamus. Nemo enim veterum eius meminit, præter *b* Plinium, qui sic de ea scriptum reliquit: *Grus Balearica cirrhum in capite gestat.* Hæc omnia Bellonius, qui cum ego dissentio de Grue Balearica, cuius, nisi & ego fallor, veram iconem exhibui. Hanc verò Ardeam, quã hic in foro aliquanto emptam sic descripsi. Longa est ab extremo rostro ad vngues vsq; quatuor dodrantes, longior fortè futura, si perfectum cõsecuta fuisset incrementum, nam iunior adhuc erat. Rostri palmi longitudine, nigrum, initio pollicem latum ad latera, intus canaliculatum, & acutum. Ab interiore, seu maiori oculorum angulo macula, seu linea alba excurrit, oculũ supernè ambiens, ad ceruicem vsque. Caput cum reliquo collo, parte superiori saturo colore nigricat, quemadmodum & dorsum, adeo vt pro nigrore splendeat, ad viride nonnihil tendens, qualis est color tergi Vanelli vulgò dicti. Plumulæ illæ, quæ versus dorsum retrò spectantes

Locus vbi nidificant.
Carnis qualitas.
Rupex Aristot.
b Lib. 11. cap. 3.
Descriptio authoris.
Longitudo.
Rostrum.
Caput.

Ardea cinerea minor.





ctantes capitis parti ſupremæ infixæ criſtæ ſpeciem præbent, in hanc aue, aut auulſæ fuerãt, aut ob ætatem teneram nondum natæ. Alæ exteriores, collum ſupernum, caudaq; elegãti colore cinereo tinguntur, & alæ etiam inferiores, ſed multò dilutiori. Mentum, gula, pectus, venter, vropygium infernum, ac femora interiora candicat. Tibiæ binos palmos longæ ſubluteæ, ad viride nonnihil vergentes: ſed & femora duorum digitorum ſuper genu ſpacio, vti tibiæ plumis nuda ſunt. Vngues nigri: medius exteriori latere ſerratus eſt.

DE ARDEÆ CINEREÆ tertio genere. Cap. XI.

ARDEA hæc quam Cinereæ, ſiue Pellæ congenerem facio, dodrantes quatuor ab extremo roſtro ad vltimos pedes longa, roſtrum habet pollicis craſſitudine, palmi longitudine, digiti minimi iuxta nares latitudine, intus canaliculatum, infernè corneum, & roſeum. Oculi iris lutea, pupilla nigra. Collum ſpithamam integram eſt longum. Plumæ capitis, colli, dorſi, & ſuperiorum alarũ ex cinereo fuſceſcunt, extremæ omnes macula ruffa notatæ, quæ verò in alis ſunt maiuſculæ, albo in fine ſunt variegatæ, & quæ caudam conſtituunt, palmum cum dimidio longam. Quæ pectus tegunt, longioribus notis nigris, ruffis, albis reſperſæ ſunt. Venter ferè albus ex cinereo. Coxæ nonnihil ruffeſcunt. Harum pars extrema ſupra poplitem, pollicis ſpacio plumis nuda eſt. Ab his ad extremos vngues duorum palmorum menſura ſupereſt. Crura ſubuiridia, & pedes in digitos fiſſi, quos tamen diuaricationis initio breuiuſcula membrana coniungit, quòd circa aquas verſari neceſſe habeat. Vnguis poſtici digiti cæteris eſt maior. In capitis plumularum extremo ceu capillamento quæda m tenuia, tenera, albicantia exſtabant, quæ res tenellam arguebat ætatem.

Ardeæ cinereæ tertiæ deſcriptio.
Lõgitudo.
Roſtrum.

DE ALIA QVADAM ARDEA ex Ornithologo. Cap. XII.

AIDI nuper, inquit Ornithologus, captum apud nos Ardeæ genus magnum, roſtro ſubflaui ferè coloris, longo digitos octo ab oculis ab extremũ mucronem, marginibus acutis, & parte anteriore leuiter dentium loco exaſperatis, ſerratisue. Caput, & collũ candida criſta capitis è plumis nigris retrorſum tendebat. Dorſum & alæ cinereæ: ſed maiores alarum pennæ nigricantes. Pupillam oculorum circulus ambiebat lucidus ex flauo ruffus: palpebræ ex viridi flauæ. Longitudo colli ad duos dodrantes, aut ſupra: in quo articuli, vel ſphondyli vndecim, omnes eodem inflexu, præter vnum, quartum, ni fallor, à primo, qui in contrarium flectitur. Crura fuſca, ferè quinq; palmos longa. Vnguis medij digiti ab altera parte denticulatus. Colli ſuperior pars ad cinereum inclinabat colorem prona candidior nigris maculis pulchrè diſtincta, plumis verſus pectus oblongis. Hactenus ille. Mihi ſanè ad Ardeam cineream potiùs quàm ad alias referenda hæc auis videtur.

DE ALBARDEOLA, PLATEA Plinij, Platelea Ciceronis, quam Pelecanum facit Ornithologus. Cap. XIII.

ARDEAM albam, siue ἐρωδιὸν λευκὸν, siue λευκοπαιδίον *a* Aristoteli dictã, Belonius meo iudicio rectè eam esse iudicat, quæ Alberto, alijsq; Cochlearia à rostri latitudine appellatur. Etenim huic Ardeæ *b* philosophus rostrũ tribuit latũ, & porrectũ, quale sanè nemo alias Ardeas habere dixerit, cùm cæteris omnibus admodum sit acutum. Ornithologus, vt ex hac alite Pelecanũ faceret, Ardeam aliam albam pro Leucorodio nobis obtrudit; de qua nos post. Est autẽ hęc Albardeola eadem planè cum Platea Plinij, & Platelea *c* Cicer. *Legi etiam scriptum,* inquit, *hic esse auem quandam, quæ Platelea nominetur, eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues, quæ se in mari mergerent, quæ cùm emersissent, piscemq; cepissent, vsque adeo premere earum capita mordicus, dum illa captum amitterint, id quod ipsa inuaderet.* Hæc ille. Ex quo fortè *d* Plinius. *Platea,* inquit, *appellatur, aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt, & capita earum morsu corripiens, donec capturam extorqueat.* Quanquam autem Plinius nominatim aliàs Albardeolas nominet, meo iudicio non est necesse statuere, diuersam esse à Leucorodio: nam Plinium de vna, eademve aue separatim, & diuersis agere locis, nouum non est, qui eius scripta attentè perlegit: nam cum ferè omnia ex diuersis authoribus, in suam historiam transtulerit, rem vero, de qua scribebat, sæpe non agnoscceret, multa ad diuersa redegit: quemadmodũ exempli gratia fecit de Ictero, Galbula, & Pico nidum suspendente. De his enim nominibus, licet vnius tantùm auis sint synonyma, diuersis agit locis, tanquam de diuersis auibus: atq; eo modo, quod Albardeolæ id (quod dixi) conuenire ignoraret, Plateæ separatim ex alio authore tribuerit. Sit itaq; Platea, siue Platelea eadem, quæ Albardeola: videtur autem ita auis dicta, à Gallorum, & Belgarum plat, quod planum significat, quale eius rostrum est; quare & Cochlearia, & auis Cochlearis, quod latitudine sua cochlear imitetur, Gallis similiter Pale nominatur, & Cucillier, item Truble, & Poche, quæ postrema etiam vox Burgundis cochlear sonat magnum: Germanis Leffler, Loffelgansz, hoc est Cochlearia, siue Anser cochlearius. Circa Coloniam Lesler, Frisijs Lepler, Hollandis Leepelaer, Anglis Schofler, seu Schouelard, Heluetijs Schusler, à pala, siue bacillo Schusel ipsis dicto. Nobis Beccarouiglia.

a lib. 4. capit. 5. Cochlearia. b 8. Histor. cap. 3.

c Lib. 2. de nat. Deor.

d Lib. 10. capit. 40.

FORMA. DESCRIPTIO.

Color.

ALBERTVS Magnus auem Cochleariam, quam Ardeam albam etiam esse putauit, sic quàm breuiter descripsit. *Hæc Aracea,* inquit, *tota alba est, & figura similis cinereæ, sed melius pennata, collo longiore, & rostro antertus rotundo, tanquam circulo vno super alterum imposito.* Ego Albardeolam Ferrariæ ab Excellẽtissimo Alphonso Cattaneo, qui eo tempore medicinam primo loco ibi profitebatur, mihi transmissam sic descripsi. Auis est Anser paulò minor, ab extremo rostro ad pedes longa dodrantes quinq; cũ dimidio, extensis alis septem spithamas lata. Rostrum dodrantẽ longum, totum nigrum, pauculis notis, quæ sunt coloris ferruginei superiore parte exceptis, substantia ferè coriacea, dura, ab initio duos digitos latum, in paululũ arctatum medio sui digitum vnũ tantùm, post verò palmi cum dimidio mensuram paulatim ampliatum, extremo trium digitorũ latitudinem implet, figura cochlearis ferè, rotunda, apice tamen superioris rostri nonnihil deorsum inflexa, intus lineis, & tubercułis quibusdam striatum, cuius tota circumferentia linea, seu sulcus incisus vndequaq; videtur. Superior rostri pars inferiori paulò latior est. Collum longum dodrantem vnum. Corpus reliquum candidum planè instar Cygni spectatur. Crura fusca, seu nigra, quan-

Authoris descripto.
Magnitudo.
Longitudo.
Latitudo.
Rostrum.
Collum.
Color.
Crura.



Platea mas roſtro coloris carnei.



Plateæ arteriæ anatome.



Pedes. Cauda. gra, quantum eorum pennis nudum est, spithamam cum mediam longa. Inter digitos pedum membrana interijcitur, non toto continens, sed diuarieationis tantùm initio ad medium fermè. Cruda septem ferè digitos longa; Aliàs quoque aliam Leucorodiam depingi curaui, cuius rostrum figura quidem cum iam descripto conueniebat, sed colore discrepabat, quando ad carneum colore proximè accederet. Quamobrem nunquid ista coloris rostri diuersitas, fiat ætatis aut sexus ratione, pro certo affirmare non possum. Cùm verò in anteà depicta alæ extremæ etiam nigricarent, hanc marem, illam fœminam conijciens, in dissecta aue rei veritatem didici. *Sexus distinctio.* Accedunt aliæ notæ diuersitatem sexus ostendentes. In maris rostri medio linea quædam, qualis etiam in circumferentia conspicitur, à fronte ad rostri apicem vsque conspicua est: prope oculos macula est cærulea, quæ in fœmina lutea est. *Rostrum maris, & fœminæ.* Præterea fœminæ rostrum superiùs maculis rubeis conspergitur. Nō tacebo deniq; aliud in eiusmodi auis rostro obseruatu dignum: nam cùm paulò ante quàm hanc auem describerem in mulierculam quandam fortè fortuna inciderem, quæ Plateleam ad forum venalem deferret, vidi maculis in collo, & dorso pulcherrimis, colore coccineo conspersam, cùm alioqui tota esset candida, quare domum reuersus cùm rem examinarem, summopere dolui, quod è manibus nobis elapsa fuisset: nam plura fortè obseruatione digna in ea animaduertere potuissem. Quæ verò in dissecta ea fœmella, quam nunc descripsi aduerti, studiosis libentissimè impertior. *Lien.* Lien erat exiguus nigricans, rotundus dextra parte propè folliculum bilis non procul à vētriculo. Vesicula fellis exigua, viridis, in concauo hepate posita, ductum ad duodenum latum habet. *Intestina.* Intestina omnia satis inuoluta, & multis anfractibus sinuosa, sed simplicia, & vniformia, cùm explicantur, nouem ferè spithamas longa sunt. *Vterus.* Vterus compertus fœminam hanc auem esse demonstrauit, & oua circa diaphragma colore lutea. *Oua.* Cor nullo pericardio vestitum. *Cor.* Ventriculus nullis sinubus, aut asperitatibus inæqualis, sed lævis, & simplex intus, Lucij piscis frusta quatuor semiconcocta continebat. *Ventriculus.* In gluuiei loco, quam nullam habebat, proxima ventriculo pars, seu orificio superiori imminens, amplam satis habet capacitatem, seu sinum. Vorax enim auis est, & integra omnia esculenta deglutit, & in ventrem demittit, traijcitq;. *Aspera arteria.* Asperam arteriam miro modo fabricatam ei natura donauit. Etenim dextra parte deorsum tendens, cùm sub iugulum peruenit, rursus ad trium digitorum spacium ascendit, indeque denuò reflexa remeans, superque œsophagum incedens, serpentem suis meandris æmulatur ceu litteram S, vbique circulis integris rectis, sed compressis prædita. Hæc sub iugulum duos digitos delapsa, in duos distribuitur ramos, hinc inde in pulmones abeuntes, supra ipsam diuaricationem proximè rimis, seu osculis tanquam larynge duplici instructa, aut saltem laryngi proportione respondente latiore imo, seu annulorum arteriæ interstitio, hemicyclo, aut mediæ sphæræ forma, cui tenuissima quædam membrana prætenditur. Est sanè eiusmodi arteriâ Cygneæ valde similis, licet contrario modo fita: nam quemadmodum in Cygno ad sternum ascendens, post descendit, ita hæc ad pulmones rectà percurrens, suos flexus agit inuicem oppositos. Arteriæ icon hic expressa est. Ossa tibiæ aperta, medulla rubra erant plena.

LOCVS. NIDVS.

a Lib. 4. 5. 6. *b Hist. c. 3.* BELLONIVS *a* Albardeolas in littore maris Oceani satis frequentes esse scribit, præsertim Britanniæ contermino, ibique in excelsis arboribus nidificare. Cæterùm non maritima tantùm amat, sed paluſtria quoque; nam & *b* Aristoteles paludibus, pratis, & campis pasci author est. In vallibus Malalbergi quoque non infrequens est. Ornithologus non tantum propè mare præcipuè degere, sese audiuisse asserit, sed innatare quoque, & rarò circa dulces aquas conspici: (quod si verum est, commodius Mergis pisces, vt ex Cicerone diximus, extorquebit) denique capi in Anglia, in littore maris, rariùs verò apud suos, nempè in Heluetia, & frequentiùs in Bohemia.

VICTVS. COITVS. PARTVS.
Historia denique reliqua.

ARISTOTELES *a* facilè coire hanc auem tradidit, & nidulari, & parere probè. Bellonius ad quatuor fœtus alere, hosq; à ferini saporis cultoribus commendari; putere autem plus quàm Ardeam cineream. Ornithologus Plateam sibi aliquando gustanti gratam, & Anseri non dissimilem visam esse ait, & apud Anglos in delicijs haberi. Vescuntur piscibus omnibus indifferenter cùm feræ, tum cicuratæ, quos vt Mergis eripiant, suprà ex Plinio, & Cicerone diximus. Intestina Gallinarum, & cætera Gallinæ recrementa non aspernantur. Sunt qui ranis, & serpentibus quoque vesci referant. Ego in dissectæ ventriculo Lucipiscis frusta deprehendi. Ornithologus herbas quasdam aquaticas virides, & ramenta quædam radicum geniculata arundinum, vt conijcit. In aquam, inquit, immissa natabat, & quærebat aliquid immerso rostro in fundo. Irascens adeuntibus rostro aperto, collisoque sonitum edebat. Pediculis quibusdam latis infestabatur. Bellonius noctù, vt quiescant, pedibus arborum ramis scribit adhærere.

a 9. Hist. cap. 18.

Quot fœtus alat.

Carnis qualitas.

Quibus vescantur.

Pediculi infestatur.

AVGVRIA.

INTER aues Ardeolarum genere, quas Leucos vocant, inquit *a* Plinius, *altero oculo carere tradunt* (& ideo faciliùs capi à venatore in latere cæco insidiante, vt Albertus addit, Plinium citans, sed hoc, inquit, præter naturam esse videtur, & falsum (*optimi augurij, cùm ad Austrum volant, Septentrionemue. Solui enim pericula, & metus narrent.* Ego quidem Plinium de hac nostra Lecorodio locutum puto, eamque in augurio faustam habitam esse, sed quomodo altero oculo carere dicat, ignoro. Solent autem homines superstitiosi, vt rem magis admirandam reddant, semper aliquid portentosi effingere; sic idem Plinius: *Cercum accipitrem altero pede claudum esse*, tradidit. Sic alij Vulturi mammas esse nuganrur, & alij cornua in capite affigunt.

a Lib. 11. *cap.* 37.

DE ALIIS ALIQVOT ALBIS.
Ardeis. Cap. XIIII.

THEODORVS Gaza in historia animalium ex *a* Aristotele translata, Albiculam numerat *inter eas aues, quæ circa lacus, & fluuios victum quærunt*: vbi in Græcis nostris codicibus excusis, nihil, quod huic vocabulo respondeat, inuenio. Niphus Scholiastes albam, vel albiculam auem in margine æditionis suæ, & in scholijs, Græcè λευκὸν dici scribit, quasi ita legerit in codice suo Græco: & esse ex Ardearum genere. Quod quidem rectè, & summo cum iudicio Ornithologus reprehendit. Nam cùm paulò antè Leucorodion, inquit, nominat Aristoteles, quid attineret *inutiliter repeti*? Nihil autem prætereà illic de Leuco (vt hoc vocabulum pro quacunque aue nostris exemplaribus addendum concedam) philosophus tradit, quàm quòd caudam motitet similiter, vt Cinclus, & aliæ ibidem nominatæ aues. Quod præmonuisse volui, ne quis vocabulo Gazæ deceptus vel huius Albiculam Philosopho Albardeolam esse, vel alicui aui aliæ *id nominis priuatim tribuendum* existimet, quando id ad quamcunque albam auem extendi queat. Cæterùm vt ad albas Ardeas reuertamur, Ornithologus duas earum species sese obseruasse tradit, vnam fuscà, aut cæruleà maiorem, quam Itali Girone vocitent: minorẽ alteram, quæ ijsdem Garzetto (Garzetta potiùs) vel Garietto, vel Gargea nominetur. Germani, referente eodem, sine differentia magnitudinis, Ardeã albam periphrasticè dicunt ein Vvysser Reiger, Saxones Reiger simpliciter, & Itali simpliciter Garza biãca, Angli à Vvhite Heroun. Garzettum inquit idẽ Ornithologus

a Lib. 8. *capit.* 5.

Girone.

Ardea alba Ornithologi, cum ranunculo flammeo.



Garzetti descriptio.

Color.

Magnitudo.

Crista.

b In Ixeut.

Rostrum.

Pedes.

thologus, ideſt minorẽ Albardeolã in Italia vidi Ferrariæ, cuius iconẽ hic damus (eſt autem ea quam & nos ponimus) Auis eſt altiſſima, & iuxta maris paludes inuenitur, magnitudine Ardeæ. Sed quam ego illic vidi calẽdis Auguſti, adhuc parua erat; & per omnia colore exceptо cum vulgari (cinerea) Ardea congruebat. Criſtam ex plumis in capite gerebat (criſtatas autem eſſe Ardea quaſdam etiam Oppianus annotauit.) Roſtrum longum, acutum: pedes nigricabat: inferiùs tamen ſubitò in medio cruris, niger color definebat, & viridis è

glauculo

Ardeæ albæ genus cum Cyprino.



glauculo ſuberat ad extremos vſq; vngues: Minimus pedis digitus binis articulis conſtabat proximus ab eo ternis, medius quaternis, vltimus quinis. In criſta capitis dorsũ verſus pennæ oblongæ, ad duos cũ dimidio dodrantes (ſi bene memini) naſcebantur circiter ſex. Eas aiebant ruſtici Ferrarienſes cogi ad ſuum principem deportare: aliquando tamen clam ab eis magno pretio vendi, circiter triginta ſex denario aureo (ſic habet.) Cùm hac Ardea ab Ornithologo deſcripta eandem, vel ſaltem conſimilem iudicaui, quam cum Malalbergi in vallibus noſtris eſſem, ad me allatam ſic raptim deſcripſi: Auis eſt tota alba, roſtro tamen ſuprà nigro, infrà cœruleo colore, oblongo, cauda breui. In dorſo rariores aliquod habet pennas, eaſq; oblongas, quibus pileos, & galeas ſuas proceres exornant. Tres item pinnæ in capite criſtam efficiebant, ſed breuiores erant, & coloris albi. Pedes in ſuperiori parte erant nigri, infrà virides (dicebant autem pullum eſſe) pupilla oculorum nigra, iris lutea. Pennas capitis, & dorſi, cum iraſcebatur, aiebãt erigi. Nidulatur in eiſdem cum alijs Ardeis locis. Ab hac diuerſa videtur Gallorũ Aigrette, quam Italis Agroti dici ſcribit Bellonius; cuius hìc de ea aue integrum caput inſeruimus. L'Aigrette, inquit, inter Ardeæ ſpecies recenſenda eſt. Degit enim, & nidificat; & eiſdem moribus eſt cum Ardea. Nomen à Gallis à vocis acredine inditũ, quæ quidẽ altior, & vehementior illi eſt, quã Ardeæ. Italis Agroti nominatur. Dubitandum videtur, nunquid id nominis vel nos ab illi, vel illi à nobis ſint mutuati. Cùm verò Ardea minor ſit, atque alba, ſuſpicatus ſum Gazæ Albiculam eſſe, qui ita apud Ariſtotelem λεύκος vertit, ad differentiam Leucordij, quam Albardeolam interpretatur. Cæterũ liberè, & ſine vlla diſſimulatione, quid ſentimus, adferemus. Degit hoc auium

Authorit deſcriptio.
Color.
Cauda.
Criſta.
Pedes.
Oculi.
Aigrette Gallorum.
c Lib. 4. capit. 6.

Aiguetta Gallorum hippari nuda.



genus circa ripas, ideoq; cruribus longis à natura donata, quæ & cinerea sunt, pedes nigri & grandes: ideoq; vt Ardea videtur gibbosa. Oculos rotundos aureus circulus ambit. Rostrum vt in Ardea Stellari, sed exilius. Circa maris, fluminis, vel stagni cuiuspiam margines degens ceu tremere videtur, vno pede in aquam posito, ac si pisces, quibus inhiat, ac captat cupiat perterrefacere. Cùm autem Ardeæ albæ, & Aigrette naturam conferremus, iudicauimus, huius Aristotelem non meminisse. Qui mediterranea loca habitant, ab his auibus maximopere infestantur. Sæpe enim cateruatim in altam aliquam arborem, quæ magno cultu, & cura ad tantam altitudinem peruenit, inuolantes excrementis suis extinguunt, aridamque reddunt. Pinnas quasdam habet in dorso ad vtramque alarum costam albas, atque tenues, quæ carè admodum veneunt in vrbibus Turcæ subiectis, vnde sunt, qui clam eas suffurentur ab ijs, qui eas venales ad forum deferunt, pretij illarum ignaris. Caro delicata est, ac tenella, sapore prorsus Ardeæ similis. Gaza codicem Græcum Aristotelicum diuersum habuerit ab eo, qui Venetijs, & in Germania impressus est. In his enim, vbi ille habet (Petit lacus, & fluuios, Iunco, Cinclus, Albicula, Tringa) Leucos non reperitur, quod lectorem admonitum voluimus, sicut quoq; tanquam certò affirmare, quæ super Ardea alba Aigretta, & Leucorodio scripsimus, etiamsi incertæ sint nomenclaturæ antiquæ. Hæc omnia ille, qui in tertio eiusdem libri capite alias Ardeas reperiri albas dixerat in Britannia potissimùm, quæ nihil à cinerea differrent, præterquam quòd albæ essent: quod nos quoque antè ex quodam Anglo, quem Bellonius quoque citat, scripsimus, & hìc quæ de ea scribit Bellonius, non repetimus, maximè cùm hoc Ardeæ genus cum cinerea coniugio copulaturi fuerit obseruatum. Ex minoribus quoque albis Ardeis hæc est, cuius hìc icon exprimitur, & quæ in vallibus nostris Garzetta, & Garza bianca appellatur. Auis est tota candida exceptis cruribus, & rostro, quæ atra sunt. Rostrum longum, gracile, in extremo acutissimum, vbique vnicolor. Inter oculos, & rostrum macula quædam conspicitur viridis. Nigram oculorum pupillam lutea, vel aurea ferè iris ambit, hanc rursus circulus niger. Collum, & crura, vt in aliarum Ardearum genere longa. Longi item pedum digiti, sed lutei: posticus omnium minimus, anteriorum medius longissimus, secundum longitudinem locum habet in dextro situ positus. Vngues atri, acuti. Alæ maximæ, cauda breuis, corpus exile. Postremo loco collocatam auem, quanuis rostrum reliquis Ardeis comparatum habeat breuiusculum, Ardeis albis, quod maiori corporis parte planè candida sit, annumerauimus. Auis postremo loco præcedenti descripta minor, contrà carnosior. Rostrum paruum, crassum, acutum in extremo, totum luteum. Vertex capitis, & ceruix colore ferè croceo resplendet, qui color, licet remissior, in pectore quoque conspicitur. Collum, quàm in alijs Ardeis breuius. Oculi ceu in lutea quadam macula locantur. Eorum iridem luteam ambit circulus niger. Femora, & tibiæ longiusculæ ex flauo ad croceum vergente colore. Digiti pedum pro portione corporis quàm in alijs Ardeis maiores, longissimi, fusci, albicantibus quoque annulis circumdati. Priores duos membrana parua coniungit, vt in cæteris. Vngues longi, acutissimi, & vnci. Vnguis autem medij digiti cæteris longioris serratus est vt in Asteria, siue Botauro. Cauda non admodum breuis postremo loco picta, rostro est breui, crasso & acuto, digitis pedum longissimis anterioribus fuscis, caput ad croceum vergit. Rostrum & crura flaua sunt: cæterò tota auis candida.

Crura.
Oculi.
Rostrum.
Noxas, quas inferãt arboribus.
Caro.
Ardea alba minor alia.
Garzetta, vel Garza bianca.
Descriptio.
Color.
Rostrum.
Oculi.
Collum.
Crura.
Digiti.
Ala.
Cauda.
Ardeæ albæ minoris descriptio.
Magnitudo.
Rostrum.
Caput.
Collum.
Oculi.

DE

Vlyſsis Aldrouandi

Ardea alba minor.





Ardea minor alia vertice Croco.



DE ARDEIS ALIIS MINORIBVS. Cap. XV.

ANTEQVAM ad tertium Ardearum genus, quod Asteriam nominat Philosophus, accedam, alias quasdam minores breuiter describam, & depingam. Quæ primo loco datur, ego prius Ardeam hæmatopodem, aut erythropodem appellabam; postea verò ab vtroque Scaligero edoctus Phœnicopodem, siue Hæmatopodem simpliciter, & Cirrhim Virgilianam nuncupo. Aremonicis Galliæ populis, teste a Iulio Cæsare Scaligero, Egretta dicitur, estq; duorum generum maior scilicet, & minor. Cæterùm priusquam hanc describamus, operæ erit pretium ex vtroq; Scaligero argumenta, atq; notas colligere, quibus Virgilij Cirrim esse velint. *Albo* (Ardearum generi) *simillima*, inquit Scaliger Pater, *Phœnicopus, maior, minorque Taurini vtramque Garzam Aremorici minores Egrettas nuncupant. Crurum tantum rubore, vnde & nomen ab Ardea differt. Quo loco doctissimorum virorum lapsus notandus est, qui Cirrim Virgilianam putant esse Galerittam, solius aspectu ductí specie: quæ vtique quidem generi communis, haud parum tamen differt. In Alauda plumarum series separatarum cristam efficit, vbi sustolluntur. Cirri pinnulæ, oblongæ pulcherrimæ: quibus addebamus pileolis decus iuuenes, insani: ventosq; ingenij testimonium: sicut ederam Eetippæ, aut æuopolio. Neque verò solus error est. Et comes alter ille. Cum Haliætum Falconem pingit Albertus: cuius pes alter vncis vnguibus armetur ad auium prædam: alter sit Anserino similis ad natandum. Idem Falco, Nisus, Haliætus è Virgilij pulcherrimo poemate. Nisu enim in Haliætum eo canente, mutatus est. Falco nolter Phœnicopoda prædatur ad victum, Nisus apud Maronem Cirrim. Tertia itaque multorum culpa, qui Nisum Sparuerium existimarunt, quia Cirrim pro Alauda capiebant. Saltem Smerilium aixissent. Sparuerium aliquando à Græco deduxissem, παρὰ τὸ σπαραττειν aues: quam vocem in Italiam simul hex archatus cum Græcula superbia importassent, nisi Germanice sic eum appellaremus. Cæterùm qua de Cirri opinio ad Alaudam translata est, cum tam alitè insederit animis hominum, vix vt vllo pacto auelli posse videatur (quippe etiam, dum hac scriberemus, amicus meus summus, idemq; doctissimus: pertinacia sua huic sententiæ imminebat) testimonio doctissimi poetæ labes hæc eluenda est. Ille in eodem poematio sic scribit.*

Inde alias partes, minioque infecta rubenti.

Crura Harum minorum copia est in aluarijs, stagnisq; Medulorum. Neque alia est Hæmatopus. Vnam domi aluimus, certissimum mulcarum perniciem. Mirum & in hac, quod de Ardea dicebamus. Quæ aquaticis in locis totas hyemes perferre queat: sub tectis nostris, vbi longe mitiùs agitatur, mediocris frigoris adeo erat impatiens, vt in cineribus calidis cubaret, ita vero cubaret, vt igni tandem extincta sit. Hæc b Scaliger pater, ex quo Iosephus filius, *Haliætum*, inquit, *eandem, & Nisum facit. Ferè omnes inuidi opinio Cirrim esse Alaudam nostram, vno Cristæ argumento. Nisum verò Accipitrem. Quod & veteribus persuasum video: nam in peruetusto glossario inueni. Circum ἱέρακα ἐξι δὲ ἔρτιον, μεταβαλλόμενον τὰς πτυλὰς τῆ. Νίσος μελαφιὸς, frustrà. Nam & Accipiter non est è genere Aquilarum, vt Haliætus. Et Haliætus, vt ipsum nomen indicat, marinas, & palustres aues venatur. At Alauda non est marina auis: tametsi nescio qua marinas Alaudas in Aremoricis inuenirí. Esto. Non conuenit Alauda cum descriptione Cirris nostræ. Deinde qui nescit, Alaudam κορυδαλλίδα esse. Quid ergo opus est χεῖρι vocari? Non est ergo Alauda nostra. Itaq; nec Haliætus Accipiter. Quare cum parente meo puto Cirrim eam esse, quam Egrettam vulgò vocamus. Neque obstet plumarum varietas, quæ hic ea attribuitur, non magis sanè quàm Cycno, quem ποικιλόπτερον vocauit. Pratinus Philalius. Egrettam venatur Falco, nam Accipitris congressus impar. Ergo Haliætus Virgilij est Falco nolter. Nam alius est Aristoteli, vt alia Echencis est Aristoteli, & Plinio, alia Oppiano. Egrettarum cum sint duo genera, alterum cum apice in capite, alterum careat: hoc quod caret est Aristotelis λευκοροδίας, alterum χεῖρις. Apud Plautum.*

I nunc venare leporem, nunc Cirrim tenes.

Manifesto ostenditur (est autem allusum ex apologo quodam) eum, qui Cirrim venari potest posse & leporem, quod sanè non faceret Accipiter. At Falco, & leporem & Agrettam, seu Egrettam capit. Plerique ex nobilitate Gallica etiam Falcones ad leporis capturam instituunt &c. Huiusmodi autem Ardea, siue Egretta cæteris Ardeis ferè omnibus minor est, & collo admodum breui: tota ferè ex croceo ad colorem castaneæ vergens, pronè intensiùs, supinè, & super alis remissiùs.

Hæmatopus.

Phœnicopus.

Cirris Virgilij.

a Exer. 233.

Egretta.

Etymum.

Galerita non est Cirris Virgilij

Haliætus. Falco. Sparuerius Smerilius.

Phœnicopodum minorum vbi copia.

b In comm. in Cirrim.

Alauda marina vbi.

Haliætus alius est Virgilio, alius Aristoteli.


Echeneis.

Plautus explicatus.

Descriptio.

Color.

Hæmatopos, ſiue Cirrhis Virgilij Scaligeri.




Cauda. *Oculi.* *Roſtrum.* *Crura.*

Cauda tam exigua, vt prorſus ea carere videatur. Oculorum iridem, quæ lutea eſt miniaceus ambit circulus, & hunc rurſus niger, ex fronte per totum caput ſupernum, & cervicem pennæ pulcherrimæ partim luteæ, partim atræ orientes dependent. Roſtrum robuſtum, longum, acutum, bicolor, quà caput tangit, viridi, vel ex viridi ad cæruleum inclinans, hicque color ad medium roſtri, & vltra etiam perdurat, reliquum atrum eſt. Crura, & pedes rubro ſaturato colore, vt in Columbis multis; vngues nigri. Sunt autem pedum digiti perquam longi, & exigua membrana, vel eius rudimento coniuncti.

Huic

Ardea castanei coloris alia.



Huic per omnia similis est, quæ secundo loco expressa cernitur, nisi quòd in hac color idem sit remissior. Verùm & pedum color discrepat, videlicet subflauus. Denique collum in hac ad latera maculis multis conspergitur nigris, quæ illa non visuntur.

Ardeæ aliud genus, quam Sguaeco vocant.



Collum. *Sguacco.* *Magnit.* *Roſtrum.* *Oculs.* *Capu.* *Collum.*

Eiuſmodi Ardeæ genus, quod in vallibus noſtris Sguacco dicunt, cirros in capite gerit eiuſdem penè coloris cum proximè præcedentibus, quibus magnitudine ferè compar, vel paulò minor eſt. Roſtrum huic breuius robuſtum tamen, eiuſdem cum toto tergore coloris, nempe ex luteo ferrugineus: Iris in oculo aurea à nigro ambitur circulo. Caput totum, colliumque luteo, alboq; & nigro variant. Prone ad ventrem candicat, quemadmodum etiam cauda, & potior alarum pars. Femora lutea, tibiæ, & digiti, vt in quibuſdam Gallinulis aquaticis virideſcunt. Auem aiunt eſſe audacem, & animoſam. In

Ardeæ alia ſpecies, quę vulgò Squaiotta dicitur Malalbergi, cum Tinca.

d Squaiotta
Reſcriptio.
Caſtrum.
oſtri.

In eodem Ardeario, ſeu Garzara, quam ſuprà deſcripſi, congener alia Ardea haud rarò conſpicitur, quàm Squaiottam nuncupant ruſtici accolæ. Roſtro eſt luteo, in extremo nigricante, cauda breui, pedibus viridibus. Apex capitis triginta plumis conſtat, quarum mediæ albæ ſunt extremæ nigræ. Sunt & in tergore eiuſcemodi elegantes pinnæ coloris rubicundi, in ſuis radicibus albæ; à voce nomen vtraque fortè habuerit.





Ardea alius congeneris descriptio.

Hæc denique vltimo loco posita, etsi rostrũ habeat magis, quàm reliquæ præcedentes omnes arcuatum, coloreq; sit prorsus leucopheo, placuit tamen hisce posterioribus congenerem facere, quàm separatim de ea quid temerè scribere. Auis aspectu non inuenusta, pronè ad collũ, & pectus, quod nigris maculis vt in Ardea deorsum descendẽtibus conspersum cernitur, albicat. Cætera auis tota leucophei coloris est, pronè remissioris, supinè intensioris. Femora in hac aue contrà ac in reliquis pennis vestiuntur.

DE ARDEA ASTERIA, siue Stellari. Cap. XVI.

SYNONYMA.

TERTIVM Ardearum genus a Aristoteli ἀστερίας Græcè dicitur, Latinis, Stellaris, quòd punctis tanquam stellis eleganter picta sit, & distincta: sicut quoddam etiam Accipitris, item piscis genus Asterius cognominatur. Eidem Aristoteli cùm hæc auis ὄνος, ideſt Piger cognominetur, quoniam in fabula sit, olim è seruo in auem transijsse, atque (vt cognomen sonat) iners, ociosaq; sit. Ornithologi industriè admodũ auem Aeliano simpliciter asteriam dictam cum hac nostra eandem esse, quia vt videtur, natura, & nomen conueniant: sed verba Æliani adscribam: *Hæc* (Asterias) *mansuescit*, inquit, *in Ægypto, atq; adeo præclarè humanam vocem intelligit, vt si quis hanc conuicium fecerit, vel appellauerit seruum, ex ea contumelia rapiatur: vel eandem ipsam vocauerit pigram, & sic dolenter, tanquam ignobilitatis, & segnitiæ arguta indignetur.* Mihi sanè, inquit Ornithologus (neque mihi aliter videtur) hæc auis non alio, quàm Ardea Stellaris videtur, cui seruæ, & pigræ conuicia conueniunt. Nam ex seruo mutatam eam fabulantur & Ocnon quoque, ideſt, pigram cognominant. Sed & cicurari facilè puto, vt cæteras quoque Ardeas, & ad iracundiam moueri facilè, cùm præ cæteris Ardeis oculos hominum appetat. Hæc ille. Plinio item Asterias dicitur, seruata Græca dictione. Bellonius Taurum quoque eidem Plinio dici conijcit; item Phoix, quòd è serua huius nominis in auem muta a sit. *Auis est*, inquit Plinius, *quæ boum mugitus imitetur, in Arelatensi agro Taurus appellata, alioqui parua.* Ornithologus Bellonij opinioni etiam subscribens: Eadem fortè, inquit, Ardea Stellaris est, quando & Botauri nomen conuenit, & vox mugiens: magnitudo tantùm obsistit. Sed si ad tantam vocem conferatur tanta auis parua dicatur; & eadem in Ardearum genere fere minima est Recentiores Botaurum, & Butorium dicunt, Anglus quidam Butoram: quanquã Alberto Putorius ineptè sit Buteo Accipiter. Dicitur autem Botaurus, quasi bobaurus, eo quòd Tauri boatum, ideſt, mugitum imitari videtur. Rostro enim inserto palustri terræ vocem ægit horribilem. Vnde recentiores quidam imperitè admodum Butorium cum Onocrotalo confundunt, quoniam vtraque auis absonam, & horribilem vocem emittat. Onocrotalus verò vocem edit asininæ potiùs, quam taurinæ compatẽ. Emittunt & Olores interdum bombos rugitui asinino non dissimiles: sed breues, & qui longè audiri non possint. Neq; etiam alia, quàm Butorius est, quæ Butio authori Philomelæ vocatur hoc versu.

Ingę paludiferis Butio butit aquis.

In quibusdam Italiæ locis, Trombone dicitur à voce tubæ sonitu æmulante: Ferrariæ, & Bononiæ Terrabuso, seu Terrabusa, quasi terrã perforans. Gallis dicitur Heron Pareſieux, & Butor: in Britannia, teste Bellonio, Galerand. Germanis varijs nomenclaturis pro regionum diuersitate Vorit, Merrid, Maszke, quæ voces omnes à boue teste Ornithologo, factæ sunt, eò quòd eius vocem mugientis imitetur, & ab arundinibus, Rortrum, Rordump, Rorreigel: ex quibus duo priora nomina ab arundinibus, & tuba composita esse ait, quòd inter arundines degere soleat, & tubæ sonum reddere, & Hoszku, vel Moszochs, à paludibus, ac si bouem palustrem dicas. Rorrigel Ardeam palustrem significare: vt Moszeigel (nam sic quoque apud Vuirtembergenses, inquit, appellatur) Ardeam palustrem. Aliquos non Rordump, sed Rordumpf scribere, alios Rordummel; Frisios Roidomel alios corruptiùs Rosdam. Esse qui retineant Gallicum nomen Pittouer. Aliquos item apud suos Lortiad potiùs, quàm Vrrind appellare, ideſt, mugientem bouem, à verbo Luyen (quasi enim Luyend rind) Saxones ein Vuasser ochs, ideſt bouem aquaticum. In Austria Erdboll, quòd *rostro* cauo aliquo terræ inserto sonet. Quanquam, inquit, arundini, alij aquæ rostrũ cùm mugit, inserere putant. Augustæ Vindelicorum Hortybel, fortè à sono, qui nimium grauis, & absonus audiatur. Esse deniq; qui Pickurt dicant, à pungendo fortassis: nã, inquit & oculos appetit: Anglicè Buttour, vel Bittour, vel Pittour. Hollandis Pittoor. Ornithologus in inferiore Germania alicubi etiã dici se audiuisse scribit Somphorn, vel Sopshorn à sonitu tubicinis, vel cornicinis. Polonicè Bunch, Illiricè Bubacz, aut Fuser, Turcicè Gelue.

a 9. Hist. cap. 18.

Etymum. ὄνος.

Asteria quæ auis Æliano.

Taurus.

L. 10. c. 60

L. 4. cap. 4.

Botaurus.

Butorius.

Botaurum etymum.

Butorius cur cũ Onocrotalo cõfundatur.

Butio.

Trombone, Terrabuso.

Bos palustris.

Ardea palustris.

Bos mugiens.

Bos aquaticus.

GE-

GENERA. DIFFERENTIÆ.

Asteriæ tria genera.

ETSI vnum tantùm Asteriæ, siue Ocni Ardeæ genus agnouerit Aristoteles, nostro tamen sæculo tria, nisi etiam fortè plura, reperiuntur, maius nempe, & minus, & tertium, quod in Hollandia cristatum reperiri testatur Ornithologus: super qua re quæsitus à me Hollandus non indoctus, respondit sese id genus Ardeæ nunquam ibi vidisse. Cæterùm tamen circa Adriaticum mare Quaiotti vulgò dicuntur similes Stellari maiori, iride oculorum similiter flaua: quæ cùm ad ætatem peruenerint, cirros è capite retrò oblongos tendunt, albos, in extremitate nigros; alæ infra pectus albent, si bene memini: vel partim albæ sunt, partim (superiùs) ex fusco rubent, qui color in alijs corporis partibus reperitur. Dorso color simplex, fuscus, collo varius.

Quaiotti.

FORMA. DESCRIPTIO.

Forma.

LVCVLENTER nobis descripsit hanc auem (minorem nempe, quæ Aristoteli tantùm nota fuisse videtur) quidam Anglus his verbis: Buttora, quem multi quoq; docti Onocrotalum esse putant, auis est tota corporis figura Ardeæ similis, longis cruribus, sed Ardea breuioribus; longo collo, & mirè plumoso, & rostro nec breui, nec obtuso. Caput pennæ tegunt nigerrimæ: reliquum verò corpus fuscæ, & pallidæ maculis nigris densissimè respersæ. Pedes habet longissimos; nam inter extremos vngues medij digiti pedis vnius, & calcis eiusdem, spithames longitudo intercedit. Vngues habet longissimos; nam ille, qui calcis vicem in auibus gerit, longitudine sesquiunciam superat: quare ad fricandos dentes nostrates vruntur, & argento inferunt (idem in Gallia fieri scribit Bellonius, idem & Hollandos facere audio) medius digitus vtriusque pedis, qui cæteris longior est; vnguem habet portentosum, nempe dentatum, & serratum, non secus ac pectunculorum testæ serratæ sunt, ad lubricas anguillas quas ceperit, retinendas proculdubio à natura ordinatum. Cauda illi breuissima est, & stomachus capacissimus, quo ingluuiei loco vtitur. Hæc ille. Huiusce modi Ardeã superioribus annis in foro coemptam sic descripsi. Ab extremo rostro ad extremos vsque pedes commensa auis quinq; dodrantũ longitudinem explet. Rostrum ei est rectum, acutum, palmum longum, pollicem latum, supernè fuscum, infernè subrubrum, internè canaliculatum, & strijs oblongis tribus inæquale. Mandibula inferior lateribus, ac oris suis instar cultri incidentibus in superiorem subiens includitur. Rictus palmum cum dimidio longus. Oculorum palpebræ non prorsus rotundæ plumis nudæ sunt. Aures patulæ plumulis subfuluis circumdantur. Capitis verticem pluma coloris atri vestiunt. Collum dodrantem, & dimidium palmum longum, plumis frequentissimis, & oblongiusculis obsitum. Totius autem corporis plumæ subrufæ, seu ferrugineæ maculis nigris transuersim ductis variegantur: solius pectoris, & vropygij notæ in longũ extenduntur. Radices plumarũ omnes albicant. Itaque colore pennarũ extimo Attagenẽ, Perdicemue vel etiã Scolopacem refert, & Phasianum fœminã. Alæ singulæ pennis crassicalami, ac rectricibus vigintiquatuor, cauda verò breuissima dens instructa sunt. Post alarũ pennas dictas, & quaternas breuiusculas intermedias tanquã quædã alarũ appendix decẽ constans pennis dorso incumbens conspicitur. Ab extremis temoris plumulis ad vngues vsque color cõspicitur è plumbeo ad lutei vergẽs, cum aliquo virore. Extensi digiti pedũ in longũ dodrantẽ cum vnguibus patent, vt Aquilis. Longissimus digitorũ medius vngue armatus interno latere sulcato, nec non instar pectinis, serrato dẽtato. Vnguiũ maximus postici, seu calcaris triũ digitorũ lõgitudinẽ superat inter minimũ digitum, & mediũ membrana interjicitur, vt in palmipedibus, argumento quod victum ex aqua circa stagna quærat. Cũ verò in fixo in aquã, lutũ, rectam ue rostro, magnũ instar tauri adere constet, qui ad duorũ, aut trium milliariũ Italicorũ spacium obauditur, necesse fuit etiam vocis instrumento, nempe aspera arteria ab alijs diuersa hanc auem à natura donatã fuisse. Hęc autem in Cycno, & plerisq; alijs duplici larynge, nempe vna sub radice linguæ, altera, vbi primum diuaricatur ipsa aspera arteria cõstituta. In Botauro tota arteria cõtinua est, larinx nulla, nec quod hic analogia quadam respõdeat. Verùm hoc damni cõpensare

Caput.
Color.
Pedes.
Vngues.
Cauda.
Stomachus
Authoris descriptio.
Longitudo.
Rostrum.
Aures.
Color.
Alæ.
Pedes.
Arteria aspera.

Ardeæ ſtellaris minor, ſiue Ocnus.



Ardeæ ſtellaris ceu Botauri aſpera arteria.



a Lib.4.c.4

Ventricu-
lus.

ſare voluiſſe natura videtur, canalium duorum arteriæ hinc inde in pulmones vtroſque dextrum, & ſiniſtrum abeuntium ſtructuram ita fabricata eſt, vt annuli cartilaginei minimè totum abſoluent circulum, ſed medium duntaxat, nẽpe exteriori parte: interiori verò, vbi alis auibus hi circuli fiſſura tãtummodo in longum diſſecantur, membrana quãdam tenuiſſimam alteram canalis diuaricati exactè medietatem abſoluentem obtendit planam, & æquabilem: quin & hemicyclos exterius latus componentes taros admodum, interiectis ſubtiliſſimis membranis, ſiue tunicis fecit, nẽpe ad faciliorem, & maiorem diſtenſionem, quo nempe largiſſimus, & copioſius hoc adeo tumeſcere, ac inflari facili meatu conceptus aer, atq; roſtro in aquam inſerto aliquandiu retentus, tandem per extractum, & apertum roſtrum qua data porta maximo impetu erumpẽs ingentem illum boatum taurinum edere poſſit. a Bellonius, qui in deſcribenda hac aue diligentior fuit quàm in depingenda (nã expreſſa icon Iſpidam potius, quàm Botaurum refert) arteriam huic aui tribuit rotundam, firmam magnitudine fermè digiti, annuliſque prædictam non ſeparatis, vt in cæteris auibus. Prolobo caret, at eius loco ampliſſimum œrophagum habet. Inteſtino recto duo ſunt appẽdices, ſeu inteſtina cœca. Ventriculum non cæterarum auium ventriculis, ſed canino ſimilem habet.

LOCVS.

LOCVS. NIDVS. VICTVS.
Partus. Educatio.

BOTAVRVS ad ripas lacuum, & paludium ceu otiosus desidet, pisces adnatantes obseruans, quos, & præcipuè anguillas auidissimè vorat: nec vllam aliam auem esse aiunt, excepto Mergo, quæ ista sit voracior. Author de natura rerum ranas, & alia animalia venenata edere scribit. Nidum ex arundinibus intertextum in quodam lacu cum ouis duodecim, sese vidisse affirmat Ornithologus: ipsamque auem colore ita quidem ad arundinem accedere, vt inter arundines sedens vix deprehendatur. Contrà Bellonius nidum construere tradit ex furculis, eumq; in excelsarum arborum ramis, deniq; tria, aut quatuor in eo oua excludere. Quamobrem in tanta, tãq; manifesta controuersia aucupes essent consulendi: ego autem eius nidum nunquam obseruaui. Alius quidam obscurus author, qui se physiologum nominat, matrem, ait, exclusos fœtus mox sub alis fouere, singulum autem sub singula (quasi verò binos tantùm pariat) eisq; ita materno corpori adhærentibus incedere, prominentibusq, eorum rostris cibum benignè ministrare.

Vbi degat.

Voracitas.

Quibus vescatur.

Nidus.

MORES. INGENIVM.

ARDEAS Stellaris piger (Ocnus) *cognominata*, inquit Aristoteles, *in fabula est, vt olim è seruo in auem transierit, atq; (vt cognomen sonat) iners, otiosaq; est. Talis Ardeolarum vita est.* Recentiores quoq; pigram auem esse inquiunt, & non facilè refugere hominem, vt aliquando ad nidum vsq; accedentem expectet. Vsq; autem adeo non metuere, onec se loco mouere, nisi proximè ventum sit: tunc enim se aut iuncis, aut arundinibus abdere, aut in aqua immergere. Hanc itaq; præcipuè auem intellexerit Apollonius per epistolam Tarsenses reprehendens, quod iuxta Cydni aquas sociantes, tanquam fluuiatiles aues federent. Videtur verò mihi eius pigritia, atq; inertia à difficili volatu maximè pendere: nam ægrè admodum euolat, & nisi prius salierit: & non malè ei pigritia illa cedit: siquidem tam otiosè prope ripas aquarum sedens admodum industriè pisces captat. Eo enim loci, vt scribunt physiologici, vbi pisces frequentes nouit, adeo quieta consistit, vt planè videatur mortua, & incautis illis minus suspecta sit. Præterea ne colli longitudine suspecta sese prodat, breue id incuruando facit, vt cum pisces ei quasi nihil præmeditanti adnatarint, collo extenso eos arripiat. Addit Albertus similiter, cùm illaqueatum se sentit, stare immobilem, & venatorem apprehensurum, rostro, quo multum valet, vt Ardea, incautum vulnerare.

a 9. Hist. cap. 18.

Pigra auis est.

Cur pigra.

Astus in piscando.

VOX.

ROSTRO, vt diximus, in aquas, lutum, vel terram inferens, bombos taurinæ, aut bubulæ voci simillimos emittit, eosque si Alberto credimus, tempore verno magis, cùm libidine accenditur. Eiusmodi auis authori Philomelæ bubire dicitur hoc versu:

Inque paludiferis Butio bubit aquis.

Ad hanc itaque Ardeam Stellarem, siue Botaurum tum nominis, tum soni similitudine pertinent soni, quos *Βυμιᾶσθαι* appellauit *b* Aristoteles in problematibus, Gaza seruata Græca voce fermè Bobugos, interpres vetus Bubices. Et quoniam eadem ratio videtur sonitus etiam harum auium, nec aliam reddi posse, Philosophi verba adscribam. *Cur paludibus*, inquit, *iuxta fluuios positis fieri soleant, qui bomugi appellantur, quos tauros numini religiosos fabula narrant? Est id sanè fremitus mugitui tauri adeo similis, vt boues, cùm audiunt, non secus afficiantur, quàm si taurum senserint mugientem? An cum aut fluuij in paludes se fundunt, aut paludes restagnant, & vel à mari offensa retorquentur, vel flatum vniuersum emittunt, tum fremitus ille excitatur? Causa verò quod terræ cauernæ infodiunt, in quas aqua interrumpens, quoniam fluctus in eiusmodi redundatione mouet aerem per angustias, ceu si quis in amphoram inanem strepitum per osculum*

Quando magis clamet.

Bubire.

b Sect. 23. 35.

Bum egisoni qui Bubices.

osculum mouerit, mugimento similis sonus exultabit. Mugitus etenim bobus per idipsum figura genus profertur. Multas autem, miraſque voces informare figuræ cauernarum variæ (inæquales) *possunt. Nam & amphoræ fundum si quis detracto operculo vicissim modo intus attrahens, modo extrà depellens perterat, sonum per interceptedinem tam ingeniuum reddet, vt bellua perimescant, & fugiant, quod pomariorum custodes* (oporophyllaces) *emoliri consueuere.* Hæc ille.

PROVERBIA.

Ocni funiculum texere qui dicãtur.

c In Phoceis.

Ocnus qui fuit.

OCNI *funiculum texere* dicuntur, qui ex suis laboribus nihil vtilitatis percipiunt. *a* Pausanias.n. describens imagines, quæ Delphis spectantur, *Post Vlyssis socios*, inquit, *vir quidam sedens conspicitur. Inscriptio Ocnum esse testatur. Funiculum autem nectit. Astat asina, quæ quicquid est nexum deuorat. Ocnum hunc hominem laboriosum fuisse memorant: sed vxorem habuisse sumptuosam, à qua quicquid in laboribus collegerat, non ita multò pòst fuisse dilapidatum. Hæc per Ocni vxorem obscura tradidisse Polygnotum putant. Scio item ab Ionibus dici, si quem laboribus intentum conspicerent, ex quibus ille nihil commodi caperet: Hic vir Ocni funiculum contexit.* Quanquam autem fortè ad auem hæc non pertineant, tamen quod Ocni nomen Aui nostræ conueniat, hic inserere libuit, eòque maximè cùm subiungat Pausanias: *Augures præterea & auem Ocnum appellant, quæ inter Ardeolas, & maxima sit, & pulcherrima.*

EMBLEMA.

EMBLEMA est Alciati inscriptum IGNAVI.

Ignaui Ardeolam Stellarem effingere serui
Et studia, & mores fabula prisca fuit.
Quæ famulum Alectriam volucris sumpsisse figuram
Est commenta: fides sit penes hilleticos
Degener hic velut qui cenet in aere Falco est
Dictus ab antiquis vatibus Ardelio.

Sumptum est emblema ex præcitato Aristotelis loco. Antiqui autem fabulati sunt Ardeam Stellarem effingere serui ignaui & studia, & mores. Ex hac autem fabula omnino concludit quidam Anglus hanc auem, quam nos tum ex eo., tum nostro Marte descripsimus, Ocnum Aristotelis esse. Vt fugitiuorum enim, inquit, seruorum, post fugam deprehensorum, cutis loris flagris virgis, & scipionibus icta, verborum vibicibus tota maculosa redditur: ita huius auis plumæ nigris vbiq; maculis, sed potissimùm in tergo distinctæ, & velut picturatæ, serui flagris cæsi cutem proximè referunt: quam rem fabulæ occasionem dedisse ex hoc colligo, quod fabularum variarum author Aristophanes de Attagene aue, quod ad plumarum colores attinet, huic simillima adhunc modum scribat: *Si quis ex vobis erit fugitiuus, atque vltis notis, Attagen sanè apud nos varius appellabitur.*

DE ARDEA STELLARI MAIORE. Cap. XVII.

Ruffey.

Descriptio.

Longitudo.

Pedes.

Rostrum.

Collum.

Cauda.

Color.



ORNITHOLOGVS *ex recentioribus solus Ardeam stellarem maiorem nominat, deq; ea hunc in modum scribit. Hoc genus Ardeæ,* cuius figurã seorsim apponimus (figura autem à nostra diuersa videtur cùm alioquí descriptio respõdeat) cõpositũ videtur ex Ardea Pulla, siue fusca, & Stellari. Libuit autem nobis Stellarem maiorem appellare. Itali quidã circa lacũ Verbanum Ruffey appellant, fortè à colore ruffo colli, & vẽtris. Auis, quã manibus ipse tractaui, longa erat sex dodrantes, extenso corpore à summo capite mortuæ ad vsq; pedes imos. Pedes longi duos dodrantes, nempe à clunibus ad extremos pedũ digitos. Rostrum octo, vel decem digitos longum. *Iris oculorum flaua. Collum perangustum, paulò* breuius duobus dodrantibus. Pennæ in collo ex ruffo albo & nigro coloribus mixtæ. Cauda non quatuor, aut quinq; digitis longior. Rostri, pedumque color flauus, *sed in tibijs, &*

digitis

Ardeæ ſtellaris maior, ſiue rubra.



digitis fuscus, summa: femora rubræ (russæ potiùs) cogebant plumæ. Dorsum, & alæ colore fusco erant. Subtus alas in superiori ambitu russæ erant pennæ, sub rostro, & oculis albæ: vertex niger. Venter plumis rutilabat. In collo imo iuxta scapulas longiusculæ pennæ partim albæ, partim fuscæ visebantur. Hæc Ornithologus, qui in epitome auium vltimò edita Elaphin Oppiani, aut cognatam ei esse conijcit: cùm alioqui prius vel eandem, vel saltem cognatam esse dixisset cum Glottide, seu Lingulaca Aristotelis, quam Gallinulis facit congenerē. Elaphin autem ita dictam conijcit, quod pennas varias & maculosas habuerit instar hinnulorum; nam & lupus ceruarius ad ijsdem maculis sic dictus videtur, & in mustelorum piscium genere zebrias. Oppianus quidem Elaphi pinnas in dorso ceruinæ pelli colore similes tribuit, & linguam longissimam, qua in aquam protensa sensim ad fauces deceptum aliquem piscem, qui ad conspectam adnatarit linguam attrahat, (ad cuius nimirum imitationē piscatores ad longam arundinem ex pilis equinis lineam suspendunt. (Quod Ardeolarū sanè naturam sapit. Si itaque hanc Ardeam Elaphin esse dicamus, necesse erit, eam illi vim tribuere in lingua, quam alijs Ardeis tribuimus, in pedibus, nempe pisces alliciendi. Color tergoris, & alarū, in mea aue, quæ hìc exprimitur, ad cinereum, siue beticum vergit; apicem in vertice habet, ex quo duæ longiusculæ pennæ exorientes totum caput, velut galeam exornant, colore nigro. Tota auis vel primo intuitu spuria videtur, & ex Ardea Pella, & Stellari prognatam iurares. Pellam enim capite, pectoris maculis, dorsi, & alarū colore ipsa denique magnitunine refert: reliquarum partium colore Stellarem, si maculas demas, quæ enim in hac aue non sunt. Contrà pedibus adeo stellarem exprimit, vt simul positos vix quispiam etiamsi peritus auceps, discernat. Neq; fortè alia fuerit, quam in Hollādia cirratam tradunt reperiri. Ea enim insula, vt ex Hollandis audiui, Pellis & Asterijs satis, superqs abundat. Ad has potiùs, quam alias Ardeas Ardeæ hoc genus Epidauro mihi missum referre libuit. Auis est vndiquaque sibi concolor, nempe subruffa, pronè minus, supinè magis. Tibiæ pedesque fusci. Rostrum flauescens. Hæc eadem vel consimilis saltem in paludibus nostris capta, rostrum habebat palmi longitudine, coloris cornei rectum, acutum. Superior mandibula parumper adunca est in fine, & inferiore longior, cum aliqua nigredine. Vertex erat niger; collum ferrugineum, duos palmos longum. In dorso nigricabat, (videbatur autem pullus adhoc) & in cauda, cuius infimum vropygium album erat: erat autem hæc breuissima. Alæ partim ferrugineæ, partim albæ. Crura dodrantem vnum explebant. Oculorum iris lutea erat.

Elaphis Oppiani.

Elaphis cur sic dicta.

Ardea Stellaris Cirrata.

Color.

Ardeæ ſtellaris tertium genus.



DE ARDEIS CONGENER AVE. Cap. XVIII.

HVius cemodi auem licet rostro longè breuiori, Ardeis potiùs, quam alijs auibus feci cõgenerem, & Ardeam nigram nuncupare soleo, quòd reliquo corporis habitu Ardearum genera exprimat. Collo enim est longo, longis cruribus, digitis pedum lõgissimis, vnguibus acutis, & cauda deniq; breui. Color vbiq; vniformis, nigricans, excepto collo, quod albo torque circundatur, & rostro, quod luteum est: in medio, & extremo nigra macula tam inferna, quàm superna parte notatum.



DE AVIBVS QVIBVSDAM, quas in Belgio Kemperkens, id est, Pugnaces vocant. Cap. XIX.

AVES hæ, quas hìc subinde describemus, & depingemus, non incongruè fortassis Ardearum generi subnectentur: non autem quia pedibus etiam, rostroq; & collo sint longiusculis: (nam hæc cum multis alijs, imò cum omnibus fermè aquas frequentantibus commune habent (sed quia gregatim in suo genere, vt illæ nidificent. Qui mihi copiam harum fecit, pictasq; ad viuum è Belgio transmisit Illustrissimus Carolus Comes ab Aremberga, assrebat, immenso quotannis, & ineffabili penè numero, ex Septẽtrionalibus plagis ad Belgij oras, verno tempore sub Maiũ ferè, aduolare: sed mares ex his plurimos esse, paucas fœminas, ideoq; mares inito inuicem acerrimo prælio sese mutuò occidere, donec cum fœminis numero pares euaserint, & singulis coniungi possint: nam tunc victoribus illis fœminas accedere, & cum ijs soboli operam dare, moxq; exclusis, educatisq; fœtibus vna cum his vnde venerant, reuolare. Cæterùm, quod præ cæteris in ipsis admirandum est, pleraq; inuicem dissimillimas esse. Et reuera ego aliquot describam, & depingam, ex quibus aliquæ raræ profecto ne dicam monstrosæ formæ sunt. Quæ itaq; primo loco depingitur auis, Perdicis instar toto corpore maculis respergitur, collo inferno, & pectore, & alis rotundis ferè, & deorsum tendentibus, collo superno, siue ceruice, ventre & alarum rectricibus pennis, transuersalibus, cunctis verò nigris. Rostrum quoque nigricat, exile, in extremo nonnihil recuruum. Lingua longa, acuta, angusta, subatra. Caput, ceruix, dorsum, alæ, & venter, & femora ex luteo ad castaneæ ferè colorem tẽdunt, & maculis, quas dixi, egregè exornantur, quæ adeo exiguæ sunt in capite, vt exigua punctula potiùs videantur. Gula, pectus, & podex candicant ad cinereum vergentes. Crura longa, flaua, longi, & flaui item anteriores digiti, medius longissimus, posticus admodum exiguus. Vngues nigri, aduunci. Caput velut Galeritæ, apice insigne est. Quæ sequitur, cristã quoque in capite gerit, sed colore plurimùm differt. Ventre enim nigricat toto, pectore candicat. Mentum macula nigricans, ceu barba quædam exornat. Albicat in fronte, in occipite, & in reliquis partibus ex albo ad fuscum vergit. Rostrum oblongum, & gracile, nigrum, quà capiti iungitur candidum. Cauda longiuscula, crura longa, fusca. Digitus, qui pro calce est breuissimus. Tertia tota ferè ruffa, nigris maculis lunam æmulantibus, vndique, excepta ceruice insperſa, apice caret. Femora, & infernum vropygium colore sunt betico. Alarum pennæ maiores sunt nigræ, in fine, & ad latera ferè croceæ. Oculorum iris crocea, pupilla nigra. Rostrum quàm in præcedentibus paulo breuius, & gracile, adeo vt huiusmodi aues vermiuoras potissimum esse suspicandum sit. Quarta cum proximè descripta colore ferè conuenit. Sed venter ferè fuscus, podex albicans. Alas albicantes, seu subcinereas maculæ multæ magnæ transuersales tortuosæ ttanscurrunt. Pennæ rectrices in fine sunt fuscæ. Rostrum longiusculum, nigrum, & vt in priori in extremo curuum. Caput nigrum magnæ aliquæ pennæ velut galeam eleganter exornant, quales pugnacem auem decebant, quas proculdubio dimicatura, vt hosti suo videatur terribilior, & metum incutiat, erigit: quemadmodum Gallos quoque nostros pugnaturos facere obseruauimus. Eædem quoq; longiores pennæ sunt in pectore. Quinta eiusdẽ ferè coloris, sed pennas, eas magnas, quas dimicaturas erigere diximus, longè habet maiores easque candidas, & in extremitatibus suis nigras. Easdem illas pennas candidas habet, quæ hic sexta depingitur. Cæterùm colore plurimùm differt. Toto enim corpore fusca est, exceptis femoribus, & cauda, quæ sunt colore betico. Ante albas illas in collo surrectas; alias habet in vertice quæ minores sunt, & nigræ. Caput ex cinereo flauescit. Mentum candidum est. Crura, pedesque fusceſcunt. Iris oculorum crocea. Rostrum nigrum. Septimo loco posita pennis omnibus variat, viridibus, albis, rubris, amethystinis, luteis, & quod in ijs obseruatione dignum est, nulla earum alterius colore permiscetur. Pedes & caput sunt flaua. In Anglia reperiri etiam aiunt. Postremo loco posita monstrosæ prorsus figuræ etiamsi aurita sit, & crura duplo habeat, quàm præcedentes breuiora; illis tamẽ, quod

Ordo.

Vnde & quò aduenient, & quo tempore.

Cur inuicẽ pugnent.

Descriptio.

Descriptio alia.

Color.

Rostrum.

Descriptio tertiæ auis.

Oculi.

Quartæ auis descriptio.

Ala.

Rostrum.

Caput.

Quintæ auis descriptio.

Sextæ auis descriptio.

Septimæ auis descriptio.

Color.

Vltimæ auis quæ aurita est descriptio.

Auis pugnax prior.



Auis pugnax ſecunda.



Auis pugnax tertia.



Auis pugnax quarta.



Vlyſsis Aldrouandi

Auis pugnax quinta.



Auix pugnax sexta.



cætera ſimilis ſit, ſubnectere placuit. Equidem natura luſiſſe videtur in eius generatione, auritam faciens, cùm ex nullis diurnis aliam inuenias. Roſtro eſt, vt aues pugnaces gracili, & oblongo, oblongis etiam alis. A capite per collum pennæ vndiquaque pendent magnitudine æquales, ſed in quibus varios cernere eſt colores, qui velut varios torques formant, modò ferrugineos, modò rubros, modò albos. Aures longæ ſunt aſininis non diſſimiles. Longum item collũ eſt, & valde gracile, atque tenue, ad latera candicans, cætero luteſcens, lineolis nigris vndiquaque conſperſum. Roſtrum, caput, alæ, aures, & dorſum coloris ſunt ferruginei. Venter, femora, quæ ad genua vſque pennis veſtiuntur, luteſcent. Tibiæ, & pedum digiti coloris, ferè carnei. Digitus poſticus admodum breuis. Caput ad latera miniaceam maculam magnam habet, in qua oculi ſiti ſunt: palpebræ oblongæ, inſignes, iris alba, pupilla nigra.

Auis pugnax ſeptima.





DE FALCINELLO,
seu Aue falcata.
Cap. XX.

Ordinis ratio.

INTER Ardearum diuersa genera vnum etiam falcato rostro descripsimus, quare & hanc cùm in reliquis Ardeæ similis sit, non incongruè illis subnectemus: cùm præcipuè Itali Ardeam etiam nominent, coloris discrimine tantùm addito, Airon negro dicentes. Auium rostra, inquit Ornithologus,

Rostrũ alicuius differentia.

alia recta sunt, alia aduncа, vt Accipitrum: alia falcata, idque vel sursum, vt Auosettæ dicta apud Italos, vel deorsum, vt Arquatæ, & Falcinelli similiter Italicè dictarum auium, quod arcus, aut falcis speciem rostro imitentur. Libuit autem Falcinellum Ardeis, statim subijcere, quòd & magnitudine ferè, & tota corporis specie Ardeam referat, rostro tantùm excepto. Hanc viuam æstate aliquando Ferrariæ in Italia

Falcinelli descriptio ex Ornithologo.

vidi. Corpus ei maius Columba, eleganti colore, viridi ferè, alicubi etiam puniceo admixto, vt in Vanello aue, variante scilicet colore pro diuersa ad lucem obuersione, capite,

Magnitudo.

& collo fusco. Sed superior pars colli anteriùs albicat, maculis nigris intercurrentibus.

Color.

Rostrum oblongum, tenue, & anteriùs falcatum, sicut Arquatæ, & Coruo syluatico.

Rostrum.

Crura oblonga, pedes fissi. Aliqui Ardeam nigram, Italicè Airon negro vocitant (vt diximus.)

Crura.

Pedes.

Sed hæc, quam vidi, non erat adulta, maiorem fieri aut, & forsitan in colore etiam aliquid mutat per ætatem. Inter omnes quidem, quas mihi videre contigit aues, nulla magis ad

Cum Ibide similitudo.

Ibidem mihi accedere videtur, sed color obstat, quò minus Ibis existimari possit. Hæc ille, quod alibi Germanicè interpretatur ein Vvelescher vogel, ein Sichler, aut Sagiser, à rostri figura. Cæterùm nunquid quæ modò ab Ornithologo auis descripta est, ea sit, quam aucupes nostri Falcinellum vocant, & quam ego hìc depingo, non sat scio: non parum enim ab eius descriptione discrepat. Sed fieri potest, vt ab ipso est annotatum, hoc auium genus pro diuersitate ætatis, & magnitudine & etiam colore variare. Auis aucupibus nostris Falcinello dicta ad Ardearum magnitudinem accedit, easque corporis habitu, & specie refert, excepto rostro. Caput, collum, dorsum, pectus, venter, femora, vropygium, coloris sunt spadicei ad fuscum tendentis. Sed collum, & pectus, etiam maculis quibusdam fuscis, oblongiusculis respersuntur. In medio dorso macula quædam est coloris viridis obscuri, qui color in alis etiam, & cauda conspicitur. Rostrum subnigrum est; valde longum, & anterius falcatum. Femorum quicquid plumis destituitur, tibiæque & pedes rostro concolores apparent: & tibiæ, digitiq; in satis conspicuam longitudinem porriguntur.


Descriptio authoris.

Magnitudo.

Color.

DE

Falcinellus Auis falcata.



DE ARQVATA, SEV NVMENIO. Cap. XXI.

Ordo.

ROST. Falcinellum falcati rostri auem, de alia quoque, quæ & ipsa à consimili rostri efformatione Ornithologo arquata, Italis quibusdam Arcase dicta est, quòd scilicet eius rostrum inflectatur instar arcus, agendum videtur. Sunt tamen & alia multa apud nos eius auis nomina. Bononiæ Piuier dicitur, quod illi apud nostros rusticos aucupes cum alijs auibus commune est, & in primis cum Pluuiali. In Apulia seu Tarlinum, seu Terlinum vocant; Venetijs arcuatum: vnde Marianus, Sanctus Barolitanus, rostrum arcuatum appellat instrumentum, quod inseritur in meatum vrinarium colis, vt vrina retenta eliciatur, quòd huius auis rostro sit admodum simile. Mediolanensibus Caroli dicitur, teste Bellonio. Alij Itali Torquatum vocant, à rostro, quod intortum habet: alij Charlor, alij Spinzago, nempe circa lacum Verbanum: vbi diuersam quoq; auem Spinzago d'acqua vocant, eam nempe, quæ Auosetta alijs dicitur. Germani circa Oppenhemium Barchuogel, à mense Iunio, quo aduentare solet: sicut & aliam quoq; eiusdem nominis minorem. Circa Argentoratum Regenuogel, ideſt, auē pluuię, alij Vuninduogel, ideſt ventorum auem, vel Metteruogel, quòd tempestatis futuræ, & imminentium ventorū prognosticum ex ea sumatur Sed rursus aliam quoq; minorem auem pluuiæ vulgo dicūt. Circa lacum Acronium en Gruy: Frisijen Schye (Ichryek à Germanis dicitur, quam Crecem esse conijcit Turnerus) vtriq; nimirum per onomatopœiam facto vocabulo. Galli Corlis, seu Corlieu: qui aliam auem paulò minorem alibi Barge dictam, teste Bellonio, vn petie Corlieu. Hollandi Banikens. Angli, ni fallor, à Kurplen, & ceu latissimam commendant. Veterum Numenium esse satis probabili argumento cōijcit Ornithologus. Quærendū, inquit, an hæc sit veterum Numenius νουμήνιος (apud Varinum non rectè νουμίνιος scribitur) quam auem esse attageni similem. Hesychius docet, quæ & Trochilus dicatur (nimirum à celeritate cursus, qua Attagen quoque valet) legimus autem Attagenem fuisse pteropedilon, ideſt, varietate pennarum insignem, quod Arquatæ etiam pulchrè conuenit. Hinc factum est prouerbium, Attagas, & Numenius, siquando duo improbi conueniſſent, vsitatum. Improbos enim seruos, & multis stigmatibus notatos Atagenias vocabant. Poterit autem, vt ego quidem conijcio, Numenius auis esse dicta, à Neomenia, hoc est nouilunio, quòd rostri figura arcum lunæ recens à nouilunio crescentis in cornua repræsentet. Quod si quis non approbata hac coniectura nostra, Scolopacem (Gallinaginem Gaza vertit) potius Numenium esse velit, quòd Aristoteles illi Atagenæ colorem attribuat, non multū cum illo contendero: & si rostri figura Gallinaginis nouæ lunæ, ideſt, nouiter apparenti non conueniat. Quantùm ad sensum quidem prouerbij nihil refert, quancunq; auem variam, & Attagenæ similem ei coniungas. Hæc ille. Bellonius verò Aristotelis Clorium esse conijcit, tùm quòd dum canit, vocem hanc Elorios proferre videatur, tum quod Elorium Creci similem faciat Aristoteles: addens etiam Creci rostrum longum, & acutum esse, cuiusmodi sanè est huic aui. *Elorius*, inquit hic, *auis est apud mare victitans, Creci similis. Calo tranquillo ad littus pascitur* Si itaq; inquit Bellonius, similis sit Creci Elorius, verisimile apparet, rostrum habere longum. Addit enim: *Habet porrò Crex rostrum longum, & acutum, &c.* Cæterum Ornithologi coniectura magis placet. Multæ enim aliæ aues rostro longo sunt, & acuto, quas tamen Eloriū idem esse nemo dixerit. Præterea, quod cùm canit, Elorios proferre videatur, id nemo præter ipsum Bellonium asserit: quin contrà Italis quibusdam Tarlino, & Terlino, & Frisijs Schrye per onomatopœiam dici suprà annotauimus: sed & ipse etiam Corlieu Gallis dictam ait, quia inter volandum Corlieu pronunciat. Cùm igitur Numenium esse magis sit verisimile, & Hesychius Numenium cum Trochilo eandem esse asserat, conijcit Ornithologus, Anglorum Curlu, & Gallorum Corlis à Trochilo simili nomine originem duxisse. Græcis vulgò hodie à longitudine nasi, ideſt, rostri, Macrimito nuncupari testatur idem Bellonius.

Arquata & Arcasetur dicta.

Rostrum arcuatum quid.

Numenius.

Attagas, & Numenius prouerbium.

Etymon.

Elorios.

Macrimito

GENERA. DIFFERENTIÆ.

HVIVS generis Bellonius, vt iam obiter dixi, aliam quoque paulò minorem inueniri ait, & Gallicè, Petit, Corlieu, vel Barge appellari.

FOR-

FORMA. DESCRIPTIO.

AVIS Arquata, inquit Ornithologus, quam manibus tractaui, ab extremo rostro ad pedes vltimos extensa circiter septem palmos æquabat longitudine. Corporis longitudo à pectoris, seu dorsi initio vsque ad finem caudæ, alarumque sexqui- *Longitudo.*

1 ododrans. Pondus accedebat ad vncias triginta. Crura erant oblonga, colore subfusco, vel cinereo. Digitorum extrema pars magis nigrescit. Sunt autem fissi, sed aliquatenus membrana coniuncti: quæ etiam vtrinque iuxta singulos digitos descendit, & inferiorem digitorum partem dilatat. Vngues nigerrimi. Rostrum circiter octo digitos longum, aliquando etiam dodrantem æquat. Idem post tres digito flecti incipit deorsum, colore nigro. Pennarum color fuscus ferè, sed varius, & maculosus est. Ex eis maximè fulgent instar serici villosi, quæ inter alas, & dorsum sunt: in medio nigræ, in circuitu per interstitia subruffæ. Collum sex digitos longum. Color ei obscurior, & plus cinerei habet, quàm albi, pluma mollissima. Pennæ in cauda quinque digitos longa, nigris, & albicantibus interuallis distinguntur. In pectore circa nigricantes maculas plumæ subrubent. In alis ex-

2 otremitas pennarum nigrescit. Venter, & pars sub alis albicant. Alæ ipsæ maiusculæ sunt, & egregijs pennis, partim nigris, partim albis, & fuscis, discolores. Hucusq; Ornithologus. *a* Bellonius sic describit: Corlis dicta auis rostrum habet falcis instar curuatum, longitudine dimidij pedis grandioris, crassitudine digiti ea, qua capiti iungitur partis: in extremo verò longè exilius est. Lingua pro rostri proportione exigua, ac breuis admodum. Auis colore est cinereo, maculis fulcis, & subrubris distincta. Ferni admodum est odoris. Sub ventre candida est, & maculis nigris variegata, vt hanc ob causam ex rapacium genere videatur. Pennæ in superna alarum parte similes sunt Morphne (Gerfault) cauda illi breuis, alas non excedens, transuersim nigro, & candida distinguitur. Collum oblongum, crassum, plumis vndiquaque densè vestitum. Crura oblonga, colore amethy-

3 stino. Digiti tres anteriores validi, & crassi, posterior breuis. Dimidia femoris pars supra genua plumis caret, quod omnibus ferè paludstribus auibus commune est. Nulla alia, quod nouerim, auis rostri longitudine ei comparari possit. Hæc Bellonius, qui paulò ante hæc memorata, magnitudine auem Aigrette Gallis dictam adæquare scripserat: eundemque semper seruare colore, & marem à fœmina parum differre. Notis ab vtroque authore adductis exactè respondebant hæ, ad me mense Ianuarij allatæ, quas tamen inter se sexu differre conieci. Nam fœmina erat aliquantò minor, & maculæ illæ, quibus totum ferè corpus respergitur, in hac magis fuscæ apparebant: & dorsum, alæque aliquando magis nigricabant. In reliquis erant omnino similes. Lingua in hac aue, quod notatu non indignum est, pro tanta rostri longitudine breuissima est, & sagittæ effigiem repræsentat, vt

4 oadiecta eius icon ostendit.

Descriptio ex Bellonio.

a De auib. lib. 4. c. 12.

Rostrum.
Lingua.
Color.
Venter.
Alæ.
Cauda.
Collum.
Crura.
Magnitudo.
Fœminæ à mare differentia.
Lingua.

VICTVS. VOLATVS. PARTVS. & vsus in cibis.

IN VENTRICVLO dissectæ vermiculos quosdam, & lapillos, cùm sese inuenisse testetur Ornithologus, vermibus victitare statuendum est. Sed & Bellonius, eam omni vermium genere vesci ait, eosque rostro ex terra eruere, & in plantis quibusuis

5 oquærere; Turmatiam autem volat, eodem teste. Oua referunt parere ferè quanta Gallinę, quaterna, pallida, mense Aprili. Laudantur in cibis, inquit Ornithologus, & Gallinis etiam præferuntur. Singulæ denario ferè argenteo væneunt. Mihi semel gustanti caro solida, sicca, & leporinæ ferè similis visa est, fortè, quòd ætate prouectior fuerit auis. Bellonius eius carnes ferinam redidere testatur, in Gallia tamen etiam in delicijs haberi.

Quibus victitet.
Oua.
Caro.

Arquata, ſeu Numenius mas.



Numenij auis caput cum rostro, & lingua.



DE HELORIO.
Cap. XXII.

AERVM quia in Helorij mentionem obiter incidimus, haud ab re fuerit, pauca, quæ de illo scriptis fuere tradita, hìc recitare. Helorios igitur Græci similis traditur, mari tranquillo littoribus aduolans, victum ex piscibus quærens. Clearchus apud a Athenæum Helorium cum Trochilo, & Carulo inter παρυδριάς nominat. Sic autem vocat aues, quæ cælo sereno in littore pasci solent, piscibus scilicet in littore, aut vado insidentes. Non probat Ornithologus eas, qui Elorium sine aspiratione scribunt. Videtur enim, inquit, hæc auis (Ardeæ, vel Ibidi similis) nomen παρὰ τὰ ἕλη, ideſt, paludibus accepisse: circa quas nimirum degere solet. Homerus ἑλείρια, vocat ἑλκύσματα ἢ σπαράγματα, vt Iliados primo, Αὐτὰρ ὁ λείρια τεῦχε κύων ὀδύσασθαι ἐοικὼς παρὰ τὸ ἕλκω τὸ φύω, ἢ παρὰ τὸ ἕλκω.

a Dipn. l. 8.

Etymum.

DE CRECE. Cap. XXIII.

ORDINIS RATIO.

CVM verò Creci similis tradatur Helorius, quæ de Crece apud authores obseruaui, hic adijcere non pigebit; ne quid vnquam in hoc opere quoad fieri poterit, desideretur.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

Κρίξ præter auem ponitur etiam ἱππιθροχῦ, authore Hesychio, à quo exponitur κορυφαία, coma verticalis. Suidas κρίκα pro κρίκα habet, ex epigrammatis, vt videtur. Κερκὶς à Varino, Hesychio exponitur genus auis (eadem fortasse cum Crece) item radius textorius: significat & ipsam telam, quæ radio, seu spatha calcatur, synedochicè, posito instrumento rei conficiendæ pro re confecta. Κερκίδα quoque apud Galenum aliqui tudiculam, qua aliquid agitatur in lebete, vel olla, dum coquitur, alij pistillum exponunt, cuius vsus potius in pinsendis contundendisque quàm in agitandis pharmacis est. Eodem nomine paxillus dicitur, siue clauus ferreus, ligneusve, qui in iugi foramen inditur ad retinenda loca iugalia, ne extra iugi caput excidant. Est item Κερκὶς Polluci theatri pars, item maius illud os, quod tibiam fert: Idem τῶν περὶ τὸ μήκιστον δύο ὀστᾶν τὸ μικρότερόν appellari κερκίδα tradit. Et Gorræus Κερκὶς, inquit, radius: est os alterum cubiti superius, sed minus, & breuius. Nam quum cubitus generatim dictus duobus ossibus constet, vno quidem inferiore, & subiecto, sed grandiore: altero verò superinsidente, & breuiore: illud Græci πῆχυν eodem cum tota parte nomine, hoc κερκίδα à figura rotarum parua vn radios imitante nuncuparunt. Hesychius κερκίδα dici scribit etiã τὴν τῆς κίττου κορυφήν. Sed vt ad auem reuertamur, Κρίξ, teste Eustathio, per onomatopœiam dicitur. Κρεκὰς eadem auis est, vt docent Hesychius, & Varinus. Albertus pro Crex habet. Cratos, & Coruini generis esse scribit, quod non placet. Cæterùm quæ auis Aristoteli, Aristophani, & Herodoto Crex vocetur, inter recentiores non bene cõuenit, alijs aliã existimantibus, neque ego vllam vnquam obseruaui, quam veram Crecem esse affirmare ausim. Cùm enim Athenæus Hellorio similem esse dicat, & vt proximè præcedenti capite dixi, nõ constet, quæ & hæc sit, cumque Creci Aristoteles longa crura attribuat, ideoque posteriorem digitum, qui pro calce est, minutũ habere asserat, nec alias circa formã notas addat: longis verò cruribus esse, & digitum posticũ exiguum habere quamplurimis conueniat, quã difficile sit de ea iudicare, nemo non videt. Quare primò aliorum afferã super hac re opiniones, dein quid ego sentiã subnecturus; est auis quædam, inquit, quidã apud Anglos longis cruribus, cætera Coturnici, nisi quod maior est, similis, quæ in segete, & lino vere, & in principio æstatis, nõ aliã habet vocẽ, quàm Crex, Crex: hanc enim vocẽ semper ingeminat; quam ego Aristotelis Crecem esse puto. Angli autem illam vocant a Dakerhen, Germani ein Schryk (Arquata auis à Frisijs dicitur ein Schrye) nusquam in Anglia nisi in insula Northumbria vidi, & audiui. Hæc ille. Quærendum, inquit Ornithologus, an hæc descripta auis Ortigometra sit. Aut an eadem fortè, quam circa Argentorum Mattekern appellant, cuius figuram inter Gallinas syluestres dabimus. Cæterùm cum ex antiquissimo Herodoto Crecẽ Ibidis nigræ magnitudine esse constet, Anglorum Dakerenna Crex esse non poterit. Quare nisi ea, quam circa Nilum se vidisse affirmat Bellonius, esseque Aristotelis Crecem inde conijcit, quòd dum clamat sæpiùs crex, crex repetat, vera Crex sit, vt puto, Auosettam, quæ & ipsa, vt alibi dixi eandem vocem edit, Crecem esse dicam, Bellonius autem auem suam sic breuiter describit. Cruribus, inquit, vt Cheualier Gallis dicta (limosa) longis est, maior tamen, Elorio minor, (Corlis rostro etiam longo, & nigro, nigris quoq; tibijs, & toto capite, collo, tergore, & pectore cãdidis. Superiores aliæ corporis partes ad cinereũ tendunt. Alæ subnigræ sunt, quas prope coctas linea alba vtrinq; transuersim secat. E terra victũ petit, & in aere etiam in muscas debacchatur, non secus ac Capella (Vanneau) Cùm volat, magnũ edit strepitũ. In Gallia reperiri nõ arbitror, licet prius suspicarer eam esse, quæ nobis Bargie dicitur Hæc Bellonius. Ad ciuitatẽ auium condendã è

Etymum.

Crato.

Crecis Turneri descriptio.

Forma.

Magnitudo.

Crecis Bellonij descriptio.

Crura.

Magnitudo.

Rostrum.

Color.

Victus.

Volatus.

Libya

Libya veniſſe innumeras Creces *a* Ariſtophanes narrat. Θαμὰ λίνας καταπτᾶσα λίθους, τυτης δ' ἐνύκτερον αἱ Κρῆτες τοῖς ῥύγχεσιν. Scholiaſtes, *Crex*, inquit, *genus eſt auis, roſtro admodũ acuto, & ſerrato* (idem Suidas, & Varinus repetunt) *τυτὸς verò inſtrumentum eſt quoddam, quo lapides poliunt*, (τετρυπημένον καὶ ξύλον) *is verò labor non ineptè auibus longum roſtrum habentibus tribuitur.* Varinus auem ait eſſe marinam, Ibidi ſimilem, ex Herodoto nempe, qui Ibidem nigram in Ægypto pedibus Gruinis eſſe aſſerit, eadem, qua magnitudine. *a In Auib.*

MORES. VOLATVS, ANTIPATHIA.

CREX, inquit Ariſtoteles, *moribus pugnacibus eſt ingenio valens ad victum, ſed cætera infelix.* Cur autem infelicem in cæteris vocet, non ſat ſcio, niſi fortaſſe ideo, quòd parum volatu valeat. Phileſ enim Κρὲξ βραδύπτερος vocat, hoc eſt, difficilis volatus. Quod autem moribus ſit pugnacibus, confirmare videtur idem *a* Philoſophus, dum ait: *Pugnat cum Galgulo, & Merula, & Vireone; nocet enim his, & eorum pullis.* Quod etiam magis ex eo patet, quod teſte Æliano cum Ciconia inimicitias exerceat, aue ſanè magna, & roſtro robuſto. *a 9. Hiſt. cap. 1.*

AVGVRIA.

HESYCHIVS Crecem ὄρνεον interpretantur ὃ τοῖς γαμοῦσι σημαίνεται, ideſt, auem, à qua auſpicia in nuptijs capiebantur. Suidas verò, ὄρνεον, ait, συσσημαῖνον τοῖς γάμοις, ideſt, auis nuptijs inauſpicata. Quia fortè *a* Palladi caſtitatis deæ ſacra habebatur; vt ex Porphyrio patet, vbi ait: Aues deorum ſententias nunciat, Aquila Iouis, Mineruæ Crex, & Noctua. *De abſt. ab anim. l. 3.*

DE TOTANO. Cap. XXIV.

TOTANVM, & Limoſam Venetijs vocatas aues, quia inter Ardeolarum Gallinarumq; naturam ambigere ferè videri aſſerat Ornithologus, Gallinulis nempe maiores, Ardeolis minores, ego poſt Ardeas de ijs agere decreueram, niſi ſuis locis adductæ rationes de Falcinello, & Arquata prius ſermonem facere ſuaſiſſent; eoque maximè cum & Totano, & Limoſæ roſtra recta ſint, & acuta, & ad deuorandos piſces apta. Totanus igitur, vt deſcribit Ornithologus, auis eſt aquatica, capite nigricante, præſertim anteriùs, poſteriùs enim, & magis inferiori parte ruſſum eſt. Vertex cinereus, vt & reliqua pars prona. Alarum ima pars alba, extrema nigra eſt, reliquæ plumæ in ambitu variæ (ταινιαι) ſunt & albicantes. Cauda palmi longitudine tranſuerſis lineis albis, nigriſq; depicta, vt etiam Limoſæ. Pennæ ſuper caudam ad medium dorſum vſq; albicant. Pars omnis ſupina alba eſt: in collo tamen, & ſuperiore alarum ambitu nigricantes maculæ viſuntur. Totius auis longitudo ab extremo (roſtro) ad pedis extremum extenſæ, dodrantem cum duobus palmis æquat. Roſtri longitudo circiter tres digitos, colli totidem. Fidipes eſt, verùm duo maiores digiti pedis aliquouſq; membrana iunguntur vt & limoſæ. Pedes duos palmos longi ex pallidro rubent, vnguiculis muniti nigris. Corpus auis ea ferè craſſitie eſt, quem Mergulus noſter roſtri acuti. Hæc illæ. Gallis quoque Totanus, & Limoſa notæ ſunt aues, Cheualiers, equites, à crurum longitudine nuncupant, vt idem Ornithologus in epitome quoq; annotat his verbis: Limoſa, & Totanus Venetijs dictæ aues, vt Iacobus Dalechampius Medicus, rerum naturæ peririſſimus ad me ſcripſit, non ſunt Ardeolarum generis (piſces enim minimè captant) ſed Gallinulis potius aquaticis adnumerandæ. Bellonius pro Calidri ritè depinxit, Galli equites (cheualiers) vocant, ob crurum longitudinem, eorumq; colore diſtinguunt alteram ab altera, eam cuius pedes rubent, & crura, vocantes Cheualier aux pieds rouges: alterã, cui è viridi pallent Cheualier aux pieds verds. Sic ille. Colorem quidem roſtri, & crurũ in Calidri ſuo rubere ait Bellonius, & in altera ſpecie vtrobiq; nigrum eſſe. At in noſtris non idẽ eſt roſtri, qui crurũ color. Hactenus Ornithologus, quid ein Totano hæc tribuit ſynonyma: *Ordo. Deſcriptio. Color. Lõgitudo. Roſtrum. Collum. Pedes. Calidris. Cheualier aux pieds rouges.*

Vlyſsis Aldrouandi
Toranus.



nonyma : Italicè Totano, Venetijs, alibi Charlot. Cùm itaq; in Calidri Belloniana roſtrum æquè, ac pedes rubeant, contrà in Totano Ornithologi pedes tantùm, diuerſas quidam, ſed congeneres, cognataſque aues eſſe, erit pronunciandum: quemadmodum & hæc, quàm ego depingo, pedibus nigris, cætera Totano Ornithologi ſimillimam. Capite, collo, pectore, cinerea eſt: alis, & dorſo etiam cinereis, ſed ad latera ferè fuſcis; rectrices pennæ ſunt nigræ: ſed quædam ad latera, quædam etiam in extremitatibus nempe minores albicant. Cauda breuiuſcula, primò tota candida, deinde tota nigra. Venter, & femora candida. Roſtrum longiſſimum primò ad medium vſque ex luteo roſſam, cæterò nigrum, in fine aliquantulum aduncum, piſciculis, vel lumbricis rapiendis aptiſſimum. Poſticus pedum digitus vix conſpicuus (contrà ac in Totano Ornithologi, cui longiuſculus eſt) medius omnium maximus. Ruſticis aucupibus vulgò Pizzaccara dicitur; quo nomine aliam etiam auem, Scolopacem nimirum appellant.

DE CALIDRI BELLONII. Cap. XXV.

GALLORVM Cheualier aux pieds rouges, hoc eſt, rubeis pedibus equitem, auem Gallis dictam paulò ante diximus: Totano Ornithologi congenerem cognatamque eſſe, & à Bellonio pro Calidri Ariſtotelis depingi. Quare quid de ea ipſe dicat, audiamus: Galli, inquit, auiculam habẽt Colũbæ magnitudine cruribus proceris, adeo vt equo inſidere videatur, vnde Cheualier, ideſt, equitem nominarunt. Plumis optimè inſtracta eſt, ideoq; longè minus carnis obtinent, quàm appareat. Roſtrum, & crura rubra, longa, manifeſto ſanè argumento aquaticam eſſe volucrem. Superior roſtri pars nigricat, venter albus eſt; caput, collum, & pennæ ſub alis, & vropygio cinereæ: quare [b] Ariſtotelis Calidrim dici arbitramur, cuius meminit his verbis: *Quin etiam Calidris cui cinereus color diſtinctus variè.* Rodices plumarum ſicut in Biſtarda, & la Cane petiere (Tetracem interpretatur) rubent, ſic in hac nigræ ſunt. In temporibus vtrinque maculæ ſunt binæ, nigræ quæ ceu vmbram præbent ſupercilijs, quæ & ipſa alba macula inſignia ſunt. Priores digitos membrana coniungit, vt in Pica marina, (Pie de mer) Digitus poſticus admodum exiguus. Alæ, vt in Pluuiali, cùm corpori iunguntur, magnitudine corpori reſpondent. Tam parua itaque ales proceris cruribus inſiſtens, alacriter, hilariterque, incedit, prata, ſtagnaque & ripas frequentat, & plerunque aquam ingreditur ad femora vſque. Caro nihil ferinum redolet, ſed delicatum quid, & aromaticum. In ſui generis auibus, in delicijs habetur. Hæc Bellonius, cum cuius deſcriptione optimè conuenit hæc auis, cuius hìc icon exprimitur: quare non eſt, quod ego deſcriptionem aliam afferam.

Calidris Ariſtotelis. Deſcriptio. al. 4. c. 15. Magnitudo. Crura. Roſtrum. Color. b li. 8. hiſt. c. 3. Pedes. Inceſſus. Locus. Caro.



DE

Calidris nigra.



DE CALIDRI NIGRA. Cap. XXVI.

a l.4.c.16.
Roſtrum.
Crura.
Color.

CLARVM eſt, inquit idem a Bellonius, Calidrim nigram à rubra differre. Nigræ enim ab ipſo ortu crura, & roſtrum atra ſunt, excepta ſuperiori roſtri parte, quæ ſubrubra eſt. Color item huic nigrior: quin amputatis capite, cruribus, atq; alis, reliquis corporis partibus Palumbis colorem intercinereum,& nigrum videbitur referre. Sin ſermo ſit de Calidribus,quæ iam pennas mutarunt, diſtinguenduſque color ab ijs,quæ prioribus etiamnum veſtiuntur, nos Pluuialem aliquando obſeruaſſe in autumno nigram, adeo vt poſt mutationem plumarum cum non agnoſceremus: nihilominus tam huic, quàm alteri pedes nigri ſunt. Fœtus earum menſe Aprili proſtant, maculis vndique Ortygometræ inſtar (d'vn Rasle)

Calidris rubra, cuius historiam habes priori loco.



Rasle) consperſi, cum alioqui hyeme tantùm appareãt. Hactenus ille: ſed iconem nõ exhibet: cæterum ad hanc Calidrim ego reducendam omnino iudico, quã in agro noſtro Gambettam, quaſi longi crurã nuncupant. Hæc enim capite eſt, collo, & pectore cinereis, & maculis fuſcis plurimis vndiquaque reſperſa, in tergore, maioribus minoribus in collo, & pectore, omnium minimis in capite. Alarũ pennæ rectrices nigricant. Pennæ totius corporis cinereæ, in dorſo, & alias ad ruffum nonnihil accedunt. Venter candidus eſt. Roſtrum nigrum: oculorum iridem ex luteo ſubuiridem niger circulus ambit. Pedes ex luteo rutili, quo colore potiſſimum à nigra Bellonij Calidri diſcrepat.

Gambetta. *Deſcriptio.* *Color.* *Pedes.*

10

DE LIMOSA VENETORVM, & Barge Gallorum. Cap. XXVII.

DIVERSA ab hiſce poſtremis auibus mihi videtur Limoſa Venetijs dicta; de quia ſic Ornithologus: Limoſa per dorſum Arquatam maiorem fermè refert, maculis varia tota parte prona, capite, & collo præſertim. Similis prope Totano iam deſcriptio (in quo de hac etiam nonnihil leges) ſed paulò maior. Roſtrum ei vndique nigricat. Interna alarum pars variè maculoſa eſt: reliqua pars ſupina albet, in collo tamen maculis diſtinguitur. Pennæ alarum extremæ lateribus adiunctæ extremitatem caudæ attingunt. Pedes longiores, quàm ſuperioris (Totani) glauci, vel ex cinereo ſubuirides. Totius à roſtro ad vngues longitudo, dodrantes duos cum palmo: colli palmum, roſtri ſimiliter. Hucuſque ille: & in epitome ad lacum Verbanum Giraldel dicit, circa Neapolim, Leuerſina, Germanicè ein Methun. Ex huius quoque genere mihi videtur Gallorum Barge, quam Ægocephalum facit Bellonius, & de ea ſic ſcribit: Vanellus auis vulgò dicta, vt etiã diximus. Græcis, Æx, ideſt, Cappella nominatur, a voce capræ, ſimili. Barge verò, quæ prata habitat, ſicuti Corlis, ſed pariter mare petit, auis, eſt timida, hominisque acceſſum non ferens. Vocem edit hircorum, & caprarum: quare Capricipitem Ariſtoteli nominatam conijcimus, aut Ægocephalum, ac ſi dicas Gallicè teſte de Cheure (ideſt, caput capræ.) Cæterùm ne fortè temeraria hæc noſtra videatur coniectura, eam deſcribam: Minor eſt Elorio, colore verò non abſimilis, roſtro etiã breuiori, recto. De ea ſic ſcribit [a] Ariſtoteles: *Liene omnino caret,* & paulò infrà; *Alys ,,n. fel ventri, alys inteſtinis iungitur, vt Columbæ Coruo, Coturnici, Hirundini, Paſſeri: alijs iecori ſimul & ventri, vt Capricipiti: alijs iecori ſimul, & inteſtino, vt Accipitri, Miluo.* In Barge autem noſtro diſſecta fel iecori ſimul, & ventri adhærere conſpeximus, quemadmodum alij quoque, quibus eam ſecare non ſit moleſtum, poterunt obſeruare. Auis eſt apud Gallos in delicijs: ſed rariùs in locis procul à mari diſſitis apparet: libentius in ſalſuginoſis paludibus victum quæritans. Bona auium paluſtrium pars ſunt nocturnæ, quemadmodum & hæc noctù potiùs, quàm interdiu pabulo inquirendo intenta eſt: quamobrem pro Ægocephalo ſiue Capricipite accepimus, donec aliquod aliud aptius nomen inueniatur. Ratiſumus, aliquando Bubonem eundem eſſe cum Capricipite, quia cornua gerat in capite, ſed huic ſententiæ poſteà tanquam meljori adhæſi. Tamen vt Tragopanam auem dictam etiam eſſe Capricipitem nonnihil ſuſpicer, facit nominum ſimilitudo. Hæc Bellonius, apposita hac icone. Quod ſupereſt, præterea, quæ ex Ariſtotele de Ægocephalo citat Bellonius, gulæ eius partem inferiorem eſſe tradit idem philoſophus. Demum Albertus tradit, auem, cuius caput ſimile eſt caprino, vocari Latinè apud vulgus caper Hirundinis. Sed huiuſmodi nomen nullibi me audiuiſſe memini.

Deſcriptio. *Color.* *Roſtrum.* *Ala.* *Pedes.* *Longitudo.* *Barge.* *Ægocephalus.* *Ingenium.* *Capricipitim cur vocet Bellonius.* *Deſcriptio.* *Magnitudo.* *Color.* *Vſus in cibis.* *Locus.* *Bubo.* *Caper Hirundinis.*

[a] *Hiſt. lib. 2. cap. 15.* *Felis ſitus*

20 30 40 50

Limosa Ornithologi cum satyro palustri.



Aegocephalus, ſiue Caprices Bellonij.



DE PORPHYRIONE.
Cap. XXVIII.
ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

HISCE auibus longicruribus, aliam quoque longis præditam cruribus subnectere libuit, nempe Porphyrionem. Hebraicum nomẽ Dukiphat septuaginta Deuteronomij decimo quarto Porphyrionẽ interpretantur. Leuitici vndecimo Epopem, ideſt, Vpupam. Sic Raham, vel Racham Deuteronomij decimoquarto vulgaris translatio Porphyrionem vertit, Septuaginta Vpupam: ſed neutrum probat Ornithologus. Omnino enim, inquit, Aquilæ, aut Vulturis aliquod genus hac voce ſignificatur. Sunt qui Porphyrionẽ cum Pelecano turpiter confundunt, eaſdem arbitrati, eò quòd alicubi ſeptuaginta Pelecanũ reddiderint, vbi D. Hieronymi translatio Porphyrionem habet. Germanus quidam doctus Porphyrionem Hebraicè interpretatur Racham, & Ierakpeka, & Tinſchemet: ſed Tinſchemet Hebraicam quoque vocem alij aliter intrepretantur, nimirum Porphyrionem, Veſpertilionem, Talpam, Cygnum, Noctuam, Ibin: Iudæi doctiores ferè Veſpertilionem. Chaſida aliqui transferunt Miluum, & Porphyrionem. πορφύριων Græcis dicitur διὰ τὸ ῥύγχος φοινικοῦν ἔχειν à purpureo roſtro, vt ait Euſtathius. πορφυρωνας in vulgatis lexicis pro aue legitur, ſed ſuſpectum habetur. Porphyrion etiam piſcis eſt, teſte Heſychio: item gigantis nomen fratris nempe Alcyonei, quam Hercules telis confodit. Hoc tandem nomine appellabatur auriga quidam, cuius meminit [a] Tranquillus: Vtriuſque ſimul meminit Martialis de Porphyrione aue hæc ſcribens:

Nomen habet magni volucris tam parua gigantis
ET nomen Praſini Porphyrionis habet.

Vbi apud [b] Ariſtophanem Ω Κιβρίενα καὶ πορφυρίων quidam exclamat, Scholiaſtes, & Varinus: Scitè, inquiunt, Cebrionæ, & Porphyrionis gigãtum nomina cõiunxit, præſertim cùm eadem duo etiam auium nomina ſint. Conuenit & argumento. Nam vt gigantes illi Deos olim impugnauerunt, ita & aues in hac fabula eos impugnare moliuntur. Porphyrion quidem gigas à Venere victus fertur. Apud eundem Ariſtophanem in eadem fabula minatur quidam, ſe aduerſus Iouem immiſſurum Porphyriones ſiue aues, ſiue gigantes accipias. Typhos, & [c] Porphyrion gigantes à Pindaro memorantur, tanquam ambo fulmine icti. Scholiaſtes verò monet Typhon tantùm fulminatum, Porphyrionem autem Apollinis ſagittis occiſum. Eundem, ait, Herculis boues per vim abducere conatum fuiſſe. A Porphyrione differt Porphyris, vt nobis teſtatum reliquit [d] Athenæus ex Callimacho. *Porphyridẽ autem*, inquit, *à Porphyrione differre Callimachus author eſt libro de auibus, vt qui ſeorſim vtranque recenſeat, & Porphyrionem ſic paſci, vt nullius aſpectum patiatur; illis, qui proprius ad ſuum accedunt cibum infenſum. Porphyridis meminit Ariſtophanes in auibus.* Hæc ille: Et rurſus: *Ibychus quaſdam volucres Lathiporphyrides vocat his verbis: In ſummis ſolijs flauis pennis Penelopes, variegato collo Lathiporiphyrides, aliſque protenſis Alcyones.* Hermolaus dum hunc locum Athenæi tranſcribit, de ipſius lectione dubitare videtur, dum air. Porphyrides ex auiũ ſunt genere, à Porphyrionibus diuerſæ, ſicut ab vtroq; Lariporphyrides, ſiue Adiporphyrides, & Latiporphyræ. Sed vt ad Porphyrionẽ redeamus, Franciſcus Sanctius citans Antonium Nebriſienſem Hiſpanicè appellari Calamon tradit: Hermolaus verò Telamon, & nominis etiã etymologiam refert: Porphyriones, inquit, à nobis viſi ſunt in agro Patauino, allati ex Hiſpania, quos ibi Telamones vocant: ſiue quia ſtatuæ viriles, quibus mutili, & coronæ ſuſtinentur, ita nominantur, ſiue quia thalamorũ, & pudicitiæ cuſtodes. Etenim ſcribit Athenæus volucrem hãc ſenſum adulterij habere, &c. Et rurſus: Niſi quis Telamones, quaſi nutriculas eſſe dictos putet. Ita enim Græci altrices vocant. Sed haſce etymologias redarguit Ornithologus. Ego, inquit, Telamonem vocẽ de his auibus potiùs barbarã, quàm Græcæ originis exiſtimarim. Quod verò Telamonem Græcis nutriculam ſignificare ſcribit, non probo, niſi Thelamon cum aſpiratione ſcribat, nimirum ἀπὸ τῆς θηλάζειν. nam & θλαστρια τροφὸς exponitur. Indi hanc auem vocant Caranion. Niphus ſibi ignotum fatetur. Grapaldus Italis vulgò Coturnicem appellari ſcribit, grauiſſimè, ac turpiſſimè labens.

Ordinis ratio.
Dukiphat.
Rahã, vel Racham.
Ierãkpheka
Tinſchemet.
Caſida.
Porphyriones qui dicti.
a In Nerone.
b In Auib.
c In Pythijs carm.
Porphyris.
d Dipnoſ. lib. 9.
Adiporphyrides.
Latiporphyræ.
Calamon.
Telamon, & eius etymum.

FORMA. DESCRIPTIO.

a Dipnos. lib. 9. Descriptio.

ARISTOTELES *a* referente Athenæo, tradit, *Porphyrionem fissis pedibus esse, colore cæruleo, longis cruribus, rostro ad caput vehementius obstrictum, phœniceo Galli magnitudine. In pedibus quinq; digitos habere, & maximum illū, qui medius est.* Idem Porphyrionem, vt reliquas aues longi, & anguſti colli, ingluuiei, gulæq; amplitudine carere docet. Et *b* alibi Ardeolas, & Porphyriones vropygium parum aptum habere ait. Pro vropygio autem caudā intelligere verisimile est. Plinius rostra Porphyrionibus, & prælonga crura rubere scribit. Idem alibi; (ingluuiem) *quo merguntur recentia, quædam aues habent, vt Gallinæ: alia carent, sed gula patentiore vtuntur, vt Graculi, Corui. Quædam neutro modo, sed ventrem proximum habent, quibus prælonga colla, & anguſta, vt Porphyrioni.* Ælianus Porphyrionem animal esse ait, quod tum formæ pulchritudine excellit, tum nomini suo maximè respondet. Laurentius apud Athenæum, Tetracem, ait, auem magnam Porphyrionis speciem, similitudinemq; gerere. Oppianus sic describit: *Porphyrio, cui a colore nomen, rostrum habet rubicundum: & in capite velut cristam, qualem faciunt, & gestant sagittarij Perſæ par magnitudine Gallinis altilibus, sed cruraei oblongiora.* Vuottonus Hæmatopodem Porphyrioni crurum altitudine comparat, sed minorem esse dicit. Recentiores alij quædam præter veterum authoritatem attribuunt, vt Isidorus. *Porphyrio*, inquit, *est auis, cui hoc peculiare, quòd pedem vnum habeat latum ad natandum, alterum verò fissum ad ambulandum. In quo notatur, quod vtroq; alimento gaudet: & in aqua natans, vt Anates, & in terra ambulans, vt Perdices.* Idē Albertus scribit, sed tanquam de aue sibi ignota, & ipse etiam fidem non adhibens. Alij recentiores huiusmodi Auriphrygio suo, vel Haliæeto ascribunt. Ornithologus sic describit: Porphyrionem pictū Io. Culmannus amicissimus meus è Montepessulo misit, viri in vniuersa rerū naturalium historia doctissimi Guilielmi Rondeletij beneficio. Cæruleus ei toto corpore color. Media caudæ extremæ pars in cinereo albicat. Oculi nigri sunt. Rostrū, & crura purpureo colore splendēt. Digitos quatuor tantùm pictura ostendit, ita dispositos vt in Picorum genere, non quinos, vt veterum quidam scripserunt. Rara est auis, ni fallor, in Narbonensi prouincia, frequentior Hispaniæ. Hæc Ornithologus. Duas ad me huius auis icones misit D. Brancio Mechlinienſis, alteram maiorem, minorem alteram: posteriorem ex Indis allatam esse asserebat. Huius rostrū crassū est, acutum, purpureum. Oculorum iris lutescit. A fronte ad verticem ferè vsque macula eiusdē coloris extenditur, non secus ac in Fulica, licet color sit diuersus. Pars capitis, quæ huiusmodi maculæ subiacet, & collum pronum virescunt. Ex remigibus alarū pennis quædam in extremo albicant, quædam sunt fuscæ. Fusca pariter sunt femora. Reliquum totum corpus cæruleo vegeto colore insignitur. Cauda ferè caret. Femorū pars, quæ nuda est, & prælonga crura, pedesq; purpurascunt. Quatuor tantùm digitis insistit ex purpureo subalbescentibus. Alter verò, qui ex pictura multò maior apparebat, rostro, cruribus, pedibusq; & oculis descriptio est omnino similis: nisi quod vngues habet fuscos; & macula in fronte purpurea ornatur: & quod in illius capite, & collo viride erat, in hac cæruleum apparet; Cæruleæ pariter sunt alæ. Reliquum caput, ceruix, dorsum, pectus, vertex, & femora nigricabant. Ijs concolor erat cauda, breuis admodum; & sub ipsa plumæ candicabant.

b Lib. de cōmuni animal. gressu.

Descriptio ex Ornithologo.

Porphyrionis Indici descriptio.

Rostrum.

Porphyrionis alterius descriptio.

LOCVS.

Auis est fluuiatilis.

PORPHYRIONEM auem esse fluuiatilem longitudo crurum indicat, & Kiranides in fluminibus abundare scribens. *a* Plinius *laudatissimos in Comagene esse tradit. Nobiliorē*, inquit a libi (eo nimirum, qui è Comagene mittitur) *Porphyrionem Paleares insula mittunt.* Alexander Myndius, teste *b* Athenæo, libro secundo historiæ volucrū Libycam auem vocat, eius regionis Dijs sacram. Vltima Syria etiā, vt Diodorus Siculus refert, Porphyriones fert, aliasque animantium species coloribus varias.

a Lib. 10. cap. 43. Porphyriones laudatissimi vbi

b Dipnos. lib. 9.

Porphyrio cum lancea Christi.



Porphyrio alter.



MORES. INGENIVM.

MIRA sanè de huius alitis pudicitia traduntur à scriptoribus. Oppianus author est, in cõspectu hominum nunquam cõiugi suæ misceri: imò suapte natura adeo castum esse, vt ne virum quidem vxori cõcumbentem videre sustineat, & si adulterium deprehenderit, nimio dolore contabescere. Polemon, vt refert Athenæus, tradit, cùm domi alitur fœminas virorum coniuges tanta seueritate obseruare, tantùmq; stupri sensum obtinere, vt si fortè id deprehenderit, marito prius indicet, ipse verò vitam laqueo finiat. Quod postremùm falsum cuipiam videri possit. Quodam etenim per se auis laqueo se suspendatè Quare rectiùs per abstinentiam à cibo vitam finere dixisset Polemon, illud tamen repetit Ælianus. *Acerrima*, inquit, *rivalitate ardet* (Porphyrio) *Adulterata tori sui quidem naturæ deprehendit, & si de eis suspicetur vita laqueo finita extremum dominæ præmonstrat.* Tantòdeniq; Porphyrioni est impudicitia odio, vt viso tantummodo scorto aliquo expiret, vt a Tzetzes his versiculis indica: *Porphyrionis mirâ pudicitia.* a *Chiliad. 9.*

Ὁ πορφυρίων ὄρνεον ἀγαν σωφρονέστατον,
ὡς καὶ γυναῖκα μοιχὴν ἰδὼν μὴ ἀνεχόμενον θνήσκειν.

Ideſt,

Porphyrio auis est valde temperans,
Vt si solum meretricem videat, statim pereat.

Habet & alias Porphyrio laudes vbiq; recensendas: Ælianus animal non modò moderatissimum, sed prudentissimum quoque esse ait, & eorum quibuscum victitat, amantissimum. *Quemadmodum*, inquit, *adulteris obtrectet, & inuideat Porphyrio, animal etiam prudentissimum, non modò moderatissimum alibi me dicere memini.* Et rursus: *Porphyrio præterquam quod & rivalis est, & obtrectator, ea sanè etiam naturæ indole præditus est, vt eorum quibuscum vitu coniunctus est, amantissimus esse videatur. Eum ipsum, & Gallum in eodem domicilio versari percepi, eosdemq; ambulationes, & aquatica spatia conficere solitos, eisdem vesci cibis, communiter volutationibus puluerulentis vti meritorum ex his rebus amorem inter se mutuum contraxisse. At enim cùm vtriusq; dominus fello quodam die cum sodalibus, vt epulare sacrificium faceret, occidisset, Porphyrio commotore priuatus tantum doloris accepit, sibi vt inuidia mortem consciscere.* Hæc quidem commemorata haud aspernenda sunt huius alitis encomia. Verùm quia, vt est in prouerbio omnibus Galeritis crista inesse necesse est, ita teste *b* Athenæo, à Polemone, quinto suorum commentariorum reprehenditur, quod indocilis sit, nec vnquam mansuescat. Quam quidem veritatem præferre videtur, præsentibus hominibus victũ capessere negans. Scribit Aelianus, cùm pascitur, testes sui prandij habere dolere; itaq; secedere, & in occulto comedere. Testatur item *c* Callimachus, Athenæo referente, nullius aspectum pati, cum comedi, illisq; qui propius ad cibum suum accedunt, infensum esse. Habet, & alios in comedendo, bibendoq; sibi peculiares mores: nam vt testatum reliquit *d* Athenæus ex Polemone, non prius cibum capit, quàm commodum sibi locum nactus aliquantisper ambulauerit, postq; ambulationem in puluere volutatus lauerit: tum enim denique cibari, Ælianus eiusdem ambulationis meminit, sed post eam cibum capere non addit. *Non prius tamen*, inquit, *in vel in puluerem, vel lauationem dat, quàm in ambulationem ventens certa spacia confecerit.* Idem puluerulẽtis volutationibus nõ mediocriter gaudere tradit, & in locis, vbi lauatio Columbarum esse solet, lauari. Sola hæc auis, vt Plinius, & Aristoteles asserunt, morsu bibit. Et vt inquit Plinius, *ex proprio genere*, (ideſt, suo quodam, & peculiari more) *omnem cibum aqua subinde tingens, deinde pede ad rostrum, velut manu afferens.* Quæ verba non assequentes Albertus, & Isidorus. *Hic solus*, inquiunt, *præter Platacum pede suo tollat manus aquam suscipiens, ad rostrum defert, & potat, seq; humano modo pascit. Quia cum omni cibo bibat oportet, & cum solo morsu. Aliter enim cibus ei propter appetitu debilitatem non descenderet.* Hæc illi quos etiam Ornithologus Plinij sensum non esse assecutos confirmat: neque enim, inquiens, cum omni cibo, vel solo, vt Albertus habet bibit Porphyrio iuxta Plinium: sed cibum omnem in aquam intingit, intinctum pede rostro admouet; aliàs verò cùm bibit, morsu bibit. Cum igitur digitos quinque dicatur habere hæc auis, commodiùs pede loco manus vti potest. Polemon apud Athenæum habet sic: διὸτων λαμβανομενων εἰς τὸν πόδα ταμιυται μικρὰς τὰς ψωμίδας, ideſt, *de cibo autem, quem pede apprehenderit, paruas buccellas decerpit.* Ornithologus ταμιῶται, an hoc sensu accipiatur, dubitat. Leonicenus in varia historia ex hoc

Porphyrionis encomia.

Porphyrionis, & Gallinulæ mutua benevolentia.

b Dipnos. lib. 9.

Indocilis est, & nunquam mansuescit.

In occulto comedit.

c Dipnos. lib. 9.

Mores in comedendo.

d Ibidem.

Lauari, & puluerari gaudet.

Sola autem morsu bibit.

loco

loco scribit, cum pedibus comminuta frusta ad futurum vsum seruare, quod non placet, Ταμιεύεσθαι τῷ γαστρὶ quidem interpretantur pecunijs parcè vti, hoc est, non vno tempore multum, vel omnia consumere. Ita & hæc auis nimirum non vorax, sed parca exiguas subinde buccellas sibi decerpit. *Alui excrementum*, vt scripsit Aristoteles, *vt & reliquæ aues longi, angustiq; colli, humidius reyett, quam cætera solent*: Forte quod humidioribus alimentis vescatur: nam ob colli longitudinem, & angustiam difficulter arida descenderent Procopius Gazæus piscibus vesci scribit.

Alui excrementũ quale.

Quibus vescatur.

10

VOLATVS. CAPIENDI MODVS.

Quomodo capiatur.

ARDEOLA, *& Porphyrio*, inquit Aristoteles, *πυροπύγιον* (pro πυροπυγίῳ caudam hìc accipere oportet) *parum latum habent, & ad volatum dirigendum loco πυροπυγίου pedes protenduntur.* Cùm volat, non in sublime fertur, vt Ælianus ait: Vnde non admodum caput difficilem esse quis conijciat, quomodo autem, & quàm facilè capiatur docet Oppianus, cùm ait: *Porphyrionis capiendo neq; viscum, neq; retia adhiberi opus est, sed vbinam solus consistat obseruare, & paulatim accedere: saltationis enim spectaculo tantopere delectatur, vt licet accedentem magis, magisq; hominem videri, non tamen aueat: sed ipse etiam se moueat, & ad saltãdum membra componat, donec capiatur.* In Plutarchus [a] Otum capi scribit. *Rursus*, inquit, *prælongis Otus capitur, videns saltantes coram homine in numerum, & ipse gestiens suas scapulas bellè iactare.*

20

a De soler. anim.

VSVS IN CIBIS, ET IN ALIIS.

Cur Iudæis interdictus

PORPHYRIO Iudæorum mensis interdictus erat: causam affert Procopius, quòd auis sit vorax piscium, quorum rapinæ inhiat. Sunt qui inter aues immundas reijciant, quòd libidine insignis sit: quod sanè admittendum non esse, de mira eius pudicitia, Callimachi, Æliani, aliorumq; authoritates demonstrãt. Græcos, & Romanos etiam à Porphyrionis esu abstinuisse innuit Ælianus: *Porphyrionem*, inquit, *cibi gratia in cœnis apposuisse hominem scio neminem: nec Galliam, nec Ctesippum, viros Athenienses, nec Hortensium Romanum, quos è multis lucrorum paucos mihi commemorasse satis fuerit.* Quod si itaq; à mensis reiecti fuerint Porphyriones: cur est, quod Plinius laudatissimos è Comagenè, nobiliores è Balearibus insulis mitti scripsit? Dicamus ergo, ob pulchritudinem compositosq; mores similiaq; veteres aluisse Porphyrionem, voluptatis, inquam, & animi gratia: nam & Ælianus, *Porphyrio*, inquit, *gratus est hominibus: quamobrem cautè, & studiosè ipsum alunt. Itaq; magnificis ædibus pro ludrica delectatione est: vel in templo aliquo sacro nutritur, & liberè oberrat, & sacer intra claustra circumit.* Aristophanes item, pueros ait, [a] ab amatoribus fuis, Coturnicem, vel Porphyrionem accepisse.

Porphyrionem nemo in cœnis apposuit.

a In auib.

MYSTICA.

Porphyrio quos significet.

PORPHYRIO inquit Rodulphus Flauiacensis, quem septuaginta Pelicanum nominant, secundum Plinium solo morsu bibit, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde ad rostrum pede veluti manu afferens. Iste, vt existimo, contumaciæ nobis formam prætendit. Sunt enim nonnulli, qui nihil ad alterius imperium, nihil ad alterius arbitrium operis suscipiunt, sed solum quod aqua tinctum fuerit, videlicet, quod voluntati suæ consentaneum, hoc manu propria deliberatione, scilicet propria sibi ipsis assumant. Hæc ille.

FABVLA.

HOMERVM infantem Ægyptijs parentibus ortum fabulantur, cùm mel aliquando ex Aegyptiæ nutricis vberibus in os eius manasset, ea nocte nouem auium voces diuersas reddidisse, & inter cæteras Porphyrionis.

DE

DE HORIONE. Cap. XXIX.

FORTE, inquit Ornithologus, & Horion Indica auis, Porphyrioni cognata fuerit, cùm Herodio similis, & rubris cruribus describatur. Sed distinguitur cantus suauitate, qua mirè celebratur. De hac enim Clitharcus, referẽte Æliano in Indica scribit, volucrem amatorio affectu flagrantem nomine Horionem, nasci; magnitudine Herodio similem, rubris cruribus, oculis cæruleis, sic à musica instructam, vt naturæ munere tam suauiter canat, vt ipsas Syrenes lacessere possit. Ὡρίων syderis nomen, aut auis quædam, inquit Hesychius, qui primam huius nominis non aspirat: sed neque in quibusdam Æliani exemplaribus. *Descriptio.*

DE HIMANTOPODE PLINII. Cap. XXX.

PORPHYRIONI cùm Plinius noſtra, & crura rubere dixisset, *a* subinde subiungit. *Hæc quidem & Himantopodi multò minori, quanquãeadem altitudine, nascitur in Ægypto, insilit ternis digitis: præcipuè ei pabulum muscæ. Vita in Italia paucis diebus.* Ad quem locum commentãs doctissimus Hermolaus Barbarus. *Scio*, inquit, Hæmatopodas videri nominatas aues has à colore pedũ sanguineo. Cæterùm multi codices Pliniani, tam in Indice, quàm in hoc loco, Imantopodas habent: ex argumẽto pedum, quasi Loripes. Ait enim crura ijs prælta esse: nam & populi Æthiopiæ, qui serpendo (id est, vt Solinus interpretatur, flexis crurum nixibus) ingrediuntur, Imantopodas Pomponio, Plinioq; vocantur. In disputationem reuoco, non decidorem. Hæc ille; cui ceu subscribit Cælius, sed cum aspiratione Himantopodes scribendum contendit. Vetus lectio, vt apparet in codice à doctissimo Dalechampio vltimùm impresso, habet Hematopodi, alij etiam Ematopodi legunt. Ego sanè Himantopodi legerim, etiamsi mea auis, qua veram Plinij Himantopoda arbitror, Hæmantopus etiam à sanguineo crurum colore dici queat, atque ita dictam, quasi Loripedem, vt ex doctissimo Barbaro diximus: nam & *b* Oppianus, *Himantopodes*, Ἱμαντόποδες, *aues à crurum tenuitate nomen scribit obtinere.* Aliam modo circa eadem Plinij verba quæstionem mouet Ornithologus: nam cùm ille dicat, *Hæc quidem & Himantopodi*, hic dubitandum esse, ait, nunquid vtranque partem, quæ in Porphyrione rubet, hoc est, rostrum, & crura, an crura tantùm intelligere debeamus. Mihi crura tantùm intelligere videtur: nam vt idem quoque ille ait, hoc pronomen, cùm de duobus dictum est, ad posterius referri solet. Contrà Bellonius, fortè quòd aliam auem non haberet, vtranque partem rubere ait: *c* & Hæmatopodi legens, Gallorum Pie de mer, hoc est, Picam marinam pro Hæmatopode Pliniana nobis obtrudit, Turnerus & ipse cùm Himantopoda non obseruasset. Est apud Anglos, inquit, auis quædam longis, & rubris cruribus nostra lingua Redshanca dicta, cui an descriptio Hematopodis Pliniani conueniant, qui apud Anglos degũt, inuestigent, & examinẽt. Ego hanc auem, de qua loqui conijcio, inter Gallinulas aquaticas ex Ornithologo describam, & depingam, qui eam Erythropodem maiorem nominat. Mea autem Himantopos toto ventre, pectore, colloq; inferno candicat, sicuti capite etiam infra oculos; nam supra oculos nigricat, quemadmodum etiam in dorso, & alis. Rostrum etiam nigrum palmum, & amplius longum gracile, & nonnisi onisci, alijsq; insectis lancinandis aptum. Cæterùm *d* nonnunquid inferiore maxilla fixa, super or sola ipsis moueatur, quod nouum in eis esse tradit Oppianus, *d* ego non obseruaui. Cauda ex albo cinerea est infrà candicat. In collo superno maculæ sunt nigræ deorsũ vergentes. Alæ longissimæ. Crura, femoraq; mira longitudine, admodum gracilia, debilia, eòq; debiliora ad insistendum, quòd digito postico careat, & anteriores pro tibiarũ longitudine breues, adeò vt Himantopos, siue Loripes iuremerito dicta sit. Digiti fermè æquè longi, sanguinei, medius tamen paulò longior est. Vngues nigri exigui, parum recurui. Ne verò solus videat hanc auem candidis lectoribus pro legitima Himantopode Plinij, obtrudere, *e* & Bellonio temerè dissentire, operepretiũ omnino fuerit ea, quæ & Ornithologus super hac aue scripsit, huic loco inserere. Hæmatopus, inquit, quem pingendum curaui ad scelctum à præstantissimo Lugdunensi medico Iacobo

a lib. 10. ca. 46. 47.

Hæmatopodis etymũ.
Imantopos Loripes.
Imantopodes populi qui.
Humantopus.

b Lib. 2. de aucup.

c lib. 4. cap. 11.
Pie de mer.

Gallinula
Descriptio.
Color.
Rostrum.

d Lib. 2. de aucup.
Cauda.
Alæ.
Crura.
Digiti pedum.
Vngues.

e In Epitome.

Dalechampio omnibus ingenij, & doctrinæ virtutibus ornatissimo viro mihi donatum. Mitto, inquit, & do auem non admodum frequentem, à te nusquam memoratam in copiosissimo volumine de auibus: palustrem, & aquas etiam profundas adeuntem, quod ex crurum alitudine intelligi potest. Hæmatopoda, siue Himatopoda (nam vtroque modo apud Plinium in alijs, atque alijs exemplaribus legitur) censet esse Benedictus. Textor: nomine conuenienti, siue crurum sanguineum colorem, siue obsequiosam ferè lori modo flexilitatem spectemus. Hæc ille. *Porphyrionibus rostra, & prælonga crura rubent. Hæc quidem & Himantopodi multò minori, quamquam eadem crurum altitudine, nascitur in Ægypto. Insilit ternis digitis. Præcipuum ei pabulum musca. Vita in Italia paucis diebus.* Plinius. Quæ descriptio ei, quam exhibemus (est autē eadem prorsus cum nostra) aui omnino fauet. Quod ad nomen meliores codices non Hæmatopodi, vt alij quidam, sed Himantopodi habent, aliqui Hæmantopodi, quod ab Himantopodi corruptum facilè apparet: nam si ab hæma, quod est sanguis, deriuetur, in litteram habere non potest. Nos etiam in paraphrasi Ixeuticorum Oppiani Himantopodes legimur: *Ἱμαντόποδες aues*, inquit, *nomen à crurum tenuitate habent. Hoc nouum in eis, quod maxilla inferiore fixa, superior solum in ipsis moueatur.* Sic ille. Sed in aue hic proposita, maxillarum motus nihil ab aliarum auium natura variat, vt ex articulis in sceleto apparet. Himantopodis quidem, hoc est, Loripedis nomen probo, rei etiam ipsius argumento. Vix enim alius auis tam procera crura cum tantâ exilitate reperias: sanguinea verò plurium. Quod ad partium magnitudinem, & colorem sceletos sic habet. Rostrum digitos ferè quatuor longum est, caput paruum, collum digitorum quinque, reliquū corpus, quod leue, & gracile est, instar auium palustrium ferè, quas Gallinulas aquaticas vocamus, digitorum sex, cauda quatuor, crura quindecim. Color rostri nigricat, in capite, & collo prono fuscus: dorsò, & alis niger, pauco sub viridi admixto, si diligentiùs intuearis cauda cinerea. Partes pronè omnes, & altera quoque albi coloris sunt. Crura sanguinea, digitis duntaxat ternis, sicut in Bistarda, Oenade Rondoletij, Morinello Cai, Struthiocamelo, Pluuiali, & Cane Petiere Bellonij, eiusdemq; Pica marina: quorum medius longissimus est, breuissimus interior: iungitur autem medius cum exteriore breuissima membranula, tanquam palmipedum. Popl tum cauitas insignis est, articulo tam flexili, vt in sceleto etiam tibia ad femur tota reflectatur. Videtur sanè non cursu tantùm valere, sed etiam volatu hæc auis: quoniam oblongæ eius alæ sunt, ita vt longissimæ earum pennæ caudam, seu vropygium, duobus, aut amplius digitis excedant. Alia auis est, quam pro Hæmatopode Bellonius exhibet, quam à Gallis Pie, vel Beccasse de mer, id est, Picam, vel Scolopacē marinam vocari scribit: quòd rostrum instar Scolopacis habeat: in alis verò transuersam maculam albam, vt Picæ, &c. cruribus rubentibus quidem, sed breuioribus, crassioribusq; quàm Hæmatopodis nostræ. Si Germanicum nomen fingendum est, vtpote auis peregrinæ Riemling dici potest. Hæc omnia itaque ille, adiuncto quoque hoc Tetrasticho.

Etymum.

Rostrum.

In Pænulo. elib. 4. cap. 11.

Beccasse de mer.

Loripedem Græci vocitant me nomine: quanquam
In ripis celeri curro citata gradu
Hæmatopum alijs nullo qua nomine mallem
Nota Ornithophagis viuere sola mihi.

Hæmantopos mas Plinij.



Hæmantopus fœmina vnà cum cranio denudato.



DE HÆMATOPODE Bellonij. Cap. XXXI.

HIC modo ceu aptissimo loco de Hæmatopode Bellonij, siue de Pica marina Gallis vocata dicendum videtur. Aquatica autem & ipsa auis est, vt nomen quoque indicat. Is itaq; in singularibus suis obseruationibus Gallicis, interprete *a* Carolo Clusio, scribit hoc modo: Inter omnes, quas nouimus aues, nullas conspeximus, quarum pedes quatuor digitos non habeāt præter Pluuier, Guillemot, Cannepetiere, Ostarde, & Piede mer: quæ olim Hæmatopus nuncupatur (Ornithologus suum addit Charadrium, ego insuper meum, & Himantopoda præcedētem) Rara est auis in nostris littoribus, tametsi aliquando visa sit. Corpore Ardeolæ, Gallis Aigrette dictæ, alis Lari, siue Mouette Gallorum: & eorundem Flambant, siue Phœnicopteri Latinorū formæ: rostro quatuor digitos oblongo instar Beccasse Gallis dictæ (quam ob causam à nonnullis Beccasse de mer etiam dicta est,) differente: nam huius planum est in extremo, & mucro natum, & aliquantulum nigricans, reliqua parte rubente: Caput cum collo nigrum est: nigræ sunt & alæ superiùs nisi albæ plumæ eas transuersas secarent, vnde Gallicam appellationem sumpsit Picæ marinæ; interior alarum pars, & venter alba sunt, extrema cauda nigra, eiusdemq; cum Anate longitudinis. Binos habet pedis, digitos simul cohærentes; interior verò ab alijs seiunctus est: calcar in pedis calce, vt reliquæ aquaticæ aues nō habet: eius præterea pedes molliores sunt, & delicatuli, nō sicci, & duri vt in alijs. Crura tres digitos oblonga: digiti breues: vngulæ fornicatæ, vt in Tardis. Carne est insipida, dura, & admodum nigra, gulamq; habet admodum magnam, amplam, & robustam. Hucusq; *b* Bellonius, eandem descriptionem ad verbum ferè in sua de auibus historia repetens: vbi præterea ait, Picam marinam Gallis vocari, quòd alas transuersalis linea coloris albi, vt in Pica percurrat: itē sese Hæmatopodem Plinij arbitrari, quia tribus tantùm digitis insistat, & rostro sit sanguineo. Denique in Gallia perraram esse auem.

a l. 1. c. 11. Aues tridactyli.

b Lib. 4. cap. 11.

Hæmatopus Bellonij cum arundine palustri.



DE GALLINVLIS AQVATICIS Quædam in genere. Cap. XXXII.

Ordo.

QVANQVAM Ornithologus, ex quo pleraque iſthæc in noſtram hiſtoriam tranſtulimus, Gallinulas (de quibus hìc quædam in genere dicemus, quæ ſimul omnibus cõueniunt, ſubinde de ſingulis priuatim acturi. (Gallinis noſtris domeſticis ſubiungat, malui tamen ego, vel ideo ſaltem ſeparare, quòd hæ non niſi in locis aquæ vicinis degant: quod ſanè, & ipſe dubio procul erat facturus, niſi ordine alphabetico libros ſuos deſcripſiſſet. Harum Gallinularum aquaticarum cùm variæ ſint ſpecies, magnitudine, & colore potiſſimum diſtinctæ, ſingulis peculiaria nomina ſunt indita. Quod autem multa habeant, quæ ſimul omnibus ſunt communia, ideo apud multos populos idem commune nomen ſunt ſortitæ: præcipuè apud Italos, Gallos, & Germanos: Nos etenim omnes indifferenter Gallinelle appellamus (Latinè Gallinulæ dici poterunt, niſi quis Gallinagines malit quod Gallinis ſint ſimiles, licet minores (Germani Vvaſſerhũle, ideſt, Gallinulas aquaticas teſte Ornith. Apud nos etiam ſunt alia nomina, quæ non omnibus, ſed pluribus ſpeciebus conueniunt, vt Mediolani aliquid ex ipſis Giraldelli nuncupantur, & alibi etiam in Italia Giaroli, quaſi Glareolæ, quod in locis glarea abundantibus, circa fluuios nimirum, & torrentes verſari ſoleant. Porro eſſe ex aquaticarum auium genere, ex partium illarum conſtitutione liquet. Eſt enim hæc ferè aquaticarum auium ſpecies, vt cruribus ſint oblongis, vt commodiùs circa aquam, & in aqua victum quærant: non enim natant, quare palmipedes non ſunt. Digitus, qui pro calce eſt, admodum breuis, quædam etiam prorſus carent, vti ſubinde patebit. Corpus ferè gracile, & adductum, non craſſum, nec in corpulentiam extenſum. Capite ſunt pleræq; omnes paruo, pẽnis plerunq; varijs, cauda perbreui. Roſtrum in multis nigricat, & longum eſt, modicè inflexum. Venter, & ſupina ea capitis pars, quæ inter roſtrum & collum eſt, candicat. Venter in quibuſdam maculatur, quibuſdam minimè, ſed ſimpliciter albus eſt. Plurimæ circa oculos albo etiam maculantur. Maximæ alarum pennæ omnibus nigricant. Atq; talis ferè quoq; Gallinularum figura eſt; ſed ex his nullam poſtico digito carere puto: præterea minimè volaces ſunt, ſed ad curſũ potius idoneæ: quamobrem crura eis longiora data ſunt. Plumæ ad media tantùm femora omnibus deſcendunt. Vermiculis potius, & inſectis, quàm piſcibus, veſcuntur, niſi minimis fortè etiam veſcuntur piſciculis, quos etiam deuorare aſſerit Ornithologus, addens initia autumni plerunq; ad nos aduentare, & hyemis exitu denuo auolare, vt & aliæ quædam aues migrare ſolitæ. Aucupium earum mane ante ſolis exortum fit, aut veſperi poſt occaſum. Interdiu enim locis paluſtribus degunt, incipiente verò veſpere tam ſublimi volatu euehuntur, vt non amplius appareant. Aucupes in ripa, quàm frequentare ſolent, rete extendunt, ita vt verſus aquam ſpectet. Vtrinq; autem ad rete eius generis, aues quas capere voluerint, aliquas mortuas, & duas plus minus, viuas diſponunt: ad quarum allicentium vocem aues è ſublimi ſe demittunt, & reti in aquam deiecto capiuntur. Omnes in delicijs menſarum habentur, ob carnem ſuauem, & teneram, ſæpè etiam pinguem.

Gallinelle.
Vvaſſerhunle.
Giraldelli.
Giarols.
Auiũ aquaticarũ forma.
Victus.
Quo tempore aduentant, & quo recedunt.
Quo loco capiantur, & quom.
Carnis qualitas.

DE GALLINVLIS AQVATICIS In ſpecie, ET PRIMVM DE CHLOROPODE Noſtra maiore. Cap. XXXIII.

APEDVM colore ſubuiridi Chloropodes tres Gallinulas, binas, à me obſeruatas, & tertiam ab Ornithologo hìc ordine deſcribã, à maiore mea exorſus, quæ ſanè non Fulicam modò magnitudine adæquat, ſed tota ferè corporis figura eam refert, quanquam in hac digiti, vt in Fulica membranas non habeant, qua de cauſa Fulicæ congenerem non feci. Auis eſt tota fuſca, in collo, & ad latera cinereis, aut albicantibus maculis ſemilunaribus ferè diſtincta. Pennæ alarum, & dorſi ad ferrugineum vergunt. A principio alarum, nimirum à ſupremis coſtis alba linea exoriens ad extremitatem vſque extenditur. Vropygium inferius candicat. Alæ caudam longitudine æquant. Hæc autem breuis eſt, & Anatũ ſimilis. Femora pennis veſtiuntur denſis, ferè cinereis. Roſtrum robuſtum, longiuſculum, ſurſum parumper eleuatum, rutilo colore, in extremo acutum, flaueſcens. Frontem macula ſatis magna, rutila, vt in Fulica alba conſtituit. Eiuſdem coloris macula rotunda in genu conſpicitur. Tibiæ, & pedum dixiti ex flauo virides ſunt. Digiti, vt in icone apparet, longiſſimus omnium medius, minimus exterior. Poſticus longiuſculus. Vnguiculi nigri. Tibiæ albicant. Iris oculorum ferè crocea. Huius iconem habes fol. 450.

Chloropodis maioris deſcriptio.
Magnitudo.
Color.
Cauda.
Roſtrum.
Frons.
Crura.

DE CHLOROPODE ALTERA. Cap. XXXIV.

VIVSMODI auem aucupes noſtri vulgò Porzanam nominant; ego à pedum colore Chloropodem alteram. Auis eſt à ſummo roſtro ad finem caudæ duos penè dodrantes longa. Roſtrum habet duos digitos longum, inferiùs, & ſuperna parte aliquo ſpacio flaueſcens, cętera nigrum. Collum, & caput nigricant: Dorſum cum ſuperna alarum parte coloris caſtaneæ. Penna ſui parte cinerei obſcuri: extrema tamen plumarũ albeſcunt. Inferior quoque venter totus ferè albus eſt. Ad latera alas verſus denſè longis plumis velatur. Cauda in anũ deſinit, ſuperiùs coloris caſtaneæ, inferiùs alba. Femora plumis cinereis per *tranſuerſum albicantibus oris leuiter diſtinctis nõ omnino vſque ad genua plumis* cooperiũtur. Crura virent. Digiti pedum longi vnguibus parumper incuruis inſtructi, lati, & interiùs plani, fortè vt ijs etiam natare poſſit, cùm opus eſt. Fœmina in omnibus mare eſt pallidior. Icon ponetur fol. 451.

Porzana.
Deſcriptio.
Longitudo.
Roſtrum.
Color.

Gallinula Chloropos maior.



Chloropos altera.



DE CHLOROPODE ORNITHOLOGI, quam apud Germanos Gultt, quaſi Glottidem vocari ait. Cap. XXXV.

Glutt. Glottis.

AVIC aui, inquit Ornithologus, vulgare nomen eſt Glutt, fortè tanquam Glottis, cuius Ariſtoteles meminit, impoſito à lingua oblonga nomine. Quod ſi illa non eſt, congener videri poteſt. Nam cùm roſtro ſit longo, linguam etiam ei longam eſſe veriſimile eſt, vt & Gallinagini in hoc genere, quæ cùm vermibus paſcatur, (ſicut pleræque omnes huius generis, puto) linguam exerit oblongam, vt in eius hiſtoria ſcriptum eſt. Sed de veterum Glottide, ſiue alia, ſiue eadem eſt, infra ſcribemus. Glottis hæc noſtrà colore fuſco eſt, albo colore in alis modicè aſperſo pennis extremis. Alba eſt circa oculos, collo, pectore, & ventre toto. Roſtrum nigrum eſt: crura viridia, vel mixti ex pallido, & viridi coloris. Vocem inſtar fiſtulæ argutam ædit. Hactenus ille, & rurſus in epitome: fortè, inquit, Ariſtotelis Glottidi congener, quam Gaza Lingulacam interpretatur. Ea linguam exerit prælongam, & ducem ſe præbet abeuntibus Coturnicibus, ſicut & Ortygometra &c. Nō plus tamen vno die pergit, &c. Elephis Oppiani pennas in dorſo ceruinæ pelli colore ſimiles habet, & lingua longiſſima in aquam protenſa, ſenſim ad fauces deceptum aliquem piſcem attrahit: Ardeolarum generis potiùs, quàm Gallinularū fuerit. Hæ enim, opinor, piſcibus non veſcuntur. Germanicè Glutt. Hucuſque Ornithologus. Cùm verò Glottis, ſiue vt vertit Gaza, Lingulaca, quæ auis ſit Ariſtoteli, & Plinio non conſtet, ſed hoc tantùm certum ſit, eadem forma Ariſtoteli eſſe, qua lacuſtres (Gallinulas Philoſophus intelligere videtur) itaque cùm nullam aliam auem habeam, quam Glottidē veram aſſerere audeam, hanc quoque ceu legitimā exhibebo, donec aliam, quæ melius reſpondeat, obſeruauero. Ariſtoteles autē Lingulacam [a] linguā ſcribit prælongā exerere, vnà cum Oto, & Ortygometra ducem ſe præbere abeūtibus Coturnicibus. Quod Plinius paulò fuſius ex eo repetit his verbis. [b] *Glottis prælongam exerit linguam, vnde ei nomen. Hanc initio blandit à peregrinatione* (cū Coturnicibus) *auidè profectam, pœnitentiæ in volatu cum labore ſcilicet ſubit. Reuerti incomitatam piget, & ſe-*

Roſtrum.

Deſcriptio.

Color.

Roſtrum.

Vox.

Lingulaca.

Elephis.

Genus.

Glottis, quæ auis Ariſtoteli, & Plinio.

[a] *8. Hiſtor. cap.* 11.

[b] *Etymum.*



Tui.

qui; nec vnquam plus vno die pergit, in proximo hospitio deserit. Verùm inuenitur alia antecedente anno relicta: similis modo in singulos dies. Sic Plinius.

DE ERYTHROPODE Ornithologi Maiore. Cap. XXXVII.

Gallinula Erythropos maior.

CIRCA Argentoratum Germaniæ vrbem, aliquot Gallinularum aquaticarũ genera nobis omnino incognita capiũtur, quas ex Ornithologo hìc ordine describam. Primæ itaque huius generis Germanicũ nomen à rubente crurum colore factum est, vt dubites, inquit, an hæc sit Erythropus, cuius Aristophanes meminit: quanquam & Rala Anglorum tum terrestris, tum aquatica, cruribus simul, & rostro rubeat. Auis cuius hæc icõ est, rostro est, vt apparet, oblongo, & nigricante, per summum modice inflexo. Pennis fuscis albo passim aspersis ventre albo, fuscis per transuersũ maculis intercepto. Meminit huius auis & quidam Anglus: Est apud Anglos, inquit, in locis palustribus auis quædam, longis, & rubris cruribus, nostra lingua Redshãca dicta; cui an descriptio Hæmatopodis Pliniana conueniat, qui apud Anglos degunt, inuestigent, & examinent. Quod si Anglorum Redshanca (vt conijcio) eadem, quæ Germanorum Rotbein est, cùm vtrunque nomen Germanicum sit, & eiusdem significationis, non poterit esse Hæmatopus Plinij, cui rostrum simul, & crura prælonga rubent, nostræ verò rostrum tantùm. Hæc ille, in hoc sibi ipsi inconstans, quòd hìc in Hæmatopode Plinij rostrum, & pedes rubere dicat, aliàs vt ex superioribus constat, crura tantùm.



Erythropos Aristophanis.

Descriptio. Rostrum.

Redshãca.

DE ERYTHROPODE MINORE. Cap. XXXVII.

Koppriegerle. GERMANI circa argentoratum eam, qua nunc describimus Koppriegerle, nescio quam ob causam, vocant. Ego à pedum colore rubente Erytropodem, adiecta minoris differentia. *Color.* Coloris est fusci, & nonnihil subruffum habet, in alis præsertim,& collo. *Ala.* Alas per medium linea alba transuersa distinguit. Longiores earum pennæ, partim nigræ, partim cinereæ apparent. *Cauda.* Cauda alba. *Rostrum.* Rostrum nigricat. Digiti pedum posteriores nulli, vel breuissimi videntur, si pictura bene habet.

Erythropos minor.



DE RALLA ANGLORVM, & Gallorum ex gallinularum genere.

Cap. XXXVIII.

ANTEQVAM cæteras aquaticas Gallinulas, quæ circa Argentoratum capiuntur, describere pergam, obiter hìc aliquid de Anglorum Rala, siue Ralla, ex eodem Ornithologo, & Bellonio dicam, quod & hæc pedibus sit rubeis. Rala itaq; vel Ralla nomen, inquit Ornithologus, apud Anglos, & Gallos in vsu, multis, & diuersis auibus inconstanter, vt video, tribuitur: nam & terrestres, & aquaticæ quædam sic appellantur, omnes tamen Gallinularum generis, & cruribus oblongis. Petrus Bellonius Ortygometram vulgò Rallam dici interpretatur. Perdix rustica (inquit in epistola ad me) ab Anglis vocatur Rala. Est autē Rala duplex, altera cibum è ripis fluminum petit, altera degit in ericeto in locis syluestribus. Aquaticam illam Coloniæ diu alui, & malè volare deprehendi, & egregiè pugnacem. Rostrum, & crura erant rubra, plumæ multis maculis respersæ. Montana verò illa, & syluestris crura habet multò breuiora aquatili, & plumas vndiq; magis cinereas. Sed rubra interim crura habet, & rostrum. Auis vtraque apud nos regium epulum (real Itali regium vocant, Galli royal, & fortè hinc ductum est Ralæ nomen; a colore crurum fortè Erythropus fuerit) vocatur. Hæc ego rusticam Perdicem, vel Rusticulam, non Ralam Anglis, sed Vvodcocum vulgò dictum, Gallis Beccassam interpretor. Quærendū an Rallæ aues fortè dici potuerint, quòd longis cruribus tanquam grallis insistere videantur. Sunt enim grallæ fustes furculas habentes, quibus nituntur, qui super ijs ambulant, teste Nonio. Vnde grallatorius gradus, id est, magnus, cuiusmodi solet esse gralatorum. Diuersi generis est Rallus auis, vt quidā in Italia vocant, quam post Fulicā descripsi. Hæc omnia Ornithologus. *a* Bellonius, qui ex Ralla, seu Rasle Ortygometram Aristotelis, vt alibi docuimus, & hic obiter repetimus facit non terrestrem, sed aquaticam potius Gallinulam, & haud scio, an eam quam perperam Perdicem rusticam appellat: nam rostrum quidem rubere ait, sed huius coloris in cruribus non meminit. Sed ipsum audiamus: Ortygometra (Rasle) inquit in suis memorabilibus Græciæ, vt in Italia, sic per totam Græciam reperitur, in Creta rarior. Refert hæc auis Coturnicem quibusdam notis, & cùm volatu non admodum valeat, cursus celeritatem à natura accepit. Galli nominant vt Rasle, Itali roy des Cailles. Refert autem Gallinam aquaticam, quam Itali Fulicam appellant, quoniam & nigra colore est, & aquam quotidie frequentat. Sed longe minor est, & non omnino æquè nigra, cùm sub alis colore albo variet, & vndique ad latera. Cauda eius ruffa est, inferius, & breuius vt in omnibus auibus aquaticis. Rostrum duos digitos longū, quod tamen si Gallinagini comperes, breue dixeris. Sic ille: & in historia de auibus rursus: Bina, inquit, Rallæ genera, vnum ripas aquarum incolens, nullibi non notum: alterum, quod ingeniosis degit, de quo pòst. Cùm verò Rallæ nomē valde affine sit Trallæ, de qua inter Turdos, cauendum, ne vocum similitudine falsi vnā implicemus: Ralla rubra à nigra vix distingueretur, nisi & colore differret, & rostro, & nigra esset frequentior. Cursu ita præualet, vt vulgò aliquem celerrimi, velocissimiq; cursus notaturi, Rallæ instar, currere dicamus. Rustici quia in sæpibus sciūt delitescere prope riuulos, vestigia eius obseruant, & non retibus tantùm, sed & Accipitre (Esperuier) capiunt: & quia semel tantùm euolet, capiendam facilè se præbet, præcipuè in plano. Tibijs est breuibus more palmipedum, digitis, & articulationibus longis, posteriori verò admodū breui. Pennis ita densè vestitur, vt longè maior videatur, quàm reuera sit: nam alioqui Merulam tantùm adæquat. Femora colore inter nigrum, & caruleum, ab vtroque latere albo maculantur, sicuti quoque plumæ quæ stomachū cooperiunt. Pars dorsi superior nigra est, maculata colore castaneæ. Rostrū duos longum digitos, gracile, rubrum in superiori parte. Cauda brevis vt reliquarum quoque, quæ ripas incolunt, & aquis innatant. Veteres Ortygometram appellasse mihi videntur: & in Italia etiamnum vulgò conuenientissimo nomine dicitur Rex Coturnicum. Græci non regem suo idiomate dicunt, sed matrem Coturnicū. *b* Aristoteles loquens de Ortygometra ait, eam sese Coturnicibus abeūtibus ducem præbere. Hyeme hìc, & autumno numerosè

Ralla Pedibus rubris.
Æquiuocatio.
Ortygometra Bellonij.
Perdix rustica.
Rala duplex.
Ralæ aquaticæ volatus.
Pugnacitas
Rostrum.
Crura.
Ralæ montanæ crura color.
Crura.
Rostrum.
Etymum.
Vvodcocus.
Beccassa.
Greilæ quid.
a l. 4. c. 19.
Descriptio.
Ortygometra quid.
b l. 8. hist. cap. 12.

rosè conspicitur, eoq; tempore valde pingueſcit. Cruribus est proceris, collo etiam oblongo. Intus Fulicæ similis est, & eiusdem etiam saporis. In conuiuijs nostris commendatur: nã cùm ferinum nescio quid sapiat, appetentiam irritat, bibendiq; voluntatem. Hæc omnia ille. Sed quam Itali Rè delle Quaglie vocant, longè alia auis est, ea nimirum, quam nos pro legitima veterum Ortygometra depinximus suo loco. De alia verò Ralla, quæ in geniſtis degit, quæ eadem videtur cùm nostra Ortygometra, ibidem etiam diximus.

Ortygometra Bellonij cum Sio altero.



DE RHODOPODE, siue Phœnicopode. Cap. XXXIX.

RHODOPVS auis, vt nos appellauimus, inquit idem Ornithologus, exhibita hac icone, roseum, vel amethysti ferè colorem in cruribus habet. Rostro est nigro, corpore fusco; cinereæ per alas, maculæ, vt per collum quoque, quod alioqui album est. Venter absq; maculis candet. Caudam albam transuersæ lineæ nigræ cingunt. Rostrum est nigrum. Causa nominis Germanici (Steingallyl vocari dixerat) ignota mihi est. Scribit Tinnunculum quoque Accipitrem ab Anglis alicubi Steingall vocari.

Gallinula Rhodopes, siue Phænicopos.



DE PHÆOPODE. Cap. XL.

Brachuogel.

Color.

HÆC auis circa Argentoratum nominatur Brachuogel, corpore nigricante, paucis ruffis, & subflauis maculis aspersa, rostro tenui, oblongo, nigricante modicè inflexo, collo albicante, *inferiore auis parte circa medium*, & infra ad flauum, vel ruffum tendente, ventre albo, cruribus fuscis, vt pictura nobis ostēdit. Vnde Phæopus cognominari posset: quemadmodum *etiam ea, cuius figura proximè sequetur: quam tamen Arquatam minorem* potiùs appellare visum est. Eiusmodi aues Mediolani Girardellos nominãt. Sed video etiã Turdi genus paruum à Saxonibus Barchuogel appellari: quod Germani quidam Collurionẽ faciunt. *Alius etiam Batin esse cõijcit auiculam, quæ vulgò vocetur Kelein Brachuogel-*chẽ, Anglis Stonchatthera. *a* Christophorus Encelius meminit auis, quæ in Marchia regione Germanicæ vulgò nominetur ein Brachhun, Crachuogel, nomine ab agris quiescẽtibus *(brach vocant) impositio: coloris cyanei, optimi saporis, boni chymi. Hoc etiam genus, vt &* alias Gallinas syluestres ote coire scribit circa æquinoctium vernum, mare in os fœmellæ *inserente rostrum, & infundent geniturum: quod verisimile mihi nequaquam esse*, suprà in Vrogallo dixi. Nos autem Brachuogel descripsimus in elemento A. Arquatæ nomine propter rostri figuram, de qua an sentiat Vncelius, quoq; incertus sum. Color quidẽ cyaneus Arquatæ nostræ non conuenit. Audio autem eam auem *appellari Brachuogel in quibusdã* locis à mense Iunio, quo aduentare ad illos solet Encelius à quiescentibus, & noualibus agris hoc nomen *suæ Brachhennæ fictum ait* Arquatam nostram aliqui etiam Regenuogel, hoc est, auem pluuiæ appellant, alij venti, vel tempestati auem, Vvinduogel, Vvatteruogel, quòd tempestatis futuræ prognosticon ex ea sumatur. Sed video hæc nomina parum certa esse: nam *& aliæ quædam aues ijsdem nuncupantur: quæ quoniã* ad Gallinaginum aquaticarum (vt omnino conijcio ex pictura) historiam pertinẽt, earum hic adiecimus. Hæc omnia Ornithologus.

Phœopus.

Arquata minor.

Girardelli.

Batis.

Stonchatthera.

a Lib. 3. de re metal.

Brachhun.

Brachhẽna etymum.

Regenuogel.

Auis pluuiæ.

Vvinduogel.

Vvatteruogel.

DE PHÆOPODE ALTERA, seu Arquata minore. Cap. XLI.

Tarangolo.

Color.

HANC auem, inquit idem, quam Arquatam minorem dixerim, aliqui similiter vt maiorem vocant Regeugel, ideſt, pluuiæ auem (à qua tamen diuersa est, quæ apud Gallos vna voce, Pluuieer, ideſt, Pluuialis vocatur) in Italia quidã Tarangolo, superiori (iam descriptæ) ferè similis est, cruribus, vt illa cinereis, & ventre albo, & sub capite similiter, itemq; rostro, nisi quod paulò oblõgius videtur. Alæ maculis albis asperguntur, alioqui ex ruffo fuscæ: sed oblongiores earum pennæ, vt *& dorsum* pronũ nigricant. *Collum* supinum cum pectore *nonnihil ruboris habet obscuri, & valde diluti, plurimisq; maculis nigricãtibus distingui-*tur. Arquata minor, & Ochropus magna, quãquam Gallinulæ aquaticæ sunt, aliter tamen ferè capiuntur, vt ex aucupe quedam Argentinensi intellexit, nempe alis duabus commissis, *idq; in gramine, non in ripa alioqui dispositis, vt in capite de Gallinulis aquaticis capiendis* in genere dicetur (nos id antè diximus.) Sed cum hęc duo genera præ cęteris adeò cauta sint, vt noctũ in locis, qui vndique aqua ambiuntur, quiescant, astutia opus est, vt alis istis opportunè dispositis deprehendantur. Si quæ è retibus euaserint, tam altè clamant, vt spacio itineris fermæ horæ exaudiantur.

Capiendi ratio.

Phæopus Gallinula cum typha paluſtri.



Phæcopus minor Ornithologi, cum iunco ſyluatico.



DE OCHROPODE MAIORE.
Cap. XLII.

OCHROPVS magnus, quem sic nomino, inquit idem Ornithologus, à luteo, vel sulphuris instar subflauo crurum colore (qui in rostro etiam ad medium vsque, vel vltra apparet: interior enim eius pars nigra est (Germanicè Schmirring per onomatopœiam, vt conijcio, nuncupatur. Est autem in hoc genere maximè varius, cùm septem in eo colores (vt pictura ostendit) discreti appareant. Nam præter subflauum, quem dixi, passim toto corpore ruffus apparet: in breuissimis alarum pennis extremis etiam rubens, vt in rubrica fabrili. Albus tum in capite, & circa oculos, tum in medijs alarum pennis, & ventre. Longissimæ alarũ pennæ nigræ sunt, & alibi passim in dorso, cauda, collo, & alis maculæ nigricant. Palpebrarũ margines color croceus tingit. Est & fusci, vel cinerei nonnihil in alis. Digito posteriore pedes carent, nisi pictura me fallit. Nidificat inter fruticeta, è musco, & gramine.

Etymum.

Schmirring.

Colores.

DE OCHROPODE MEDIO.
Cap. XLIII.

DE Germanico huius auis nomine proximè tetrò dictum est (nempe Mattknillis) Nos Ochropodem medium vocauimus à crurum colore luteo, vel subuiridi obscurè. Rostrum ei nigricat, vt & tota superior pars corporis. Alæ ad fuscum tendunt, præter pennas longiores nigras. Fuscum est etiam pectus cum collo, vt pictura indicat. Vidi ego captam huius generis auem initio Februarij huic similem, sed rostro oblongiore paulò quàm hìc pingitur, dorso minus nigro, fusco potiùs cui versus caput nonnihil cinerei coloris admixtum erat: in dorso verò posteriùs, aliquid subruffi obscuri. Cauda aliquatenus rota candida erat, sed circa finẽ duæ lineæ nigricãtes spatijs albis distinguebantur. Apparebant & exigua puncta albicantia passim, præsertim in minoribus pennis alarũ. Venter candidissimus. Collum cinereum, maculosum. Rostrum nigrum. Pars capitis inferior candida, crura ferè ex viridibus fusca. Lingua in oblongum mucronẽ definens. Magnitudo totius, quæ Merulæ, sed corpus paulò gracilius, & collum oblongius.

Etymum. Descriptio.

DE OCHROPODE MINORE.
Cap. XLIV.

VLGO hanc auem (apud Germanos) Riegerle vocant (quasi motriculam dicas; verbum enim regen nobis (Heluetijs) moueri est. Nam cùm aliquid circa aquam audierit hæc auis, statim mouetur, & exigua voce sua argutissimè clamat (Minima quidem inter Gallinulas videtur. Rostrum nigricat. Collum album est, idque altius, quàm in cæteris: idem linea fusca, ceu torque ambitur inferiùs. Caput quoque nigricat, in quo spatium supra oculos sonigrum inter albas vtrinque maculas continetur. Dorsi, alarumque color ad cinereum vergit. Longissimæ alarum pennæ nigricant. Crura sublutea sunt; à quorum colore Ochropodem minorem hanc auem nominaui. Hæc ille.

Riegerle. Etymum.

Gallinula Ocropus maior.



Ocropus medius, cum ſpargamio non ramoſo.



Ochropus minor cum ranunculo flammeo.



DE MELAMPODE. Cap. XLV.

GERMANICVM nomen Rotkmillis compositum videtur à colore. Est etenim ruffo, vel subrubicundo colore cum maculis fuscis in collo hæc auis & circa oculos. Kmillis verò nescio vnde facta communior vox est, cùm alia etiam huius generis Gallinula Mattkmillis dicatur. Nos à crurum colore Melampodis nomen finximus, quod nigripedem significat. Nulla enim huius generis auis, quod sciam, nigriora habet crura. Corpus fuscum est cũ maculis quibusdam sordidi coloris, & obscuri. Rostrum etiam nigrum est. Alas maculæ albæ distinguunt. Cum hac aue ab Ornithologo descripta, & depicta, si non eadem, simillima saltem hæc mea est, quam nostri aucupes satis communi nomine Giarolã dicunt. Capite enim collo, & pectore ad medium ventrem vsque ruffa est, maculis, fuscis, (sed & abicantibus) respergitur. Pedes nigerrimi. Alarũ pennæ paruæ cinereo, & nigro distinctæ: magnæ nigræ sunt. Rostrum oblongum est, nonnihil arcuatum, in extremo acutum. Venter ex ruffo candicat, & nigris maculis pulchrè tingitur. Cauda item candicat, sed in extremo nigra est.

DE

Melampos gallinula cum tussilagine.



DE POLIOPODE. Cap. XLVI.

GALLINVLARVM hoc genus, qua ratione Dessijt Germanis appelletur, nescire sese ait Ornithologus. Crurib. est cinereis, vel canis, vnde Poliopodem aliquis dixerit. Rostro partim obscurè roseo, partim nigricante. Per collum supernè, ac dorsum fuscus color ad subruffum accedit, quin in alis multò dilutior, & albicantior est. In quibus etiam pennarum margines albi sunt, vt pectus quoq; & venter totus. Sic Ornithologus. Eadem planè cum iam descripta videtur, quam hìc depictam damus. Bononiæ vulgò Porcellanam, Mantuæ Porzanam, & Scorzanam, Mediolani Grugnettum, alibi etiam Girardellam Columbam dicunt.

cunt. Pedes enim ei cinerei, ſeu cani ſunt; roſtrum rutilum, & ſuperna parte nigricans. Collum infrà ex cinereo fuſcum, vt venter quoq; totus, ſed qui ad latera pennas habet denſas albo in extremo notatas. Collum ſupinum, & dorſum, & alæ ad ruſſum ferè accedunt. Cauda breuis in extremitate flaueſcit. Alæ corpori iunctæ caudam minimè excedunt, contrà ac in icone Ornithologo apparet.

Poliopus Gallinula minor.



DE ERYTHRA QVAM GERMANI Mattkern dicunt. Cap. XLVII.

Mattkern. Etymum. VR Mattkern à vulgo, inquit Ornithologus hæc auis dicatur ignoro. Ego so à totius corporis colore Erythram vocaui. Etſi autem corpus totum ferè (ventrem albicantem rubro tamen ſubruſſum, & crura leucophæa excipio) rubicundum ſit; obſcurior tamen is rubor in dorſo eſt, & maculis nigris interceptus: clarior in alarũ aliquot pennis: in quibus longiſſimæ ad rubricæ fabrilis colorem accedunt. In collo inferiùs puncta quædam albicant. Roſtrum nigricat non abſque rubore, breuius, quàm pleriſque alijs in hoc genere. Inter arundines capitur laqueis, Vocem, & clamorem ædit, quo repræſentatur ſonus fullonum lanas ferientium. Audio etiam ab alijs Reinuogel, hoc eſt, auem Rheni appellari, paruam quandam in Gallinularum genere, colore variam, ſubfuſcam, & alio nomine Mattkern dici.

Color.

Reinuogel.

DE

Erytra Ornithologi, cum anagallide aquatica.



DE OCHRA, QVAM GERMANI Vuyn Kernnell appellant. Cap. XLVIII.

HIVS etiam auis Germanici nominis rationem Ornithologus non se assecutum esse ait. Kernella quidem vulgo, inquit, Germanorum dicta in Anatum quoque ferarum genere est: & Mattkerna inter Gallinulas proximè dicta. Ego Ochram nominaui, à totius ferè corporis colore subuiridi, sed sordido, & obscuro, prona parte magis fusco. Caput, collum, pectus, & alæ punctis, & maculis candidis insigniuntur. Cauda albicat aliqua ex parte. Rostrum partim nigricat, partim puniceum est. Crura, vt in Ochropodum genere lutea. 1*

Gallinula ochra.



Gallinula hypoleucos.



DE HYPOLEVCO QVAM VVLGVS Germanicum Fysterlyn appellant. Cap. XLIX.

HYPOLEVCON, hoc eſt, ſubalbum genus hoc Gallinulæ cognominat idem Ornithologus, quòd tota pars ſubtus collum, pectus, & venter albi coloris *puri, & abſq; maculis ſit, præ cæteris huius generis auibus.* Reliquum corpus fuſcum apparet, in alis dilutius, circa collum ſuperius vtrinque ruffum, vel ſubflauum nonnihil admixtum eſt. Crura fuſca cum modico colore ruffo. Roſtrum nigrum, modicè flexum anteriùs.

DE GALLINVLA, SEV GALLINAGINE Serica dicta à Splendore. Cap. L.

GALLINVLARVM ſylueſtrium, præſertim aquaticarum genus, inquit idem Ornithologus, multiplex eſt. Inter cæteras ea, quam hìc pictam exhibeo, rara, & inſignis eſt, colore atro, & ruffo per totum ferè corpus (quantum memoria teneo) niſi quòd venter albet, pulcherrimè diſtincta. Et quoniam color ater in ea holoſerici inſtar ſplendet, Germanicum eius nomen fingere libuit ein Samethunle. Crura alta, & fuſca ſunt; digiti prælongi, ſed poſtremus breuis: roſtrum oblongum. Et in epitome rurſus. Gallina ſerica dici hæc auis poterit, quod color ater in ea holoſerici inſtar ſplendeat. Quærendum an hæc ſit Ortygometra *Bellonij*. Germanicum etiam nomen finxerim Samethunle.

Gallinula Serica.



DE SCOLOPACE, SIVE PERDICE Rustica. Cap. LI.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

SCOLOPAX, siue Ascalopax nomen est piscis apud Rondeletium sic dicti; quòd sicuti & auis, de qua sumus acturi rostrum prælongum habeat: quem sic ille breuiter describit: Rostrum ei prælongum. Corpore est rotundo, rubescente erythrini modo, squamis asperis. Dorsi extremo aculeum magnum exertum, altera parte serratum gestat. Cauda tenuis est. Carnis substantia pagro similis est, boni igitur succi, & facilis cõcoctionis. Sed cùm rarus sit piscis, & peregrina forma, exiccatus seruatur, potiùs quàm editur. Hæc ille. Ait autem Scolopacem, seu Ascolopacem dici, quòd vtrumque nomẽ apud Aristotelem legatur. Quippe apud eum alicubi etiam Ασκολόπαξ legitur, sed fortè non sine mendo. Reuera suspicandũ est, pro ὁ ασκολὸπαξ, vt scripsisse puto Philosophũ, ab alijs coniuncto articulo, & mutato ὁ in Ἀσκολοπαξ, & Ασκαλωπαξ factũ esse. Videtur autem sic dicta hæc auis, à rostri figura, quod instar pali longũ, & rectũ habeat: nam palũ, siue lignum rectum, longumq; Græci σκόλοψα dicunt, omnibus syllabis breuibus, cùm Nemesianus alioqui penultimam producat, vt pòst patebit. Volaterranus inepte Aristoteli scribit, Alectoridem dici: nam Alectoris Gallina est, cui magnitudine tantùm Scolopacem comparat Aristoteles, Vulgo Græcorum hodie ξυλοπρίδα, vel ξυλοκοττα, teste Bellonio, & Roberto Constantino dicitur. Vbi apud Philosophum legitur Ascolopax, Albertus habet Ascolakos, Herodianus syluestrem Perdicem interpretatur, & sic etiam Nemesianus vocat. Docti plerique Perdicem rusticam à Martiale dictam cum Græcorum Scolopace eandem esse existimant: de qua ille sic canebat.

Rustica sum Perdix: quid refert, si sapor idem est?
Carior est Perdix, sic sapit illa magis.

Ἀσκολόπαξ. *a De piscib. lib. 15. c. 5.*

Scolopacis etymum.

Volaterrani error.
ξυλοπρίδα.
Ascolakos.
Perdix syluestris.
Perdix rustica.

Contrà Bellonius Perdicem rusticã cum Ortygometra non sine magno errore confundit, vt alibi diximus. Rusticulam etiam Latini dicunt. Scoppa grammaticus interpretatur Gallinam arceram: nam & hoc nomine quibusdam Italis venit. Cæterùm quia in hoc genere alia est etiam eiusdem nominis, eam Rusticulam minorẽ; de qua nunc agitur, vtpote quæ maior est, maiorem appellare licebit. Esse item aliam auem, quæ Gallina rustica à Columella nominatur alibi diximus: licet Georgius Alexandrinus Scolopacem cum Gallina rustica confudisse videatur, vulgi fortè nomenclaturis deceptus. Gaza Scolopacem Gallinaginem interpretatur, vernaculã nimirum, vt censet Hermolaus, vocem sequutus: alicubi enim in Italia Gallinella dicitur. Falluntur, inquit Turnerus, Britanni ici Ludimagistri, qui suum Vvodcoccum (quo nomine auem, de qua nunc est sermo intelligunt) Attagenem faciunt, qui solis vescitur vermibus, & grana nunquam attingit, cùm tamẽ Attagen inter graniuoras recenseatur. Fallitur autem & ipse Turnerus Rusticulam esse putans, quæ Anglicè Rala dicatur: sed de hoc superiùs. Fallitur quoque Niphus, qui existimauit, aues Italis Perdixe vulgò dictas, nempe Starnas, esse Rusticulas. Rusticulæ, inquit, quæ sunt nostrates Perdices: qui alioquin alio in loco fatetur, Gallinaginẽ Aristotelis esse auem, quæ vulgò Gallinella dicitur. Turpiter quoq; errant, qui veterum Ortygometram esse existimant. Fuere etenim, & huiusce sententiæ nonnulli, vt testatur Longolius, qui Scolopacẽ cũ alijs, quæ rectè sentiunt auem facit, quæ vulgò Beccassa apud plerosq; populos appellatur. Sunt, inquit, qui auem (Beccassam) cui à rostri longitudine à Germanis nomen inditũ est, veterum Ortygometram esse putent. Ita certè credidit Villanouanus, dum scribit: Ethigoneta (mendosè pro Ortygometra, auis est similis Perdici, sed rostro longo. Albertus Ficedulam interpretatur, ea forsitan sola ratione, quod suauis, & pinguis sit, & mensis plurimùm requisita: nam alioqui veterum Ficedulam aliam esse fatetur. Volaterranus, & Niphus Italicè vulgò Gallinellam dici scribunt. Dicitur & Gallinazza à nonnullis circa lacum Verbanum, vbi etiam Polla, à quibusdam nimis generali nomine appellatur, idest, pulla. Circa Brixiam Arcia, & alibi Gallina arciera; alibi, vt Bononiæ, & Parmæ, Pizzaccara: sed Parmæ etiam Beccassa à rostri longitudine, quod nobis, sicut etiam Gallis Becco dicitur;

Rusticulæ.
Gallina arcera.

Gallinago.
Gallinella.
Vuodcoccus.

Ethigoneta
Ficedula cur ab Alberto dicta
Gallinella.
Gallinazza
Polla.
Pizzaccara
Beccassa.

Acceggia. Genuæ Ronzeſa, & aliquibus Ropezora, in Hetruria Acceggia, alibi Gallina ruſticella, alibi Gallina ſaluatica. Gallis, vt dixi, à roſtro Beccaſſe, vel Beccaſſe grande, ac ſi Roſtricem Latinè dicas. Nam vt & nos Itali, Gallicum vulgus roſtrum Becco appellat, vocabulo Toloſano antiquo, quanquã id illis Gallinacei roſtrũ ſignificaret: vt author eſt *b* Tranquillus. Aliqui Galli Bequaſſe proferunt, alij Vit de coc, teſte Bellonio, ſed perperã: cùm Vit coc, inquit ille, dicere deberent, qua voce Angli Gallum ſylueſtrem ſignificant, quæ quidem dictio Græcanicæ nomenclaturæ reſpondet. Græci etenim Xilornita vocant, quaſi ſylueſtrem auem dicas. Ornithologus Videcoq Normanis, qui & ipſi Galliæ populi ſunt, appellari tradit, & vocem Anglorum eſſe, qui inquit, Vvodcoq vocitant, nomine ſemigermanico, & ſemigallico: nam Vuod eis eſt ſylua, vt nobis (Germanis) Vuald Cock Gallinaceus, vt Gallis. Quidam Germanici, & Anglici ſermonis imperiti Videcoq dictam ſuſpicantur ridiculè, quod roſtrum inſtar virgæ genitalis Gallinacei habeat. Apud Germanos varia nomina habet: nam vel ſimpliciter Schenepff, vel compoſita dictione Schephun, & Rietſchnepff, ideſt, Ruſticula maior appellatur: Brabantis, & in toto ferè Belgio Sneppe, (vnde Albertus, & alij quidam Nepam finxerunt) Anglis Snype, vel Vuodcok, Turcis in Aſia minore Tcheluk.

b In vitell. c De Anib. lib. 5. c. 26.

Videcoq nominis explicatio. Vuod Gallis quid. Cock Gallis & Germanis quid.

GENERA. DIFFERENTIÆ.


Grutte. RVSTICVLÆ, ſiue Gallinagini maiori Ornithologus in Friſia aues quaſdam ſimiles eſſe aſſerit. Nam inquit, ea, quæ Vulp nominatur vulgò, roſtro & pennis colore illi confertur, ſed magnitudine vincit. Item Grutte dicta roſtro, &c. Pica verò marina dicta Gallis protinus diuerſa eſt, nam Scolopax ex marinarum auium numero non eſt, licet & illa roſtrum, teſte Bellonio, habeat quatuor digitos longum, vt Gallinago, ideoq; aliqui Beccaſſe de mer appellent. De Scolopace minore, quæ in alia etiam genera diſtinguitur poſtea agemus.

FORMA. DESCRIPTIO.

a Hiſt. li. 9. cap. 26. Deſcriptiones varia. Magnitudo Roſtrum. Color. Lingua. ARISTOTELES Scolopacem ſic *a* deſcribit. *Magnitudine quanta Gallina eſt, roſtro longo, colore Attagenis. Snepa* (Scolopax) inquit Albertus, *roſtrum oblongum habet, in dorſo colorem Perdicis, in ventre. Niſi linguam valdè longam, quam procumbens in puluere procul extendit, vt attrahat vermes.* Idem vbi Ariſtotelem interpretatur, *Auis*, inquit, (nimirum ex Auicenna) *Aſcocalos, vt Græci vocant, in hortis, & pratis capitur, magnitudine Galli* (Gallinæ Ariſtoteles, ſed minor etiam, quàm Gallina eſt, vt Columbis meliùs à Nemeſiano conferuntur) *roſtro longo, colore vt Attagen, qui declinat ad cinereum cum quodam rubore, & flauedine diſtinctum.* Gybertus Longolius ſic eandem deſcribit. Magnitudine paulò inferior, quàm villatica Gallina roſtro longo, & ea prope crurum forma, qua Cynchramum (Cynchramũ Scriccam Germanis dictam facit, ein Screcke) eſſe diximus. Ingluuie caret. Exactiùs Ornithologus. Gallinago, inquit, quam ipſe inſpexi, inſtar paruæ Gallinæ erat, eadem qua Perdix noſtra corpulentia, vnciarum ferè duodecim pondere, colorum, macularumq; varietate mirificè diſtincta ex ruſſo, vel teſtaceo colore, albicante, nigro, & alijs. Roſtro ab extremitate ad oculos quinq; digitos, aut ampliùs longo, anteriùs nigricante, & aſperiuſculo. Roſtri pars ſuperior vltra inferiorem extenditur, lingua gracilis, oblonga, neruoſa. Crura ferè roſei coloris. Hæc Ornithologi deſcriptio noſtræ huic, cuius iconem damus, tam exactè reſpondet, vt ſi deſcribenda foret, non alijs verbis vteremur.

b Lib. 9. hiſtor. c. 26. Gallinaginis exacta deſcriptio, ex Ornithologo. Magnitudo Color. Roſtrum.

Scolopax, siue Gallinago.



LOCVS. MIGRATIO. VICTVS.

Quo tẽpore potissimùm appareat.

NVLLA non in regione reperitur hæc auis: Apud nos ferè omni tempore conspicitur, sed hyeme potissimùm: tunc enim propter niues montes relinquunt, & ad campestria descendunt. Scribit Bellonius, *a* auem esse migratoriam, & a state in altis Pyrenæi, Heluetiæ, Sabaudiæ, & Auerniæ montium iugis degere, idq; se sæpe vidisse testatur, & hyeme cibi gratia ad campos, syluasq; ceduas descendere. Quod autem Aristoteles eam migratorijs nõ accensuerit, hanc esse causam existimat; quòd etiam si migret, eandẽ tamen semper regionem incolat, videlicet æstate in montibus, hyeme in eiusdem regionis campestribus: contrà quàm reuera migratoriæ facere consueuerunt, quæ diuersis tẽporibus diuersas quoq; prorsus regiones mutant. Aloysius Mundella testatur, in Gallia, & in sua patria, nempe circa Brixiam sæpenumero capi principio autumni, cùm & Turdi reddunt. Ornithologus apud Heluetios circa loca mõtana, & aquosa etiã abundare scribit, initio hyemis præsertim, capi autem Octobri mense ferè. Albertus Ficedulam (sic Scolopacem vocat) à quibusdam locis Germaniæ nunquam recedere scribit. In Suetia enim, inquit, semper inuenitur. Sed à Germania inferiore Aquilonari, quę multùm est aquosa, recedit. Æstate, & redit in fine Autumni. Testatur Longolius circa solstitia hyberna apud suos vendi solere. Nunquam apud nostrates, inquit, nisi hyeme videntur: quare de prole, & modo nidulandi nihil habeo, quod dicam. Caterùm non quæcunq; loca indiscriminatim frequentat, sed ea potissimùm, vbi habeat, quod edat, & ab ambientis iniurijs tutior sit, Aristoteles per sepes hortorum capi scribit, ac si ibi libenter degat. Asserit Bellonius *b* aquis tepidis in primis gaudere, alijsq; locis humidis, ibiq; rostro, terrestres vermes è terra eruere ad cibum: ideoq; huc illuc, serò, & manè circum volitare: noctù autem in apertis locis degere, & interdiù sese in latebras abdere. Idem ferè confirmat Ornithologus, dum ait: versantur circa hortos, & circa domos etiam in vrbibus in Italia, vt audio. Alioqui circa riuos, & locis humidis degere gaudet, & per diem ferè inter arbusta latere, noctu in prata prouolare. Hæc ille. Albertus non noctù, sed mane, & serò id eam facere scribit, quod est verò similius. Autumno, inquit, mane, & vesperi inter arbores volat. Et alibi, in die quiescunt in aurora, & crepusculo volant, sed illi fortè pro nocte summum mane, & serum intellexere. Loca etiam puluerulenta amare est verisimile: nam pulueratrix auis est, teste Longolio: & Albertus testatur, in puluere procumbentẽ longè extendere linguam, & attrahere vermes. Insigniter autem vermibus inhiat, & grana nunquam attingit, vt ait. Longolius tamen testatur se vidisse Scolopaces sagginatos ex farina fagotritici cum aridis ficubus subacta. Scolopaces, inquit, sæpe in ornithone mihi sagina plenos fieri videre contigit. Hæc autem ex farina fagotritici cum aridis subacta ficubus paratur, quæ in labijs paulò latioribus effusa copiosiùs aqua conditur. Eam rostris illi longissimis hauriunt potius, quàm ducant. Ab hac fartura quòd magnis impensis fiat, multi abstinent. Verùm illi mihi haud quaquam sapere videntur. Edunt enim omnium ferè minimùm, vt quæ carnosæ admodum sunt, & ingluuie planè careant. Hæc Longolius. Sunt qui dicant, teste Ornithologo, Gallinaginem spiritu immisso in caua, vnde sonus etiam quidam procul audiatur, vermes extrahere: eos autem exire propter calorem, aere ex inflatu auis calfacto. Sonum reddi, si locus cauus, angustus, & oblongus sit.

a De auib. l. 5. c. 26.

Gallinaginẽ cur Aristoteles migratoriam non faciat.

Quibus in locis libentiùs degat.

b De auib. lib. 5. c. 26.

Auis est pulueratrix.

Quibus vescatur.

Omniũ ferè minime edunt.

Ingluuie carent.

INGENIVM. MORES. SENSVS. Volatus. Cursus.

Hominem mirè diligit.

SCOLOPAX hominem mirè diligit teste *a* Philosopho, Bellonius stolidissimam auem esse ait, & propter stoliditatem facillimè capi, alij propter hebetem visum, vnde Auicacam, quasi auem cæcam nominant. Exantiquis Nemesianus oculis esse obtusioribus etiam affirmat, licet eos alioqui grandes habeat. Contrà odoratu pollere hocque potius, quàm visu vermes, quærere. Canit autem:

a Hist. l. 9. cap. 26.

Stolida est.

Oculis est obtusis.

Odoratus.

Illa sub aggeribus primâ, qua proluit humor

Pascitur

Pascitur exiguos sectans obsonia vermes.
At non illa oculis, quibus est obtusior, etsi
Sint nimium grandes, sed acutis naribus instat,
Impresso in terram rostri mucrone sequaces
Vermiculos trahit, & vili dat pramia gulæ.

Volatu item non admodum valet: neque enim in altum se valde attollit, neque longam trahit in aere moram, quod sæpius ipse in sectantes aucupes fugientibus obseruaui. Illæ etenim post paruum volatū quieti se se dabant, denuò iterum accedentibus aucupibus, itemque illæ paruo adeo volatu fugiebant. Cæterùm natura sagax volatus huius defectum cursus velocitate compensauit. Cursu etenim celerrimo, se ex aucupum oculis eripit, & cùm proximam sibi eam existimant, longè abesse inueniunt, vt ipsi mihi retulere. Hanc cursus celeritatem demonstrat Philosophus, dum inquit. *b eam currere velociter*, & Plinius, *Rusticulæ*, inquiens, & *Perdices currunt*.

Parū volat

Cursu valet.

b Hist. 9. cap. 26.

CAPIENDI MODVS.

SNEPPA, inquit Albertus, *in die quiescit, in aurora, & crepusculo volat: & ideo tunc in altum elevatis retibus capitur.* Et alibi: *mane, & vesperi inter arbores volat, quare tunc expansis in altum retibus capitur, eò quòd exeundo, & intrando semper eosdem vias sequi consueuit.* Apud Anglos, vt refert Ornithologus, diluculo potissimùm, & crepusculo in syluis capitur retibus in loco arboribus vacuo suspensis, & veniente aue demissis. Eodem ferè modo in Hollandia capi audio. Aliam capiendi rationem docet alius Rusticulæ, inquit, capiuntur noctù ad ignem tintinnabulo, & genere retis, quod Galli coopertorium vocant. Ignis quidem fit è pannis veteribus siccis in seuum liquatū intinctis, tum contortis brachij crassitiæ, longitudine pedis, accensisq; Quam facilè autem olim caperetur, ostendit Nemesianus, dum canit:

Retibus capiuntur.

Alius capiendi modus.

Facile capitur.

Cùm nemus omne suo virtàs spoliatur honore,
Fultus equi niueis sylvas pete protinus altas
Exuuijs. Præda est facilis, & amæna Scolopax:
Corpore non Paphys auibus maiore videbis.

Et quæ sequuntur. Bellonius in Gallia vesperi, & mane capi refert inter volandum retibus, quæ Gallis pentieres, Pannelet, & Rotzelet dicuntur: Aucupes, vt faciliùs capiant, se se sub equo ligneo recondere, quomodo etiam Perdices capi consueuerunt, aut sub instrumento, quod Gallis Foluel dicitur, & sic voti compotes quàm facillimè fieri: cùm Scolopax animal omnium stolidissimum sit, accedentesq; non valde metuat, & insuper singulariter volet. Idem Bellonius in hac aue capienda aliud docet aucupij genus, quod Gallis Follastriere dicatur. Auceps vestem ex panno, aut tela coloris castaneæ fert, chirotecasq; eiusdem coloris, pileo lato, amplo; in quo duo tantùm foraminula iuxtà oculos sint, caput, humerosq; cooperit, baculos quoque duos in manibus gerit panno eiusdem coloris contectos, in extremo verò per pollicis spacium rubro. Virgulam item è cingulo suspendit, cuius extremo laqueum ex setis equinis annectit. Atq; ita instructus ferulis duabus, seu furculis innitens auem, quæ huc, illuc diuagari solet, pedetentim insequitur, donec propiùs accesserit, illaq; à cursu quieuerit. Quieuisse autem cognoscitur, cùm caput non ampliùs attollit. Tunc enim baculis illis ad inuicem collisis, auem quæ illo sonitu mirum in modum delectatur, ita dementat, vt defixis in illum oculis, omnino immobilis permaneat, adeo vt auceps propius accedere, & iniecto in collum laqueo illaqueare possit.

Quomodo à Gallis aliter capiantur.

VSVS IN CIBIS, ET IN MEDICINA.

CARNES neppam esse suaui scribit Albertus: Ornithologus verò haberi quidem in delitijs, sed Perdicibus posthaberi. Non immeritò, inquit Bellonius, a non exenteratæ coquuntur, vt etiam scarus piscis, Pluuialis, aliæque nonnullæ aues, quæ cùm cibis mollibus nutriantur, nihil excrementi gignunt, nihilque quod sit abijciendum: & vulgò creditur felle carere, sicuti etiam Pluuialis, Columbus, & Capriceps. Hæc ille. Antonius Gazius Patauinus, aues quæ Gallinæ sylvestres dicuntur: vulgò Gallinaceas (intelligit autem Scolopaces: nam Gallinazza quibusdam Italis vocari, dixi.

Carnis qualitas.

a De anim. lib. 5. c. 26.

Aues quæ felle carent

diximus suprà) appellant, ad naturam Perdicis, & temperamentũ eius accedere ait, item Michael Sauonarola. Conueniunt autem hyeme magis, quam alijs temporibus, si Villanouano credimus, vt etiam Phasiani, & Turdi, quòd fortè tunc pinguiores existant. Gallinaginem, vt refert Ornithologus, aliqui deplumatam, exenteratamque in furno torrent, & cremant in olla figlina ad quoddam remedium aduersus calculum.

Quo magis tempore conueniant.

Ad calculum.

DE RVSTICVLA SYLVATICA. Cap. LII.

ALIA est auis, Rusticula simpliciter dicta, vel Rusticula palustris maior, de qua mox scripsimus, quæ teste Ornithologo, quòd syluatica potiùs, quàm palustris sit, à Germanis Vuadschnepff, Holtzschnepff, ideſt, Rusticula syluatica dicitur. Maior est superiore, cùm Gallinam ferè æquet, & colore simili quidem, sed saturatiore, cruribus cinereis, ventre albicãte, rostro minus longo, vt pictura ostendit, quam ab Argentoratensi aucupe, eodemque pictore accepi. Tendiculis, seu laqueis capitur. Hæc Ornithologus, qui & eius figuram tradit, quam habes in seq. pagella.

Descriptio.

Magnitudo.

Color.

Quomodo capiatur.

DE SCOLOPACE, seu Gallinagine minori. Cap. LIII.

SYNONYMA.

DE minori Gallinaginum genere, cùm non meminerit Aristoteles, nec alij veteres, idq; nihil ferè à maiori nisi magnitudine differat, Latinè Gallinaginem, vel Scolopacem minorem appellare licebit. Bellonius Ascolopacion vocat, ficto nomine diminutiuo ab Ascolopace. Italicè Pizzardella. Gallicè Beccasson Beccasse petite: & Beccassine: quanuis & aliæ duæ aues aquaticæ eisdem Beccassine etiam dicantur, de quibus postea. Gybertus Longolius auem, de qua hic agitur, interpretantur Germanicè Harsnepff, alij vocant Herrschnepff, hoc est, dominorum, & nobilium Gallinaginem. Alij Grasschnepff, fortè, quòd inter gramina lateat: alij voce diminutiua Schnepfflin, alij nimis generali vocabulo Vvasserhunle. Turcæ Ielue vocant. Non defuere, qui hanc auem Aristotelis Mollicipitem esse existimarint, sed perperam.

Ascolopacion.

Pizzardella.

GENERA. DIFFERENTIÆ.

EX hoc genere aliæ duæ traduntur à Bellonio, Gallis pariter Beccassine dictæ: de quibus infrà. Hieronymus Tragus inter aues mensibus requisitas quasdam Germanicè interpretatur Bruchschnepfflin; oder Babergeitzlin: quas etiamsi ex hoc genere, esse prior nomenclatura innuere videtur, Ornithologus ex Arquatarum genere potius esse suspicatur.

FORMA. DESCRIPTIO.

GYBERTVS Longolius, auis est, inquit apud Batauos eadem (qua Rusticula maior) forma rostri, capitis, nisi quod longe minor sit. Idẽ confirmat a Bellonius, Beccassine, inquit, seu Beccasseu Gallis dicta, Gallinagini maiori esset omnino similis, nisi magnitudine, & moribus differret. Ornithologus hanc etiã inter vtranq; differẽtiã obseruat, nimirũ, quòd in Gallinagine maiore inferior rostri pars aliquantò breuior sit superiore,

a De Anim. lib. 4. c. 21.

Rusticula syluatica.



non item in minori Gallinagine: in qua tamẽ, inquit, anterior pars (si bene memini) multo, quam in maiore asperior est. Bellonius hanc auẽ sic describit: Dorsum habet eiusdem ferè cum Alauda coloris. Superior alarum pars magis nigricat, quàm in Rusticula maiore, v enter verò magis albicat. Crura digitiq; longa sunt, & nigra rostrum quatuor digitos æq uat longitudine, canaliculatum, & maculosum, & in extremo nigrum. Alæ extensæ maculã albam in extremitatibus ostendunt. Hæc Bellonius, qui & hanc eius figuram exhibet. Nostra cuius est icon posterior, Scolopaci maiori valde similis est, sed magnitudine inferior, longa ab extremo rostro ad vngues vsque dodrantem, & palmos duos. Rostrum palmi longitudine canaliculatum latiusculum, nigrum, & tuberculis quibusdam asperum, in extremo acutum, cuius superior pars inferiorem aliquantum excedit longitudine. Pennarũ colore maiori non est absimilis. Alarum autem pennæ mediæ, breuiusculæ in fine albicant. Interiori parte alæ leucophæo colore obsoleto tinguntur. Venter candidus: Crura, quæ sunt exilia, pedes, digitiq; subnigricant. Vngues ferè rectos habet. Lingua longitudine rostro ferè par est, canaliculata, in extremo cuspide acuminata instar acus: qua insecta, vermesq; more Pici Martij transfigere est verisimile.

LOCVS. MIGRATIO. MORES.

Vbi abundet. BONONIÆ aliquando capitur hoc auium genus. In Gallia locis mediterraneis frequentissimum est, teste Bellonio. Apud Batauos reperiri scribit Longolius. Idem à Batauis ipsis mihi quoque relatum est. In plerisque alijs regionibus etiam reperiri existimo. Auis est migratoria, vt Scolopax maior, & eodem in Gallia tempore conspicitur, vt refert Bellonius. Idem apud nos obseruatur. In Germaniam aduenire circa vernum æquinoctium scribit Longolius, neque à marginibus lacuum, & stagnorum quoquam discedere: quare neque pulueratricem esse, vt est Rusticula maior. Denique diuerso etiã est ab illa ingenio, quod etiam testatur Bellonius; nam cùm maior manuescere, & saginari soleat, hæc, authore Longolio, neque in auiario, neque in caueis viuere dignatur.

CAPIENDI RATIO.

Quomodo in Gallia capiatur. IN Gallia, vt Bellonius narrat, nõ visco, aut arcubus capiuntur, sed quodam retis genere, quod rechargeoner appellant, quo pedibus allaqueatur, dum prata, apertaq; alia loca transuolare conantur. A nostris aucupidibus etiam retibus capiuntur.

VICTVS.

Quibus victitet. IN Rusticulæ minoris ventriculo initio Decembris captæ Ornithologus Scarabeos quosdã, & vermes albicantes, tenues, oblongos, quales farinarios appellant, inuenisse sese scribit.

VSVS IN CIBIS.


Carnis qualitas. CVM cibis mollibus vescatur, inter aues numeranda venit, quæ & sapore placent, & bonum succum gignunt. Carnem eius suauem esse, teneram Ornithologus refert. Longolius mensarum delicijs maximè nobilem nuncupat. Denique Bellonius pinguissimam euadere asserit, & delicatioris palati hominibus maximè sapere.

PRÆSAGIVM. VOX.

Pluuiæ præsagium. Vox. RVSTICVLÆ minoris, inquit Ornithologus, vocem auditam pluuiæ prognosticon quidam faciunt. Vocẽ autem aliqui talem esse aiunt, vt si quis cultrum per ferram ducat. Id tamen alij de alia quadam aue dicunt.

DE

Scolopax, seu Gallinago minor.



DE TRYNGA: Cap. LIV.

Ordo.

BELLONIVS, vt iam al quoties dictum eſt, duas alias etiam aues Beccaſſinas nuncupat, quæ cùm caudam ſubinde motitent, ad Tryngam, aut Cinclum, aut Iunconem, quas caudam aſſiduè motitare teſtatur philoſophus, exiſtimem reduci debere. Quapropter de his tribus hìc agere ſtatui, vt ad quas earum, tum hæ duæ Gallinaginum minorum, tum aliæ eis congeneres (quas aut ipſe noui, aut alij deſcripſerunt) referri poſſint, manifeſtum euadat. De Trynga autem priùs, vt quam reliquas magnitudine ſuperare ſcripſerit a Philoſophus, *Tryngas*, inquit, *lacus & flumina petit, vt etiam Cinclus, & Iunco ſed inter minores has maiuſcula eſt, Turdo enim æquiparatur.* Nec aliud de hac aue aut apud illum, aut alios claſſicos ſcriptum reperias. In agro noſtro auiculæ quædam capi ſolent: quæ omnes communi nomine Giaroli, ſeu Giarõcelli vocãtur, quòd in fluminibus, alijſq; locis glarea abundãtibus degãt: cũ tamen alioqui quædam ex illis ſuũ habeant peculiare nomen. Inter has cùm aliquæ eadem ſunt, quã Philoſophus Tryngæ aſcribit: magnitudine, lacuſq; & flumina petant, & caudam ſubinde motitent, aliquã ex ijs Tryngam eſſe, reliquas verò congeneres conijcere licet. Ego ex illis tres olim depinxi, quas hìc deſcribam, & expreſſas dabo. Harum prior magnitudine Turdũ æquat: ab extremo enim roſtro ad vngues vſq; ſpithamæ, & palmi eſt longitudine. Roſtrum ei duos digitos longum, & nigrum in extremo nonnihil recuruum: in quo lingua acuta paris ferè longitudinis occulitur. Caput ſupernum, collum, dorſum, & alæ ſunt fuſca, ad colorem caſtaneæ nonnihil vergentia; ſed in omnibus hiſce partibus, & præcipuè in alis, plumæ neſcio quid ſubalbidi præſeferunt. In oculorũ ambitu, ſed mento, in pectore, & ventre, & vropygio albicant. Caudæ pennæ duodecim tranſuerſim albis, nigriſq; lineis interſecantur. Crura digitos quinque longa ſunt, & inter fuſcum, & viridem colorem ambigunt. Digiti tres anteriores ad medium ferè palmum exporriguntur, poſterior eſt breuiſſimus. Inter anticorum extimum, & medium membranula eſt diuaricationis initio, quæ inter alios deſideratur. Noſtris aucupibus Giarolo, & Giaroncello communi nomine, proprio verò Sgainolo dicitur. Huic per omnia ſimilis erat, ſed paulò maior, quæ ſecundo loco ponitur. Par etiam magnitudine eſt, cuius iconem tertio loco exhibemus, Giaroncello & ipſa dicta, item Pinirolo, neſcio qua ratione. Huic roſtro multò, quàm ſuperiori nigrius eſt, & aliquantò breuius, cuius ſuperna pars infernam longitudine nonnihil excedit. Eadem autem eſt corporis ſpecie, coloribus tantùm aliquid euarians: nam cùm vtraq; colore præſertim fuſco, & caſtaneæ ſit, in capite, collo, tergo, aliſq; illa in omnibus hiſce partibus plus fuſci, hæc plus alterius coloris obtinet. Cauda pariter licet aliquantò breuior, infernè albicat, ſupernè ad eundem caſtaneæ colorem accedit. Pectore, ventre, femoribus, cruribus, pedibuſq; parum, aut nihil differt. Huius generis eſſe quoq; exiſtimo, quàm Bellonius l'autre Beccaſſine, ideſt, alteram paruam Gallinaginẽ vocat, & Cinclum b Ariſtotelis eſſe conijcit; cuius hiſtoriam huc ex ipſo transferre non pigebit. Aliud, inquit, eſt Gallinaginis minoris (Beccaſſine) genus, ſuperiori (Scolopaci minori ſimpliciter dicto, de quo proximè præcedẽti capite egerat) conſimile, & eodem etiã nomine nobis appellatur, cùm alioqui aues ſint diuerſæ. Etſi enim eadem ſint ferè corpulentia, plumarum tamen colore differunt, & roſtro, quod vtriq; quidem tenue, longum, & acutum eſt, præcedentis tamen in extremo maculatum eſt, & craſſiuſculum: præterea collum, tergus, & maculis magis diſtincta habet. Huius crura longiuſcula ſunt, tenuia, nigraq; ſicut etiam roſtrum. Caput, & dorſum ex ſubnigro ad cinereum tendunt, non ineleganti colore. Maculis albis variegatur tantùm in capite, & in vniuerſo collo. Pectus verò totuſq; venter, femora, & plumæ ſub cauda niuem candore æquant. Pennæ caudæ maiores nigro diſtinguũtur. Alæ inuerſæ candidis maculis viſu pulcherrimis exornantur. Cinclũ fortè nominauerit Ariſtoteles libro hiſtoriæ animaliũ octauo, capite triceſimo, item libro nono, capite duodecimo, cũ ait: *Cinclus minor eſt, quàm Tryngæ: non apud lacus ſolum, & fluuios, ſed vitam etiam apud mare traducit.* Circa aquas viuere (amat autem eas magis, quàm præcedens) longitudo crurum, bonaque femorum pars plumis nuda indicant. Capitur vt ilia eo retis genere, quòd rechar geouer dicitur. Auis eſt omniũ lepidiſſima, & admodũ venuſta, ripas potiſſimùm frequentans, & loca, quæ bono aliquo odore ſpiritus recreent, ac veluti moſchum redoleant. Vtraque caudam continuè motitat, gratiſſimaque palato eſt: quanuis hæc carnis ſuauitate præſtet, magiſq; ganeonum appetentiã excitet, viniq; ſapores varios meliùs diſcernere faciat. Hæc ille. Ornithologus hanc auicu-

a li. 8. Hiſtor. cap. 4.

Giaroli, ſeu Giarõcelli.

Tryngæ deſcriptio.

Magnitudo.

Roſtrum.

Lingua.

Color.

Crura.

Sgainolo.

Deſcriptio auis congenaris.

Pinirolo.

Roſtrum.

b De auib. l. 4. cap. 22.

Cineli Bellonij deſcriptio.

lam

Trynga cum Chelidonia minori.



Trynga alia ſuperiore paulò maior.



Trynga alia consimilis ferè.



Gallinago minor Bellonij.



lam eandem cum ea esse putat, quã inter Gallinulas aquaticas Germanis Samethunle nominari dixerat: & Bellonio assentitur, esse Aristotelis Cinclum, licet priùs pro Cinclo aliã auem descripsisset, depinxissetque, vt in Cinclo dicemus. Verùm cũ à Bellonio Scolapaci minori magnitudine conferatur, ego ad Tryngam potius referendam existimo, cui nimirũ eandem fere magnitudinem philosophus tribuit, Turdo eam æquiparans. Turdus enim,& Scolopax minor parũ inter se magnitudine differunt. Cùm autem rursus Aristoteles Cinclum, & Iunconem Tryngæ minores faciat, pro his ego alias auiculas paulò pòst exhibebo, minores videlicet Turdo,& caudam etiam motitãtes. Non me latet interim ad Tryngã
10 equoq; spectare potius, quã ad alias aues, cã, quã ꝑ Cinclo quodã describit. Alauda paulò maiorem: nam & hæc magnitudo etiam Turdo conuenit. Auicula, inquit, quam ego Cinclũ esse puto, Galerita, paulò maior est, colore in tergo nigro, in vẽtre albo, tibijs lõgis,& rostro neutiquã breui. Vere circa ripas fluminum valdè clamosa est & querula. Breues, & crebros facit volatus. Hæc ille, qui hanc auẽ Anglicè vocat à Vvatter Svvallovv (quasi dicas Hirundinẽ aquaticam) Germanicè ein Steinbeisser (sed & Germani alij Coccothraustem quoq; Steinbeisser appellant) Ornithol. huic auiculæ alias congeneres facit, de quibus hic quoque aliquid obiter dicemus: Huic, inquit, Turneri descriptioni cognata videri potest Merula aquatica nostra. A nostris appellatur Vvasserãsel, Bachãsel, hoc est Merula aquatica, vel riualis Lucarni,& circa Verbanum lacũ nomen ei Folot, vel Faluntd acqua,
20 Bellinzonæ Lerlichirollo, Mense Nouembri aliquando captam,& in cibum paratã gustaui: Saporis erat mediocris, non admodum grati. Vescitur, vermiculis aquaticis, illis præsertim, quos nostri vocant Kerderle: haud scio an etiam piscículis. Eandem, aut congenerem esse conijcio, quã in Alcyone describit, cornicem aquaticam nominans, Sturno paulò minorem,&c. Nostra quidem Merula aquatica capite, dorso fusca est, alis partim nigra, partim cinerea, collo,& pectore alba, ventre rubicando cũ maculis quibusdã albis, aut cinereis, cruribus roseis; cauda nigra, breui; rostro non longiore ferè, quàm Merularum, nigro, fidipes. Cæterùm Germani quidam etiam palmipedem auem minimam in Mergorũ genere, quam Vrinatricẽ veterũ esse putant. Germanicè interpretantur Vvasseramsel, & Schvvartzucherlin, idest, Merulam aquaticam,& Mergum nigrum. Georgius Agricola Meru-
30 lam interpretatur Amssel,& Seehamsel, Merulam quandã marinam, vel maritimam quoque reperiri insinuãs. Hæc Ornithologus de Merula aquatica, cuius etiam hãc figuram expressit. Idem Cinclo aliam magis, quàm hanc Merulam aquaticam congenerem facit illã, inquam, quæ circa Argentoratum Lyszklick appellatur: imo prorsus candẽ esse conijcit, eiusque iconẽ exhibet, nos posteà eandẽ dabimus. Credit item ab eodem Cinclo non differre, quam Germani quidam etiam Steinbeisser, & Steinbeeker vocant: & sic describunt. Magnitudine Ruticillæ est, ex cinereo albicãs, caudã mouet. Verum hãc diuersã esse ipsa magnitudo liquido loquitur. Anglus eis enim Cinclũ suũ Galerita paulò maiorẽ facit, hi verò hanc auem Rusticillæ comparant, quæ Alauda minor est: quapropter sicut Cinclũ ad Tryngã pertinere existimo, ait hanc ex Cincli genere esse conijcio, ex magnitudine nimi-
40 orum, quæ vtrinq; attribuitur. Sũ etenim huiusce sententiæ, in hoc auium aquaticarum genere caudam motitantium, quæ Turdo magnitudine pares sunt ad Tryngam esse referendas, minores verò ad Cinclũ, aut ad Iunconem: quod docent iam recitata philosophi verba: Vnde etiam Motacillæ quoddam genus, cuius iconẽ è Ioanne Kẽtmanno, descriptionẽ verò à Georgio Fabritio se accepisse tradit Ornithologus, ad Tryngã pertinere existimo: licet ipse Tryngane, an Iunco sit, quærat. Auis, inquit, quæ à Germanis in Misnia ein Piluenckgen, vel Pilvvegichen, vel Pilente nominatur caudã sine intermissione mouet, vt Motacilla. Primum nomen Germanicum compositum est à sono vocis, vel agitatione caudæ: alterũ à quadam similitudine cum Anate impositum. Quanquam hæc auis palmipes non est,& rostrum longum molle,& colore cinereum, ac alta crura habet; Eius duo genera
50 sunt, maius,& minus: Minus est, cuius figuram in sequenti pagina damus (quam nos hic appingi curauimus) magnitudine, Merulæ tergum cinereũ, venter albus, alæ,& cauda superiore parte cinereæ, inferiore cũ albo distinctæ. Flumina colit,& in ripis hac illac vagatur: nidificat,& incubat arenis: & aut in ijsdẽ, aut inter saxa oua ponit, eaque vt & Hirundines riparię nullis stipulis, aut herba tegit. Supra octo pullos non excludit vno tempore. Vescitur muscis, vermibus, piscículis: domi verò cùm alitur, pane,& malorum putaminibus. In muscis capiendis arte vtitur. Lento enim suspensoq; gradu accedens, rostro eleuato primùm designat, tum captam prædam deglutit. Mansuescit non difficulter & conclauia ab araneis purgat. Æstate capitur in nassis, in quas ꝑpter escã se submergit. Hyeme perticis glutine (visco) illitis: pedicis verò è pilis equorum factis, quouis anni tempore. Vocem no-

Ciucli Turneri de scripto.

Hirundo aquatica.

Merulæ aquaticæ historia.

Carnis qualitas.

Victus.

Descriptio.

Piluenckgen auis dictæ descriptio.

Genera.

Locus.

Nidus.

Partus.

Victus.

In Muscis capiendis qua arte vtatur.

Capiendi ratio.

Merula aquatica Ornithologi.



Motacillæ, ſeu Cincli genus, cum petaſite.



cũ lachrymantis, aut lamẽtantis instar ædit. A pueris aliquãdo delectationis causa alitur, Quarendum an hic Schœniclus, ideſt Iunco Ariſtotelis, vel Trynga, cui Turdi magnitudo attribuitur. Hęc ille. Cęterùm cùm Turnerus, & alij pro Trynga quaſdã alias aues deſcribant, hic quoq; quæ dicunt, nobis prætercunda nõ ſunt, vt quilibet pro arbitratu de ea iudicet. Tryngas, inquit, Germanicè dicitur ein Vvaſſerhenn (ideſt Gallina aquatica) Anglicè Mothen (fortè, inquit Ornithol. a Morhen) Eſt autem auis tota pulla, excepta ea caudæ parte, quæ podicem tegit. Ea enim candida eſt: & tum cernitur, cùm caudã erigit. Alis parum valet, atque ideo breues facit volatus. In ſtagnis, quę nobiliũ ędes obducunt, & in piſcinis apud Anglos plerunq; degit. Si quando periclitatur, ad arundineta denſiora ſolet confugere. Hæc ille. Ornithologus ſe audiuiſſe, ait. Syat appellari apud Anglos auẽ longo roſtro, magnitudine Picę, quę ſemper iuxta aquam verſetur, & caudã motitet. Hãc Cinclusnè, an Trynga ſit, addubitat. Ego cùm Picæ magnitudine conferatur, ad Tringã potius refero. Alij Germani pro Tryngа huiuſmodi auẽ deſcribunt. Tryngas, inquiunt, nigra tota, fidipes, candido vertice, ad roſtrum vſque demiſſo, pedibus altis, & nigris, caudã continuè mouet, & loca incolit aquoſa. Ad Tryngem demũ pertinere putat Oornithologus auem, quæ alicubi, vt Claronæ Vvaſſer Troſtle, ideſt, Turdus aquaticus nominatur, roſtro breui, cruribus altis, fidipes, quam, inquit, non memini, me videre, nec an Trynga ſit, aſſerere poſſum, niſi fortè Merula aquatica eſt, de qua ſuo loco. Hæc ille.

Trynga Turneri deſcriptio.

Color.

Suyt auis deſcriptio.

Trynga quorũdam Germanorum deſcriptio.

Color.

Turdi aquatici deſcriptio.

DE IVNCONE. Cap. LV.

Σ χοίνικος, inquit Heſychius, auriga eſt Amphiarai, & auis quædam, & planta. Alibi φοίνικος habet: ſed quamuis apud Ariſtotelem Σχοίνιλος cum lambda legatur, illum tamen de eadem etiam aue intelligere verisimile eſt, atque ita dictã, quòd in iuncis libenter degat, quos Græci σχοίνους nominant: Vnde & Gaza Iunco tranſtulit. Philoſophus hanc quoque lacus, & fluuios petere, & caudam motitare ait, Trynga minorem, & Alaudæ amicam eſſe. Cæterùm quæ & hæc ſit, vix inter doctos conſtat. In Bononienſi agro auicula quædam capitur Paſſeris ferè magnitudine, caudam aſſiduè mouens, loca aquoſa amans, quæ niſi Iunco ſit, quam pro eo exhibeam, non habeo: quippe iuncis, & arundinibus prope aquas inſidere ſæpius cernitur; vnde etiam aucupes Paſſere d'acqua vocant. Paſſeris eſt magnitudine, roſtro nigro, canaliculato, ſatis duro, & in extremo adunco. Lingua item canaliculata, & qua definit, duriuſcula, & bifida. Capitis pars ſuperior, & tota ceruix, venterq; coloris ſunt caſtaneari. Vniuerſum collũ pronum & pectus albicant. Reliquę corporis partes ex fuſco ad nigrũ tendunt. Cauda tres digitos longa denis pẽnis cõſtat. Crura, & pedes ſunt fuſca. Mas à fœmina hoc ſolũ differt, quod in hac colores ſint magis obſoleti, in illo magis vegeti. Maris figuram primo loco damus, fœminæ ſecundo. His tertiam adijcere libuit, quę cùm eadẽ ſit prorſus magnitudine, eadẽ ſpecie, eadem roſtri, pedumque conformatione, cognatam eis exiſtimo, ſed colore tantũ variato. Collum pronum quidem, & pectus albicant: ſed venter totus ex cinereo ad fuſcum vergit. Cætera fuſca eſt. Bellonius aliam pro Iuncone auiculam oſtendit, nimirũ, quę Gallis Allouette de mer, ideſt, Alauda marina dicatur: quę iuxta aquas, & præcipuè in paludibus maritimis degat: eadẽq; ferè ſit cum Alauda magnitudine, aut paulò minor. Dũ volat, inquit, eiuſdem ferè cum Galerita coloris videtur: ſed ventrem candidiorem, & dorsũ aliquãtò ſubnigrius habet. Ariſtoteles, ni fallor, Schœniclũ nominauit vigeſimo capite octaui libri hiſtoriarũ, vbi inquit: *At hæc lacus, & fluuios petunt, Albicula, Schœniclus, & Trynga, quæ omnes caudam motitant.* Et paulò infra: *Schœniclus is ijs minor eſt Turdo: aquas adamat, & cauda illi motitat.* Auem aquaticam eſſe, crura nigra, gracilia, & longiuſcula, & roſtrũ item oblongiuſculum indicant. Lingua nigra vniuerſum roſtrum longitudine æquat, Gallinagini minori ſimilis eſt, ſed magnitudine inferior. Linea quoque alba ſub alis inſignitur. Diebus Saturni ingens earum numerus ad nos vænalis affertur; vnde aut fęcundiſſimam eſſe, multosq; fœtus excludere exiſtimo, aut valde abundare in locis, vnde deferri conſueuit. Caro earum ſaporis præſtantia Alaudis campeſtribus præfertur: caudã ſubinde motitat, adeoq; inquieta eſt, vt loco conſiſtere nequeat. Hæc ferè Bellonius, qui & hanc eius figuram exhibet. Cæterùm cùm maritima ſit, Iunco, meo iudicio, non erit. Porrò Turneri lapſus neutiquam ferendus eſt, qui ſcilicet Parũ paluſtrem, de quo alibi egimus, pro Iuncone obtrudit. Auiculam, inquam, *non tantum Turdo, ſed & Paſſere, & multis alijs, minoribus auiculis minorem.* Sed Turnerus etiam in hoc peccat, quòd Parum paluſtrem cum Paſſere arundinario confundat.

Æquiuoca Etymum.

Paſſere d'acqua auis dicta deſcriptio.

Magnitudo.

Roſtrum.

Lingua.

Color.

Maris à fœmina differentia.

Alouette de mer, & eius hiſtoria.

Deſcriptio.

Caro.

DE

Iunco auis.



Cinchli alia ſpecies.



Iunco Bellonij cum Sio vulgari.



Schœniclos, siue Iunco Bellonij idem melius expressus.



DE CINCLO. Cap. LVI.

ORDINIS RATIO.

EX tribus illis auium generibus, quas lacus, & fluuios patere, caudamque mouere tradit philosophus, supereſt Cinclus. In Gazæ translatione additur etiam Albicula. Cæterùm in Græco textu nihil eſt, quod voci Albiculæ reſpondeat.

SYNONYMA. ÆQVIVOCA.

Κιγκλος paroxytonum apud pleroſq; legitur, quidam tamen Κιγκλὸς oxytonũ ſcribunt, quod minus placet. Κιγκλὶς eadẽ auis eſſe videtur: aliqui tamen ſyngẽ interpretantur, nonnulli etiam Σεισοπυγίδα, ideſt, Motacillam, ſed vtrumque perperã. Κιγκλὶς præterà ianua eſt biforis, vel biualua, teſte Varino. Κιγκλὶς apud eundem, & Suidã legitur pro aue quadam marina eadem cum Cinclo nimirum. Suidas Κιγκλος, & Κιγκαλος etiam habet, quas voces corruptas eſſe aliqui exiſtimant, & præcipuè priorem. Ab hac aue dicitur κιγκλίζειν, imitari τὸν Κίγκλον, in modum τῆ Κιγκλου κινεῖν τὸν ὀσφρᾶι, teſte Heſychio etiam, qui Cinclum ὄρνεον ποικίλως τὴν ὀυρὰν κινοῦν, & inde, κιγκλίζειν dici τὸ διάσεισθαι motu quaſſari, & agitari. Sed idem κιγκλίζειν actiuè etiam exponit σαλεύειμοχλεύειν, agitat, concutit, motat. Reperitur certè & paſſiuum κιγκλίζεσθαι pro motu ſuccuti, crebroq; motu agitari. Huius verbale eſt κιγκλισμὸς, quo non ſemel vtitur Hippocrates. Significat autem crebram, & leuem agitationem. Βυκολίην ab Heſychio, & Varino etiam Cinclus vertitur. Apparet autem, inquit Ornithologus, nomen hoc à buccolijs, ideſt, armentis factum, quòd hæ aues pecora ferè ſequantur. Nam & apud nos genus Motacillarum vnum eſſe audio, quod à bobus Rinder Schyſſer appelletur. Hæc ille.

FORMA. DESCRIPTIO.

NOTAS haſce Cinclo philoſophus tribuit, *Lacus*, inquit, *& fluuios petit. Apud mare etiam vitam traducit, Minor Trynga eſt: aquipparatur Turdo. Cauda illi motitat, Laſuſque eſt, & incontinens parte ſui poſteriore.* Nunquid verò auicula hæc, quam pro Cinclo ſum exhibiturus, apud mare etiam degat, vt veriſimile eſt, cùm multæ aliæ aues, quæ fluuiatiles, lacuſtresve ſunt, mare etiam petant, & è contra, necdũ didici. Reliqua verò, quæ Ariſtoteles de Cinclo ſcripſit, ei prorſus conueniunt. Magnitudine Motacillam aliquantò ſuperat. Color totius ferè corporis inter fuſcum, & cinereũ ambigit: ſed alarũ pennæ maiores ſubnigricant: venter: & femora albicant. Roſtrum nigrũ, tenue, & longiuſculum. Crura quoque nigra, ſed breui exilia ſunt. Pedes etiã nigri. Huic congenerem exiſtimo, cuius ſecundo loco icon datur: nam & coloribus, & totius corporis ſpecie, & partium conſtitutione ei omnino reſpondet, ſed magnitudine cedit: quare Cinclum minorem appellare libuit. Neutri harum auicularum aucupes noſtri peculiare nomen fecere, Giarolo, & Giaroncello communi vocabulo appellantes. Ex eodem quoque genere fortaſſe fuerit, quam tertio loco expreſſam damus nam & eiuſdem eſt coloribus, niſi quod caudam habet albã, & lineis nigris tranſuerſim ſecantibus ornatam, & eandẽ quoque prefert corporis ſpeciem, & conformationẽ. Roſtro etiam differt Illæ enim ferè æquale habent; hæc qua capiti iungitur, craſſiuſculũ, & ſenſim de inde magis, magiſque attenuatũ. Cruribus præterea differre videtur; nã aliquantò longiora, & craſſiora obtinuit. Magnitudine autem illis reſpondet, quam pro Cinclo maiore dedimus. Nomen quoque commune habet, & Giarolo ab aucupibus nuncupatur. Superiùs, & Bellonij & aliorũ de Cinclo ſententias recitauimus. Ornithologus pro eo aliam auem depingit, deſcribitque his verbis: Noſtra, cuius iconem damus roſtro recto, nigro, & longiuſculo eſt, ventre albo, pectore cinereo, cauda breui, ita vt candẽ alarũ longitudo ſit: alis dorſoq; fuſca; cruribus ex ruſſio ferè luteis, vt pictura repræſentat. Ipſam enim auem non memini videre. Hæc Ornithologus, addita hac figura. Alibi, vt iam annotaui, Bel-

Cincli deſcriptio.
Magnitudo.
Color.
Roſtrum.
Crura.
Pedes.
Cinclus minor.

Cincli Ornithologi deſcriptio.
Roſtrum.
Color.

Ciclus alter cum Conyza media.



Cinclus minor cum Coniza minore.



Cinclus tertius.



Cinclus Turneri cum Alsine aquatica.



Cinclus quartus, Gallinago minima Bellonij.



ui, Bellonio assentiens, secundam Gallinaginis minoris speciē, quæ autre Beccassine Gallis dicitur, Cinclum Aristotelis esse putat. Idem Gallinaginum minimū genus, Bellonio Beccassine la plus petite dictum, Cinclum minorem appellat. Tertia, inquit Bellonius, Gallinaginis minoris species primo generi magis, quam secundo similis est. Rostrum enim sicut Scolopax maior, crassiusculum habet, & in extremo maculatū. Dorsum Sturno simile. Aliquibus Deux pour vn appellatur. Duæ etenim huius generis precio vnius maioris væneūt. Nomen ei obscœnum est, Foutons nimirum, quod caudam præ cæteris auibus subinde agitet. Carnis suauitate superiori nihil cedit, eodemq; modo in cibum paratur. Hæc Bellonius, nullam aut huius, aut secundæ Gallinaginis minoris iconem exhibens. Illud hic prætermittere nolui, ceu ad Cincli descriptionem attinens Suidam nempe scribere. Cinclum auē esse gracilem, & nullo fermè corpore: quoniā huiusmodi sunt aues à nobis descriptæ. Addē item & alios esse præter Aristotelem, qui caudam mouere aiunt. Sed antiquissimi tantùm Autocratis festiua hæc verba ascribam, qui in Tympanistis sic ait: Οἷα παίζουσι φίλαι παρ-

Gallinaginis minimæ descriptio.

Deux pour vn cur dicta.

Foutons. Curo.

Θεραὶ αὐλῶν χοραὶ κῦρα πηδῶσαι κόμαι, καὶ ἀναχρῆσαι χοροῖς, Ἐφεσίαν, παρ' Ἄρτεμιν, ᾠδὴ καλλίς ὧν καὶ τοῖς ἴχνεσι τὸ μὲν πατοῦσι τῶν ποδῶν ἐνίησιν ὠθοῦσαι δὲ κίγκλος, i. *Vt gratæ ad tibias puellæ saltitant leuiter, comæque tactitant, manus mouent Dianæ in festo, natibusq; motitant sursum, deorsum sese ita, vt Cinclus saltet.* Volaterranus, vt hoc etiam obiter annotemus, falsò & sine authore Cinclum auiculam palmipedem esse scribit, & ceu memoria lapsus Plinio quædam de eo attribuit, quæ Aristotelis sunt.

LOCVS. INGENIVM. MORES.

LACVS, inquit Aristoteles, *& fluuios petunt Iunco, Cinclus, & Trynga*; alibi Cinclum apud marc quoq; degere ait. Apud homines viuere non dedignatur: nam captum omnium maximè mitescere tradit philosophus. Est verò etiam astutus, vt idem asserit, & captu difficilis.

NIDVS. PROVERBIA.

Cincli qui dicantur.

Mendicior. Leberide atq; Cincalo.

AELIANVS, & Suidas tradunt, Cinclum, quod posteriore sui parte debilis sit, suapte natura: & per se non posse nidum construere, sed in alienis parere, ideoque bonorum inopes (qualem Catullus describit Furium, cui neque villa erat, neq; domus, neque arca: quod genus hominum Græci ἀτιμους ἰους vocant, ideſt, expertes pecuniarum) rusticorum prouerbio Cinclos appellari Suidas quoq; scribit. Cinclum auem esse maritimam, gracilem, nulloque ferè corpore, cui peculiare sit clunium pennas subinde mouere. Eam prouerbio fecisse locum, quo Menander sit vsus in Thaide:

Πτωχοτέρος ἢ λεβηρίδος Κίγκαλος, ideſt:
Mendicior Leberide, atque Cincalo.

Videtur autem, vt ait Ornithologus, alpha insertum carminis implendi gratia.

VSVS IN CIBIS.

IN Cotyis Thracum regis conuiuio apud Athenæum nominantur Cygni, Grues, Κίγκλοι vbi Ornithologus Κίγκλοι legendum esse censet. Sed id conceditur, Cinclos etiam apud veteres aliquo in precio fuisse fateri oportet.

DE CERCIONE AVE INDICA. Cap. LVII.

Descriptio. Magnitudo Color.

Etymum.

HISCE postremùm auibus caudam motitantibus Cercionem auem Indicam adijcere libuit, quod hæc etiam id faciat. Meminit Ælianus hic verbis: In India auis ad Sturni magnitudinem accedens, varijs coloribus picta nascitur, quæ & humanam vocem effingit, & Psittacis vocalior, & maiore est docilitate, ac ingenio: non tamen humanum victum æquo animo sustinet, sed libertatis desiderio famem potiùs, quàm seruitutem delicijs ciborum refertam amplectitur. Vrbes, quas Alexander in India excitauit, & Macedonibus incolendas dedit: vt Bucephala cum adiacente agro, & Cyropolis, aliæque ideo Cercionem appellant, quòd similiter caudam, atque Cinclus mouet. Hæc ille. Græcè Κερκίων scribitur per iota acuta in penultima. Κέρκουρ verò cùm Ypsilon in penultima oxytonum nomen viri est.

Gallinula terrestris.



DE GALLINVLA TERRESTRI. Cap. LVIII.

50 QVANQVAM Ornithologus suam Phœopodem, maiore, & minorem item Anglorum Ralam terrestribus annumeret Gallinulis: Voluimus tamen nos hac in parte ab illo dissentire, quòd & ipsæ prope aquas versentur, & reuera quæ terrestres dici queant, nullas habeo, nisi hanc, cuius nunc imago exprimitur, quę nihilominus & ipsa toto corporis habitu aquaticis simillima est, vnicum si rostrum demas Græcum, aut Latinum nomen cùm non habere Ornithologus, poterit, inquit, Trochilus terrestris dici (nam alij sunt aquatici è Gallinarum similiter genere) cùm & genus commune sit, & in cursu celeritas, vnde nomen à Græcis factum: quanquam & minimam auiculam Regulum aliqui Trochilum appellant. Hæc quidem auis celerrimè per frutices currit, & aliquando ad latus salit: malè volat, & ægerrimè

ęgerrimè se in aerem attollit. Sic ille. Et in epitome rursus: Trochilum terrestrẽ, vel Ralũ terrenum ad differentiam eius, quæ circa aquas victitat, nominat, putatq; nominis amphibologia, scilicet falsus, eam esse, quæ circa Bononiã Corriera (de qua nos suo loco dicitur) atque addit denique alium esse Ralum terrenum Bellonio. Circa Verbanum lacum Polle nonnulli dicũt, quasi pullam, aut Gallinam, sed nomine nimis generali. A Germanis aucupibus, teste eodẽ Eggenschar, Heggeschar, & Hegesar dicitur, quòd turmatim iuxta sepes decurrant, vbi post seminecia deprehendũtur. Heggam, vel Hagam Germanis sepem vocari ait, Scharam verò gregem, vel turmam: aut fortè quoniam circa sepes terrã fodiant. Verbum enim Scharren, inquit, nobis significat pedibus fodere, vt Gallinæ solent: quod tamẽ an hæ aues faciãt, certum mihi non est. Sunt qui periphrasticè nominent, ein grosz Vvasser hunle, hoc est, Gallinulam aquaticam magnã. Angli Ray. Hanc autem ipse quàm breuissimè describit. Corpore breui, & crasso est, & reliqua species, sicut hic pingitur. Vix vlli auiũ digiti pro sua magnitudine longiores. Postremus etiam ad anteriores circiter dimidiam longitudinem obtinet. Colores nõ satis memini. Poto tamen crura subuiridia esse: in dorso & alis colorem è subruffo fuscum. A Falconibus, & Accipitribus capitur, qui propter coloris obscuritatem difficilius hanc autem, quã Cornicem eminus visu deprehendunt. Vox eius, vt aiunt, aspera, ger, ger, ger, instar serpentium quodam modo. Itaq; capi etiam ab aucupibus nomen eius imitantibus, dum cultrum per aridum lignum deducit. Sunt qui dicunt captã, vocem instar Sciuri emittere. Angli, vt audio, ceu lautissimam auem inter secandum capiunt, varijs positis insidijs.

Ralus terrenus. Corriera. Polle. Eggẽschar. Heggeschar.

Ray.

Digiti. Color. Vox.

DE GALLINVLA ALIA Chloropode Fulicæ simili ex Bellonio. Cap. LIX.

Poulette d'aeu.

NECESSARIO planè Gallinulam aquaticam (la Poulette d'aeu) à Fulica & Fulica maiori (de la Poule, & Macroule) separauimus: quoniam aquæ nõ innatat, nec palmipes est Pullettæ autem aquaticæ, siue Gallinulę nomen à similitudine cum iam dicta impositũ est, etsi multò minor sit, maior tamen Ralla, adeo vt de vtraque hac particeps esse videatur. Aucupes quibus ostendimus, cùm Fulicæ similem esse cernerent, magnitudine tantũ differre aiebant, hancque ad perfectam nedum ætatem peruenisse. Vnde nos diligentiùs peculiares aliquas notas discriminãtes inuestigauimus In quibus ea præcipuè ferè est, quòd hæc Gallinula pedibus sit viridibus, & non absimilibus Botauri, neque etiam ita planis, nec denique lata membrana coniunctis, vt in Fulica. Cauda etiam Gallinulæ longior est. Macula frontis item minor. Colore Rallo similis quidẽ, sed ad Fulicæ colorẽ tendit: quare ex primo aspectu Rallum esse putabam, sed cùm diligentius inspicerem, animaduerti, palpebras oculorum candidas esse, quod Rallo non conuenit, sed neque Fulicæ. Caudæ binæ pennæ albæ sunt, vtrinq; nempe vna. Sub pectore nonnihil ad cyaneum, siue cæruleũ vergit. Dorsũ colore est castaneæ incẽso. Alæ item alijs nigriores sunt, & alarũ plicas albas habent, & aliam insuper albam lineam in minori ala, quam primæ plumæ eius per calami longitudinem constituunt. Idem cibus reperitur in eius ventriculo, qui in Rallo & Fulica. Os sterni & ischion, siue os coxendicis ab alijs auibus habet diuersa, etiam à Fulica. Caro Gallinulæ coctu facilis, ac tenera est, ossa fractu facilia, ingluuies ampla, iecur quoq; fragile, cæterùm intestina, & reliquæ partes internæ vt in Fulica. Assa eiusdem cum Fulica saporis est. Nidificat, & pullos alit, & educat, vt Rallus.

Pedes.

Color.

Cauda.

Victus. Caro.

Vbi nidificet.

DE

Fulicæ alia ſpecies Bellonij cum raphano aquatico.



DE ALCYONE. Cap. LX.

ORDINIS RATIO.

ALCYONEM decantatiſſimam, & celeberrimam auiculam hucuſq; diſtulimus; quòd præcedentium auium inter ſe nexus prius de ipſa agere non permiſerit: licet Alioqui multis ex iam deſcriptis & nobilior, & celebrior exiſtat. Quare ne ſibi à nobis inferri iniuriam lamentabili, & ſuauiſſimo ſuo cantu ampliùs conqueratur, ipſius hiſtoriam, ab æquiuocis more noſtro incipientes, aggrediamur.

ÆQVIVOCA.

ALCYON præter auem, de qua in præſentiarum ſermo inſtituitur, noſtra quoque tempeſtate in Atho Græciæ monte, ſi Bellonio credimus, lynx dicitur, quæ Torquilla eſt, & de qua in prima parte Ornithologiæ noſtræ egimus. Alcyon quoq; ſiue Alcyone, nomen proprium eſt, quod pluribus mulieribus fuit attributum, vt fuſiùs ſuo loco dicetur: licet Seruio Alcyone de muliere, Alcyon verò de aue dicatur. *Cùm de muliere, inquit, dicimus, hæc Alcyone facit, cum de auibus hic, & hæc Alcyon.* Idem quoque ſentire videtur Cælius, & alij, cùm alioquiſecus oſtendunt doctiſſimorum virorum authoritates, & præſertim [a] Ouidij in eo loco. *Lynx.* [a] *Metam. 11.*

Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis.

Hoc quoque nomine dicta fuerant nonnulla poetarum, & aliorum eruditorum monumenta, vt diſtinctiùs alibi dicetur, vbi etiã oppidi, & montis nomen fuiſſe patebit. Alcedo quoque (nam ſic etiam dicitur hæc auis) nomen eſt loci apud Daretẽ Phrygium: vnde Thoas

classem Græcis aduexerat: licet Calidonia legendũ haud dubiè censeat Ortelius, qui insuper addit, codicem eius membranaceum Caledone habere. Nec illud prætereundum est, Κιρυλλὸν per iota in prima apud Hesychium piscem esse quendam, & genus auis (quæ eadem cum Alcyone fuerit) Apud Varinum Κιρίῤῥυλος per rhò duplicatũ: legitur quod minus placet, inquit Ornithologus, quanuis apud Hesychium quoque sic scribi ordo literarũ postularet. Κῶρις apud eundem, & Varinum auis est, Accipiter, vel Alcyon.

SYNONYMA.

Cheren. CHEREN, vt refert Albertus, secundum Auicẽnam Alcyonem significat. Apud Græcos verò, & Latinos variè scribitur huius auis nomen: alij enim codices Ἀλκυὼν cum tenui spiritu habent, alij cum crasso, vnde & Latinorum alij scribunt Alcyon, alij Halcyon, Eustathius nõ recipere flatilem in prima verbum Alcyonis scribit, referente Cælio, etiam canone subiecto, quoniam α ante l si sequatur x flatilem non admittat. Idem confirmare videtur Io. Iouianus Pontanus, [a] vbi inquit: *Alcyon pro aue Graci non aspirant, licet fiat ab eo, quod est ἅλς. Illi enim, vt grammaticis placet, nunquam aspirant α ante l sequente cappa.* Chœreboscigrammatici, qui Græcè de aspirandis vocabulis scripsit, verba hæc sunt: *Alcyon verò etsi ab eo, quod est ἅλς attenuatur, tamen quia sequitur cappa, tenuatur; & similiter præteritum ἀλκυόμην licet fiat à verbo ἁλίσκομαι. Nam α ante l, sequente consonante semper tenuatur, nisi fortasse statim sequatur liquida.* Nihilominus, inquit Pontanus, apud Theocritum est videre Græcos veteres huic nomini aspiraſſe: at licet ipse viderim in vetustissimis codicibus nostris, huic nomini aspirationem esse prænotatam, hodie tamen aspirat nemo, & similiter dictionibus Alcedo Alcedonia. Hæc ille. Cæterùm refragatur Io. Tortellius, suam opinionem Theocriti authoritate iam ab ipsomet Pontano adducta confirmans. *Halcyonem*, inquit, *cum aspiratione scribendum, ex Theocrito apparet: Χ'ἀλκυόνες φορεοῦνται πάνυμνα. Nam si non aspiraretur, non opus fuisset cappa, id est, primam literam coniunctionis χ in χ densum mutari.* Pro Tortellio etiam faciunt veteres quidam Latini, vt Varro in opere de lingua Latina, & Seruius, qui in primum Georgicorum Virgilij huius auis nomini, ab initio aspirant, tum ex recentioribus eruditi quidã, vt videre erit in toto historiæ processu: nam quoties aliquid ex aliquo dicemus, nomen auis ita scribemus, prout illi scripsere, vel cum aspiratione, vel sine; cum interim si quis etymum consideret, omnino aspirari debere constet. Dicitur enim παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, quòd in mari pariat, vt Scholiastes Theocriti, & Varinus scribunt: licet Isidorus, & author de natura rerum longè aliam, sed ridiculam, etymologiam referant, dum aiunt: Alcyonẽ pelagi volucrem dictam quasi alitem Oceanã; eò quòd hyeme in stagnis Oceani nidos faciat, pulloſq; educet, &c. Inconcinne etiam, & ridiculè apud Auicennæ interpretẽ Alcyonis ceu Græcum nomen legitur in recto pro primitiuo: nam Alcyonis recti casus diminutiua tantùm voce dicitur, & paruam Alcyonem significat. Porrò non solùm Alcyon, sed etiam Alcyone dicitur tam de aue, quam de muliere, licet secus senserint Eustathius, Seruius, & alij. Ab Alcyone fit Alcyonius adiectiuum, vnde dies Alcyonij, de quibus suo loco: Latinis etiam Halcedo appellatur, vt testatur Varro, & Festus, *Alcedo*, inquiens, *dicebatur ab antiquis pro Halcyone.* Hic rursus est notandum Alcedinem non semper absque aspiratione scribi, vt voluit Pontanus: nam & Varro aspirat, vt iam patuit: quãquam ab algore dictam plerique velint. Alcedonas, inquit Hermolaus, nostri vocant, quasi Algedenas ab algore. Idem confirmat Ambrosius Calepinus, alijq; grammatici complures, nimirum, quòd frigidissimis temporibus in mari pariat. Mihi tamen longè probabilius videtur, vt quoq; existimauit Ornithologus, à Græcorum Alcyone hanc vocem dimanasse. Vt vt est cùm Alcyon, tum Alcedo marem, & fœminam, in hoc auium genere significare, à plerisq; creditur. Sunt tamen, qui marem, non Alcyonem, sed Ceycem nominare malint, quod nomen aliqui cum diphthongo scribunt, aliqui verò non. Cerylum etiam aliqui eandem auẽ cum Alcyone mare faciunt, vt Pausanias, Eustathius, Varrinus Antigonus, & Vuottonus: sunt, qui distinguant. Calius quidem non distinguit, sed Alcyonas senescentes vocari Cerylos dicit, sed perperam id ex Antigono transcribit, apud quem legitur, Alcyones mares vocari Cerylos, eosdemq; in senecta à fœminis gestari. Hesychius scribit Cerylum aliquos autem masculum, & libidinosum, alios Alcyonem interpretari. Ex ijs qui distinguunt Moschus est, qui Alcyonem, & Cerylum tanquam aues diuersas numerare videtur: [b] nam de Bionis interitu sic canit:

[a] De asp. lib. 2.

Etymum.

Alcyonis.

Alcyonius

Halcyonius

Halcedo aliquando aspiratur.

Alcedinis etymum.

Ceyx.

Cerylus.

[b] Eidyl. 3.

Ἀλκυ-

Ἀλκυόνος δ' ἠ τόσσον ἀλύσατο κήδεϊ θυμῷ.
Οὐ δὲ τόσον γλαυκοῖς ἐνὶ κύμασι Κηρύλος ἆδεν. ideſt.
Neque Halcyon tanto dolore deplorauit Ceycis interitum,
Nec Cerylus adeo cecinit in mare caruleo.

Diſtinguere videtur etiam Ariſtoteles *c* inquiens: *Alcyonem, & Cerilum* (Gaza Carulum vertit) *apud mare verſari.* Sed Ornithologus eum ſic ſcripſiſſe putat, non quòd aliter, quam ſexu has aues differre exiſtimaret, ſed vt nomina vulgò vſitata non omitteret: nam ſic, in eodem capite Ficedulam, & Atricapillam nominare, & alibi Erythacum, & Phœnicurum, cùm iſtas aues non ſpecie, ſed affectione aliqua differre fateatur. Ælianus alibi Cerylum, marem Alcyonem eſſe agnoſcit, alibi verò contrarium aſtruere videri poſſit: nã vbi diuerſarum auium amicitias, & diſcordias mutuas recẽſet, Alcedinem, & Cerylum inter ſe amore teneri ſcribit. Albertus Magnus in citato Ariſtotelis loco ex Auicenna pro Alcyone habet Tharaglyon, pro Cerylo Kydeloz. Niphus Carulum putat eſſe auem, quæ ruſticè apud Italos Ciurlus appelletur; ſed quæ qualiſq; illa ſit, non explicat. Petrus Bellonius Carulum Gallicè Caniard interpretatur, additq; delphinum venãtem ſequi, & piſces deuorare. Pro Caniard autem Larum, ſeu Gauiam minorem intelligens: quod non percipiens Ornithologus Caniard cum Canard, quo poſteriori nomine Anas mas Gallicè nuncupatur, cõfundit. Alibi idem Bellonius *d* credit, Ceycem auem Plinio dictam eandem eſſe cum Cerylo Ariſtotelis, & Alcyonem vocalem ſignificare. Diſtinguit enim Alcyonem in vocalem, & aphonon, vt poſtea dicetur. Mihi in primis eorũ arridet ſententia, quibus Κηὺξ, Κηρύλος, & Κεῖρις Alcyonem marem ſignificat. Antequam autem ad alia huius alitis ſynonyma tranſeamus, ſciendum, quod Cerylus per ypſilon in medio ſcribitur, & per lambda ſimplex in pleriſq; exemplaribus. Pauſanias pro paroxytonum facit, & lambda duplicat, vt teſtantur Euſtathius, & Varinus. Κηρύλος paroxytonum per *η* in prima ſyllaba Doricum eſt, vt credit Euphronius in ſcholijs in aues Ariſtophanis: per *ε* verò diphthongum in prima, & properoxytonum Atticum. Sed Iſacius Tzetzes in Lycophronem, Aolium eſſe hoc ſecundo modo ſcriptum, priore verò Doricam, Atticam, & communem linguam pariter vſurpare. Didymus quidem putauit, vt ibidem refert Scholiaſtes Ariſtophanis, nomen hoc ſecundum naturam, ideſt, ex proprietate etymologiæ debere ſcribi Κήρυλος. Sunt, & alia nomina apud Græcos, quæ ad Cerylum tum ſignificatu, tum vocis figuratione accedant: Κεῖρυλος auis, inquit Heſychius, quam aliqui Κήρυλ (Varinus habet Κήρυ, Ornithologus Κεῖρυ legit, quia alibi apud eoſdem ſic legitur: Κεῖρις auis eſt, Accipiter, vel Alcyon) Tandem in Alcyonum genere fœmina δάμαρ dicitur, ideſt vxor, teſte Pauſania, Antigono, Caryſtio, & Vuottono, vt eſt etiam apud Lycophronem, & expoſuit interpres: quod pariter confirmat Cælius Rhodiginus *e* his verbis: In hocautem genere fœmina nuncupatur Damar, vt eſt apud Lycophronem, & expoſuit interpres. Quanquam pro vxore capitur Damar, quaſi γαμαρ ἀπὸ τῶν γάμων. In caſu patrio Damarcos facit: nam & pullatorum ratio habenda quandoque. Sunt & alia huius auis nomina apud Græcos, & Latinos. Theodorus Gaza teſtatur, à mulotis dici auem Poſſideonis, ideſt, Decembriam, quòd pariat menſe Poſſideone, hoc eſt, Decembri. Baptiſta Mantuanus aues Ceycis periphraſticè vocat:

Producit Ceycis aues vbi frigida bruma.

Cæterùm quam auem veteres his nominibus intellexerint, res eſt admodum controuerſa, alijs alias aues pro Alcyone oſtendentibus, & multis multa confundentibus. Auicennæ interpres Alcyonem cum Coruo implicare videtur: nam vbi apud Ariſtotelem Alcyon legitur, Auicennæ translatio habet Alcorab, ideſt, Coruum. Auicennam verò ibi de Alcyone loqui hinc patet, quòd per hyemem quatuordecim diebus nido, & excludendis ouis operã dare ſcribat, quod ad Alcyonem ſpectat, non ad Coruum. In eundem errorem impegit Albertus, cum ſcribat: Alcyonem auem eſſe nigram, non admodum magnam, hancq; fortè vocari ab Auicenna Coruum marinum. Hic tamen in hoc etiam peccat, quòd nigram Alcyonem eſſe autumat, cùm aliàs id ſcribat nemo. Item in eodem capite velut anceps, *Alcyon*, inquit, *eſt eadem cum Alcorab marino, & ſecundum Ouidium, & Homerum auis eſt Diomedis, rarò apparens.* Nos de aue Diomedea iam egimus. Idem alibi Ariſtotelis verba recitans cum Cinnamomo auc eam confundit. Et alio in loco, cùm Alcyonis ſcripſiſſet hiſtoriam ex Ariſtotele, vel Auicenna, quæ Alcyonis ſunt propria, alij volucri aſcribit; nam ſubiũgit. *Alia autem auis eſt, quæ vocatur Græcè Sauorath, quæ eſt Picus marinus, & agreſtis, maior aliquantulum Paſſere, &c.* Nam hæc, & quæ ſequũtur omnia non minus, quam quæ priùs de Alcyone expreſsè ſcripſerat, Alcyoni ſoli conueniunt, & eadem fermè repetuntur. Quare meritò à Nipho accuſatur, quod Alcyonem non agnouerit, eamq; cum Coruo marino, & alijs auibus confu-

c Hiſt. lib 8. cap. 3.

Tharaglyõ Kydeloz.

Ciurlus.

Caniard.

Canard.

d De auib. li. 4. c. 25.

Κεῖρις.

Damar. *e* Lect. antiq. lib. 4. cap. 11.

De menſib. Atticis.

Auis Poſſideonis.

Aues Ceycis.

Auicennæ interpretis error.

Alberti lapſus.

Sauorath.

Ispida. confuderit. Cæteri ferè recentiores Alcyonem, Ispidam vulgò vocatam existimant, atque idem etiam priùs credebat Ornithologus: sed post sententiam mutauit, etsi id apertè fateri non audeat. Quare eius verba aſcribam. Fui ego aliquando in ea opinione, vt auem, quæ à barbaris Ispida nominatur, Alcyonem esse conijcerem. Quam sententiam meam doctissimus vir Anglus tunc approbatam, in suo de auibus libro publicauit, & illum nuper sequutus Georgius Agricola, alijq; idem tradiderunt, sed cum distinctione, ac si hæc auis fluuiatilis esset, non autem marina: cum veteres huius differentiæ non meminerint. Nam Aristoteles scribit, Alcyonem auem marinam fluuios etiam subire; non autem diuersam fluuiatilem à marina esse. Verùm hæc scribo, non vt coniecturam, cuius author ipse fui, refutem, neque vt viris longè doctissimis aduersari: sed vt diligentiùs inquirendi occasionem harum rerum studiosis excitem. Hæc ille. Qui ne palinodiam, vt aiunt, canere videatur. Ispidam pleraq; cum Alcyone paria facere, vel omnino speciem quandam Alcyonis esse, si quis contenderit, se hoc illi concessurum pollicetur: cùm tamen paulò inferius optimis argumentis asserat, veram Alcyonem pauciſſimis, præsertim mediterraneis notam esse: idq; mirùm non esse, quoniam, vt Aristoteles Stesichoro scribit, *omnium rarissimum sit vidisse Alcyonem, & ferè circa Vergiliarum occasum brumamq; appareat; & vbi primùm per portum non plus, quàm nauem circumuolaret, statim abeat, & nusquam præterea videatur.* Et reuera Chærephon in dialogo, qui Alcyon inscribitur, Alcyonis cantum, tanquam inauditum sibi hactenus, & peregrinæ auis, miratur. Quod etiam diligentiùs examinans idem Ornithologus in epitome vltimum edita, Bellonio penitus refragatur, quòd Ispidem specie Alterã Alcionis faciat. Bellonius, inquit, Alcyonem duplicem facit: vnam Ispidam nostram, quam aphonon, tanquam ex Aristotele, ideſt, mutam, non simpliciter, sed comparatione alterius, vel maiorem, cognominat, (cuius & species, & natura ferè ad Meropen accedit, vt in Merope diximus) pedibus etiam similiter breuibus, quare in terra non insistit. Alteram verò minorem, & vocalem nominat, quæ in locis palustribus omnium suauissimè cantillet: vnde à quibusdam Rossignol de riuier appelletur, ideſt, Luscinia fluuiorum. Quoniam & suauissimo cantu, eoq; dies, ac noctes perpetuò audientes oblectet. Scandit per arundines ita, vt Picus per arbores, quamuis digitos pedum non vt Pici, sed vt Merula, & pleræque aues habeat. Colore, & cauda Tyngem refert, magnitudine auem Proyerum à Gallis dictam (Miliariam latinè vocat Bellonius, & Alauda cristata maiorem facit) Rostrum ei quodammodo ad Picæ Græcæ (ideſt, Lanij nostri rostrũ accedit. Videtur esse cristata, quoniam capiti eius plumæ longiusculæ sunt. Crura, & pedes mediocri longitudine, colore cinereo. Hanc, inquit, Galli vocant Rousserole, nimirum à colore ruſſo, vel infumato: alij Roucherole, quoniam interdiù in carectis degat: vbi etiam nidificat ex paruis arundinum stipulis. Oua vt plurimùm quinque, aut sex parit. Hyeme non recedit. Hæc Bellonius. Mihi quidem inter duas has aues cognatio nulla esse videtur, & neutrius historia congruere cum Alcyone veterum, multo minus autẽ posterioris. Hæc Ornithologus. Neque ergo sane Ispidam, aut autem Gallis Rousserole, & Roucherole dictam veterum Alcyonem esse existimo: quapropter ipsarum tanquã diuersarum volucrum, susiùs separatim historiam subnectam. Sed iam reliquorum doctorum virorum de Alcyone sententias in medium adducamus, Cælius Calcagninus *f* auem, quæ à nautico vulgò (in Italia) hodie Hirundo marina dicatur, Alcyonem esse putat. Passere, inquit, haud multò ampliorem esse colore tum cæruleo, tum viridi, tum etiam leuiter purpureo, eoq; non particulariter ita distincto, sed ex indiscreto variè toto corpore; & alis, & collo refulgentem, rostro subuiridi, & longo, & gracili, querula admodum voce peruolantem maria, & in præruptis scopulorum nidificantem; præterea pisces ei in cibo esse. Et cùm huic aui refragentur, quæ de Alcyone scripsit Plinius, huius contextum mẽdis scatere contendit. Illud animaduertendum, inquit, vel Plinium Aristotelis verba non transtulisse ad fidem, vel quod credo libentiùs, nos parum castigatum habere codicem: apud quem pro viridibus pennis candidas, pro rostro collum legimus. Et paulò inferiùs, sic apud Plinium legendum conijcit: Ipsa auis amplior Passere, colore cyaneo ex parte maiore tantùm, nõ purpureis, & pallidis admixtis pennis tam in alis, quàm etiã in collo, rostro gracili, & procero. Nam Plinium, inquit, ea, quæ tam perspicuè scripta sunt apud Aristotelẽ, vel ignorasse, vel per incuriam prætermisisse, mihi non sit verisimile. Hæc ille, qui quam aciem intelligat, nõ sat scio. Neque enim talem vnquam vidi, neque apud aliquem authorem sic descriptam me legisse recordor. Tres namque tantùm volucres noui, quæ Hirundinis marinæ nomine appellari consueuerũt, nẽpe, quam Meropi cõgenerẽ fecimus, Germanis vulgò Seesvvalm; Gauiæ speciem quandam, & eam Ornithologo incognitam, quam aucupes nostri Hirundinem marinam nuncupant, à nobis in secunda parte Ornithologiæ nostræ, capite de Hirundine

Alcyon per terã distinguitur in fluuialẽ, & marinam.

Alcyon paucissimis cognita, & cur.

Ispidam Alcyonem aphonon vocat Bellonius.

Rossignol de riuier.

Rousserole, & Roucherole.

f Epist. li. 2

Hirũdo marina, & eius descriptio.

Plinius correctus.

dine marina descriptam. Quarum nulli descriptionem à Cælio allatam verè competere dicas. Quare super hac aue iudicium meum cohibeo: Christophorus Encelius *g* Alcyonem ab Ispida quidem diuersam facit, sed vtranque interim Germanicè Eisuogel dici scribit: propriè tamen id nominis Alcyoni cõuenire, impropriè verò Vuasser Hunlein appellari. Verùm hãc auem nõ describit, in libris de piscibus, & volucribus se se naturam eius, & formam explicaturum pollicitus, diligentissimè. Sig. Gelenius Alcyonem auem in mari eiusdem generis esse putat, cum ea, quæ circa aquas dulces moratur, vulgò apud Germanos Gyfyts dicta, nimirum Vanelus. Ego nullam adductarum auium veram Alcyonem esse existimo, sed auem esse puto, quæ nostris tẽporibus incognita sit, nam & Aristotelis sæculo, vt ipsemet testatur, eam videre rarissimum erat, & quæ vbi naues semel circumuolarit, statim abeat, & nemini se diligenter intuendi copiam faciat. Quare nunquid auis illa, quã tanquam veram Alcyonem in Græcia hodie agnosci tradunt Ornithologus, & Robertus Constantinus, vulgari nomine φασιάνος nuncupata, cùm præter nomen, nihil aliud habeam, quod de ea iudicem, alijs de illa iudicium relinquo.

g De re me tal. l. 2. c. 43. Eisuogel.

Gyfyts.

GENERA. DIFFERENTIÆ

ARISTOTELES vbi scribit, *aues quasdam degere circa fluuios, & lacus, alias circa mare*, ex parydris, & iuxta aquas dulces degentibus præter cæteras numerat etiam τὸ τῶν Ἀηδόνων γένος, Gaza, & Niphus vertunt Alcedonum, cùm Græci Luscinias Ἀηδόνας vocent, quæ cum aquas non petant, & vox ideo corrupta videatur, coniecerunt illi, legendum Ἀλκυόνων. Rursus cùm statim Aristoteles addat, genus harum auium, quas voce illa corrupta designat, quæcunque autem illæ sint, duplex esse, vocale vnum arũdinibus insidens; alterum multum ampliore corpore, dorso verò vtrumque cæruleo, hinc recentiorum plerique duo Alcyonum genere statuere, eoq; magis, quòd Plinius: vbi reliquam Alcyonis historiam transfert, alterum earum genus scribit magnitudine distingui, & cantu. Ornithologus cùm Aristotelis textum mendo scatere concedat, pro Ἀηδόνων non Ἀλκυόνων, sed potius χελιδόνων, ideſt Hirundinum, legendum esse contendit: quam suam coniecturã multis confirmat argumentis. Sed quid, inquit, si legamus, χελιδόνων? ideſt Hirundinem? Nam & hæc vox magis ad Ἀηδόνων accedit, & aquis eas gaudere certũ: & quæ ibidẽ subijcit Aristoteles Hirundinibus (ni fallor) magis, quàm Alcyonibus conueniunt: nempe duarum eas generum esse: vnam arundinibus insideatem vocalem (alibi etiam vel iam auẽ paruam, ἰλλὰς ex arundinibus paludes spectare, & voce proba esse ait) alteram mutam, & maiorem, dorsum vtriq; cæruleũ. Alcyonum sanè hoc loco nõ rectè legi etiam, quæ proximè sequũtur, Philosophi verba indicant; *Circa mare verò versantur*, inquit, *Alcyon* (Gaza de suo inserit quoq;, nimirũ ad excusãdum, quod proximè etiam Alcedines inter παυδρας nominarit) & Carulus sic Gaza Κιρκίλον reddit. Absurdum autem foret, cùm prius Alcyones nominasset inter eas, quę degunt circa dulces aquas, mox easdẽ primas nominare inter maritimas. Quanquam enim, vt diximus, fluuios quoque subeat Alcyon, primum tamen, & præcipuè maritima est, & à veteribus omnibus maritima nominatur. Kiranides eam in littoribus maris degere scribit. Suidas in voce κῆυξ, ταχὺ inter aues maritimas numerat his verbis: Θαλασσία δὲ Ἀλκυὼν, Ἀηδὼν, Κηυξ, Ἀθυρὶς, &c. Vbi rursus mireris, quomodo Aedon maritima sit, cùm in Aristotelis codice circa aquas dulces degentibus, vt iam dictum est, adnumeretur. Nos sanè Aristotelis locum depraua tum esse conijcimus, Suidæ falsum, imitatione librariorum. Obijciat aliquis Plinium quoque libro decimo capite tricesimosecundo, vbi & reliquam Alcyonis historia ex Aristotele transfert, hæc verba inserere. Sed forsan Plinij codex quoque corruptus fuerit Hæc omnia Ornithologus. Belonius, vt diximus, communem opinionem sequutus, duo Alcyonum genera facit, alterum Ispidam, alterum verò auem Rousserole, seu Roucherole. Turnerus Anglus præter duo illa genera, quæ ab Aristotele, & Plinio tradita fuisse autumat, tertium etiam adijcit, nẽpe Cornicem aquaticam apud Morpetenses vocatum, de qua sic: Præter hæc duo ab Aristot. & Plinio descripta genera, auem noui, quæ si Alcedonũ genere non sit ascribenda, sub quo genere contineatur, prorsus nescio. Sturno paulò minor est, corpore toto nigro, excepto ventre albo Caudam habet breuiusculam, rostrum Alcedone paulò breuius. Ante volatum Alcedonis more nutat, & in volatu gemit: voce Alcedonẽ ita refert, vt nisi videas, Alcedonẽ esse iurares: in ripis fluminũ non procul à mari vidi, aliàs nusquam. Piscículis victitat, vt

a Hist. l. 8. cap. 3.

Alcyõ præcipuè maritima est.

Cornix aquatica.

Descriptio. Locus. Vict. s.

De re Peruu. lib. 1. Alcatraces quæ aues.

ſuperiora Alcyonum genera. Hæc Turnerus. Ornithologus hanc auem apud Heluetios quoque reperiri circa Limagum fluuium ſeſe audiuiſſe ſcribit. Leuinus Apollonius *b* in Peruuia noui orbis regione inueniri volucres narrat ex Halcyonum genere, quas Alcatraces vocent, maiore numero paſſim oberrantes, marinis lupis, & carabis, piſcibuſq; inſidiari, & cadaueribus admodum delectari: quamobrem & ipſas ex frequente cadauerum eſu intolerabili fœtidæ carnis raucedine vſque adeo eſſe lethales, vt ad earum eſum neceſſitate redacti non ſecus, quàm aconito, toxicouè victi intereant. Nos de Alcatrace aue alibi egimus. Cæterò Iſpidam veram eſſe Alcyonem cùm negauerim, ſi quis tamen congenerem faciat, non contenderim. 1°

FORMA. DESCRIPTIO.

ali. 9. Hiſt. cap. 14. Deſcriptio ex Ariſt. b lib. 10. cap. 31.

ALCYONEM itaque cùm noſtris temporibus incognitam ſtatuerimus, non erit, quod in ipſa deſcribenda elaboremus, attamen, ne ab inſtituto noſtro diſcedamus, ea, quæ de eius forma à veteribus tradita ſunt; hìc ad fidem recitabimus. *Alcedo*, inquit Philoſophus, *a non multò amplior Paſſere eſt. Colore tum caruleo, tum viridi, tum leuiter purpureo inſignis; videlicet, non particulatim colore ita diſtincta, ſed ex indiſcreto variè refulgens corpore toto, & alis, & collo; roſtrum ſubuiride, longum, & tenue; talis ſpecies eius eſt.* Plinius, cùm aliàs ex Ariſtotele *b* mutuatum appareat, paulò aliter. *Ipſas auis*, inquit, *paulò amplior Paſſere, colore cyaneo ex parte maiore, tantùm purpureis, & candidis admixtis pennis.* Cùm itaque Plinius hæc ex Philoſopho tranſcribat, contendunt plerique corruptum haberi eius contextum. Inter quos Cælius Calcagninus eſt, cuius hac de re verba ſuperiùs fuere recitata. Contrà nonnulli Plinium Philoſophi mentem fuiſſe aſſecutum negant, vt Ornithologus, qui etiam miratur Cælium, quod Plinium ab hac calumnia tentet vindicare, conijcitq; Alcyonem colorem pro diuerſa ad lucem, aut ſolem conuerſione variare, & iridis colores quodammodo imitari: nec aliter ac ſerici quoddam genus, quod ab huiuſmodi colorum variatione nomen meruit. Similem, inquit, colorem in Vanello aue, & Coruo ſyluatico obſeruaui, & alijs quibuſdam. Item cùm in epigrammatis ξωθαὶ, ideſt, fuluæ cognominentur à colore, poetas ait, non rarò colorum nominibus impropriè vti. Conuenientiùs itaq; ποικίλα dicitur Simonidi apud Ariſtotelem, ideſt, vt Gaza vertit, varia, & picta. Vnde & Kiranides Alcyonem auem valde ſpecioſam eſſe ſcribit, ſubcæruleam, vel viridem, variam colore. Quod ſupereſt, Ouidius roſtrum tenue Alcyoni tribuit ait: 2° 3°

Plenumq; querelæ
Ora cedere ſonum tenui crepitantia roſtro.

LOCVS. VICTVS. 4°

a In Ixeu.

QVANQVAM ex ſuperioribus apertiſſimè conſtet, Alcyonem eſſe auem marinam, id tamen ex adducendis aliorum authorum verbis magis manifeſtum euadet. Præter Ariſtotelem enim, & *a* Suidam, alioſq; quorum verba iam antè recitaui, alij multi idem confirmant: Ac in primis Oppianus, qui maris adeo amantẽ eſſe tradit, vt prope fluctus ipſos nidificet, pectuſq; aquis aſpergat, cauda in terra ficca poſita. Athenæus non tantùm maris amicam auem facere videtur, ſed piſciuoram eſſe etiam innuit: nam ex *b* Clearcho, piſcem adonidem, ſiue exocœtum in littus aliquando vnà cum fluctu extra aquam ſe recipere ſcribit, atque inibi ſuper ſaxis quieſcere & ſi vigilet, aues παραιδίσκειν cauere, ne ab eis deuoretur. Sic autem vocat τὰς ἐν ταῖς ἰουδαίαις παρὰ τὸ ξηρὸν νεμομένας, hoc eſt, aues illas, quæ ſereno & tranquillo cælo iuxta littus paſcuntur, vt Cerylum, Trochilum, & Creci ſimilem Elorium: & ante illum, Theocritus, Alcyones dixit, à glaucis Nereidibus inter aues quæcunque è mari victitant, maximè diligi. 5°

b Dipnos. lib. 8.

c Idyll. 7.

Ἀλκυόνες γλαυκαῖς νηρηΐσι ταῖσι μάλιστα
Ὀρνίθων φιλέονται ὅσαις νέμεται ἐξ ἁλὸς ἀγρὰ, ideſt.
Halcyones, quæ à glaucis Nereidibus maximè
Inter aues diliguntur, quæcunque è mari victitant.

Et Ariſtophanes.

Αλ-

Ἀλκυόνες, αἱ παρ' ἀϊνάοις θαλάσσης
Κυμαίοις ὁμαλλόμεναι τηγόσαι ὑγρὸν ἔεργον

Παρίσι χροὸς ἁλόεντος μέτρα. i. *Alcyones, quæ apud perpetuos maris fluctus cantatis madefacientes humidis pennarum aspersionibus corpus irrorat.* Et sic [a] Vergilius dilectas Thetidi vocat, alibi de eis canit.

[a] *Geor. l. 3.*

Littoraq; Alcyonem resonant, & Acanthida dumi.

Necnon Pacuuius; *Alcyonis ritu littus peruolgans ferox.* Cæterùm licet in primis marina auis sit, ab aquis tamen dulcibus non abstinet: nam etiam omnes subire scripsit [b] Aristoteles, & ex hoc Plinius. [c] Quanquam verò istiusmodi loca colere certum est, rarissimùm tamen est eam alicubi conspicere. *Fere enim,* vt inquit [d] Philosophus, *circa Vergiliarum occasum, brumamque ipsam apparet: & vbi primùm per portum non plus, quàm nauis circumuolarit, statim abit vt nusquam præterea videatur: quomodo Steſichorum quoq; eius meminisse notum est.* Albertus exponens verba Aristotelis, *nec nisi Vergiliarum occasu.* Cùm, inquit, occasu heliaco occidunt Pleiades, hoc est, à quarto nonas Aprilis vere. [e] Plinius eadem ferè ex Aristotele repetit. *Halcyonem,* inquit, *videre est rarissimum, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa Solstitia, brumamue naue aliquando circumuolata, statim in latebras abeuntem.* Et Oppianus, Iouem, inquit, Alcyones noctù pasci voluisse, & circa stagnorum, fluuiorumque maximè solitarias partes, ne hominibus molestæ essent. Denique Varinus tradit, Iouem Ceyci, & Alcyonæ eius vxori iratum mutasse eos in aues, quæ singularem, & disiunctam vitam degerent. Non solùm itaque aues esse raras constat, sed & aut solas, aut binas tantùm volare: quare recte, & appositio epitheto à Propertio desertæ appellantur.

[b] *In Teucre.*
[c] *H. l. 8. c. 3*
[d] *l. 10. c. 3.*
[e] *Hi. l. 5. cap. 5.*

Alcyones desertæ cur dicantur.

Nunc ego desertas alloquor Alcyonas.

Licet autem tam rara auis sit Alcyon, nihilominus in Themistian noui orbis vrbe venundari tradit Fernandus Cortesius, & Christophorus Encelius [f] scribit, Alcyones in interiori Germania haberi, imò ad ipsam Hauelam flumen; sed vereor an eæ veræ sint Alcyones. Item Scaliger innuere videtur, in mari Siculo frequentes esse hoc versu, quo maris Siculi Ciues appellat:

Alcyones vbi.
[f] *l. 10. cap. 32.*
[g] *De metall. l. 2. c. 43.*

Pictaque Sicuti Alcedines maris ciues.

Sed is fortè eas ita appellarit, quòd in eo mari dies Alcyonides maximè appareant, vt testis est Philosophus. Atq; hæc de loco, nunc rursus de victu dicamus. Piscibus autem potissimùm victitant, teste Aristotele, & Athenæo, cuius verba supra citauimus: quos quomodo venentur docet Oppianus, scribens, Alcyones se ex alto in mare immittere, rectà nimirum vt Catarrhactes, & aliæ quædam pisciuoræ aues. Idem ex Lycophrone colligitur, à quo Κηρολοξ δυτης, ideſt, ἰυγολομβος, seu vrinator dicitur.

Alcedines cur maris Siculi ciues dicta. Victus.
[h] *In Cassandra.*

Τοιᾶδ' οἷα δ' ὑγρὸν Κηρύλος διαστέλλει
Αὐλῶνος ὅσσοι κῦμα γυμνίτης φαγρος, ideſt,
Illum sanè velut vrina aremi Alcyonem per angustum
Canalem auferet fluctus nudum phagrum.

Bernardinus Gomesius, vbi docet aues, præcipuè maritimas à salsuginosis tum locis, tum cibis non abhorrere, id in primis Alcyonum comprobat exemplo. *Et verò,* inquit, neq; aues quas natura mortalibus aut in escam produxit, aut in aliarum aucupium cõsociauit, aut in oblectamentum non modo varijs, pulcherrimisq; exornauit coloribus, sed nostras etiã articulatas voces conari permisit, ita dulcibus assuescunt, vt à salsis omnibus abstineant. Nam earum præsertim maritimæ, & quæ in paludibus degunt, salsugine, quam non fugunt, delectari videntur. Non enim quicquã non salsuginosum, siue terrestre illud sit, siue aqueum, ac vel aereum, propter salsuginosos loci halitus, & humores degustare, seu deuorare possunt, maximè verò Halcyones, cùm Mergi, & Gauiæ, aliæq; marinæ volucres, quæ piscibus aluntur. De quibus illud permirum est, quod cùm omnes aues cubila, & nidos sibi construant, eosq; quàm possint, molliſſimè substernant; tamen Halcyones inter alias fama est, nidos suos ex durissimis piscium ossibus, & acutissimis spinis fingere, ac rariùs nisi supra mare videri, atq; inter salsuginosa, & aspera maris cunabula fœtus suos fœcundissimos emittere, ac neque ob id horrescere, neque ponderosa salsugine impediri, quominus ipsæ pari cum cæteris auibus salubritate, & volatu fruantur. Hæc ille postremò quanquam alioquin frigoris sit patientissima Alcyon, tamen ait Albertus, non esse credibile, viuere posse in regione, quæ excedat latitudinem quinti climatis propter nimium frigus.

[i] *De Sole lib. primo.*

Alcyon vbi viuere non possit.

VOX. CANTVS.

a In Ixeut. ALCEDINES, inquit a Oppianus, à morte mariti lugubriter canunt, & desitura canere Ceyx, Ceyx, aliquoties repetunt, atque ita cessant. Quod autem Alcyonis nomen, dum canunt, exprimere videantur, ostendit b Seneca, dum ait:

b In Agâ. ——— Licet Alcyones
Ceyca suum fluctu leuiter
Plangente sonent, cum tranquillo
Male confisa credunt iterum
Pelago audaces, fœtusq; suos
c In Hercule Oct. Nido pauida titubante fouent. —— Et c alibi.
——— Raptu & coniux
d De Hellis lib, 1. Ceyca gemit.

Hoc pariter indicant hæc d Pontani carmina.

At misera in scopulis, soloque in littore quæstus
Alcyone ingeminat, voceſque effundit vanes
Multa querens, exosa diem, nomenque mariti
Seruat auis; Ceyca vocans, Ceyca requirens,
(Ah miserum) rapides repetens Ceyca per vndas.

Alcedinis vox qualis. Porro non minus suauem, quàm lugubrem esse huius auis cantum plurimi scriptores memi-nere. In Alcyone dialogo Chærephon sic Socratem interrogat: *Quæ vox injecit nobis ô Socrate procul à littoribus, & promontorio illo? Quam iucunda auditu? Quodnam est, inquam, vocale hoc animal? Nam muta quidem sunt, quæ in aquis degunt SOCR. Maritima quædam ales ô Charephos, cui Alcyon nomen est luctuosa admodum, & perquam flebilis, de qua vetus iam pridem hominibus fabula proditur. CH. Numquid nam Alcyon est, quod ais? Neq; ego vnquam ante hanc vocem audieram: at mihi quidem externa quæpiam contigit, lugubrem scilicet perquam verè vocem profundit animal.* Chorus quoque apud e Euripidem Alcyonem lugubriter, suauiter canere ostendit, cùm ait:

e In Iphig. aul. 4. *O ales, quæ ad asperos*
Maris scopulos, Halcyon,
Lachrymosa canis fata,
Carmen sapientibus non absurdum:
Siquidem perpetuo virum persequeris threno:
Tibi ego comparor
Lamentis implumis auis.
Graiorum cupida cœtus.

f In Oct. Querula Edonis apud f Senecam ait:

Repete assuetos.
Iam tibi quæstus, atque aquoreas
Vince Halcyones &c.

g l. de elocutione. Has autem volucres, earumque luctum omnium elegantissimè olim descripsit Sapho, teste g Demetrio Phaleræo. Antiquos imitati recentiores idem aiunt; quapropter Petrus Angelius Bargæus, vt diuinum h Iulij Camilli in pangendo carmine ingenium extolleret, eius carmina Alcyonis cantui præfert his versibus:

h Carm. l. 1. *Nec tam cæruleis fluctibus obrutum*
Iactari Zephyris Alcyone viri
Corpus, perstrepere dum mare, tristibus,
Defluit querimonys.
Quàm dulce Acoys, quod penetralibus
Promptum visceribus fundis ab intimis
Carmen, Iule, suo cùm tibi Cynthius
Implet pectora numine.

i Aeglog. 1 Eleganter etiam i Iacobus Sannazarius ait:

Dulce sonant, Lycida, tua carmina: nec mihi malim
Halcyonum lamenta, aut vdo in gramine ripæ
Propter aquas dulces Cycnorum audire querelas.

Baptista

Baptista Mantuanus cantum hunc lugubrem appellat, inquiens. —— *Mœsta*
Halcyones lugubre dabant per littora carmen.

Et Ludouicus Arioſtus.

E s'vdir l'Alcioni à la marina
De l'antico infortunio lamentarsi.

Queri enim eas fingunt poetæ ob Ceycis interitum: vt ex recitatis alibi pluribus authoribus patet.

COITVS. PARTVS. NIDVS. Incubatus.

ALCYONES mares, vbi iam senes facti sunt, in coitu extingui suprà obiter annotaui. Illud autem referunt Aristophanis Scholiastes, & Isacius Tzetzes. Auis autem non infœcunda est: nam, teste philosopho, *fœtificat toto suæ ætatis tempore, & quarto suæ ætatis mense parere incipit. Parit autem*, vt inquit idem, *circa quinq; oua.* Eadem confirmat Plinius. Cùm verò omne genus auium, pariat parte plurima vêre, *sola Halcyon*, teste [a] philosopho, *circa brumam parere solita est. Quamobrem* ait, *quottes bruma serena exiſtit, dies Alcyonei appellantur, septem ante brumam, & septem à bruma, vt Simonides quoq; suo carmine tradidit. Cum per mensem hybernum Iupiter his septem molitur dies teporis. Clementiã hanc temporis nutricẽ sacrã variæ, & pictæ Alcyonis mortales dixere. Tranquillũ verò tantis per tẽpus efficitur, si ita euenerit, vt bruma Austrinã Vergiliys Aquilonis fiat. Septẽ primis diebus nidũ conficere autem hanc fertur, reliquis septẽ parere, educareq;. Dies Alcyoneos fieri circa brumã non semper nostris locis cõtingit: at in Siculo mari pene sẽper id euenit.* Hæc Aristoteles: cui subscribit [b] Plinius his verbis: *Solſtitio* (brumali) *maximè sunt insignes Halcyones. Dies earũ partus, maria* (Stephanus Aquæus fide exẽplaris sui legit, Dies earum, partusq; qui maria nauigant) *quinq; nauigant, nouere.* Et paulùm infrà: *Fœtificant bruma, qui dies Alcyonides vocantur, placido maris per eos, & nauigabili, Siculo maximè. In reliquis partibus est quidem mitius pelagus, Siculum vtiq; tractabile. Faciunt autem septem ante brumam diebus, totidemq; postea sternitur mare Halcyonũ fœturæ, vnde nomen hi dies traxere.* Et rursus: *Circa brumam pleriſq; bis septem diebus Halcyonum fœturæ ventorum quiete mollius cælum: sed & in his, & in alijs omnibus ex euentu significationum intelligi syderа debebunt, non ad dies vtiq; præfinitos expectari tempestatum vadimonia.* Eadem ferè narrat [c] D. Ambrosius: Alcyone, inquit, est auis maritima, quæ in littoribus fœtus suos edere solet: ita vt in arenis oua deponat medio ferè hyemis: nam id temporis fouendis habet deputatum partubus, quando maximè insurgit mare, littoribusq; vehementior fluctus illiditur, quo magis repentinæ placiditatis solennitate auis huius eluceret gratia. Namq; vbi vndosum fuerit mare, positis ouis subitò mitescit, & omnes cadunt ventorum procellæ; statusq; aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec oua fouet Alcyone sua. Septem dies fœtus sunt, quibus decursis educit pullos: illicò alios septem adiungit dies, quibus enutriat partus suos donec incipiant adolescere. Tantùm autem beneficium auicula hæc diuinitùs sibi datũ habet, vt hos quatuordecim nautici præsumptæ serenitatis obseruẽt, quos & Halcyonidas vocant, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. Cæterùm de numero dierum Alcyonidum non satis inter se authores conueniunt; imò scribit [d] Cælius, de eo miram cooriri inter Græcos disceptationem, quinq; modò eos statuente Simonide, cui calculum adijcit Aristoteles, Samio verò Demagora septem, nouem autem Philochro, alijs deniq; etiam quatuordecim, vt septem intelligantur ante excluſum fœtum, totidemq; post. Verùm quod scribit Cælius de Aristotele, & Simonide, minimè veritatem habet. Sic quidem apud Varinum, & Eustathium legitur, sed falsò. Idem locus apud Suidam corruptus est, qui Simonidem in Pentathlis, & Aristotelem in libro de animalibus hos dies vndecim facere scribit. Nam Aristoteles ipse quatuordecim facit, & Simonides totidem, vt suprà recitaui, & rectè transtulit Plinius. Non defuerint, qui hos dies quindecim dixerunt: de qua re sic Varinus: *Iouem, dicunt, quindecim dies, velut alijs placet, quatuordecim tranquillos fecisse, vt Alcyoni iuxta littora pariendi opportunitas esset.* Aristophanis Scholiastes septem tãtum statuere videtur. [e] Oppianus similiter tradit, Alcyones parere septem ordine diebus, & educare fœtum. M. quoq; Varro, vt refert Aulus [f] Gellius, & Non. Marcellus in primo librorum, qui inscribitur hebdomades, vel de imaginibus, dies illos, quibus Alcyones nidulatur, septem esse dixit. De tempore item non omnes conueniunt. Aristoteles quidem, & Plinius, alijq; vt diximus, circa brumam fieri tradiderunt. Contrà scribit Cælius esse inter classicos, qui tradant, octauo calendas Martias esse Alcyonios dies, quibus in Atlãtico quidẽ mari summa notetur tranquillitas,

Alcyones mares senes in coitu extinguuntur.

Quando parere incipiat.

Quot oua pariat.

[a] *Hiſt. lib. 5. cap. 8.*

Quando pariat.

[b] *lib. 10. c. 32.*

Alcyonei dies vbi maximè appareant.

[c] *In Hexã.*

[d] *Lect. Antiq. lib. 14. cap. 11.*

[e] *In Ixeut.*

[f] *Noct. Attic. lib. 3.*

Alcyonys diebus vbi summa notetur tranquillitas.

quillitas, quo in loco fortè de Columella intelligit; apud quem sic legitur: *Octauo Calendas Martij sagitta crepusculo incipit oriri, variæ tempestates, Halcyonei dies vocantur.* Verùm vt diximus, reliqui plerique hoc circa brumam fieri statuunt. Dicitur autem bruma dies solstitij hyemalis. Fiebat olim bruma, vt Hesiodi interpretes scripsere, mense Ianuario, quem in honorem Bacchi Lenæum ipsi vocant, & eo mense brumalia celebrari dicunt, quòd Bromus Bacchus appelletur. Sed enim Traiani temporibus, quod de ætate sua Plinius profitetur, ad octauum calendas Ianuarias fuit, quo die natus est Christus. Accidit autem bruma, tresque cardines reliqui in octaua singulorum capricorni, arietis, cancri, & libræ, quæ diuturnitate temporis ob minutorum aliquorum neglectam intercalationem ante anni correctionem à Gregorio XIII. institutum, minimè respondebat: nunc verò post dictam correctionem, in eandem ferè diem incidit, in quam Plinij temporibus Sunt qui brumam quasi βραχυήμερον, idest, breuem diem dictam putent, sed rectiùs fortè à brumalibus nomen sumpserit. Esse autem eo nidulationis fœtusq; tempore summam & admirabilem maris tranquillitatem, omnes id vno ore astruunt, vt iam ex adductis authoritatibus, patuit, & mox adducendi patebit: de qua re in primis audiamus ipsum Theocritum:

Bruma quid.

Bruma etymum.

Αλκυόνες γοργυσοῦνται τὰ κύματα τὴν
δὲ θάλασσαν τερπνοτέραν, τότ' ἔμεν, idest,
Halcyones sternent fluctus, & mare, & Notum, & Eurum.

Et *g* Ouidium.

g Metam. lib. 10.

Tum via tuta maris, ventos custodit, & arcet
Aeolus egressu, prælatæq; nepotibus æquor.

Apud *h* Plautum herus iubet seruo, vt reddat illi amicam tam pacatam, quàm est mare Alcyonijs diebus. *Id Hercle tu perelli, nisi illam mihi tam tranquillam facis, quàm mare est olim, cùm ibi Alcedo pullos educat suos.* *i* Scaliger Alcedinem pelagi ruinas premere dixit:

h In Pœn.

i In manib. Catul.

Quid sit? Quid nouæ ab vltimis Britannis
Tranquilla modò nauigatione
Molitæ sint? vt in mari sit; altas
Cùm Alcedo pelagi premit ruinas.

Eadem tranquillitas innuitur à Francisco *k* Petrarcha his versiculis:

k In triũph. Amoris

Quei duo, che fece Amor compagni eterni
Alcione, e Ceice in rima al mare
Far gli lor nidi à i più soaui verni.

Porrò inter eos, qui soluta oratione scripserunt, hanc maris tranquillitatẽ, & placiditatem nobis ob oculos ponunt *l* Plutarchus in primis hisce elegantissimis verbis: *Alcyone pariẽte circa solstitia mare totum tranquillum, placidumq; sternitur, ita vt septem perpetuos dies ac noctes totidem media hyeme liberè nauigetur, omni tum per maria profectione, longè, quàm per continentem tutiore.* Nec minus eloquens in eadem explicanda fuit *m* Ælianus, dum ait: *Porrò cùm parit Alcedo, maria tranquilla, & venti quiescunt. Et quamuis media hyeme pariat, non deest tamen ad incolume, vt ita dicam, puerperium & tranquillus aer. Et eo quidem tempore dies Alcyonios celebramus.* Cur autem tanta in media hyeme oriatur maris tranquillitas, inquirit Baptista *n* Mantuanus.

l Lib. de soleri. anim.

m De Animal. lib. 1. cap. 36.

n De præsag. ærat. & præl.

Et cur depositò tantum mare dormiat æstu
Flebilis Alcyone, quando noua pignora curat.

Et Io. *o* Goropius id maximè miratur, præsertim cùm tunc sol capricornum ingressus sit. Mirum est profectò, inquit, capricornum, cùm terreum signum sit, & melancholicum, atq; idcirco sũmæ siccitatis has habere proprietates, & ideo admirabilius, quod ad ipsam brumã Alcyonij dies esse dicantur, sole capricornũ ingresso. Hinc nimirum poetarum fabula, eam esse maris moderationem, quoniam Æolus hanc gratiam nepotibus suis concesserit. Aiunt enim Alcyonem Æoli filiam in hanc auem deformatam fuisse, vt in primis patet ex Ouidij paulò ante recitatis verbis: & testatur etiam D. *p* Ambrosius. *Hinc*, inquit, *poetæ ansam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Aeoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illa in littore oua parit, & fœtus educat, ventos inclusos seruat.* Socrates in Alcyone dialogo asserit, hoc à Dijs Alcyoni concessum esse ob coniugalem pietatem. *Magnum*, inquit, *ob coniugalem pietatem à Dijs accepit honorem. Siquidem in vitiatione istarum autum dies mundus agit, per mediam quoq; hyemẽ tranquillitatis differentis, è quibus est & hodierna præsens nunc in primis. Nonne cernis summa, ac superiora maris quàm serenissima? Pacatum autem, ac tranquillum omne pelagus, simile deniq; vt ita dixerim, speculo. Equidem*, respondet Chærephon, *rectè dicis: videtur namque hodierna Alcyonis dies, sea & externa quapiam fuit.* Cæterùm quòd eo tempore nullæ prope fiant aeris mutationes causam hanc reddit Natalis Comes, quòd omnia, cùm ad summum peruenerint, lãguidiora

o In Cron. lib. 4.

p In Hexamer.

sint,

sint, atque aliquantulum cessent: quod patet, inquit, in sagittis, & lapidibus in altũ aera cõiectis, cùm inde alterius motus capiant initium. Cur verò brumali tempore proli incumbat Alcyon, quærit Albertus, causam esse suspicatus, quod anicula ea rara adeo sit textura, vt æstate propter nimiam corporis ariditatẽ generare nequeat: hyeme verò obturatis præ frigore poris, humidioreque effecto corpore, fiat ad conceptum idonea. De nidi loco multum etiam inter se certãt scriptores. *q* Aristophanis Scholiastes supra aquam marinam oua sua in ipso mari posita incubare, ac fouere ait: alij in extremo margine maris, in arena. Poetæ plerique scribunt, in ipsis vndis maritimis nidum construere, qui posteà huc, illuc fluctibus agitetur, nec tamen ob mirum artificium vndis aditum præbet, aut ingressum: vnde Statius dum hunc domum fluctiuagam appellat:

Alcyon cur hyeme nidificet.

Vbi nidificet.

q In Ranas

Fluctiuagam sic sæpe domum, madidosque penates
Halcyone deserta gemit:

Et *r* Silius Italicus nidos natantes:

r lib. 14.

Cùm sonat Halcyone cantu, nidosque natantes
Immota gestat sopitis fluctibus vnda.

Id quoque ex *s* Seneca colligere licet, vbi loquens de Alcyone ait:

s In Agon.

Cùm tranquillo
Malè consisa credunt iterum
Pelago audaces, fœtusque suos
Nido pauidæ titubante fouent.

Idem Aristoteles innuere videtur, inquiens: *Os eius* (nidi) *angustum, quod sit exiguus aditus, vt etiam si vertatur, mare influere nequeat*: Clarius idem ex Aeliano, Plutarcho, & alijs patebit, cùm de miro ipsius nidi artificio nobis sermo erit; item ex multis recẽtioribus. Iam nido suo perfecto, inquit Gillius, circũlata (Alcyone) in eo vndis pullos nutrit. Volaterranus pariter ipsam, dum nido vehitur, fœtificare tradit. *t* Christophorus Myleus Alcyonum inimitabili forma constructos in medijs fluctibus nidos conseruari posse miratur. Et alius quidam narrat, si aliquando fluctu agitatur istiusmodi nidus, superuolare Alcyonem, & suaui cantu gemere videri, & inclinari. At D. Ambrosius, & Basilius in littore nidificare, & oua ædere credunt: quidam non in alto mari nidificare affirmant, sed in littorum stagnis maritimis, huius rei testem adducentes Isidorũ, qui libro duodecimo, capite septimo, ibi nidificare ait, vt tuta sit ab hostibus, à fortunæ euentu, & vt pabulum in promptu sit, etiam circa nidum ipsum, nempe pisciculi quibus alitur. Mihi quidem non fit verisimile, nidum Alcyonis in mari huc illuc iactari: quin potius, vt ait Ornithologus, saxo alicui proximè aquam (ita vt aquæ ἐπιχεῖσθαι videatur) agglutinari. Omnium minimè audiendus est *u* Lucianus, qui se vidisse ait marinas aues, Laros, & Alcyones in arboribus nidificantes. Atque hæc de loco. Iam de nidi materia, structura, miroque artificio verba faciamus. Eius in primis meminit Aristoteles. *Nidus*, inquit, *marinæ similis pilæ, & ijs, quæ è flore maris holosichne dicantur, sed colore leuiter russo, figura proxima cucurbitis medicinalibus ijs, quibus collum porrectius est. Magnitudo maximis amplior, quàm spongiæ* (hoc est, vt interpretatur Ornithol. maximus Alcyonis nidus maximam spongiam excedit) *sunt enim alij maiores, alij minores. Conseptus, stipatusque vndiq; est, & crebrò tum inani, tum solido constat. Renititur ferramento acuto, vt vix possit discindi. Sed si vnà & ferro tundis, & manu collidis, facilè perinde vt flos aridus maris (holosichnem dico) confringitur. Os eius angustum, quoad sit exiguus aditus, vt etiam si vertatur mare, influere nequeat. Habet sua inania proxima cauis spongiarum. Ambigitur, quanã materia componatur. Videtur tamen è spinis acus pisces constitui. Piscibus enim. Alcedo viunt.* Hæc Arist. *Nidi eius figura*, inquit Albertus, *assimilatur figuræ pineali, aut ventosæ, quæ habet collum longũ.* Et rursus: *Propter artificiosam compositionẽ materia non facilè ferro secatur, vt nuc pinea, quæ ex lignis inuicem consertis componitur, quæ facilius manu disiunguntur, quàm ferro scindãtur.* Sed Arist. si manu atteratur nidus, & confricetur, & vna ferro tundatur facilè confringi ait. Mare autem non intrat, quoniam, vt addit Albertus, introitus siue ostiolum fit è materia, per quã intumescente instar spõgiæ, & tumore suo claudente viã, ne aqua ingredi possit; quę tamen materia ab aue ingressura comprimitur, & aquam exudãs aditum illi præbet. Et rursus, *Nidum*, inquit, *facit cauum instar cannæ ex materia simili ossi sepiæ prædura, quæ facilè friabilis est difficulter verò scissilis.* Sic ille. *Nidi Alcyonum*, inquit *x* Plinius, *admirationem habent, pilæ figura paulum eminentiore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine. Ferro intercidi non queant: franguntur ictu valido, vt spuma arida maris. Nec vnde confingantur, inuenitur. Putant ex spinis aculeatis.* (Ornithologus legit aculeati, ideſt, acus, vel Belonæ piscis. Stephanus Aquæus in vetere exemplari haberi ait: Ex spinis acus piscis, *piscibus enim viuunt.* Sic Plinius. Elegantissimè *y* Ælianus etiam nidi huius texturam satis longa

u Verar. Hist. lib. 1.

In Alcyonis nidum cur non intret mare.

x lib. 9. capit. 32.

y De animal. lib 9. cap. 17.

longa oratione prosequitur, cuius hæc sunt verba: *Alcyones suam grauitatem sentientes, nidos ad excipiendos pullos machinantur. Ad eum verò non lutum eis opus est, non tectũ, & domus, vt Hirundini, quæ cùm hospes non vocata aduentat, tum matutino tempore cantus molesta importuna suauissimum somnum interrumpit. At neq; corpore tantùm Alcyones in aperto, ac libero mari ad nidi structuram legendis, contexendisq; bellonæ spinis incumbunt, sed ineffabili etiam vi ingenij solertiæque proposito perficiunt. Spinas enim partim rectas, partim obliquas, vt mulieres ad textrinam eruditæ sub tegmini stamen intertexunt, & rotundum paulatim, non omninò tamen, sed oblongum, & sinuosum instar nassæ cuiusdam efficiunt. Perfectum in mare deferunt vbi fluttans ab incurlantibus vndis earum opus probatur: tum partes, quas aqua incidens ostendit non firmas esse, refarcit. Cætera, quæ rectè connexa, iunctaque sunt neq; si percutias saxo, rumpi, neq; ferro diffindi possunt, non magis, quàm lineus ille thorax, qui Minervæ Lydiæ consecratus carminibus celebratur. Os verò nidi non planè conspicuum, & alijs omnibus inaccessum solam illam suspicere potest, neque per id ipsum quicquam ex mari intrò influere potest; adeo subtiliter constructum est. Ibidem vndis circumlata Alcyon, vt ferunt, pullos nutrit.* 1

Hæc omnia Ælianus. Eadem eloquentia z Plutarchus nidi huius artificium miratur elegantissimis hisce versibus: *Rostro suo, nec alio instrumento nidum fingit Alcedo, imo nauis instar fabricat opus euerti mergique fluctibus nescium. Componit quidem, acuminibusq; conferens inuicem acus pisciculi spinas, ac rectis alijs ceu stamini transuersas alias veluti sub tegmen implicat mox consertum recuruat, & in orbem reducit: ac sic coapiat demiq; vt opus nauigij specie turbinatũ, ac quale propemodum piscatorio oblongiusculo simile euadat. Perfectum littori, quo fructus extremi pertingunt, applicat.* 2 *Hic vnda molliter fertens, nondum firma satis, diuntaq; procellarum verbere deprehensa fouere docet. Solida verò, & iam coherentia constringit, figitq; adeo, vt nec saxo, nec ferro dissolui, diffringiue facilè queant. Qua quidem in re magna cæteris admiratione dignum est olim est, sic modificatum, figuratumq; vt hanc vnam subeuntem recipiat, cæcum cæteris, & abditum, & aliud prorsus nihil admittens, ne vndarum quidem. Equidem arbitror nidum huius neminem non vidisse. Mihi certè quoties vidi, tetigiuè (vidi autem persæpe) vltro in animum subit dicere, canereque: Talem quondam oculis. Phœbea vidimus arce Deli corneam illa aram inter septem quæ vocant mundi miracula celebratam: quæ quidem citra glutinum omne vinculumque aeneis tantùm cornibus coapta, & commissa fuit.*

z lib. de solert. anim.

a li. de amore in prolẽ.

Hucusque ille, qui eadem ferè alibi a habet: vbi post multa: *At verò, inquit, ipsum nidos omnem admirationem superat. Ita ad corporis magnitudinem seruata proportione, vt nullum aliud animal, licet Alcyone minus sit, ingredi queat.* 3 Plurimi insuper alij tum veteres, tum recentiores de mirabili huius nidi structura verba faciunt, sed quæ breuitatis causa lubens prætereo. Illud tamen silentio inuoluere non possum pro huiusmodi nido mihi missum illud, quod hìc calicis fere figura expressum cernere est. Constat id ex consimili planè materia qua pila marina vulgò nominata. Cæterùm cùm neq; Aristotelicæ, neque Plinianæ descriptioni respondeat, ego id pro nido Alcyonis non obtuserim: sed quelecunque est lectori libens impertior. Quod reliquum est Oppianus ab Aristotele, & Plinio alijsque ferè omnibus diffidens. Alcyones, ait, nides sibi, vt construant, non vt cæteræ aues, festucas è terra colligere, sed marinas aliquot herbas, quales sunt fuci, algæ, ampelides, bostryches, otacides, & aliæ.

4

INGENIVM. MORES.

AT mira huiusce auiculæ solertia ex nidi structura nulli non constat, ita etiam insignis, & memoranda pariter eius sapientia apparet ex nidulandi loco, ad quem nempe, ne alijs quidem auibus, aut ipsismet hominibus accessus patet, tantumq; ingenij sui acumen, & perspicacitatem hoc nomine in primis etiã ostendit, quod velut statos dies non ignoret, quibus maritimi æstus conquiescant, eosq; & ad ova parienda, fatusq; excludendos, atque alendos sufficere. Sed iam reliquas eius animi dotes perscrutemur. Conjugem in primis, & filios amat plurimùm, quemadmodum Plutarchus testatur, qui inter cæteros scriptores summopere hanc auiculam admiratur: *Quod si,* inquit, *de singulis eius virtutibus pauca sint dicẽda: primùm ita marituũ diligit Alcyon, vt non vno aliquo tempore, sed per totũ annũ consuetudine eius vtatur; non ob lasciuiã (neq; enim vnquam alium admittit) sed ob benevolentiã, & amicitiã, qualis vxori aduersus suum est virum. Vbi autem senectus maremi mbecillũ & ad fectandũ tardum reddidit ipsa eum suscipiens gestat, atq; nutrit, nunquã solum relinquens. Sed in humerũ sublatum vsquequaque portat, atq; fouet, eiq; ad mortem vsq; adest. Ad amorem prolis, & pro eius salute procurationem quod attinet, statim ad nidum conficiendum se confert. Hac non lutum subigit, non parietibus, aut culminibus imponit, vt Hirundines, neq; multis partibus corporis operamnibus vtitur,*

50

Amor in coniugem, & prolẽ. a lib. de solert. anim.

Alcyonum Scyphoides.



sovtitur, &c. Admirabile quoque eius in filios studium, & amorem ostendunt hæc carmina: b Statij b Sylu. li. 3.

——— *Non sic Trachinia nidos*
Alcyone vernos, non sic Philomela penates
Circuit amplectens, oculosq; in pignora firmat.

Egregias hasce omnes, & alias Alcyonis dotes cōpendiosa hac oratione videtur complexus idem Plutarchus, qui Alcyonem sapientissimum, diuinissimumq; marinorum omnium animal appellat. *Quis enim Luscinias, inquit, circa musicæ studium, quas Columbas circa mariti amorem, quas opes summa Alcyonum industria conferemus?* Hæc quidem iam commemorata Alcyonem nulli avium postponendam ostendunt. Contrà mas in hoc volucrum genere turpissimo *Alcyonis maris libido.*

turpissimo libidinis vitio insimulatur: cum, vt refert Aristophanis Scholiastes, & alij Ceryli, ideſt, Alcyones mares in coitu extinguantur, id tamen eis accidere ait Tzetzes cùm iam senes sunt. Apud Hesychium quoque Cerylum aliqui auem masculum, & libidinosum interpretantur.

PRÆSAGIA. AVGVRIA.

ALCYONES tempestatem imminentem naturali instinctu præsentire testis est Georgius Cedrinus, vbi de vaticiniorum agit differentijs: Est, inquit, & alia naturalis diuinatio brutorum. Etenim Hirundines, Formicæ, Grues, Echini, atque Alcyones tempestatem appetentem naturæ monitu præsentiunt. *a* Antonius Mizaldus Alcyones, cum ad tepidum solem pennas in littore expandunt, pluuiam denotare scribit, causamq; hanc reddit, quia quod quisque amat, aduentare si vel audit, vel percipit, ægrè conquiescere solet: ex *b* Virgilio vt apparet; hic enim, cùm docuisset varia indicia, ac signa futuræ tempestatis, pòst inter cætera serenitatis hoc etiam commemorat.

a Ephem. sect. 1. Pluuia præsagium.

b Geor. l. 1.

Non solem ad tepidum pennas in littore pandunt.
Dilectæ Thetidi Alcyones.

Cæterùm Alcyones aduentu suo tempestatem sedare credebantur; quapropter moris erat, cùm quis tempestate deprehenderetur, Alcyonas inuocare: in quo sensu *c* Propertius.

Alcyones tempestates sedare credite.

c lib. 1.

Et merito, quoniam potus fugisse procellam,
Nunc ego dejectus alloquor Alcyonas.

Vt scilicet, suo aduĕtu procellosum mare tranquillĕt. Ita etiam Iulius Ælius Crotta canit

Nunc lassum in medio cruelis dejecta æstu.
Clamantem surdus turpiter Alcyonas.

Idem nauigaturus Alcyonum tantùm gemitus audire gestit, aitq;

Et mea pacatum labatur cymba per æquor.
Sentiat & solos Alcyonum gemitus.

Hinc & Apollonius scribit, Iasoni dormienti circumuolasse Alcyonem vaticinantem voce acuta, & vt cessatorem incitasse: *quod Mopsus*, inquit, *intellexit, auis vocem fatalem audiens: & a somno excussit Iasonem, monens placidam Cybelen, vt procellæ cessent: quod significauit Alcyone.*

Cæterùm eiusmodi fausta vox Alcyonis fœminæ fuerit: nam maris pessima portendere tradit Oppianus his verbis: *Porrò Ceycis* (Alcyonis maris) *vocem nunquam vel mihi, vel alijs audiendam optarim. Curas enim, & mortes, & infortunia significat: quamobrem Iupiter eas nocte pasci voluit, & locis circa aquas, maximè desertis, ne quid hominibus molestæ forent.*

Ceycis vox pessimi hominis.

COGNOMINATA.

ALCYONIS nomen pluribus mulieribus fuit attributum; atque illi in primis, quę in auem huius nominis mutata dicitur, quamq; alij Æoli ventorum regis, alij Neptuni, nonnulli Scironis Attici Latronis Polyphæmonis filij filium fuisse tradunt. Pausanias, & Apostolius Alcyonei gigantis filias, Phthoniam (aliàs Phostoniam) Anthea, Methonen, Alcippam, Pallenen, Drimò (aliàs Drymò) Asterien Alcyones dictas tradunt, licet Athænæus Anthedonis filias facere videatur. De harum metamorphosi in aues sui nominis alibi dicemus. Fuit item Alcyone, vel Alcynoe, vt testatur *d* Boccatius, vna ex Pleiadum Atlantis & Pleiones filia, quam ex Neptuno Alcyonem peperisse volunt, eam nimirum, cuius priùs meminimus Ceycis regis Trachiniæ vxorem. Hanc *e* Proclus quoque Diadochus, vt refert Cęlius, numerat inter septem Atlantis filias Pleiadas. Et Lilius Gyraldus tradit, Atlantem septem habuisse filias Pleiadas, Celeno, Steropen, Meropen, Electram, Alcyonem, Mæam, Taygetam: esseq; septem sphærarum vires, videlicet Celæno Saturniæ sphæræ, Steropen Iouis, Meropen Martis, Electram Solaris, Alcyonem Veneris, Mæam, siue Maiam Mercurij, Taygeten Lunæ; Hyginus ex Alcyone Atlantis filia Neptunum Riam genuisse scribit, & Gyraldus, Alcyonem vnam fuisse Pleiadum, ex qua Neptunus sustulit Irea. Ex quibus patet, ex vna, eademq; Alcyone Neptunum tres filios suscepisse. Non enim verisimile est, Atlantem habuisse tres filias Alcyones

d l. 9. Genealog. Deorum.

e Lec. antiq. l. 6. c. 16. Pleiadum nomina.

cyones dictas, ex quibus Neptunus triplicem prolem procreauit. Meminit huius Alcyones à Neptuno adamatæ *c* Strozius pater hoc in versiculo.

Arsit in Halcyone geltdarum rector aquarum.

c Erot. li. 1.

Suidas verò non Alcyonen, sed Alcyonitem appellat, vbi ait: Αλκυονὶς Αλκυονίτις mater Alcyonis; Alcyonis paruam Alcyonem denotat, vt alibi diximus. Cleopatra Marpissæ filia pariter Alcyone cognominabatur à parentibus ad memoriam luctus illius, quo mater affecta fuit Idæ mariti desiderio, cùm ab Apolline rapta esset, vt meminit *d* Homerus, qui Marpissam Eueninen, idest, Eueni filiam cognominat. Κὴρ μαρπήσσης καλλιφύρου Εὐηϊνῆος, Ἰδεὼ &c. Erat autem hæc Cleopatra, teste Varrino, & Eustathio διώνυμος, idest, binominis, vt etiam Hectoris filius, alijq; alterum quidem amicis tantum, & intimis domi nomen vsurpantibus, alterum cæteris communiter. Ἰδεω, vt notat Ornithologus, genitiuus Ionius est, pro Ἰδα, à recto Idas, quod non animaduertentes non solùm indoctiores, sed docti etiam nonnulli Ideum, non Idam illum appellant. Sic *e* Pontanus vir alioqui doctissimus Ideum Marpissæ maritum non rectè vocat, & Marpissam ipsam Alcyonem cognominatam fuisse, & an eadem fuerit Marpissam Pueni filia, Idæque dubitat: quum eandem fuisse omnino constet. Alia præterea fuit Alcyone Silenæ vrbis regis filia, quam D. Georgius à fero, & truculento dracone liberauit. Quam dum à fera illa iam iam deuoranda esset sit querentem *f* Baptista Mantuanus inducit.

Cleopatra cur Alcyone cognominata.

d Iliad. l. 9

e l. de aspirat.

f In D. Georg.

O misera, ò misera Alcyone (nam nomine dicta est
Alcyone) cur sunt tibi tam crudelia fata
Vt sit opus monstri istius descendere in aluum?

Alcyon inscribitur dialogus Luciano quidem ascriptus, sed quē Leonis philosophi academici esse testantur *g* Athenæus, & *h* Laertius; quanquam alij Platonis esse putent, Socratis persona falsi. Varinus eiusdem Pausaniam authorem facere videtur: nam in voce, Κηρυλος, Pausaniam scribit condidisse Alcyones. In eo verò disputat Socrates de potestate diuina, quod scilicet Deo possibilia sunt omnia; & quod nos illius operum, atque effectuum causas intellectu, ac ratione consequi non possumus. Esse enim nos quod ad collationem Dei, & rerum æternarum attinet, pueros, ac veluti cæcos. Quod autem Deus multa facilè afficiat, quæ nobis impossibilia videntur, probat primum à signo, siue exemplo tempestatum, quæ illius prouidentia, seu administratione ex maximis, & turbulentissimis, subitò in summam tranquillitatem, & serenitatem conuertuntur. Item ab incremento, & collatione ætatum hominis: cùm æque mirum sit, ex puero imbecillo, & paruo virum tantum, & tam fortem fieri. Postremò ab effectis, & vi naturæ, quæ cum Deo longè inferior sit, tamen ea, quæ nobis ratione scilicet, ac sensu omnia metientibus impossibilia videri poterant, operatur. Occasio dialogi sumitur à cantu, & obiectu Alcedinis, disputationis autem à fabula, quæ de illius transformatione narratur. Vnde non est incongruum huiusmodi illi dialogo nomen fuisse inditum. Cicero item, vt referunt, poema quoddam condidit Alcyones inscriptum, ad cuius imitationem Gordianus Imperator poema aliud Alcyones pariter inscriptum composuit. Alcyone quoq; vocabatur tragœdia, quam Bacchus poeta ineptus de Alcyone confinxit. Meminit eius *i* Iuuenalis.

Alcyō dialogus.

g Dipnos. 2

h In Platone.

Alcyone tragœdia.

i Satir. 7.

Et vendas potius commissa, quod auctio venait,
Stantibus œnophorum, nipodes, armaria, cistas
Alcyonem Bacchi, Thebas, & Terea Faulti.

Est & oppidum in Maliaco Græciæ sinu Alcyone vocatum, vt apud *k* Plinium legere est; idemque fortasse fuerit cum eo, cuius meminit Hesychius, vbi ait: Αλκυων est vicus quidam: neque enim mihi negocium facessit, quòd hic vicum, ille oppidum nominet. Mons quoque in Macedonia quidam Io. Boccatio teste, hoc nomine nuncupatur. Aristophanes Spongilum quendam tonsorem Κηρύλον cognominat.

Alcyone oppidum.

k l. 4. capit. 7.

DENOMINATA.

ALCYONEVS gigas fuisse traditur ab Hercule telis confossus, vt meminit *a* Pindarus: *Alcyoneum* (Αλκυονία, vel vt poeta habet Αλκυονῆ) *gigantem terribilem Hercules circa Isthmum Corinthi interemit, cum illac cum bubus ex Erythea abductis transiret.* Huius filiæ, quæ septem memorantur ob patris mortem in mare se præcipitantes ab Amphitrite in Alcyones, vt quidā putāt, mutatæ sunt: quarū nomine alibi recitauimus. De hoc Alcyoneo loquebatur Ceres apud *b* Claudianū, vbi de Proserpinæ suę raptu conqueritur:

Alcyoneus gigas.

a In Nemeis car. 4.

b li. 3. de rapt. Proser.

Fratta-

e Athenæus li. 13.

——— *Fractane iugi compage Veſeui*
Alcyoneus per ſtagna pedes Tyrrhena cucurrit?

Alius item fuit Alcyonus, quem apud *e* Athenæum legimus Demò mulierem ab Antigono amatam genuiſſe: cuius inſuper meminerũt Diogenes Laertius, Plinius, & Plutarchus. Alcyoneum denique Syluaticus,& obſcurus quidã Veſpertilionẽ, neſcio qua ratione, interpretantur. Ab Alcyonibus Alcyonium dicitur quoddam medicamenti genus, nempe corpus ſpongioſum, quod aut mari innatat, aut in littoribus eiectum reperitur: ſic dictum, vt quidam putant, quòd Alcyones ſuper illud in mari fimul congeſtum nidificent. Alij, vt inquit Plinius, exiſtimant, ipſum in mari fieri ex nidis Alcyonum, & Ceycum. Alij rurſus, nidum ab huiuſmodi auibus ex Alcyonio fabricari affirmant, inquit Marcellus, *nomen Alcyones fecerunt aues haud jane, quia ex earum nidis Alcyonium mari innatet, ſed quia ex eo mari innatanti, & fluitanti Alcyones nidos ſibi ad fœturam faciant.* Alius author non ignobilis quoq; de eodem loquẽs. Dicitur autem Halcyoniũ, inquit, quia Halcyones aues condunt nidos pẽdentes æquore, vt dixit Poeta, ex iſto ſpongioſo, & quaſi cõcreto lapidem. *Alij*, teſte Plinio, *è ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus: alij è limo, vel quadam maris lanugine fieri volunt.* *d* Bellon. ita à Græcis dictum putat, quia cum nido Alcyonis ſimilitudinem habere videatur. Theophraſtus id Alcyonium pumicem vocat, teſte Georgio Agricola. Sed de Alcyonio, eius generibus, & viribus alibi multa, quæ impræſentiarum omitto, ne eadem ſæpius repetere inuitus cogar. Grammatici Græci quidam, vt Heſychius, & Varinus, Alcyonium ineptè herbam quandam eſſe ſcribunt, vt etiam adarcen. Eſt autem adarce, vt Dioſcorides prodit, velut paluſtre quodam Alcyonium, nempe materia quædam concreta, & ſubſalſa in paluſtribus locis, arundinibus, & plantis quibuſdam circumadnaſcens, dum paludes reſiccantur, Aſij lapidis flori colore ſimilis, tota verò ſpecie Alcyonio molli, & inani. Acre eſt admodum, & calidum abſceſſu quarto, viribus etiam Alcyonio præcipuè quinto reſpondens. Tertiam anchuſæ ſpeciem aliqui etiam Alcyonium vocant, vt Antonius Mizaldus, qui ſic de ea ſcribit. Radix Alcyonij, quæ tertia videtur eſſe anchuſæ ſpecies appenſa, vel alligata ijs animalibus, quorum vlcera vermibus ſcatent, eos ſpontè cogit decidere. Valet etiam contra ſerpentium morſus non ſolùm pota, ſed geſtata. *e* Octauius Gratianus, referente Anguillara, aliam prorſus herbam Alcyonij nomine celebrat. Herba, inquit, Alcyonium dicta, ſi à pecudibus comedatur, moriuntur: Si verò ſtatim ipſius herbę radix in cibum illis exhibetur, curantur. Hæc eſt, inquit idem, napelli ſpecies in Abrutio naſcens, in collibus oppidi cuiuſdam, quæ Petra Chamela dicitur. Folia habet primo ranunculo ſimilia: caulem bicubitalem, cuius ſummitati ſpica adhæret floribus cæruleis. Eius radix terræ tuberi ſimilis, intus vacua. Supradictum ſortitur effectum. Hæc ille. De diebus Alcyoneis iam mentionem fecimus, & alibi facturi ſumus. Illud hìc annotaſſe ſufficerit, quod Græcis dies Ἀλκυονίδες dicuntur, vt Luciano; & Ἀλκυονίτιδες, vt Scholiaſtæ *f* Ariſtophanis: & Ἀλκυόνειοι, vt Suidæ. Latinis Alcedonia potiùs dicuntur ab Alcedine, vt teſtis eſt M. Varro: ſed nomine à Græca nomenclatura deducto etiam Alcyonos, & Alcydonides hos dies appellant. Mare ab Antirrhio, vt inquit *g* Strabo, quod in Ætolorum, Locrorumque finibus eſt, aduſque Iſthmum, Alcyonium vocatur, Criſſæi ſinus portio, ab Iſthmo ad Araxũ ſtadia triginta. Mare hoc, vt refert Ortelius, alio nomine Corinthiacus ſinus dicitur, & Golfo de Patras Sophiano, item Ripa Doſtria nautis, teſte Nigro. Poſtremò ab Alcyonibus denominata videtur palus quædam prope Lernam in Argiuo, vel Mycenæo agro: nam Pauſanias, ſe vidiſſe, ſcribit, Alcyonam paludem: *per quam*, inquit, *vt Argiui memorant, Bacchus Semelem ab inferis ducturus deſcẽdit. Polymnus ei deſtenſum hum. oſtendit. Alcyonia infinitæ eſt profunditatis: nec homo vllus reperitur, qui ad fundum potuerit vlla machina penetrare. Vnde & Nero multorum ſtadiorum funes connexuit, & plumbo appenſo, alijſq; inſtrumentis paratis demiſit: fundum tamen inuenere nullum potuit.* Tranſtulit hunc locum in varia Hiſtoria. Dubitat Ortelius, an hoc idem ſtagnum ab eodem Pauſania quoque Amphiariai fons dicatur: nam ab alijs ſcriptoribus quidem hoc etiam nomine appellari credit.

Alcyonij.

Alcyonium cur ſic dictum.

d De Anib. l. 4. c. 25.

Alcyonium herba.

Adarce quid.

Adarces qualitates, & vires.

e Sentent. 12. de ſĩpl.

Alcyonij herbæ deſcriptio.

f In Ranas.

Mare Alcyonium.

g lib. 8.

Golfo de Patras.

Ripa Doſtria.

Palus Alcyonia.

Amphiarai fons.

MORA-

MORALIA.

DIuus Basilius, ne in miseriis, atq; calamitatibus constituti, omni deposita spe, penitus inertes, animoq; fracto sine actione, sineque operatione vlla iaceamus; sed ad Deum ceu tutissimam anchoram confugiamus, Alcedinis adhortatur exemplo: quoniam si huius gratia maris procellas, dum maximè procellosum est, sedat, longè magis nos, quos ad imaginem suam creuit, è calamitatibus eripiet, si eius auxilium piè implorabimus. *a Halcedo,* inquit, *quadam auis est, mari maximopere gaudens. Hæc fœtificare secundum littora solet, & ouis in ipsa arena positis circiter mediũ ferè hyemẽ pullos excludit, cùm crebris, violentisq; ventorũ exasperatum mare procellis pertunditur, ac terra littoribus alliditur. Attamen sileſcunt, & consopiuntur tũ omnes venti, quiescunt vnda, tumida æquora placantur, septẽ totis diebus, cũ incubat ouis Halcedo. Tot enim duntaxat diebus ipsam suos excludere pullos ferunt. Sed ùm & victu sit ipsis opus, alios insuper pro incremento suæ prolis beneficentissimus Deus huic tam exiguo præstitit animali, serenos itidem septem, tranquillosq; dies. Id omnes etiam nautici sciunt, & Halcyonidos dies illos appellant. Hæc illis rationis expertibus commoda diuina prouidentia præstat, vt inde quasi lege sibi statutum, vt per hæc admoneare à Deo semper vt postules, quæ ad salutem tuam pertinent. Quid à Deo etiam prater omnium spem tui causa non fuerit exorabile, quem ad imaginem ipse suam creauit: quandoquidem alitis tam exiguæ gratia mare tam vastum, tam terribile, sæuumque tam tranquillum esse media bruma iussum detinetur, atque quiescit.* Hæc Basilius, qui etiam alibi eadem ferè habet. *b* D. Ambrosius similia, & alia quoque ab hac auicula documenta depromit, quæ cùm elegantissimè ab ipso sint expressa, eaq; non paruam legentibus vtilitatem allatura sperem, libenter hic adscribam: *De Halcyone,* inquit, *sermonem adoriamur. Ea est auis maritima, quæ in littoribus fœtus suos edere solet, ita vt in arenis ouа deponat, medio ferè hyemis. Nam id temporis fouendis habet deputatum partubus, quando maximè insurgit mare litoribus, vehementiorq; fructus alliditur, quo magis repentinæ placiditatis solennitate, auis huius eluceat gratia. Namque vbi inundosum fuerit mare positis ouis mitescit subitò, & subitò, cadunt ventorũ procellæ, flatusq; aurarum quiescunt, vt placidum ventis stat mare, donec ouа fouent Halcyones sua. Septẽ autem dies fœtus sunt, quibus decursis educit pullos, fœtusq; absoluit: illicò alios quoq, septem adiungit dies, quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere. Nec mireris tam exiguum nutriendi tẽpus, cùm absolutio fœtuũ tam paucorum dierum sit. Tantã autem gratiã minuscula auis diuinitus indultam habet, vt hos quatuordecim dies præsumptæ serenitatis nautici obseruent, quos & Halcyonidas vocant, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescunt. Nonne vos Passeribus plus estis, ait Dominus. Si igitur auis minuscula contemplatione & insurgit mare, & repentè comprimitur, atque aspera hyemis inter ingruentes procellas, tempestatesq; ventorum detergit, cæli nubila, fluctusq; componit, elementis omnibus subitò sit infusa tranquillitas: quantum prælumere aebeas, ò homo ad imaginẽ Dei factus agnoscis: si tamen auiculæ istius fidem studio deuotionis imiteris. Illa tempestates videns insurgere sæuire ventos inter hyberni sæua non reuocatur, neque reflectitur, sed impellitur. Denique in littore ouа sua constituit: vbi ea relabente fluctu madida adhuc arena suscipiat, nec insurgentes fluctus, quos immurmurare atque allabi videt, reformidat. Et ne putes, quod ouorum videatur habere contemptum, continuo vbi deposuerit ouа nidificat, & suo partus corpore fouet, nec salutis propriæ allusione littoris pertimescit, sed secura de Dei gratia ventis se committit, & fluctibus. Parum est hoc, adiungit totidem alios ad nutriendum dies, nec interim turbari tot diebus insidi maris tranquillitatem veretur: tempatq; meritum suum natura iam solennitate fundatum, & teneros fœtus non latibulis aliquibus abscondit, aut tectis nec includit cauernis, sed nudo, & ingenti committit salo: nec defendit à frigore, sed diuino fotu, quo magis cætera despiciat, tutiores fore existimat. Quis nostrum paruulos suos non vestimentis tegat, tectisq; abscondat? Quis non claudat eos septis cubiculorum? Quis non ita diligenter vndique fenestris obruat, ne qua possit aurea vel leuiter penetrare? Meritò quòd tam solicitè induimus, ac fouemus exuimus eos elementiæ cælestis inuolucro. Halcyon verò auis, quæ nudos proijcit, eos diuino vestit indumento.* Hæc D. Ambrosius, quæ quidem admonet nos vt omnem spem nostram in Deo collocemus, & de his corporalibus minus soliciti simus. In his verò quæ ad salutem animæ pertinent, esse maximè attentos est necessarium: ita vt etiam tunc cùm nos maximè tutos existimamus, ab ijs, quæ accidere possunt infortunia, summopere caueamus. Quod nos scitè admonet Budæus sapientiũ exemplo, qui diebus Halcyonijs, cùm magis tuta sunt æquora, marina monstra in primis pertimescunt. *c Nec vero,* inquit, *diebus, vt dicitur, Halcyonijs in vtramque aurem dormiendum est, nam eo tempore maximè marina monstra suspecta sunt sapientibus.*

a In exam. Diuin. offhom. 8.

b De Pœn. orat. 2.

c De transf. Hell. lib 2

pientibus. Amor huius auis erga coniugem suam, de quo suprà fusiùs diximus ex Plutarcho, & hîc ceu superflua non repetimus, mulieribus magnum præbet documentum coniugalis pietatis & beneuolentiæ, quæ quàm grata sit Deo, ostendere volentes poëtæ, dies tranquillissimos huic aui nidulationis tempore, ob miram eius in virum pietatem, & amorem concessos, fabulati sunt. *Vetustissimi Scriptores,* inquit Ludouicus Viues, *Halcyonem referunt Ceyci marito non passam esse superuiuere, ergò in mare se dedisse præcipitem. Addunt fabulæ, quæ sæpenumero vitam nostram instituunt, versos in Halcyones aues, si caras Thetidi, vt quoties nidificent, maxima sit in mari, & cælo tranquillitas: idq; datis quotannis diebus contingere, qui ea de causa Halcyonij vocentur. Hoc à Dijs tribui pietati vxoris in coniugem.* Ascanius Martinengus plurima, eaque memorabilia ab Alcyone desumit documenta, quæ hîc ascribere etiam non grauabor. Mirandum certè, inquit, prouidentiæ diuinæ monumentum in Halcyone conspicitur: vnde in nobis vigere consentaneum est diuinæ prouidentiæ confidentiam, vt Dei voluntati obsequentes, sciamus cuncta nobis obtemperantia fore: cùm respiciamus in exigua alite tanta, & tam præclara Dei prouidentiæ argumenta. Sed aliud quoque hinc desumamus documentum, cùm Deus tantam indiderit Halcyoni prudentiam, vt ad deponenda oua, fouenda, viuificanda, tempus nancisci sciat, documentum nobis exhibuit, qua prudentia in his sæculi perturbationibus, humanisque negotijs progredi debeamus. Erudimurq; primùm non pauescere mundi aduersa, quæ interdum, vt furentes fluctus, nos absorbere minantur: sed sanctis actionibus eò studiosiùs esse incumbendum, quò certiores penè sumus effecti, quod vndosa procella tribulationis mox mitescet, & ventorum flatus quiescent, omnisq; perturbatio, tum tentationis, tum tribulationis cuanescet, neque actiones nostras cuncta ista peruellent. Tunc siquidem contra opera nostra tanquam contra oua Halcyonis nec ventorum rapidorum tempestates, nimirũ tentationes, nec maris procellosæ vndæ, nempe tribulationes, quicquam poterunt. Erudimur etiam ab Halcyone, non in vndis labentibus, mundanis vtique rebus defluentibus, sed in æternis, velut in toto littore fœtus, seu opera nostra collocare. Nec tantùm in littore, sed sabulo ponere, hoc est, in aspera mortificationis vita opera nostra ædere, & fouere docemur, & nõ in limosa terra, in vitæ illecebris emollita. Nam in mortificatione quasi in arena opera tuta sunt: in voluptate verò tanquam in cœno facilè marcescunt. Erudimur per septem dies oua fouere, & totidem ea absoluere, opera nimirum bona nedum inchoare, verùm & perficere, & intacta seruare, ne superueniens lethiferum crimen eorum meritum mortificet. Dei autem auxilium in hoc nobis non defuturum certò sperare possumus: nam si tantum gratiæ confert auiculæ pro fœtibus illius, quæ sunt animalia irrationalia, quid tribuet nobis Dei imagine insignitis? & pro operibus illis, quæ ad gloriam nos ferunr, & promouent? Hæc ille.

De Christ. famina l. 2

In Genes. c. 1.

SYMBOLVM.

Hominis contemplatiui symbolum.

HOMINIS contemplatiui, vt vocant, hoc est, alta, & diuina contemplantis symbolum, hanc auem quidam statuunt: quòd tales cùm in hoc sæculo degunt, mundanũ nihil sentiunt; quasi à sæculo absint, aguntq; suos dies extra æstus maritimos mundi, cum in mundo sint, eius prolem, idest, animi contemplationes æternæ vitæ pabulum proximum habent, dum nutriuntur scientijs, & sacramentis, ac in littore, aut saltem proximè littus æternæ gloriæ semper manentes.

HIEROGLYPHICA.

Tranquillitatis hieroglyphicum. Iustitiæ hieroglyphicum.

AB Alcedine hieroglyphicũ nullũ reliquerunt Ægyptij, vt testis est Pierius. Hic verò ea tantùm recenset, quæ apud Italos extitere. Primùm igitur, eodem teste per Alcedinis nidũ rerum quarũlibet tranquillitas indicatur: mare siquidem per dies quatuordecim, quibus auiculæ illæ nidificant in littoribus, incubãtq; mira pacari serenitate compertũ est Transit, inquit idẽ, & ad res ciuiles figuræ huiusmodi significatũ: nã hæ ad maris varietatẽ accõmodantur: est.n. iustitiæ monumentũ: ideoq; à Plauto dictũ *Accedones esse circa forũ.* Alcedonia potius. Ad suspensas enim fori procellas, fluctuationesq; & turbines hoc aptissimè refertur. Nã & Horatius mersari se ait, si quãdo res agere adhibuerit ciuilibus vndis.

dis. Ita dies Alcyoniæ dicuntur, quibus fora conticescunt, &c. Et paulò inferiùs tertium addit ab hac aue desumptum hieroglyphicum, inquiens: Alcedonem præterea pingebãt quotiescunque vellent hominem rarò prodeuntem, & minimò temporis momento cum hominibus versatum significare. Alcedonem siquidem videre est omnium rarissimè: ferè enim circa Vergiliarum occultationem, prumamq; ipsam apparet, & vbi primùm per portum non plus, quàm nauem circumuolauerit, statim abit, vt nusquam præterea conspiciatur. *Consuetudinis rara hominis hieroglyphicum.*

EMBLEMA.

DE Alcyone extat [a] Alcyati emblema, cui lemma EX PACE VBERTAS. *a Embl. 178.*

Grandibus exspicis tenues contexe corollas,
Quas circum alterno palmite vitis eat.
His compta Alcyones tranquilli in marmoris vnda
Nidificant, pullos inuolucresq; fouent.
Lætus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,
Æquorei si rex altus instar erit.

PROVERBIA.

QVOD dixit in Cassina Plautus, *Halcedonia sunt circa forum*, prouerbij speciem gerere inquit adagiorum author, significariq; hac voce tranquillitatem, & silentiũ. [a] Idem alibi. *Nisi illam mihi tam tranquillam facit, quàm mare est olim, cùm ibi Halcedo pullos educat suos.* Extat in Græcorum commentarijs huiusmodi prouerbium ἀλκυονίδας ἡμέρας ἄγεις, ideſt, Alcyonios dies agis de tranquillam, & otiosam agentibus vitam, Aristophanes in auibus. *Halcedonia sũt circa forum.* *a In Pæu.*

Ἀλκυονίδας τ' ἦγεν ἡμέρας χ' ἕν, ideſt. *Dies Alcyonios agere quid significet.*
Atque Alcyonios duxit assidue dies.

Ab aue quadam marina ductum adagium, quæ Græcis Halcyon dicitur, Latinis Halcedo, vt author est M. Varro, libro de lingua latina tertio, ne quis Plautinum verbum deprauatũ esse putet. Hęc ille. Alcyonios dies discedentibus à se mari, aut eodem elemento reuersuris coniugibus, & amoribus suis amicæ, & vxores precabantur apud antiquos, Græcorum, & Latinorum poëtas. Vespasianus Augustus, vt testatur Suetonius, vtebatur etiam versibus Græcis tempestiuè satis, vt de Cerulo liberto, qui diues admodum ad subterfugiendum ius fisci, ingenuum se, & Lachetem mutato nomine cœperat efferre: Ὦ λάκυς, λάκυς, σὺ μὲν ἀποθάνῃς ἄοθις ὡς ἐξάπαχυς ἱερὰσαι Κύρηλας.

FABVLOSA.

VT varia est opinio de harum volucrum origine; proinde diuersi etiam diuersas de illis fabulas narrant. Scholiastes Aristophanis, Varinus, Oppianus, & Homeri Scholiastes sic confabulantur. Ceyx Trachinorum Luciferi stellæ filius, cùm Alcyonen Æoli filiam (vel Neptuni, & Alcyones Pleiados, vel Canobes, & Mæoli, vt alij volunt) vxorem duxisset, præ nimia superbia inter Deos censeri, seque Iouem, illam verò Iunonem vocari voluit. Deinde cùm ad Clarium oraculum de statu regni consulendam, vxore prohibente, nauigaret, indignatus ei Iupiter nauim, & ipsum in Ægeo mari perdidit. Tum Alcyone vxor, viso mariti cadauere, in littus iecto miserabiliter illum defleuit. Iupiter verò eam (sic lugentem, alij præ impatientia doloris in mare se submersisse addunt) miseratus in auem eiusdem nominis mutauit, & Ceycem quoque in eiusdem generis auem masculum, quem Cerylum nominant, alij adhuc Ceycem. Sunt, qui scribant, eos à Ioue iratu, necdum miserto in aues mutatos, auctaque pœna, hyeme tantùm, & circa littus maris parere: demum verò cùm fluctibus marinis ona sua confringi, nec vllam sobolis spem esse Alcyon lugeret, Iouis (Thetidis, & Luciferi, vt vult Seruius) commiseratione quatuordecim dies tranquillos, quibus illa & nidi structuræ, & excludendis incubitu ouis operam daret, ei concessos esse, eosq; hanc ob causam Alcyoneos dici. Fusius hanc fabulam [a] narrat Ouidius, partim Nicandrum, partim verò Diodo- *De Alcyone fabula.* *Alcyon, & Ceyx in aues.* *a Metam. l. 11.*

rum,

rum, vt teſtatur Probus grammaticus, imitatus. Sed quia nimis longum eſſet, huc omnia poetæ de hac re verba transferre, ſatis ſuperq; erit, eorum, quæ ab ipſo diffusè narrantur, argumentum recitare: quod eſt huiuſmodi: Ceyx Luciferi filius prodigijs agitatus Miletum ad oraculum Apollinis, quoniam Delphos Phorbas cum Phlegyis infeſtabat, contendit: coniugiq; Halcyone Æoli filiæ tardanti profectionem ob mariti deſiderium affirmauit, intra alterum menſem ſe reuerſurum: quod vt non poſſet præſtare, naufragio vitam amiſit. Vxor autem cùm quotidie pro mariti ſalute dijs omnibus, Iunoniq; in primis vota ſolueret, opera illius per ſomnum monita eſt, maritum in mari perijſſe. Quare expergefacta ad littus, vnde ſoluerat maritus acceſſit, ac dum infortunia ſua quereretur, cadauer in mari longiùs aſpexit, quod cùm mariti eſſe cognouiſſet, ad illudq; per vndas exilire vellet, in auem Alcyonem conuerſa ad os mariti aduolauit, qui miſeratione deorum, pia vxoris oſcula ſentiens, in eiuſdem generis auem ipſe quoque fuit transfiguratus. Socrates in dialogo, cui nomen eſt Alcyoni, ſic hanc fabulam narrat. *Etenim*, inquit, *ferunt, hanc aliquando mulierem Aeoli Græci filiam, quem à puella virum acceperat ſtudij, atq; amoris gratia lugere mortuum Tracinium Ceyca Luciferi aſtri pulchri, atque honeſti patris pulchrum quoque, atque honeſtum filium. Mox verò diuino quodam numine pennis circumfuſam volucris inſtar maria circundare, atque illum perquirere. Cæterùm terram omnem peragrans inuenire haudquaquam potuit.* Per hanc autem fabulam, qua Ceyx ex ſumma felicitate in tantã calamitatem incidiſſe fingitur, admonemur, ne nimis præſentibus opibus, aut nobilitate, aut viribus, aut forma corporis gloriemur, cùm omnia nobis data mutuò ſint à Deo bonorum omnium authore, atq; vt intelligamus nullam felicitatem eſſe tantam, aut tam firmam, quàm Deus, ſi propter peccata voluerit, non citiſſimè poſſit labefactare, & funditùs euertere. Cæterum alias mulieres in huius nominis aues conuerſas alij narrant. Refert Probus grammaticus, Halcyonem Scironis filiam, Latronis Attici Polyphemonis filij, quum pater ei præciperet, vt quæreret maritum, arbitratam, permiſſum ſibi, vt concuberet cum quibus vellet, ab irato patre deiectam in mare mutatam in hanc volucrem. Iccirco autem dilectas Theridi poeta dixit has aues, quòd per ſeptem dies, quibus excludunt fœtus, in mari tranquillitas eſt, vt tuta ſit nauigatio. Hæc Probus. Fuiſſe Alcyonei gigantis filias Alcyones, Pauſanias prodit, & eſt ab Apoſtolio in Ionia repetitum, Phthoniam, Anthen, Methonen, Alcippam, Pallenen, Drimò, Aſterien, eaſq; à patris obitu ex Pallenæ (non Pellenæ, vt Suidas habet) promontorio Canaſtræo (vel Canaſtro. Apud Varinum non rectè ſcribitur Caiſtro, quod etiamnum ſic appellatur, in mare ſe præcipitaſſe, verùm ab Amphitrite in aues commutatas, ita vt mares Ceryli, fœminæ verò à patris nomine Alcyones dicantur. Cinyren, alij narrant, fuiſſe regem Cypri, qui etiam Paphum condiderit, vt eſt apud Apollodorum libro tertio. Hic vt refert Euſtathius exceptis primùm hoſpitio prætereuntibus Græcis, promiſit, ſe neceſſaria illis ad Troiam miſſurum. Cæterùm cùm nimis cunctaretur, execrationibus ab Agamemnone deuotus eſt, tandemq; cum Apolline vt muſicæ peritus decertans perijt: ideoq; Cinyrus dictus παρωνυμος κινυρα inſtrumento muſico: Quinquaginta autem eius filiæ in mare deſiliere, & in Alcyonas mutatæ. Alij referunt, eum, cùm Menelao Paphi iuraſſet, quinquaginta naues ſe miſſurum, vnicam tantùm miſiſſe, reliquas è terra fictas, hominibus terrenis intus collocatis, & ſic iuſiurandum eluſiſſe. Antonius Liberalis fabulatur, Acdonius matrem in Halcyonem fuiſſe verſam. Sed cùm quæ de hac metamorphoſi narrat, alibi recitauerim, hìc non repeto. Speciosa verò & a Lucianus figmenta narrat de nido Alcyonis ingẽtis magnitudinis. *Circa mediam verò noctem*, inquit, *cùm tranquillum eſſet mare, non aduertentes in Alcyonis nidum miræ magnitudinis incidimus. Erat enim eius circuitus ſtadiorum ſexaginta. Inſidebat autem illi Alcyon, fouebatq; ouo, nido haud multo maior; quæ cùm auolaret, parum abfuit, quin alarum vento nauem ſubmergeret. Fuga enim ſe proripuit, adita triſta quadam, & lamentabili voce. Nos igitur iam die apparente, videmus nidum ingenti naui ſimilem ex arboribus congeſtum. Inerant autem & ouа, quorum vnumquodq; Chio dolio erat capacius. Atqui & pulli iam intus conſpiciebantur, & crocitabant: cùm igitur vnũ ex ouis ſecuribus præciditſemus, pullum implumẽ viginti vulturibus ampliorem eduximus.* Hæc ille. Atque hactenus quidem recitata de Alcyone aue, & de mulieribus, quæ in eam transfiguratæ ſunt, quæcunque illæ fuerint, à poetis finguntur. De Alcyone verò Marpiſſæ filia, quæ prius Cleopatra dicebatur, Pontanus, & alij ex veterum monumentis hæc memoriæ prodiderunt. Euenus Martis filius, Aetoliæ rex, cùm Marpiſſa eius filia propter formæ raritatem à multis peteretur, hanc procis conditionẽ propoſuit, vt curuli certamine inito præmium illa victori cederet, victus verò capite plecteretur, quod domus ſuæ faſtigio affixum penderet. Itaque pluribus interfectis Idas Neptuni filius, frater Lyncei, licet à multis Apharei filius haberetur, equis velociſſimis à Neptuno patre acceptis puellam rapuit, conſpicatus

Alcyonis fabula Ouidianæ argumentum.

Cinyres rex Cypri.

Virg. narrat. lib. 2.

Alcyone Marpiſſæ filia.

spicatus eum Dianæ festo die cum alijs virginibus choreis indulgere (& in Pleuronem adduxit, vt refert Plutarchus.) Quo cognito Euenus dolore, atq; ira percitus equos ascendit: Idam insequitur, quem vbi assequi posse desperat, equis confossis in Lycorman se se fluuiũ, qui pòst Euenus ab ipso appellatus est, deturbauit: cuius rei etiam Plutarchus meminit in libro de fluuijs. Idam autem voti compotem non passus est Apollo (vt refert Lycophron) & ipse Marpissę forma captus, quam etiam rapere cogitasset, securum abire: sed obuiam factus in itinere illum aggressus est. Sed nec Idas certamen detractauit, sagittis eum impetere conatus: erat enim sagittandi peritissimus. Et tùm diù pugnatum esset, (inquit Pontanus ex Scholiaste Homeri, cùm priùs tamẽ alios authores Marpissam ab Apolline raptã, abductãque & cõpressam fuisse scripsisset) Iuppiter id ægrè ferens, Mercuriũ misit, qui prælium dirimeret, potestate facta Marpissæ, vt eius optio esset, vtrũ sequi ipsa vellet, quæ rem hãc animo voluens, repuansq; sese mortalem esse, Apollinem verò Deum, ac timens, ne vbi vetula facta esset, repudiaretur ab eo, decreuit potiùs Idam sequi mortalis mortalem. Et quoniã in luctu fuerat, Ida marito suo carissimo, formosissimoq; priuata, cùm à Phœbo rapta esset, filię postea supra legitimum nomen Cleopatræ cognomen Alcyones adiecit, luctus sui memoriam in filiæ cognomine repones, ab Alcyone aue, quæ & ipsa maximo luctu propter Ceycis mariti calamitatẽ affecta fuit. Nupsit autem Alcyone posteà Meleago, &c. Quod autem Apollo olim Marpissæ amore captus perhibetur, admirãdæ eius pulchritudinis significatio est, quasi forma heroidi isti solaris, hoc est, sole digna, & maximè spectabilis fuerit. Apud Varinum μαρπήσσα in medio per π scribitur, vt apud Plutarchum quoque, sed perperam: debet enim per iota scribi, cùm heroinam significat: μαρπήσσα verò per π mons est Pari insulæ, à quo lapides excinduntur. Vnde Marpesiæ cauti Virgilius Dido comparat.

APOLOGVS.

EXTAT apud Æsopum huiusmodi de Alcedine apologus. *Alcedo auis est solitaria*, semper in mari vitam degens. Hanc dicitur hominum venationes cauẽtem in scopulis *maritimis* nidificare. Cæterùm *aliquando* paritura pullos fecit. Egressa autem ea ad pabulum, euenit, mare à vehementi concitatũ vento eleuari supra nidum. Atq; hoc submerso pullos perdere. Hæc verò reuersa, re cognita, ait, me miseram, quæ terram vt insidiatricem cauens ad hoc confugi, quod mihi longè est insidius. Fabula significat, homines etiam quosdam ab *inimicis* cauendo, *ignaros in multò grauiores inimicis amicos* incidere.

VSVS IN MEDICINA.

ALCYONEM totam assam, & comestam dæmoniacos sanare scribit fabulosus Kiranides, oculosq; eius linteo inclusos siquis capiti nimium dormientis apponat, ab eo somnum depellere. Io. Baptista Porta, qui alias seria tractat, similiter asserit, Alcyonem animal vigilans esse, & vigiliam inducere, si comedatur.

Contra dæmoniacos.
Ad soporosos affectus

VSVS ALII.

HABET præter dictas Alcyon etiam alias facultates, sed quibus ego fidem non adhibeo. Narrant quidã mari irascenti oua Alcyonum obiecta statim trãquillitatem inducere, idemq; præstare eius nidum, cuius meminit a Iacobus Sannazarius:

Contere & Alcyonis nidum mihi. Pellere ventos
Dicitur, & sæuas pelagi mulcere procellas;
Forsitan hic nostri mulcebit pectoris æstus.

Non minus fabulosum est, quod fabulosus tradit Kiranides. Alcyonis capit, inquit, vel Pennam, vel ventrem si piscator gestarit, non frustrabitur piscatione. Auis ipsa in domo posita seditiones, & litem auertit. Si quis gestarit eius oculos nauigans in mari, nõ timebit tempestatem aut hyemem, aut qualemcumq; necessitatem. Gubernator quoque si gestarit eos, securè, & absq; hyemis afflictione gubernauit nauem. Cor Alcyonis gestantem gratiosum, amabilem, pacificum omnibus, & formosum reddit. Ita vt vel in medio hostium tutus sit, & neque tempestate, neq; fulmine lædatur. Debet autem consui in pelle eiusdem auis, & in thalamum aureum imponi. Hæc omnia Kiranides.

a In Pharmacent.

Ad felicem piscationẽ.
Ad seditiones sedandas.
Ad tempestatem.
Ad pulchritudinẽ conciliandam.

DE ISPIDA. Cap. LXI.

ORDINIS RATIO.

ISPIDAM recentiores plurimi, vt diximus, veterum Alcyonem eſſe putant, vel ſimpliciter, vel fluuiatilem: quam opinionem licet improbauerimus, congenerem ei tamen eſſe concedimus, quòd ſit valdè ſimilis, multaque veteres de Alcyone prodidere, quæ in Iſpida etiam obſeruantur. Quamobrem conuenienter hic de ea ſermo fiet.

ÆQVIVOCA.

Auis paradiſi.

QVONIAM aliquot nomina cum alijs auibus communia habet Iſpida, hæc tanquam æquiuoca ſub æquiuocorum rubrica referam. Iſpidam aliqui auem paradiſi vocant, ob pulchritudinem ſcilicet, ob quam idem quoq; nomen Manucodiata meruit. Itali quidam Iſpidam, & Haliætum, quæ Aquila marina eſt, Piombino,

Piombino.

ideſt, Plumbinam nominant, à piſcandi modo nempe, nam vterque piſces rapturus inſtar plumbi ſeſe in mare præcipitat. Eiſdem alicubi Martini piſcatoris nomine & Iſpida, & Lari quoddam genus veniunt, vt alibi dictum fuit. Galli, vt teſtatur Bellonius, Iſpidam quoque Martinet appellat, addito cognomẽto le peſcheur, vt diſtinguatur ab Hirundine quadam, quæ etiam Martinet Gallis appellatur, & ſimiliter vt Iſpida in fluminum, & maris ripis nidulatur. Ijdem Galli Apodem quoq; Martinet grand vocant, etſi Alcyonem ad Iſpida diuerſam faciat, vtramq; tamen Germanicè Eiſzuogel vocari ſcribit.

Martinus piſcator.

a De Anib. lib. 4. c. 25.

SYNONYMA.

ALCYONIS nomine recentiores plurimi, vt iam ſæpius dixi, Iſpidam intelligunt. Bellonius non ſimpliciter Alcyonem, ſed maiorem, & aphonon appellat. Nonnulli Alcyonem fluuiatilem. Iſpida auis nomen, inquit author de natura rerum,

Iſpidæ etymum.

apud recentiores à ſono vocis factum eſt. Italicè Piombino, ideſt, Plumbina vocatur, quia vt quidam volunt, deſuper deuolans in aquam tanquam plumbum, deorſum iactum, deor-

Piombino cur dicta.

ſumq; tendens linea perpendiculari mergitur, piſciculos captatura. Italis alijs auis paradiſi dicitur, alijs nimirum circa lacum Larium, & Genuæ Martinus piſcator, alijs, vt prope Mediolanum piſcator ſimpliciter, alijs Peſcator del Rè, ideſt, piſcator regis, quòd ſcilicet piſces captet ad victum; Vitriolo circa lacum Verbanum à colore calchanti, quod Italis

Vitriolo.

vitriolo dicitur: In Hetruria auis S. Mariæ: Hiſpanis in Luſitania Aruela: Gallis Peſcheur, ideſt, Piſcator, alijs Martinet Peſcheur, alijs Tartarim per onomatopœiam, alijs Artre, quòd artras Gallicè dictas, ideſt, tineas abigat à pannis, vnde etiam apud coſdem populos Drappier appellatur: Circa Lutetiam, vt Ornithologus ſe audiuiſſe refert Mounier, neſcio quàm rectè, nõnullis impropriè Piuerd, ideſt, Picus viridis à colore, Aruernis Merle d'eau; Germanis Yſuogel, vel Eiſuogel, ideſt, glacici auis, vt Albertus Magnus quoque interpretatur. Nam hyeme etiam in illis regionibus manet, & circa aquarum ripas glacie concretas degit: Pomeranis Yſengart Anglis the Kynges Fiſher, ideſt, regis piſcator.

GENERA.

PRÆTER vulgarem Iſpidam duas alias ex Indis ſub hoc nomine miſſas deſcribam, & depingam. Sed an verè ex Iſpidiarum genere ſint, non ſat ſcio.

FORMA.

FORMA. DESCRIPTIO.

ISPIDAM Albertus sic describit: *Ispida avis parua est, sed pulchra, & pennarum venustate clarissima: colore medio inter viridem, cæruleum, qui ad solis radios fulgorem reddat. Color pectoris instar carbonum ardentium est. Binos tantùm habet in pedibus digitos, vngues aduncos, rostrum parvum, & rectum.* Georgius Agricola, qui Ispidam Alcyonem fluuiatilem, seu ripariam vocat, eam nobis sic describit: Auis est non multò maior Passere. Cùm autem marinæ Halcyonis corpus totũ cæruleo, viridi, subpurpureo, sed mistis insigne sit, adeo vt neq; collum, nec alę aliquo ex eis careant, & rostrum habeat subuiride, longum, tenue, fluuiatilis, seu ripariæ pectus purpureum est, collum, & dorsum in viridi cæruleum, alæ fuscæ, rostrum vt etiam pedes cinereum. Hæc ille. Exactiùs Ornithologus; Ispidæ, inquit, ex inspectione nostra rostrum est nigrum, rectum, in summo acutum, tres digitos longum. Venter totus, & minores sub alis plumæ colore ferrugineo, vel ruffo tali, qualis ferè interiorum castaneæ tunicarum est. Pedes breues, rubicundi, in quibus duo longiores digiti ad mediam vsq; partem connexi, postea finduntur. Sunt autem articulati ab imo digiti multis minutis transuersis lineis. Plumæ genua tegunt, inferior pars nuda est. Per medium dorsum à principio eius vsq; ad finem caudæ plumæ sunt cærulei coloris diluti, & ad album inclinãtis, nimirum in modũ splendidæ, vt oculos etiã visu immorantes splendore suo offendant. Pronũ caput cum ceruice videtur viridis coloris, transuersis lineis ex albo cæruleis distinctum. Virent etiam alæ, sed interior pars plumarum in eisdem ad purpureũ ferè tendit violaceo dilutũ colorem, vt cærulearum quoq; per mediũ dorsum. Aspergũtur & alæ lucidis aliquot punctis. Longiores earũ pennæ exteriorem partẽ viridantem habẽt, interior nigricat. Lingua perbreuis est, latiuscula, ac subrubẽs cũ faucibus palatoq; Oesophagus valde lõgus. Vẽtriculus in infimo corpore iuxta anũ. Adeps rufla. Sic Ornithologus. Quanquã verò adeo exacta sit hæc descriptio, vt nihil addi posse videatur: quia tamen olim Ispidã in foro coemptã descripsi, descriptionem nostrã hic ascribere nõ pigebit. Magnitudine ferè est Alaudę, ab extremo rostro ad vltimã caudã spithamã propemodũ lõga. Rostrũ triũ digitorũ lõgitudine, foris nigrũ, paulatim in cuspidẽ attenuatũ, valde durum: qua incipit dimidij ferè digiti crassitudine, intus vtrinq; canaliculatum, & subrubẽs: in quo hoc est obseruatu dignũ, quod inferioris mãdibulę cuspis superiori nõnihil est lõgior, eiq; præeminet. Lingua pro rostri portione breuis, sed latiuscula. Ex hac rostri descriptione, vt id obiter dicã, satis patere arbitror, quãtũ Ispida nostra antiquorũ Alcyone discrepet, cui ipsi rostrũ tũ tenue, tũ subuiride tribuũt. Collũ breue est, & crassum. Capitis vertex nigro colore decoratur, quem lineæ cyaneæ transuersim plurimæ secant. Ab oculorũ radice, & angulo minore macula excurrit ferruginea ad collũ vsq; in albidas aliquot plumulas desinẽs, quæ tamen in extrema superficie etiã colorẽ ferrugineũ præseferũt. Ab extremo collo ad caudæ principiũ vsq; per spinã dorsi linea excurrit visu iucũdissima, ex cyaneo colore ad viridẽ nõnihil tẽdens, quæ in vropygio magis dilatatur. Reliquus dorsi color ex obscuro cæruleo, cui viridis aliquid sit admixtũ, cõponitur: radices. n. omniũ harũ plumularũ nigricant. Pennæ exiguæ, quæ remiges vestiunt, ordinibus singulis quaternis pulchellis maculis coloris cyanei saturati transuersim distinguũtur. Remiges pẽnæ inter cæruleum, & viridem colorẽ ambigunt. Ipsarum verò alarum interna pars, pectus, vẽter, & cauda prona ferrugineo diluto sunt insignita. Crura cibreuia, sanguinei ferè coloris saturati. In pedibus insolens obseruatur cõstitutio: nã duo anteriores digiti ita cõnectũtur, coniunguntur q; vt vnus tantùm videatur ad secundũ vsq; articulũ, qui deinceps in duos semidigitos findatur. Tã verò hi, quàm reliqui digiti vnguiculis armãtur nigris, exiguis, adũcis. Tertius ex anterioribus, qui separatus existit, paruus adeo est, vt vix extrema vnguis cuspide articulum secundum aliorũ duorum attingat, vbi nimirũ ab inuicẽ separari incipiũt. Posticus digitus, anticis illis ductibus cocuntibus minor est, sed tertio maior, latus, carnosus. que. Omnes verò multis transuersis minutis lineis articulati videntur, cùm tamen planta ipsa lævis omnino sit, nec vt in alijs auibus tuberculis ina qualis. Ex his liquidò constat, Albertum Ispidæ rostrum breue, & binos tantùm digitos perperam tribuisse, cùm vtrumque falsum sit. Nec minus Georgij Agricolæ error manifestius euadit, qui rostrum, & pedes cinerea, pectusque purpureum illi ascribit. Descriptæ à nobis modò volucris est icon, quam priori loco exhibemus: posterior verò auiculam repræsentat, cuius ex Indis allatæ mihi copiam fecit Hippolytus Augustinus nobilis Senensis Balius, vt vocant; quam quia Ispidæ

Descriptio.

Descriptio ex Georgio Agricola.

Descriptio ex Ornithologo.

Authoris descriptio.

Magnitudo.

Longitudo.

Rostrum.

Lingua.

Collum.

Caput.

Ala.

Crura.

Iſpida.



Iſpida Indica cum equiſeto.



dica de-ſcriptio. noſtræ aliquantulum ſimilis colorum varietate, & pedum conſtitutione, Iſpidam Indicam vocabat; licet noſtrate multò minor exiſtat, vt quæ vix Regulum magnitudine ſuperet: Roſtrum ei oblongum, ſed tenue, colore nigro. Caput valde paruum, quod cum toto collo ex cæruleo ad nigrum tendit. Reliquum corpus vniuerſum ad caudam vſque coloribus cæruleo, viridi, & nigro ad inuicem miſtis eſt conſpicuum, ſed tamen punctis quibuſdam viridis coloris dilutis reſpergitur, præterquã in alis, in quibus ferè ſolus viridis color eluceſcit.

Magnitudo.

Roſtrum.

Color.

scit. Cauda pro corporis portione longiuscula est, tota ferè nigra, nisi quod quarundam pennarum extremæ ore in ea virescunt. Pedum eadem conformatio, quæ in Ispida nostrate, sed coloris nigri. Ispidam Indicam aliam vidi apud Leonem Folianum Venetum exiccatam, quæ Ispidæ nostræ vulgari dorso similis erat, sed longam habeat caudam, caput colore castaneæ, rostrum rubrum, duplo ferè maius, quàm nostræ, quinque digitos longum, pollicis crassitudine ea, qua capiti coniungitur parte, & valde acutum. *Cauda.* *Ispidæ alterius indicæ descriptio Rostrum.*

LOCVS. VICTVS. NIDVS.

ISPIDA maximè solitaria auis est. Reperitur in agro Bononiensi media hyeme circa ripas glacie concretas. Ornithologus in Germania eodem tempore, eisdem in locis capi ait, sibique allatam, quæ Ianuarij initio capta fuisset. Piscibus viuit: vnde in varijs linguis alij Piscatorem simpliciter, alij Pascatorem regis, alij Martinum Piscatorem vocitant. Circa aquas volare, & pisciculis insidiari, vermibusq; tradunt Albertus, & Georgius Agricola. Scribit verò author de natura rerum, terram circa aquas rostro fodere, ibique nidum congerere, ac fœtus facere. Audio, inquit Ornithologus, in arena, vel in scopulo aliquo iuxta aquã nidificare nidum forma rotundum construere, eminente in angulum foramine exiguo, mollem ex floribus arundinũ: pullos interdum nouem in nido vno reperiri. *Quibus vescatur.* *Vbi nidificet.* *Pullorum numerus.*

VSVS.

ISPIDAM in cibo improbari scribit [a] Hieronymus Tragus. Et Bellonius, quasuis aues fluuiatiles, inquit, sine discrimine comedere solemus, Ispidam tamen reijcimus, quanuis piscibus bonis vescatur, adeo vt ne rustici quidem, cùm alioqui magna copia in fluuiorum ripis fœtus harum auium è nidis detrahãt, comedunt. Sed eas aut pueris donant, quibuscũ lusitent, aut mortuas exiccant, vnaque cum pennis ob coloris pulchritudinẽ asseruat. Qui pannos laneos vendunt; earum pellem cũ pennis asseruant, quasi aliqua peculiari vi aduersus tineas polleat: vnde & Artra à Gallis quibusdam dicitur. Vt autẽ tineas arceat, satis esse aiunt, in eodem loco haberi, & hoc per aliquot annos sese expertos referunt. Sunt qui negent, vt inquit Albertus, fulgure tangi domum, in qua fuerit nidus ipsius. Sunt item, qui nugentur, ac ij præsertim, qui auguria sectantur, hanc auem conseruatam in thesauris, augere illos, & paupertatem amoliri. Mirum est, quod tradit Hieronymus Tragus, Ispidam cum pullis suis suauiter olere moschi odorati ferè instar. Sunt qui carnem eius mortuæ non putrescere scribunt. Vulgò creditur, inquit Albertus, pellem eius detractam (multi vnà cum carne seruant, intestinis tantùm ademptis) & alicubi suspensam, pennas quotannis tanquã in viuo corpore mutare: quod ego, inquit idem, falsum esse expertus sum in pluribus huius generis auibus per plures annos reseruatis. Hæc ille. Ego similiter, qui iam multos annos hanc auem in Musæo suspensam seruo, id nunquam obseruare potui.

[a] De Auib. li. 4. c. 25. *Ad tineas.* *Ad fulmina.*

DE ROVSSEROLE, SEV ROCCHEROLE Gallis dicta: quam Bellonius Alcyonem vocalem vocat. Cap. LXII.

BELLONIVS, vt alibi dictum est, duo Alcyonum genera facit, alterum mutũ & maius, quod Ispida est, alterum minus, & vocale, quod Gallis Rousserole, seu Roucherole vocatur: de quo cùm nihil apud alios authores scriptum reperirem, huc ea tantùm, quæ memoriæ prodidit Bellonius, transcribã. Cùm itaque constet, inquit, duas esse Alcyonis species, maioremq; à nobis modo descriptam vbique locorum frequentem, & obuiam esse, de secunda dicendum relinquitur, quæ omnium aquaticarum maximè canora est. Loca palustria, fluuiosque carectis abundantes frequentat. Aristoteles eius capite tertio libri historiæ animalium octauo *Locus.*

Alcedo vocalis Bellonij.



Locus. uo expreſsè meminit, Alcyonem vocalem appellans, vt à mox deſcripta diſtinguat, quæ ſi huic conferatur, muta dici queat, cùm alioqui muta omnino non ſit: nam aliunde euolans velut clamorem quendam edit, vt coniugem diſceſſus non lateat. Ex cantilenis eius ſummam percipere voluptatem ſi quis cupiat, is in fluminis ripa caricibus cõſita confidat, ſuauiſſimum ibi, harmonicumq; innumerarum ferè harum auium, quas Gallicè Rouſſeroles appellamus, melos auditurus: quod niſi omnino ſenſus expers fuerit, modò mœrorem, modò lætitiã, pro cantus varietate, in animum eius inducet. Etenim non aliter, quàm Luſciniæ in canendo ſunt indefeſſæ, ideoq; à quibuſdam in Gallia Roſſignole de riuiere, ideſt, Luſciniæ fluuiatiles appellantur. Et rudis profectò, & obtuſi cerebri homo dicendus erit, qui vocem adeo canoram exitam exiguæ auiculæ gutturillo prodeuntem audiens, eam non ſuſpiciat, non admiretur. Vno enim, & eodem ſpiritu cantum ducit in longum, ſæpenumero adeo altum, vt à nullo eburneo plectro vincatur: quandoq; verò adeo grauem, vt à nullo confracto poculo grauior edi queat. Nemo item, etſi diligentiſſimus vocũ obſeruator, exactè illam imitari nouerit. Inter reliquas verò voces has in primis proferre videtur Toro, Tret, Fuis, Huy, Tret: eoq; cantu ſæpius repetito totam noctem tranſigit ſine intermiſſione. Arboribus prope aquas inſidet: ab aqua etenim nunquã diſcedit. Ruſtici, qui cantantes ſæpius audiunt, ad vocis illarum imitationem cantiunculas excogitarunt quaſdam, eaſq; obſcœnas, vt ingenuorum aures offendant, tantùm abeſt, vt ſcriptis mandari debeant. Tentabã tamen mutatis quibuſdam elementis ad obſcœnitatẽ euitandam (ſingula enim verba ab f, vel a c incipiunt) eas huc transferre: ſed cùm ſic omnem venuſtatem, & leporem amittere animadueterem, ab incœptis deſtiti. Ariſtophanes Græcus author, & Ariſtotele antiquior, huiuſce auis cantum inter omnes alios obſeruauit diligentiſſimè, & ſic in Auibus ſuis optimè omnium his vocibus expreſſit.

Rossignol de riuiere.

Vox.

Locus.

Huc, huc, huc, huc
Toro, toro, toro, toro, torotinx
Ciccabau, Ciccabau
Toro, toro, toro, tolili linx.

Vt itaque

Vt itaque vno verbo dicam, cantus varietate, suauitateque, & peruicacia omnes alias aues longè vincit: vincit, inquam, & eas etiam, quarum cantus ab omnibus celebratur, Luscinias, Curucas, & Linarias, nam & harum vox minus, quam illius aures oblectat. Adeo autem indefessa est, vt in dumetis diçs noctesque integras canendo summo conatu, & pertinacia absumat, audientesque tanti eius laboris miseratione tangantur. Testantur id, qui in arcibus, & vrbibus in paludibus ficis pro custodia vigilant, vbi nempe arundinum copia est, ij enim ex indefesso eius cantu noctù, & interdiù summam capiunt oblectationem. Summis arundinibus insidens pedes Pici viridis habere videtur, cùm tamen Sturnorum, & Merularum similes sint. Illud verò in primis in hac auicula mirum videri possit, quòd tanto conatu canit, vt vacillet, trematque toto corpore, & etiam cauda colore est, quo Gallicè Stercot dicta: magnitudine Proyeri: quam interpretamur Miliariam, rostro serrato, Picæ Græcæ (Collurionis, seu Lanij) quodammodo simile. Plumæ capitis longiores cristæ quandam speciem præseferunt. Crura eius & pedes mediocri longitudine, colore cinereo. Volatu non admodum valet. Alas instar Alaudæ cristatæ concutit. Plinius tres huius auis species facere videtur, dum scribit. Alterum genus earum magnitudine distinguitur, & cantu. *a* Minores in arundinetis canunt: sed reuera in duas tantùm distinxit species; id enim ex Aristotele transtulit: qui duo tantùm eius constituit genera, alterum vocale, & valde canorum, multoq; minorem, de quo hic est sermo, alterum mutum, de quo superiori capite dictum est. Credidi aliquando Alcyonem hanc vocalem migrare hinc, ac hyberno tempore ob frigora à nobis discedere: secus verò rem sese habere posteà cognoui. In Cænomanorum, & Turonensium agro Rousserole Gallicè appellatur à colore rubro, alijs Roucherole à rouche, idest, carectis, in quibus interdiù degit. Aliter, quàm Alcyon maior nidum constituit: illa enim in foramine aliquo vel ripæ vel littoris nidulatur, hæc verò inter arundines, & carecta nidum ex arundinaceis festucis ædificat. Sena vt plurimùm oua parit, & quinque, sexuè exludit pullos. Nidum si quis inuersum aspiciat, adarcen primo intuitu referre videtur, quam seplasiarij pilam marinam vocitant. Vt verò quod de eo sentiam liberè dicam, existimo quicquid de nido, & diebus Alcyonijs memoriæ prodiderunt veteres tantùm minori Alcyoni competere. Ispida enim cùm humi niduletur, hæc verò in propatulo in paludibus, liquidò constat, de quanam intelligendum. Quare veteres cùm viderent, nidum huius auis pelago adeo proximum, mirabantur, fluctibus non obrui. Hæc Bellonius. Cæterùm eiuscemodi eius auis mihi veterum Alcyon non videtur, neque etiam verè scribit, Aristotelem duo Alcyonum genera facere: de qua re diffusè suprà actum est, noduſque hic, ni fallor, satis, superque fuit dissolutus.

Descriptio. Color. Magnitudo. Rostrum. Velatus. a lib. 10. c. 32.

Etymum.

Nidus.

Ouorum pullorũq; numerus.

DE CAPELLA, SEV VANNELLO. Cap. LXIII.

ORDINIS RATIO.

SIG. Gelenius, vt alibi annotaui, Alcyonem in mari eiusdem generis esse putat cum ea, quæ circa aquas dulces degens vulgò nobis Pauonzino, idest paruus Pauo appellatur, Aristoteli Aex, vt optimè conijcit Bellonius, Gaza Capellam vertit, Barbari Vanellum vocant. De hac igitur post aues Alcyones putatas non incongruè aliquid dicemus, tum dicta de causa, tum etiam maximè, quia pulchra illa colorum varietas, quàm Aristoteles Alcyon i tribuit, in illa reperiatur.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

TVRBANT sæpe nomina diuersis eadem rebus indita animos lectorum, sicut in hac quoq; aue vsu venit: nam aliquot habet synonyma, quæ alijs etiã auibus, rebusq; attribuuntur. In primis in cõpluribus Galliæ locis, teste Bellonio, vocatur Dixhuict per onomatopœiã. Dixhuict autẽ illis sonat octodecim. Litteratotes pleriq; omnes Britannici, inquit quidã Anglus Vpupam eam nominãt auẽ, quam Barbari ab alarũ strepitu Vannellum nuncupant, & ipsi sua lingua Lapuingã vocant. Sunt etiam, inquit idem, in inferiore Ger-

Dixhuict.

re Germania literatores aliqui,qui Fulicam Kyuittan ſuam(Kyuitta illis Vannellus eſt)eſſe volunt. Ex eo forſan opinionem ſuam adſtruentes,quòd apud Plinium Fulicæ cirrum tribui legerint. Sed cùm Kyuitta nec auis marina ſit (Virgilius enim Fulicam marinam fecit) nec aquatica, ſatis liquet, eam non eſſe Fulicam. Sunt quidem Vanelli Larorum, & magnitudine, & leuitate, & ſimiliter clamoſi: vnde per onomatopœiam vtriſque inditum nomen. Nam à Germanis Oceani accolis Lari etiam Gyfitz appellantur,qui tamen alijs multis differunt. E Larorum autem genere etiam Fulica veterum eſt. Kyuittæ etiam nomine,teſte Ornithologo, aliqui Germanicè & Vannellũ , & Pluuialem auem à vulgo Binmelgeiſz appellari, ideſt, cæleſtem capram, eadem fortaſſe ratione, qua auis hæc noſtra Capella dicitur.

Capella auena. Hieronymus Tragus neſcio quas aues (videntur autem de Gallinaginum genere) Germanicè Bruchſepflin, vel Bubergeiſslin vocitari ſcribit, quaſi Capellas auenæ dicas, quòd hæ Gallinulæ ſyluestres , fortè in agris auena conſitis reperiantur , & vocem caprinæ ſimilem ædant. Bellonius *a* Vannellum hunc Ægа Ariſtotelis eſſe conijcit,& etiamnũ apud Græcos ita nominari aſſerit, licet alijs eodem teſte Ταὼς ἀγρίος, ideſt, Pauo agreſtis quoque dicatur,eò quòd criſtam in capite erigat,inſtar Pauonis, vel Alaudæ criſtatæ. Cur verò Æx nominetur, cauſam eſſe putat Bellonius, quia clamans æx, æx præferre videatur. Ornithologus verò huius nominis etymum ſic inueſtigat. Vnde verò, inquit, capræ nomen ei contigerit, cum auis nobis incognita ſit (poſteà tamen nouit,nam & eam deſcripſit,& eius hiſtoriam ſcriptis mandauit) non facilè eſt diuinare. Nam vel voce, vel aliqua corporis parte, vt capite, quemadmodum & Capriceps auis, vel oculorum colore (quem Caprinum, αἰγωμον vocant) ad capram quadrupedem fortè acceſſerit. Sic & Glaucium Anaticula ab oculorum colore nominatur. Hæc Ornithologus. Ego potius cum Bellonio à voce ſic dici putem. Idem Bellonius hanc auem veteribus Latinis Parcum fuiſſe dictam exiſtimat. Inter criſtatas aues, inquit, præter Capellam *b* (Vanneau) Gruem Balearicam (Le Bihoreau) Vpupan (La Huppe) Pauonem (Le Paon) Galeritam (L'Alouette) & aliquando Hæmatopodem (L'Aigrette) & Ardea (L'Heron) nullam noui : quapropter Capellam eſſe veterum Latinorum Parcum exiſtimo. Multæ quidem ſunt aues,quæ criſtatæ videntur: reuera tamen non ſunt. Hanc Belloni j coniecturam reijcit Ornithologus , & meritò. Recitans enim illa verba *c* Plinij. *In capite paucis animalium , nec niſi volucribus aptees : alijs alit , Phaſianæ cornicalis, Præterea Parra* (aliàs Parro) Hermolaus,inquit,pro Parro habet Parco,quod quidem nomen nondum hactenus ſe legiſſe fatetur, vt mirer , Bellonium ſcribere nomen Parci apud Romanos veteres extitiſſe. Sed vt Parcum legas,non tamẽ Vannellum auem eo nomine accipi licebit,cùm cornicula illi non conueniant. Non enim inſtar Phaſianæ cornicula habet Vanellus noſter , ſed apicem ſimpliciter , vel ex plumis criſtam ſimplicem à medio vertice retrò extenſam. Cornicula verò vtrinque eminent,vt in Bubone,& alijs quibuſdam nocturnis auibus. Quanuis Parræ potius legerim vt codices noſtri habent (vel Patæ per ſimplex r) quæ & nocturna auis eſt , & alijs quoque authoribus memorata. Impoſuit fortè Bellonio, quod in corollario Hermolaus ſcribit his verbis. Differt ab Alauda & Parcus, etiamſi quidam negant (confuderunt fortè aliqui, eò quòd vtrique apex tribuatur. Sed Plinius ipſe ſi- ue Parrum,ſiue Parcum legas, loco iam citato à Galerita liquidò ſecernis: eſt autem Parcus auicula Columbo minor,ſubtus candida,cæterò Pauoni ſimilis,& criſta quoque Vanellum quidem his verbis ab eo ſignificari non eſt dubium. Hæc Ornithologus. Ineptè ſanè author ce natura rerum , & Albertus hanc auem veterum Stymphalidem eſſe putant , hoc vno , vt videtur, argumento decepti , quòd cirrata ſit : tribuit autem cirros etiam Stymphalidi Plinius ; Nominari verò Vanellum , apparet, imitatione nominis Gallici vn Vanneau, quanquam per n ſimplex: licet Vannellum etiam per n duplex ſcribi tradat, qui hoc nominis illius etymum refert:Fortè,inquit,quòd alis inſtar vanni,aut ventilabri,commotis ſtrepitum excitet. In Italia circa Patauium Pauonzino dicitur, quaſi Paruus Pauo , Venetijs Paon, ideſt,Pauo,alibi & Bononiæ Paonzello,quaſi paruus Pauo. Quæ nomina quidem, vt annotat quoque Bellonius optimè conueniunt: Pauoni etenim non parum ſimilis eſt : nam & hic apice decoratur, colorq; pro diuerſo ad lucẽ poſitu variat. Bononiæ etiam dicitur Filicetta, cuius rationem me ignorare fateor. In Callia quoque,teſte Bellonio, diuerſa ſynonyma obtinuit. Aliqui Vanneau dicunt,alij Dixhuict, per onomatopœiam : nam canens Dixhuict proferre videtur, alij Papechieu, Luſitani Bybe, Heluetij ein Gyfytz ab imitatione vocis, alibi Gyuuitz, vel Gybyaz, Murmellius ſcribit ein Kyuuitz ; alibi ein Zvveiel , ein Gruner, oder Blavvgruner, Gyfitz ad differentiam Pluuialis. Hieronymus Tragus inter aues, quæ in Germania edantur,nominat Bigitzen, haud ſcio,an Vanellos intelligens inquit Ornithologus. Angli à Lapuuing ab implicatione alarum frequenti : nam vuieg illis eſt ala . Lap implicare,

a In ſing. c. 10.

Aex.

Pauo Agreſtis.

Aex cur ſic dicta.

Parcus auis.

b De auib. l. 4. cap. 17.

c Li. 11. ca. 37.

Vanelli etymum.

Filicetta.

Lapuuing, & eius etymum.

plicare, vocãt etiam à Grene Pluuer, ideſt pluuialis viridis. Hollandi, vbi copia eſt, een Kiuidit: Illyrium Czieyka, Turcæ Gulguruk.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

10 SIG. Gelenius, vt iam dixi Kiuittam, ſiue Capellam noſtram Alcyoni congenerem facit: rectius fortè Ornithologus Pluuialis: nam, inquit, & nomen commune ambabus tribuitur, adiecta tantum coloris differentia. Vannellos etiam candidos (Kiuittas candidas) item Ornithologus reperiri ſe audiuiſſe ait, niſi fortè de Laris candidis id accipiendum eſt. Item Vannellos ſine criſta, eoſq; aliquando colore fuſco, & maculis varijs Brugis in Heluetia obſeruaſſe; ſed non ſatis meminiſſe, an eadem ſit Pluuialis Gallorum: nam & illa, inquit, de genere Vannellorum eſt ſine criſta. Item quærendum eſſe ait, an eiuſdem generis ſit auis Tremulus dicta in regimine Salernitano, quæ inter aues ſalubres numeratur. Hæc vt plurimũ prope mare verſatur, inquit Arnoldus in ſuis annotationibus, minor Gallina, coloris fuſci, altè clamans, & velociſſimè volans: quæ cùm ſuper terra incedit, ſemper tremit cauda, vnde & nomen. Hæc ille, qui pariter, vbi apud Etymologum hæc leguntur:

Vannelli candidi.

Vannelli ſine criſta.

Tremulus auis.

20 Ἰβυς (apud Heſychiũ vltima per ypſilon ſcribitur Ἰβις, & Ἰουξ) genus eſt auis clamoſæ, vnde & Ibycus nomen proprium, Ἰβυκλωίσαι: ὅπερ κατὰ μετατοράν λέγεται βοκλωίσαι, legendum ſuſpicatur, ὅπερ κατ' ἀφαίρεσιν λέγεται βικαυίσαι: aut legendum eſſe per metatoram, & βουκλωίσαι in fine abundare. Hancq; ſanè auem per onomatopœiam dictam videri, & cùm clamoſa ſit, ac vocis ſimilitudo accedat, de genere Vannellorum fortitan eſſe.

FORMA. DESCRIPTIO.

30 VANELLVS, inquiunt author de natura rerum, & Albertus, auis eſt pulchra, Columbina magnitudine, criſtato capite, vt Pauo, in collo viridi colore, & lucẽte, reliquo corpore varia. Turnerus ſic deſcribit: Cornice minor eſt, plumis ferè viridibus, & nigris per totum dorſum, & caput: vẽtre albo: longa, & ſemper erecta in capite criſta plumea, alis obſcurioribus. Ego, inquit, Ornithologus, ex præſenti inſpectione olim deſcriptionẽ huius auis reliqui huiuſmodi. Coloribus eſt elegantiſſimis, per totum dorſum viridi, maculis quibuſdã purpureis vtrinq;. Alæ partim virides, partim cæruleæ ſunt: extremæ verò, & longiores earum pennæ nigræ, quæ inuerſæ præ atro colore ſplendent. Venter & alarũ interior pars plumas habent albas. Cirrhi à capite retrorſum tendunt, ex plumis nigris, oblongis conditi. Roſtrum nigrum ſeſquidigiti longitudine. Sunt etiam plumæ ſubruſſæ circa

Deſcriptio ex Ornithologo.

Color.

Alæ.

Roſtrum.

40 caput, & ceruicẽ. Sub roſtro, & prona colli parte albicant. In pectore color ex viridi nigro, cæruleoq; mixtura videtur in plumis: ſed earum quoq; extremitates per quoſdam ordines albicant. Totius auis longitudo eſt circiter dodrantem, & palmũ manus mediocris, qui ſunt digiti ſexdecim. Hæc Ornithologus. Exactiſſimè, ac diligentiſſimè quoq; hanc auem deſcribit Bellonius his ferè verbis: Magnitudine Pluuialem vix excedit. Denſis admodum plumis contegitur, quæ in radicibus ſuis, quæ corpus attingunt, omnino nigricant: color enim alius eſt in parte exteriori Auis inuerſa ſupinaq; collocata, & alis eius extenſis magna plumarum pars in ventre, & in femoribus niuei ſunt candoris. Alæ in ſuperiori parte quoq; niueæ, in inferiori nigricant: plumę ſub cauda pulcherrimè ad ſpadiceũ ferè tendunt. Tibiæ longiuſculæ, & femora prope genua pennis glabra, rubent. Internos digitos binos membrana iun-

Longitudo.

Deſcriptio ex Bellonio

Magnitudo.

50 git, qua caret tertius, qui extimos eſt. Poſticus admodum eſt exiguus. Colli plumæ nigerrimæ nigrum etiam torquem efficiunt, vt in Menilis Allobrogum. Guttur maculis albis, nigriſq; diſtinguitur. Atq; hi quidem inuerſæ auis colores exiſtunt. Quod ad ſupernas partes attinet, roſtrum habet breue, & nigrum, linguam albam, & canaliculatam. Pars capitis ſuperior tota nigra, ſplendenſq; & varijs coloribus miſtis ad inuicem gemmans. Alba macula ad roſtri radices vtrinque conſpicitur: Supercilia linea candida inſigniuntur, ſupra quam nigra altera minor excurrit. Apex, ſeu criſta à vertice, non à fronte, vt in Galerita emergit, quo fit, vt ceruix gracilior appareat, minuſq; plumoſa: ea quinq; aut ſex conſtat plumis, nigris, tenuibus, ac longiuſculis, ex quibus duæ anteriores longitudine reliquas excedunt. Alarum plumæ gemmanti colore euariant, vt caput, adeo vt ex viridi ad rubrum

Roſtrum.

tendere

Cappella, seu Vannellus.



tendere videantur Vropygium coloris est spadicei. Cauda in extremo nigra, cæterò alba, præter duas vtrinq; extimas pennas, quæ omnino candidæ sunt. Alæ pro corporis portione grandiusculæ. Mas à fœmina parum differt, & eodem est colore. Auis est admodum pinguis, & hepate magno, quod in duas partes vtrinque diuiditur. Fel in ea reperire non potui. Intestinum eius appendices habet, quod quidem ei cum multis alijs auibus commune est. Ego cùm hanc auem præmanibus haberem, & diligentissimè considerassem, ijs, quæ ab Ornithologo & Bellonio dicta fuere, quod ad eius descriptionem attinet, nihil adijci posse cognoui: quapropter ne actum agerem, illorum authorum descriptionibus acquieui. Cùm autem discecuissem, lapillos multos in eius ventriculo inueni.

MORES. INGENIVM.

VANELLVS, inquiunt author de natura rerum, & Albertus, cùm hominem etiam à longè nido suo appropinquare senserit, egressa statim de nido, cum clamore occurrit. Sicq; stulta, dum hominem è nido suo repulsuram se sperat, ipso clamoris indicio nidum perdit, quem progressus homo spoliare contendit. Sic illi. Verum vt Ornithologus testatur, sunt qui dicunt, hanc auem, dum pullos fouet, ad hominem, à quo nidum inquiri suspicatur, proximè accedere, & velut deditionem simulare, donec paulatim à nido abducat; quod de Perdicibus, & de Chenalopece annotatum est. Idem mihi affirmauit Batauus quidam vir non indoctus, & fide dignissimus: addebatq; insuper, tanto audacia eam se hominibus offerre, vt ceu impetum in eos facere videatur, eosq; assiduis vsq; clamoribus persequi, donec tam longè abierint, vt de nido inueniendo non amplius suspicetur. Item cùm magna ibi sit illarum copia, fieri vt multæ sæpe simul vnum hominem ita persequantur, paulatimq; modò hanc, modò illam, prout nimirum longius ille à cuiusque nido abit, auolare, & tandem omnes, cùm nidos suos iam tutos credunt.

Capellæ stultitia.

LOCVS. VICTVS.

CAPELLAM vbiq; locorum notam esse scribit Bellonius, versatur, teste *a* Aristotele, circa lacus, & amnes, vermium gratia, vt affirmat, quibus solis victitat. Idem ait, etsi ad aquas accedat, eas tamen non ingredi; in planis locis circa consitis plurimùm degere, & ad populandos vermes ab Anglis sæpe in hortis ali. Muscas etiam, vt ait *b* Bellonius, inter volandum capit, Hirundinis, Hæmatopodis, & Crecis instar. Non solùm verò vermibus, verùm alijs omnis generis animalculis vesci idem asserit, quæ in segetibus repetit, limacibus, scarabeis, cicadis, brucis: deglutire etiam albos lapillos, & hoc illi cum reliquis auium generibus commune esse.

a Hist. l. 8. cap. 3. Aquas cur petat. Quibus victitet.

b De Auib. lib. 4. c. 17.

VOX. VOLATVS.

EX Germanico nomine Gyfitz, vel Kyvuitt, item Gallico Dixhuict, quæ per onomatopœiam facta esse antè diximus, qualem vocem hæc auis ædat, constare potest vnicuique. Bellonius caprinam æmulari ait, indeq; Æga, ideſt, Capram Aristoteli, & modernis Græcis, vulgò appellari. Alibi verò dum clamat æx, æx proferre asserit, indeq; nomen. Æstate, eodem teste, sola volat, hyeme gregatim, & tam frequenti numero, vt prata etiamsi ampliſſima vix totum agmen capiant: vnde mirum non est si gregatim capiantur, vt tradidit Ornithologus. Velociter volare ipsam, ait idem Bellonius, & dum volat magnum strepitum ædere. Circa nidum suum, inquit, circumuolitare solet. Lapuuinga Anglis dicitur ab implicatione alarum frequenti. Alis est obtusioribus, & inter volandum magnum strepitum ædentibus, vnde & Vannellus à barbaris dicitur. Hinc mulieres per contumeliam aliqui in Gallia Vanneauz, ideſt, Vannellos vocant vagabundas puto, inquit Ornithologus, & inconstantes, aut fortè clamosas.

Volatus.

Vanneauz Galli, quas mulieres dicant.

VSVS IN CIBIS.

a De Auib. lib.4.c.17. Quæ aues suauissimæ habeantur.

AVES quæ non exenteratæ coqui consueuerunt, inquit a Bellonius suauissimæ habentur: in quarũ numero est Capella, & meritò: nam cùm parua auicula sit, adeo pinguescit, vt saginata videatur. In Gallia in delicijs habetur, & eodem quo lepus pretio venditur, cùm aliàs Pluuialem magnitudine non excedat. Ornithologus pariter in cibo commendari scribit, sed minus, quàm Pluuiales. Mihi, inquit, aliquando gustanti, & boni saporis, & alimenti probi, sed leuis & tenuis (propter assiduum volandi exercitium nimirum) huius auis caro visa est. Bononiæ quoque, vbi ferè semper non pauca copia in foro vænalis præstat, inter aues palato gratas, & boni succi habetur, sed copia vilescit.

CAPIENDI RATIO.

AVCVPES nostri, vt mihi retulerunt, ad hasce aues capiendas, retia in paludibus alijsq; aquis tendunt, mortuis aliquot ibidem ceu viuis collocatis. Ad has enim aduolantes, & assidentes capiuntur tam frequenti sæpe numero, vt aliquando sexaginta simul vna vice illaqueentur.

DE PLVVIALI. Cap. LXIV.

ORDINIS RATIO.

PLVVIALI dictæ aui locus conuenientior, quàm hìc post Capellam, seu Vanellum dari nequit: cui nimirum & moribus, & corpore non parum similis est, eisdemq; ferè cibis, victitat: adeo vt congener ei à plerisque existimetur: & vtraque apud aliquot nationes commune nomen obtineat.

SYNONYMA.

Pinier. Pluuier, & eius etymũ. b De Auib. lib.5.c.18. Guillemot.

IN Bononiensi agro Piuier dicitur, nomine à Gallorum Pluuier, fortè dimanante. Sic enim in tota Gallia audit, vt testis est Bellonius, qui sic dictam putat, quòd pluuiarum tempore faciliùs capiatur. Idem populi b Pluuialem iuniorem Guillemot appellant. Longolius Germanicè vocat ein Puluier, ein Puluer, aliqui Pulroſz; quæ nomina omnia à puluere deducta esse Turnerus existimat, eò quòd sit pulueratrix. Heluetijs, inquit Ornithologus, incognita, aut certè rarissima hæc auis est. Appellari autem potest ein grevver Hyfitz, hoc est, Vannellus fuscus: nam Angli etiam, vt audio, auem subuiridem nominant Pluuialem viridem agrene Pluuer. Longolius, & Aristoteles Pardalum esse suspicantur. Ego nondum assentior. Neque enim colore toto cinereo est Pardalus. Sic ille. Cùm verò Pluuialis duo sint genera, vt mox dicetur, eam, quæ tota ferè est cinerea, & à nostris aucupibus Piuier montana appellatur, Gallis verò Pluuier gris, fortè quis non incongruè Pardalum Aristotelis dixerit. Idem Ornithologus dubitat, an hæc Plutarchi Rhintsace esse possit, fortè quia nihil in huius intestinis excrementi reperiatur, quod de Rhintace ille tradit. Ego quid de Rhintsace sentiam alibi dixi. Bellonius, quomodo antiquis vocetur, se ignorare fatetur.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

VANELLO congenerem esse Pluuialem alibi dictum est. Duo eius genera, flauescens vnum, quod Gallis Pluuier, & nobis Piuier simpliciter dicitur; cinereum alterum, quod illi Pluuier gris, nos Piuier montano dicimus, quod posterius nos esse Pardalum Aristotelis suspicamur. Rustici, inquit *a* Bellonius, qui hasce aues ad vrbes vænales ferunt, & cupediarij quasdam earum priuatim Guillemot appellant, ac si specie differrent; cùm colore tantùm varient: nam Guillemot Pluuialis est iunior, cui nondum primæ pennæ diciderunt.

a De auib. lib. 5. cap. 18.

Guillemot.

FORMA. DESCRIPTIO.

PLVVIALIS, inquit author de natura rerum, auis est prope ad magnitudinem Perdicis, varijs pennis ornata, croceo, & albo, nigroq; distincta. Quæ quidem descriptio quomodo Pluuiali nostro accommodari possit, non video. Longolius cinerei coloris esse dicit, magnitudine, paulò Turture minorem, cùm Turture sanè maior sit, pennas, inquit, habet ad cinereum colorem proximè vergentes, quarum singulę singulis flauis maculis sunt respersæ, & ea auicula, quā Mollicipitem (auis illius, inquit Ornithol. quam nos Laniũ appellauimus, genus vnum Mollicipitum esse conijcit Turnerus) esse conijcio, multo maior est. Fieri potest, vt eius auis plures sint species. Bellonius plumas eius lutescere scribit, non tamẽ omnino esse luteas, sed maculis luteis respergi. Columbi præterea illi magnitudinem tribuit, ceu peculiarem notam addens, *tres tantùm habere digitos ait. Alibi.* Ex auibus omnibus, inquit, *nullam vidi*, quæ non quatuor digitos haberet, excepta Pluuiali, & Pica marina, vt vulgò vocant: & alijs duabus, quarũ altera Gallis Guillemot dicitur, altera Canone petiere. Idem marem, & fœminam eodem colore insigniri scribit, adeo vt ab inuicem distingui nequeant. Idem Pluuialem iuniorem describit ferè sic. Minor quidem est: sed rostro nigro, rotundo, breui, & acuto vt Pluuialis simpliciter dicta. Tres tantùm digitos habet. Ventre est albo, capite, collo, & dorso, & alis colore castaneæ, & albo, ac velut terreo: sed plumarum extremitates videntur Phœniceæ. Remiges alarum pennæ in extremo nigricant. Cauda breuis est, in extremo nonnihil albicans. Pinguissima est in hoc auium genere, & saporis suauissimi. Hæc Bellonius. Ad cuius descriptionem hæc auis planè accommodari potest. Ego Pluuialem olim sic descripsi. Palumbi est magnitudine spithamam, & palmum longa ab extremo rostro ad vltimam caudam vsque. Rostrum ei breue, rotundum, nigrum, acutum, & in extremo nonnihil aduncum. Lingua triquetra, totum inferioris rostri canalem implens, prona parte ferè cornea, retusa. Pennæ supernæ, fusco, albo, luteoq; colore ita distinguuntur, vt serratæ appareant: cauda quoque lineis fuscis, luteis intersecatur. Tota fere prona pars candida quidem est, sed cui etiam satis insignes maculæ fuscæ, & flauæ inspergunturPedes subnigri, vt etiam crura. Postico digito caret. Inter antiquos tres membranula interijcitur, maior inter medium, & externum, minor inter eundem, & internum. Vngues nigerrimi. Fœmina à mare nihil, aut parum differt.

Magnitudo Color.

Pluuialis in minori Guillemot dictæ descriptio.

Descriptio authoris.

Magnitudo Longitudo. Rostrum. Lingua. Color. Cauda. Pedes.

LOCVS. VICTVS.

FREQVENTEM admodum in Gallia esse scribit *a* Bellonius, licet alioqui inquit, apud alios populos rara auis. Mirum verò est, quanta copia in Galliæ vrbibus hyeme venalis prostet. Idem scribit, numerosissimè in agro quodam Gallica capi, qui Gaillicè la Beusse dicitur. Ornithologus rarissimam esse in Heluetica asserit. Bononiæ non rarò in foro venditur. Viuit plurimùm, inquit circa lacus, quanquam & in agris quoque sæpe capiatur præclara ista auis, quam Romano nomine à pluuere fortè Germani appellant. Est enim pulueratrix, Bellonio teste, campos humidios amat, vt humum teneram faciliùs fodiens, vermes inde eruat. Frequentat etiam, vt idem ait, campestria pinguia, & inculta. Solo aere viuere dicitur, ait author de natura rerum, argumento, quòd licet pinguescat, nihil tamen vnquam in eius visceribus repe-

Vbi copia.

a De auib. l. 5. c. 18.

Vbi libenter degat.

Ex quibus viuat.

Pardali Bellonij congener rostro longiori.



Pluuiali mas.



reperiatur: Sed id omnino negat Albertus. *Pluuiales aues*, inquit, *quanquam præpingues solo aere viuere putant, quoniam in ventribus earum nihil inuenitur, sed eius rei causa est, quia intestinum ieiunum solũ habent: in quo nunquam aliquid inuenitur: Et hoc in multa animalia cadit, vt alibi ostendamus. Aer certè elementum purum nutriendo corpori accedere non potest.* Alberto suffragatur Bellonius, scarabeos adhuc in dissecta inuenisse sese affirmans. Vesci etiam omnis generis vermibus, quos in segetibus inuenit. Aliqui præterea, referente Ornithologo, excrementa Lumbricorum ab hac aue edi asserunt. Idem Bellonius auem migratoriam esse testatur, & liquatis iam niuibus vix conspici: licet quadragesimali etiam tempore aliquando appareat: æstate autem nullam in Gallia cerni, & verè paucas admodum, quòd per ea tempora in alijs regionibus nidulationi, & pullis excludendis, nutriendisq; operam nauet. Item Longolius quanquam Aristoteles, inquit, auem minimè aduenam, sed semper conspicuam, vt Coruos, & Cornices esse testatur; id quod fortè verum est in Græcia, regione longè feruentiore, quàm nostra. Nam apud nos nulla prope auis est, quæ per hyemem, aut locum non mutet, aut non lateat. Hæc ille; qui etiam eam gregatim volare docet, neq; temerè à quopiam singularem cerni: & Bellonius non minori numero, quàm quinquagenario conspici tradit, volaturasq; ventum sequi, & raro aduerso vento volare; denique & cursu, & volatu admodum valere.

CAPIENDI RATIO. VOX.

Quomodo capiantur.

CVM gregatim volitent hæ aues, gregatim etiam capiuntur. Capiuntur autem, vt testatur author de natura rerum, & Albertus plumbatis baculis supra volantes in aerem proiectis. Sic enim territæ, humiliùs volant, & in retia prope terram expansa incidunt. *Sed quia huiusce modi capiendi ratio* astu non caret, scituq; digna est, placuit quæcunq; hac de re prodidit Bellonius hìc adscribere. Scribit autem hunc ferè in modum; Rustici lucro allecti, nam carè vænciunt, in tota Gallia earum aucupio summopere incumbunt. Pluuiales diluculò se inuicem vocant huit huit clamitantes voce sibilo simili, qui porrectis labijs edi solet. Noctù item solæ degunt interdiù gregatim; vnde summo mane diuersis in locis sparsæ conspiciuntur, quartamq; aut dimidiam miliarij partem occupare. Imminente die, vt simul conueniant sibilum, quem dximus, emittunt, se mutuò vocantes. Vna est in toto grege, cui reliquæ tanquam regi obediunt: Hæc voce cæteris præualet, & magis sonora est, quam omnes non solùm optimè agnoscunt, sed ad auditam vndiq; confluunt. Aucupes Appellatorem vocant; (l'Appelleur) eamq; probè norunt: nam & diutiùs canit, & dum sibilat, Hui, Hieu, Huit proferre videtur. Captaturi vesperi vna frequenti numero conueniunt, singulis suus assignatur locus, vbi diluculo regis vocem obseruet: quem vbi cæteras conuocantem audiunt, eo omnes sese conferunt, totum auium gregem ad eum locum aduolaturum non ignari, & cum iam prope adesse gregem conijciunt, ad sagittæ iactum inuicem secedunt auium volatus obseruantes. Quisq; baculos plumbatos secum fert, vnus tantùm rete (Harnois Gallicè vocant) portat, & quàm fieri licet propius eis (sunt autem timidiusculæ aues) in apertis campis tendit. Reliqui interim à tergo sequuntur, & ab omni parte; vtq; propiùs accedere queant, humi sese prosternunt prono ventre; cùmq; rete iam extensum vident, & aucupẽ ad ipsum trahendum iam paratum clamore elato surgunt, baculisq; plumbatis in aerem proiectis, terrent Pluuiales, & euolare cogunt. Ille verò, qui retia seruat, aduentantes, funè tracto, in rete concludit. Quippe qui baculos illos plumbatos in aerem proijciunt, illos demissiùs volare cogunt, & sic in insidias præcipitant: alioquin cùm aues sint volacissimæ, sese altiùs efferrent, nullaq; earum caperetur. Similem hisce auibus vocem tribuere Anglus quidam videtur etiam, inquiens: Si auis illa Pardalus sit, quàm esse suspicor, celerrimè currit, & sibilum quem pastores, & aurigarum pueri labijs porrectis edunt, voce imitatur. In Belgio, vt audio, aucupes sibilum illum tam exactè imitari norunt, vt Pluuiales, quæ ibi sunt satis frequentes, eo ædito, ad locum venire cogant, vbi posita sunt retia, iuxta quæ, vt facilius alliciantur, allectrices etiam Pluuiales mortuas collocant. A nostris aucupibus eadem, qua Vannelli, licet minori numero, ratione capiuntur.

Pluuialiũ Rex.

Appellator Pluuialiũ.

VSVS IN CIBIS.

LAVTÆ sunt in cibo, inquit Ornithologus, & in magnis habentur delicijs: & viridibus, quos aliqui priuatim Vannellos vocant, præferuntur. In hominem delicati cibi nimium appetentem, ne Pluuiali quidem apposita contentum fore, alicubi tanquam prouerbio dicitur. Sunt è vulgo, qui negent, eam cibo solido vesci, proinde ne exē-terandam quidem existimant, vt & alias quasdam lautas & opiparas aues. Hæc Ornithologus. Bellonius pariter in Gallia inter cupedias haberi scribit, & licet maxima illic earum copia capiatur, eodem, quo lepus tamen pretio aliquando venundari. Idem iunioribus, quæ Guillemot dicuntur, tum pinguedinis, tum saporis ratione primas adscribit.

Prouerbiū in homines delicati palati.

Quæ præferantur.

DE PLVVIALI CINEREO, seu Pardalo Aristotelis. Cap. LXV.

EST & alterum, inquit [a] Bellonius, Pluuialis genus: cinereum, luteo omnino simile, sed maius, & corpulentius. Esse tamen ex Pluuialium genere liquidò constat. Etsi enim plumarum colore differat, eodem tamen est corporis habitu. Item nisi posticum digitum paruum haberet, quo Pluuialis altera omnino caret, nulla alia nota, præterquā colore distingueretur. Gallinarij vocant Pluuialem marinam (Pluuier de mer) Mea tamen sententia illa fortè fuerit, quam cæterorum Pluuialium regem esse, & Appellatorem vocari supra diximus. Plumas habet Laro colore valde similes, rostrū alijs longius, ac ferè Meropi æquale: & vno verbo dicam, rostro, cruribus, pedibus, & plumarum delineatione Pluuiali luteæ simillima est. Hæc Bellonius. Mihi verò huiusmodi auis Aristotelis Pardalus esse videtur, tum quòd tota ferè sit cinerea, veluti de Pardalo prodidit ille, tum etiam, quòd vt Pardus, à quo Pardalus dicta fuisse videtur, maculata sit. Qui eam ad me attulerunt aucupes nostri Piuier Montano, ideſt Pluuialem montanam appellabant. Hanc ego sic descripsi. Pluuiali simpliciter dicta est aliquantò maior. Rostro paulò crassiori, & longiori. Posticus digitus ei admodum est exiguus. Tota ferè auis est cinerei coloris, & multis vndiq; respergitur maculis, quæ inter cinereum, & castaneæ colorē ambigunt. Remiges alarum pennæ, rostrum, femorum pars prope genua, quæ plumis est nuda, crura, & pedes nigricant. Cauda admodum exigua, & breuis: Alæ longæ caudam excedentes. Hoc genus apud nos alteri saporis suauitate præfertur, & Phasianis non cedere existimatur. Cùm verò hanc auem esse Aristotelis Pardalum conijciamus, hic quæ de Pardalo ille memoriæ prodidit, adijciamus, ne omnino temeraria videatur coniectura. *Pardalus*, [b] inquit, *etiam auicula quædam perhibetur, quæ magna ex parte gregatim volat, nec singularem hanc vitæris. Colore tota cinerea est, magnitudine proxima. Mollicipiti, sed pennis & pedibus bonis. Vocem frequentem, nec grauem emittit.* Apud Hesychium παρδαλὶς legitur auis quædam, sed vbi apud eundem, & apud Varinum παύκαλις legitur, auis tota cinerea, suspicatur Ornithologus corruptum esse vocabulum pro Pardalo, quæ vt dixi Aristoteli colore tota cinerea est; quanquam & Caucalis auis quædam ijsdem grammaticis memoratur.

[a] *De Auib. l. 5. c. 19.*

Pluuialis Marina. Descriptio. Color.

Descriptio authoris. Magnitudo Color.

[b] *9. Hist. c. 23.*

Caucalis auis.

Pluuialis cinerea.



Pluuialis maior.



DE PLVVIALI MAIORI. Cap. LXVI.

IVSCEMODI auem, cuius hic icon exprimitur, prius Numenio, siue Arquatæ congenerem faciebam, Numenium minorem appellans, verùm cùm postea diligentiùs examinarem mutato iudicio Pluuialẽ maiorem vocaui. Ratio est, quia & aucupes nostri Pluiero, hoc est Pluuialem dicunt, & reuera toto corporis habitu Pluuiales refert, earumque naturam sapit, sed maior tantúm & rostro procero, quod illis breuiusculum esse solet. Supina parte per pectus, ventremq; candicat. Maiores alarum pennæ nigricant: cæterò ex albo & fusco variat. Pedes longi, ad cæruleum vergentes. Digiti longi. Posteriori ferè caret. Rostrum nigerrimum est. In mensa plurimùm commendatur eius esus. Carne enim est lauta, tenera, candida, & coctu apprimè facili, Capis præferenda.

DE

DE CHARADRIO, SIVE HIATICVLA. Cap. LXVII.

Anapha. INTER aquaticas aues, quas nouimus, aut quarum alij meminere, superest tantùm Charadrius, quàm Gaza Hiaticulam transtulit. Anapha igitur Hebraicam vocem in Leuitico, & Deuteronomio septuaginta, & Hieronymus Charadrium reddiderunt. Cæterùm ea vox multis auibus, vt in multis historiæ nostræ locis est conspicere, tribuitur, & meo iudicio ad Charadrium non pertinet. Charadrius etiam, quæ auis sit *a* Aristoteli, vix constat: nam colore, & voce paruum esse, & noctù apparere, & interdiù aufugere, vt de suo Charadrio philosophus scribit, multis sane auibus cõpetit: quare alij aliam auem Charadrium esse existimarunt, & multa de ea nugati sunt. *Auis est alba*, inquit Albertus, *vt quidam ferunt, quæ in Perside reperitur, sed illic quoque rara, & apud reges requisita, eo quòd multi ei capiendæ insidientur, propter augurium* (auxilium potius) *quod ictericis ex ea præstatur*. Ab omnibus sanè alijs obscuris authoribus, imò etiam ab *b* Heliodoro, Simocato, & Æliano vis attribuitur icterico sanandi, quare cùm Aristoteles Icterum non nominet, hicq; eandem facultatem pòssideat, Charadrium eandē cum Ictero putant. Sed *c* Aristoteles Icterum Chloreum vocauit, Gaza Galgulum vertit. Neq; mihi Charadrius est Germanorum Griel, vel Triel, siue Italorum, quorundam Cosuz, quam auē Charadrium putauit Ornithologus, de qua nos alibi egimus: neq; deniq; Noctuæ genus, vt Niphus conijcit, quanquam noctu sele eam abdere philosophus dicat. Verùm si rectè, vt Gaza putauit, Hiaticula verti potest, nomenq; inde factum videatur, quod circa fluminum alueum, & riuorum Charadras, siue hiatus riparum versari soleat, antiquum quoque prouerbium, χαραδριος μιμουμενος, idest, Charadrium imitans, mihi innuere videntur; quid vetat, cur non hanc auiculam, quæ similia loca nõ colit tantum, sed hiatus etiam subit, Charadrius dici queat? Aristophanes præterea Charadrium simul cum alijs fluuialibus auibus aquam ad condendam ciuitatem auium adferre fingit. Noui quidem fore, qui Charadrium Aristophanis à Philosophi Charadrio differre putauerint, quoniam hic alibi *d* scripserit. *Charadrium apud mare vititare.* Sed hoc mihi difficultatē non facit, cùm nihil prohibeat, & circa mare, & circa aquas dulces versari, degereq; quin charadræ, à quibus ille nomen, vt grammatici quoque testantur, fluuiorum potiùs, quàm maris dicuntur, prærupta scilicet, & confragosa, cauernosaq; circa ripas loca: præruptos torrentium alueos Gaza transtulit. In his enim versari gaudet. Sed Gaza postremo loco Rupicem transtulit, à recto Rupes. χαραδριος quando auem significat vltimam tenit. Recentiores quidam obscuri pro Charadrio ineptè Caladrius, Caladrion, & Calandria scribunt.

a l. 9. hist. cap. 11.

b l. 3. Hist. Aethiop.

c 8. Hist. c. 3.

Griel, Triel Coruz.

Hiaticula.

Charadrius authoris

d 8. Hist. c. 3.

Locus.

Rupex.

FORMA. DESCRIPTIO.

Crura.

Color.

Caput.

Rostrum.

CHARADRIVS noster, siue Hiaticula, siue Rupex auicula est cruribus oblongis, & gracilibus, colore ad ruticulum accedente. Ternis insistit tantùm digitis æquè ferè longis. Color totus per dorsum, alas, & caudam, & capitis quoque verticem ex cinereo fuscus, quem forsan prauum Aristoteles dixerit. Caput totum nigra vitta, ferè vt in Paro ambit. Frons, & collum candicant, quemadmodum etiam totus venter. Pectus nigricat, vt pictura ostendit. Rostrum breue, si cum aquaticis, sin cum alijs conferas, longiusculum, atrum.

PROVERBIA.

Charadriũ imitans.

Χαραδριὸν μιμούμενος, idest *Charadrium imitans*, prouerbium dici solet de dissimulante, & rem vtilem occultante. Suidas, inquit author adagiorum, refert hunc senatrium Scazontem ex Hipponacte.

Καὶ μὴν καλύπτει, μὼν χαραδριὸν πέρδιξ;
Et num Charadrium, quasi venditurus celat?

Item

Charadrios, siue Hiaticula.



Item a Aristophanes.

a In Auib.

Ἄλκων ἀρὸ ὕπνου, ὡς ἔοικε, τὸν πλευ λόχμιον
Ἐμβὰς ἰ πῶζι, χαραδρίου μιμούμενος.
Alioqui vpupa, vt videtur, saltum
Ingressa abdidit sese, Charadrium imitans.

Quo loco interpres narrat huius auis vim medicam, &c. Sic ille. Sed commodiùs videtur, vt Charadrium imitans accipiatur pro latente, vel occultato instar Charadrij, non pro occultante. Nam & Charadrius ipse interdiù, vt Philosophus ait, latere in cauernis, noctu prodire solet.

40 ## VSVS IN MEDICINA.

CHARADRIVS auis, inquit Ælianus, *eximio naturæ beneficio affecta est. Nam si quis ictericus in eam acerrime intueatur, illa contra nictatione ex animo respiciat, sic affectum hominem suo obtutu ad sanitatem reducit.* Scholiastes Aristophanis hanc ob causam, qui auem vendunt, abscondere eum scribit, ne ab ægro prius videatur, quàm cùm vendiderint, & ille gratis curetur. Obscurius quid citans Aristotelem, asserit, infirmum moriturum non respicere, sed si valetudinis spes sit: tunc enim aspectu suo omnem ab eo morbum ad se auem trahere, vt ita æger liberetur, ea ægrotet, & læpe pro illo moriatur. Hæc & similia de Charadrio nugantur recentiores, quibus hoc, quod ait Philes. *Rubetam aliquis aspiciens, vtcunque optimè coloratus, pallore tanquam ictericus afficetur, & rursus Charadrium intuens liberatur.* Sunt qui non aspectu, sed in cibo sumptum ab ictero liberare putent. Cæterùm num mea auis ictericum vel aspectu suo, vel in cibo sumpta sanet, nondum didici: curiosi experiantur.

50

FINIS.

AP-

APPENDIX

Ad duos priores Ornithologiæ Tomos.

PRIOR hæc auicula ex Sittæ genere esse videtur cuius historia tractatur Tomo primo fol. 853. Auicula est alis nigris, & albis, pennis varijs, cætera ferè tota ferruginei coloris. Sub mento albicat.

Sittæ congener.



Quæ secundùm depingitur nisi quatuor haberet digitos in pedibus, ex Oedicnemi genere videretur, cuius historiam habes Tom. 2. fol. 100. Auis est ea, qualem pictura ostendit magnitudine, pennis alarum maioribus, atris, vti & dorso, ceruice & vertice capitis, castaneis. Collum anterius maculis ferrugineis ferè ornatum est, venter totus candicat. Rostrum in extremo acutum, & nigrum, prope frontem ferè flauum. Tibiæ & digiti quoq; flaui, ochræ ferè colore: vngues nigri.

Ginocchiella vulgo.



Morinellus Anglorum.



Tribus quoq; digitis inſiſtit hæc auis, quæ & ipſa Oedicnemo erat ſubiungenda ob communem pedum numerum. De hac Ornithologus hæc nobis ſcripſit in epitome Auium. Morinellus Anglorum, cuius & deſcriptionem Io. Caius Anglus ad me dedit. Mitto (inquit) ad te etiam Morinellum, auem nobis cum Morinis communem. Stulta admodum eſt, ſed in cibis delicata, & apud nos in ſummis delicijs. Capitur noctu ad lumen candelæ pro capientis geſtu: nam ſi is expandit brachium, extendit & illa alam; ſi is tibiam, & illa itidem. Breuiter quidquid gerit auceps, idem facit & illa. Ita humanis geſtibus intẽta, ab aucupe decipitur, & rete obuelatur. Auis parua eſt, magnitudine Sturni, tribus tantùm digitis anterioribus, poſteriori nullo, vertice nigro, genis candidis, coturnicis ferè colore, ſi cinerei parum admiſceas, potiſſimùm circa collum. Morinellum voco duplici de cauſa & quòd auis apud Marinos frequentiſſima, & quòd auis ſtolida eſt, quæ ſtultitia Græcis μωρὸτης dicitur. Eam ob rem noſtri Doterelle vocant: Germanicè ab ingenio Thor dici poſſet. Hæc ille.

Auis Eme.



Auem Eme Indis appellatam, quàm naues Batauæ ex Insula Iauæ aduexerunt secum in
40 Hollandiam ob eius nouitatem, ac raritatem, sine postico digito depinxerunt, vi & ego etiã depinxi iconem ex eorum diario nautico mutuatus, & descriptionem. Ob rei nouitatem, inquit, qui eorum diarium conscripsit, pono hìc ad viuũ delineatam auem, quæ Cygni duplicem habet magnitudinem ferè colore nigram, pennisq; nigris vestitam: sed ex singulis originibus, binæ procedunt pennæ quæ Struthionis pennis æmulæ sunt. Alis caret & lingua. In capitis corona peltam habet, duritie testudinis peltæ similem. Defendit seipsam suis robustis vnguibus, recalcitrãdo equorum more. Naturæ miraculum videtur, quod careat lingua: quicquid edit, deglutit: immo pomum magnitudine pugni deglutire potest; quodque longè mirabilius est, prunas ardẽtes deglutit sine aliqua læsione. Glaucici frusta libẽter deglutit, refrigerationis cauda. Nominatur Indica voce Eme: Generãt in Insulis Bande vnde
50 hæc aduecta est: fuitque dono missa Ioanni Scaligero, nauclero nauis Amstelrodamum dictæ, ad anchoram existenti sub Cidayo, à rege Cidayo, cum alijs muneribus, die quarto Decemb. 1596. quæ naui aduecta fuit Amstelrodamum nouitatis causa, vbi vni ex societate in sortem cessit, & accursu plurimorum tanquam naturæ miraculum, miraculaque Dei creatura conspecta fuit, & adhuc videri potest. Auis est robustæ, seu fortis temperaturæ. Hucusq; ibi. Ego autem hoc loco eius iconem posui, non quod cum superioribus auibus, imò cum cæteris omnibus, de quibus in hoc vastissimo de Auibus opere egimus, cõsimilem, vel naturam, vel corporis formam habeat, sed quia serius mihi nota fuit, & quod tribus pedibus incedat. Differt enim ab omni auium genere, quia & linguis, & alis careat. Siverò prius agnouissem, rectiùs cum Struthiocamelo fortassis coniunxissem.

Gallorum Numidicorum pugna.



Inueni in eorundem Hollandorum prima in Indiam Orietalem nauigatione Gallorum Numidicorum genus eſſe, quod noſtratium formam (vt eorum verbis vtar) commiſtam habet: Volatile verò eſſe & admiratione dignum, atq; inuicem ita inimicum, vt incolæ alligatis ad eorum calcaria (quemadmodum olim apud Græcos factitatum in Galli hiſtoria diximus, & alijs in regionibus) nouaculis inuicem non ſolùm pugnare ſinant, donec alter eorum occumbat, ſed de victoria magno inter ſe pretio etiam certent.

Aues

Auis Lomsbay.



Aues Lomsbay dictæ, vt in eadem nauigatione legitur, nidulãtur in præruptis montium locis Insulæ Aurangiæ, quæ nomen dedere portui Lomsbay eius insulæ, quia ibi frequentes auolant, corpore sunt magno, alis paruis, vt mirum sit, tam grauia corpora attollere posse. Vnicum duntaxat ouum pariunt. Ab hominibus nihil metuunt, etiam si in suo nido non comprehendantur.

Aues dictæ Rabos forcados, cauda bifurcata.



Aliæ Rabos de Ioncos dictæ cauda iuncea.



Pullicenus monstrificus duplici rostro, ponendus fol. 322.

Pullicenus quadrupes.




Pullicenus alter tripes, vnico tamen tantummodo pedi insistens, nam bini alij erãt mutili, quorum alter quinos habet digitos, alter quatuor. Habebat præterea duplicem exilem excrementorum.

Pullicenus quinque digitis in vtroque pede.



Appendix ad Tomum tertium.

AVIS iſta à Luſitanis Garayos dicta, quia Gauiæ cinereæ nomine ab Hollandis depicta eſt, Larorum noſtrorum iconibus adiungi poſſit.



Depingitur ibidem hæc auis, & Fulicæ ſimilis nominatur, ego ex eodem libro excerptam fideliter depinxi.



Ouum Anſerinum, in quo effigies humana eſt cum barba, & capillis capita Anſerina æmulantibus.



Ouum Anſerinum aliud monſtrificum, in quo caput humanum cõmis, ac barba ſerpentum imagine.

Concharum Anatiferarum, ſeu potius Anſiferarum variæ icones, necnon & Berniclæ auis concharum earum vna enatæ effigies ponenda fol. 174.



Boſcas Bellonij, cuius deſcriptio traditur fol. 208.



Querquedula prima, de qua vide fol. 209.



Querquedula altera, de qua diximus fol. 209.



Querquedula Indica, vide fol 209.



Auis fera fuſca, vel mediæ magnitudini Ornithologi, ex quo imago excerpta eſt. Deſcriptio poſita fol. 221.



Anas Muſcaria Ornitholegi, cuius hiſtoriam vide fol. 223.



Auem hìc depictam, quæ circa promontorium Bonæ ſpei conſpicitur admodum copiosè, & pro felici augurio ibi habetur, ex intuitu ex Anatum, vel Anſerum genere videtur. Excepta eſt icon, ex capite primo primæ partis nauigationis Batauorum in Indiam Orientalem.



Ex eodem libro (ni fallor) depicta eſt auis iſtæ Ciconiæ magnitudine, roſtro, vt apparet, ad interna miro modo arcuato.



Herodiotrophium Malalbergi, de quo abundè ſcriptum eſt fol. 368. 369.



Ardea ſtellaris maior Ornithologi, de qua vide fol. 408. 50.



Totanus Ornithologi, cuius descriptio, & historia traditur fol. 429. 30.



Porzana minor nominatur Mediolani, Girardina, fortè eſt Ortygometra Bellonij, vel ſaltē ei congenere, ex Gallinularum aquaticarum genere, roſtro breui, qua tangit caput, flauo, & in extremitate nigro, pedibus atris, ventre albo, pectore & dorſo, & alis colore fumido, albis maculis exiguis conſperſo; alarum pennis maioribus nigris. Magnitudo ei eadem quali hic depingitur.



Gall inulæ aquaticæ quoq; ſpecies videtur hæc, quam nonnulli vulgò Corriram vocant, licet etiam alia ſit eiuſdem nomine, vt in libro decimonono videre licet. Auis hæc eſt roſtro: pro corporis portione craſſo, pectore & aliis ſupernis albicantibus, cætera nigra.



Auiculam hanc Martinus Cechinus Rauennas ex Malaca inſula allatam mihi dono tranſmiſit, Alcyonem appellans: cæterum meo iudicio è Pſittacorum potius genere eſt, cum pedum, & roſtri conſtitutionem, tum etiam ob pennarum coloris varietatem, quam opinionem etiam aſtruit eius nidus, qui appingitur eiuſdem ferè cum aliorum Pſittacorum nidis figuræ. Sed quia auis eſt maritima, Pſitaccus marinus dici poſſit. Exactè deſcribere mihi non licuit, quia multis iam partibus & pennis erat mutilata. Roſtrum candicat & pedes: capitis vertex ceu cyanea corolla inſignitur: cauda prius miniacei coloris eſt, in extremo viridis: viride cæterum corpus totum.



INDEX

Siue enumeratio Auium, quarum Historia in hoc tertio Ornithologiæ Tomo pertractatur eo ordine, quo describuntur.

De Cygno. Caput primum, fol. 1.
De Onocrotalo, seu Pelecano. Cap. 2. fol. 41.
De Aue Diomedea. Cap. 3. 57.
De Laris. Cap. 4. 62.
De Laro albo maiore & minore Cap. 5. 71.
De Laris cinereis. Cap. 6. 72
De Sterna. Cap. 7. 78.
De Laro piscatore. Cap. 8. 80.
De Laro nigro. Cap. 9. 81.
De Laris fidipedibus. Cap. 10. 82.
De Catarrhacta. Cap. 11. 84.
De Ceppho. Cap. 12. 88
De Fulica. Cap. 13. 91.
De alia Fulica specie, quam Galli Macroule, vel Diable de mer appellant. Cap. 14 98.
De Cotta, seu Cutta Anglorum. Cap. 15. 98.
De Rallo Italorum. Cap. 16. 98.
De Anjere in genere, & de domestico priuatim. Cap. 17. 99.
De Ansere fero in genere. Cap. 18. 147.
De Vulpansere. Cap. 19. 159.
De Anjere Bassano, siue Scotico. Cap. 20. 162.
De Guttarda aue Scotica. Cap. 29. 163.
De Capricalca, quam Scoti vulgo appellant Aue capriccize. Cap. 22. 164.
De Branta, seu Bernicla. Cap. 23. 165.
De Anate in genere. Cap. 24. 174.
De Anate domestica. Cap. 25. 188.
De Anate Indica. Cap. 26. 192.
De Anate Lybica. Cap. 27. 196.
De Anate Cairina. Cap. 28. 199.
De Anate fera in genere. Cap. 29. 202.
De Boschade, seu Querquedula in genere. Cap. 30. 206.
De Phascade, seu Querquedula minore. Cap. 31. 207.
De Anate Circia. Cap. 32. 209.
De Anate Kernell circa Argentoratum dicta. Cap. 33. 210.
De Querquedula crissata. Cap. 34 210.
De Boschade maiore, & eius duabus speciebus, qua Anates torquata dici possunt, & primùm de minori. Cap. 35. 211.
De Anate torquata maiori, & congenere. Cap. 36. 213.
De Anate torquata Bellonij, canes de mer Gallicè dicta. Cap. 37. 213.
De Glaucio. Cap. 38. 215.
De Penelope. Cap. 39. 217.
De Anate fera fusca, vel mediæ magnitudini. cap. 40. 221.
De Anatibus muscarijs. cap. 41. 223.
De Anatibus platyrynchis, siue latirostris. cap. 42. fol. 223.
De alijs quibusdam Anatibus quas Germanus quidam apud Misenos Ornithologo descripsit. cap. 43. 234.
De Anate nigra rostro nigro, rubro & luteo. cap. 44. 234.
De Anatibus quibusdam Germaniæ inferioris, & maritimæ Meanca, Tela, & Siupo &c. Anate fera minoribus. cap. 45. 235.
De Anatis specie Herle, seu Harle Gallis dicta. cap. 46. 236.
De Tardone Gallis dicta ex Anatum genere. cap. 47. 236.
De Puffino Anglico. cap. 48 238.
De Mergis in genere. cap 49. 238.
De Erembo. cap. 50. 248.
De Colymbo & Colymbide, vel Vrinatrice in genere: item de Thracibus & Dytinis. cap. 51. 249.
De Colymbis maioribus. cap. 52. 251.
De Colymbis minoribus. cap. 52. 256.
De Vria. cap. 53. 260.
De Phalaride. cap. 54. 260.
De Coruo aquatico. cap. 55. 261.
De Phalacrocorace, siue Coruo aquatico Plinij. cap. 56. 267.
De Coruo Syluatico, cap. 57. 270.
De Graculo palmipede Aristotelis, seu Coruo aquatico minore. cap. 58. 272.
De Mergis aliquot, quorum nomina vulgaria tantum sunt cognita: primum in genere: deinde de Mergis varijs, hoc est albo nigroq; distinctis. Ex quibus vnum Anatem Rheni vocant, cuius figura apponitur; cui aliæ quadam congeneres sunt, magnitudine quidem & coloribus diuersæ: Collum omnibus, quàm in Anate procerius. cap. 59. 274.
De alijs eiusdem generis Mergis ex Germani cuiusdam descriptione. cap. 60. 281.
De cæteris Mergis eiusdem generis, hoc est Anatiformibus, rostro latiusculo anterius aduncо, & albo nigroq; distinctis, sed collo breuiore multo. cap. 61. 282.
De Mergo cirrato, siue longirostro maiore, & illo qui à Thymallis piscibus vorandis nomen

dis nomẽ apud Germanos habet. Cap.62.283
De Mergis magnis, Merganſere, Gulone, Scheledracho, & Mortice. cap.63.285
De Auefetta Italis dicta. cap.64.288
De Trochilo, vulgo Corriva. cap 65.288

Capita Libri Vigeſimi.

DE Ciconia. Cap.1. fol.291
De Ciconia nigra. cap.2.310
De Ibide. cap.3.312
De Phœnicoptero. cap.4.319
De Grue. cap.5.324
De Grue Balearica. cap.6.361
De Grue Iaponenſi. cap.7.365
De Ardeis in genere. cap.8.365
De Ardeis in ſpecie, & primum de Ardea cinerea maiore. cap.9.377
De Ardea cinerea altera, ſiue minore. ca.10.380
De Ardea cinerea tertio genere. cap.11.383
De alia quadam Ardea ex Ornithologo. cap.12. 383
De Albardeola, Platea Plinij, Platelea Ciceronis, quam Pelecanum facit Ornithologus. cap.13.384
De alijs aliquot albis Ardeis. cap.14.389
De ardeis alijs minoribus. cap.15.397
De Ardea Aſteria, ſiue ſtellari. cap.16 403
De ardea Stellari maiori. cap.17 408
De Ardeis congenere aue. cap.18.412
De Auibus quibuſdam, quas in Belgio Kemperkens, ideſt, pugnaces vocant. cap.19.413
De Falcinello, ſeu aue falcata. cap.20.422
De Arquata, ſiue Numenio. cap.21.424
De Heloria. cap.22.427
De Crece. cap.23.428
De Totano. cap.24.429
De Calidri Bellonij. cap.25.431
De Calidri nigra. cap.26.432
De Limoſa Veneterum, & Barge Gallorum. cap.27. 434
De Porphyrione. cap.28.437
De Horione. cap.29 443
De Himantopode Plinij. cap.30.443
De Hæmatopode Bellonij. cap.31.447
De Gallinulis aquaticis quadam in genere. cap.32. 448
De Gallinulis aquaticis in ſpecie, & primùm de Chloropode noſtra maiore. c.33.449
De Chloropode altera. cap.34.449
De Chloropode Ornithologi, quam apud Germanos Glutt, quaſi Glottidem vocari ait. cap.35. 452
De Erythropode Ornithol. maiore. cap.36.453
De Erythropode minore. cap.37.454
De Ralla Anglorum, & Gallorum ex Gallinularum genere. cap.38.455
De Rhodopode, ſiue Phœnicopode. cap.39.456
De Phœopode. cap.40.458
De Phœopode altera cap.41.458
De Ochropode maiore. cap.42 461
De Ochropode media. cap.43.461
De Ochropode minore. cap.44.461
De Melampode. cap.45.464
De Poliopode. cap.46.465
De Erythra quam Germani Matterkn dicunt. cap.47.466
De Ochra, quam Germani Vvynkernnell appellant. cap.48.468
De Hypoleuco, quam vulgus Germanicum Fynſterlyn appellat. cap.49.469
De Gallinula, ſiue Gallinagine Serica dicta à ſplendore. cap.50.470
De Scolopace, ſeu Perdice ruſtica. cap.51.471
De Ruſticula Syluatica. cap.52.476
De Scolopace, ſiue Gallinagine minori. c.53.476
De Tringa. cap.54.480
De Iuncone. cap.55.487
De Cinclo. cap.56.490
De Cercione aue Indica. cap.57.494
De Gallinula terreſtri. cap.58.495
De Gallinula alia Chlorope fulicæ ſimilis ex Bellonio. cap.59.496
De Alcyone. cap.60.497
De Iſpida. cap.61.518
De Rouſſerole, ſiue Roucherole Gallis dicta, quam Bellonius Alcyonem vocalem vocat. cap.62.521
De Capella, ſeu Vanello. cap.63.523
De Pluuiali. cap.64.528
De Pluuiali cinereo, ſeu Pardalo Ariſtot. cap.65.533
De Pluuiali maiore. cap.66.535
De Charadrio. cap.67.536
Appendix ad duos Ornithologiæ priores Tomos. fol.538
Appendix ad Tomum tertium. fol.546

INDEX

In postremos hosce duos Ornithologiæ Libros.

Latinus, Græcus, Hebraicus, Arabicus, Italicus, Gallicus, Hispanicus, Germanicus, Belgicus, Anglicus, Scoticus, Polonicus, Illyricus, Turcicus, Indicus.

A

*A*D. *Abortum fol.* 140. 50.
Accipitri ægro caro Lari salubris 70. 40. *Ardeis inimicus* 371. 47. *cum eo dissidet Anas* 181. 10. *Vt alendis* 146. 6. *eum vt Grues timeant* 344. 36.
Accusatoris inanis hieroglyphicum 125. 10.
Acrion Indica auis 367. 57.
Acus pastoris 347. 52.
Adarce quid 512. 52.
Adiporphyrides 437. 46.
Adulterium Ciconiæ vlciscitur 298. 40.
Aegocephalus Aristotelis quæ auis secundum Bellonium 434. 31. *icon* 436.
Aegypti hieroglyphicum 318. 4. *eius typus Ibis auis* 314. 43.
Aeneæ pietas 303. 25.
Aesaci in Mergum mutati fabula 247. 50.
Aestatis bonæ præsagium 177. 76. *eius præsagium simpliciter* 373. 36.
Aethyias à Mergis non differre 240. 3. *eius etymō* 240. 46. *ea quæ auis Vuottono* 239. 53. *quæ Arriano* 239. 58.
Aex Aristot. quæ auis 523. 44. & 524. 13. *cur sic dicta* 524. 18.
Agon quæ auis Arnoldo 366. 54.
Agrigentinorum nobilis piscina 2. 16.
Alauda Ardeæ inimica 372. 40.
Alaudæ marinæ 487. 43.
Alba frons quæ auis 93. 2.
Albellus quæ auis Mantuæ 276. 46. *eius descriptio, icon* 277. & *alterius minoris ibid.* 58.
Albardeolæ asperæ arteriæ icon 388. 30. *eius augurium* 389. 25. *carnis qualitas ibid.* 10. *icon* 395. *interiorum partium descriptio* 388. 20. *maris rostro carneo icon* 386. *pediculis infestatur* 389. 18. *quot ova pariat ibid.* 8. *sexus discrimen* 388. 10. *vbi libētius nidificet* 368. 21. *Vbi habitet & niduletur* 388. 43. *eius victus, coitus, partus* 389. 1. *Vt quiescat ibid.* 20.
Alberti Magni lapsus 499. 48.
Albicula quæ & eius historia 389.
Alcatraces quæ aues 502. 3.
Alcyon quæ auis 499. 43. & *inde & cum quibus implicetur: eius amor erga coniugem & prolem* 508. 46. *Aequinoca* 497. 46. *de ea apologus* 517. 24. *cognominata ab ea* 510. 40. *eius coitus, partus, nidus, incubatus* 505. 10. *cur hyeme nidificet* 507. 3. *cur Aeoli filia dicta* 506. 50. *ab ea denominata* 511. 50. *desertæ cur dicantur* 503. 20. *eius descriptio* 502. 16. *etymum* 490. 16. *de ea fabulosa* 515. 40. *eius facultates fabulosæ* 517. 46. *eius genera & differentia* 501. 20. *hieroglyphica* 514. 50. *ingenium, mores* 508. 40. *locus* 502. 50. *maris libido* 509. 58. *eius æquin.* 497. 58. *mares fœues in coitu extinguantur* 505. 13. *de ea moralia* 513. 1. *nidi mira structura* 507. 40. *nidus vnde fiat* 507. 55. *eius nidum cur non intret aqua* 507. 50. *paucissimis cognita est & cur* 500. 16. *perperam distinguitur in stuuiatilem & marinam* 500. 10. *ab ea præsagia, auguria* 510. 10. *problema* 515. 10. *prouerbia* 515. 20. *quæ mulieres eo nomine insignitæ* 510. 40. *quando parere incipiat* 505. 16. *quot ova pariat & quando* 505. 16. 20. *Sapientissimum animal maris appellatū* 509. 55. *Synonyma* 498. 10. *tempestates sedare creditæ* 510. 20. *vbi nidificet* 507. 4. *de eius voce & cantu* 504. 1. *vsus in medicina* 517. 38. & *alij vsus* 50.
Alcyon maior & aphonos Bellonij 518. 33. *eius cantus suauitas* 523. 2.
Alcyonis vocalis Bellonij historia 521. 50. *icon* 512.
Alcyon libri titulus 511. 10.
Alcedonia 512. 36.
Alcyonij Scyphoidis icon 509.
Alcyonium herba quæ 512. 19.
Alcyonium mare quale 512. 38.
Alcyonium medicamentum quale & cur sic dictum 512. 6.
Alcyonij dies quot sint 505. 43. & *quando fiat* 56. *vbi maxime appareāt* 505. 26. *vbi per eos summa notetur tranquillitas* 505. 55. *eos agere quid* 515. 27.
Alcyon fluuiatilis 518. 39.
Alcyone oppidum 511. 44.
Alcyoneus gigas 511. 53.
Alectoris 471. 26.
Ales albus 6. 19. *canorus ibidem. Cayster ius* 6. 20.
Alexādri Macedonis vigilantia 336. 42. *ad Alopeciam* 136. 46.
Amarellus Anatis genus 207. 20.
Anatis adipis facultas, & vsus 186. 50. *vt præparandus & conseruandus* 187. 5. *de ea ænigma* 183. 20. *æquinoca* 175. 1. *Anser e calidior est* 184. 40. *antipathia, sympathia* 181. 20. *auguria, præsagia* 182. 1. *ad eas capiendas esca* 205. 20. *carnis qualitas* 183. 52. *quomodo castiganda* 184. 15. *cognominata, denominata* 182. 26. *coitus, partus, educatio* 179. 10. *cui deo sacra* 182. 22. *cum Aquila dissidet* 181. 24. *eius cum anser e similitudo* 174. 50. *cur quiritatrix dicta* 178. 27. *cur aquas amet* 177. 53. *cur tam acutam vocem edat* 190. 1. *cur quassagipenna dicta* 204. 8. *Dianæ nomen est* 175. 34. *cum ea dissidet larus* 67. 54. *de ea emblema* 183. 1. *fortitudo* 111. 4. *earum in genere descriptio* 176. 30. *icon in vase* 184. 39. *iecoris vis* 187. 11 *iecur cui morbo cōferat* 184. 48. *eius internæ partes* 177. 8 *locus, victus* 177. 20. *maris & fœminæ vocis differentia* 178. 35. *de ea mira historia* 187. 40. *earum mira educatio apud Chinenses* 180. 51. *nutriuntur vt Anseres* 179. 40. *plumarum præstantia & vsus* 187. 18. *pullorum laus* 185. 13. *ijs quæ in re vtantur Chinenses* 187. 16. *quæ partes eligendæ* 184. 46. *qui ijs in fassumigijs vtantur* 187. 26. *quo actu se cōtra hostes suos tueātur* 178. 54. *quomodo præparādæ* 185. 8. *quo tempore & quibus regionibus abundent* 184. 15. *quot modis capiantur* 204. 16. *salacitas* 179. 14. *cuius sanguinis vires* 186. 13. *Synony.* 175. 40. *vasorū spermaticorum & intestini anatome & icon* 190. 191. *vbi libenter pariat* 179. 16. *vnde dicta* 175. 48. *vorac itas* 178. 8. *vox, gressus, ingenium, mores, corporis affectus* 178. 30. *in vrbibus altæ cur deteriores* 183. 1. *vsus in cibis* 183. 46. *in medicina* 186. 4. *in varijs* 187. 14. *vt aquam ament* 177. 33. *vt capiātur* 71. 39. *vt manu capiantur* 205. 18. *vt à Mergis differant* 242. 53. *vt retibus capiātur* 204. 30.
Anates albissimæ capite rubro 102. 46.
Anatis alticrurę descriptio 282. 20.
Anates atræ vbi 202. 43.
Anatis Cayrinæ maris descriptio 199. 20 *fœminæ ibidem* 38. *maris icon* 200. *fœminæ* 201.
Anates candidæ capite rubro 141. 10.
Anatis Circiæ descriptio 209. 40.
Anatis cirratæ descriptio 229. 58.
Anas clangula cur sic dicta, & eius historia 224. 4. *capitis icon* 224.
Anatis clypeatæ descriptio 224. 50. *icon* 225.
Anas cornuum sonitum edens 202. 50.
Anatis domesticæ historia 188. 1. *asperæ arteriæ anatome & icon* 190. *eius differentia, forma, descriptio* 188. 20. *maris icon* 189. *ab ea præsagia* 192. 1. *sexus distinctio* 188. 20. *Synonyma* 188. 1.
Anatis ferę historia in genere 202. 1. *an migret* 203. 44. *forma, descriptio* 303.

INDEX.

1. genera, differentiæ 202. 20. gregatim volant 201. 6. locus, migratio, volatus 203. 20. ab eis præsagia 205. 35. quomodo cicurandæ 180. 50. Synonyma 202. 1. earum vbi copia 203. 21. vsus in cibo 205. 50. vsus in medicina 206. 1.

Anatis ferè fuscæ vel mediæ magnitudinis descriptiones 221. 1. icon 222. alia Ornithologiæ 552.

Anatis fistularis descriptio 234. 10.

Anatis fuligulæ etymum 227. 7. descriptio 227. 8. capitis icon 227.

Anatis fuligulæ alterius forma 227. 43.

Anas glacie 247. 27.

Anas globirostra 196. 7.

Anas graminea vel iuncea 213. 26.

Anatis Indicæ descriptio 192. 12. icon 193. quæ Scaligero 196. 45. mira industria 187. 20.

Anatis Indicæ alterius descriptio 192. 48. item alterius 57. icon 194. 195.

Anas Italica quæ 486. 5.

Anatum latirostrum historia 223. 40. maris icon 225. alterius icon 226. maioris descriptio 227. 53. icon 230. minoris icon 218. alterius icon 229.

Anatis latirostræ pedibus luteis descriptio 230. icon 232.

Anatis latirostra pedibus rubris descriptio 230. 27. icon 231.

Anatis latirostræ rostro nigro & plano descriptio 230. 50. icon 233.

Anatis longirostræ capitis icon 282.

Anatis Lybicæ historia 196. 16. icon 197. vt educentur eius pulli 199. 2. eius membrum genitale notabilis magnitudinis 196. 37.

Anatis Lybicæ alterius descriptio 196. 44. icon 198.

Anati Hiemali Germanis dictæ descriptio 210. 1.

Anatis maritimæ descriptio 196. 6.

Anatum muscariarum descriptio, & tria genera 223. 1. icon 553.

Anatis nigræ rostro nigro, rubro & luteo descriptio 234. 50. icon 235.

Anates Ponticæ quales 206. 13. earum sanguinem qui primus antidotis miscuerit 180. 30.

Anatis quadrupedis descriptio 234. 36.

Anatis raucedulæ descriptio 281. 50.

Anas Rheni 274. 27.

Anates Thymallorum quæ & cur sic dictæ 285. 37.

Anatis torquatæ historia 211. 10. icõ 212

Anatis torquatæ Bellonij descriptio 213. 40. icon 214.

Anatis torquatæ maioris descriptio 213.

Anates æreæ vbi repertæ 183. 36.

Anas sinuus & eius descriptio 175. 13. cur sic dictus 182. 30.

Anas morbus qui 175. 30.

Anatarius 182. 36.

Anaticula quid Ciceroni 176. 3.

Anaticulus 146. 7. Triduani icon 188.

Anatiferæ conchæ icon 348.

Anatina herba 177. 58.

Anatinus 182. 44.

Anatis fluuius 175. 33.

Anchora firmitudinis inditium 124. 42.

Angeli volatus cycni volatui comparatus 22. 19. Aquilæ Cycnum insequenti comparatus 25. 26.

Argentaria & eius vis 122. 58.

Argentina 123. 2.

ad Anginas 142. 6.

Animi candoris hieroglyphicum 32. 48. diuinis intenti 306. 8. ad humilia dete cti 306. 18. vigilantis 353. 16.

Annates 175 54.

Annette ibidem.

Antipelargosis quid 303. 22.

Anseris adipis qualitas & vsus 134. 43. præparatio 135 8. pro quib. substitui possit 134. 51. vt à putredine vindicetur, vt odoratus fiat 135. 26. 50. vsus 132. 46. aquinoca 99. 50. olarum præstantia 131. 44. eorum alendorum vetus consuetudo 114. 50. altera vna non excludit 113. 40. ab eo amata Glance 147. 30. amor erga homines 111. 7. an rabiat 118. 16. eius cum anatibus similitudo 174. 50. anatome 106. 50. apologus 126. 50. 360. 15. apophthegma 126. 40. aqua eis quam necessaria 115. 23. eius artificiosa icon 127. 1. auditus & olfactus 110. 30. cuis amphibia dicta & cur 101. 12. beneficij memor est 99. 36. Britannis sacer est 121. 43. cani ad custodiã præcellit 110. 48. de Capitolium seruantibus historia 146. 26. caro eius qualis 356. 128. 50. carnis vires 134. 26. vt tenera euadat 133. 6. cerebri vis 143. 24. cognominata & denominata 122. 10. coitus, incubatus, partus 112. 40. eius collum manu prementis pueri flatus 127. 30. eius collum in cibo laudatum 132. 1. copia vbi 109. 30, cor cur in cibo laudatum 132. 7. eius custodia 110. 44. 144. 1. de eum & cycnum alente apologus 34. 50. ei cur collum longum 7. 55. cur à gramine prohibeatur 115. 45. cur improbus vocetur 111. 24. cur in festo D. Martini edatur 129. 55. cur ipsi malleatur 120. 43. cur Iuroni sacer 120. 50. per eum cur Lampon iuraret 125. 46. cur lotionis cupidissimus 110. 2. eum cur manu tenere pingatur Proserpina 128 16. per eos cur preci Penelopes denota ti 124. 49. cur ei Roma sacrificarent 121. 22. cur verecundus & cautus 109. 50. cur vorax 111. 23. eius edacitas 111. 10. educatio, ætatis, sagina 114. 24. epitheta ab eius voce 112. 26. eius etymũ 100. 44. fabulosa 108. 10. fœminæ tantum sunt 114. 11. fœminæ quot vni mari sint destinãdæ 312. 44. familiaribus eos eripere vbi pro furto non habetur 126. 29. fellis eius vires 142. 5. eius frequens esus multa incommoda adfert 128. 54. eius genera & differentiæ 101. 10. guttare eum vbi nefas 121. 20. eius forma an Iupiter Ledam compresserit 36. 55. eius hepar & sensus habere, quid 126. 12. eius hepar quomodo magnum & tenerum fiat 117. 24. de horum custodiente carmẽ 144. 30. de eo hieroglyphica 124. 36. 125. 43. historia 146. 26. hostes 116. 30. icones, numismata, insignia 127. 1. iecoris eius præparandi ratio 134. 6. præstantia 130. 31. quomodo curandum 130. 41. incubantes vt educandi 115. 17. ingenium & sensus 99. 26. Isidi immolantur 120. 20. iuris vires 141. 34. eius lac quid Germanis 134. 18. laudes 99. 10. linguæ vis 143 34. locus, volatus, gressus 109. 1. magni, nigri, vbi 140. 15. maximi vbi 45 53. medulla eius vsus in cibo 132. 36. in medicina 142. 12. ab eo moralia 143. 40. morbi eius & atas 119. 16. de moribus & ingenio eius multa 109. 50. nantis felix est 119. 37. noxia sibi & iuuantia nouit 99. 30. eum odit cycnus 24. 42. 15. inter olores quid 126. 16. olori obstrepere quãdo dicatur 35. 41. oua eius quãdo Gallinis supponenda 113. 28. oui magnitudo 113. 1. quæ meliora 112. 58. vires 142. 24. oui in quo effigies humana est barba & pilis Anserina capita amulãtibus, icõ 547. oui alterius icon, in quo caput humanum est, coma & barba serpentum effigie, pilorum vice 547. eius pabula quis ager sit destinãdus 115. 30. parit ante coitum 112. 50. pariendi tempus 113. 16. partium internarũ icones 207. pẽnarum vis 145. 7. eius pedes laudati 132. 30. pluma vsus 145. 20. noxæ 145. 50. eius pluma lora vocata 145. 43. vbi laucatissima 145. 27. poeta qui ita vocatus 99. 55. framia obseruatũ capitolium 146. 48. præsagia & augu ria 119. 10. pugnacitas 110. 56. pulchritudo 99. 24. pulcherimi vbi 158. 3. pulli vt educãdi 116. 10. qua ætate & quomodo saginãdi 117. 8. quæ damna inferãt 114. 30. quæ herbæ eis mortiferæ 115. 50. quantum pedestri itinere valeant 109. 36. qui cognominati 122. 14. qui eis colluserint 146. 10. qui eligendi 115. 55. qui frequenter vescerentur 128. 38. per eum qui iurarint 121. 44. qui eos non edant 128. 48. qui præsecandi 138. 18. qui & quomodo mirus eos 129. 43. eos qui sale condiant 133. 44. quibus dij sacer 120. 1. in quibus moris viterdi 129. 32. in quo pictio olim habiti 122. 30. quo anni tẽpore cõcũbus 129. 50. quo alia ab anatis capiantur 156. 50. quoties anno pariant 113. 3. quot eua eis supponẽdæ 114. 7. quot ova singulis fœtibus pariant 113. 7. à Romanis ei sacrificabatur

batur 120.26. ijs saginandis cur aqua ingetur 118.3. saginandi vetus consuetudo 116 55 sanguinis vires 141. 53. sterreus eius, colonis nomen est 123 3. id satis inimicum est 146. 4. eiusdem vires 144 33. sympathia, antipathia 118.43. tempus ad incubandum apium 114.1. testium vis 143. 48. timiditas 110. 16. vbi non sint 109.26. ventriculi vis 143.43. ventriculus laudatus 132.10. vigilantia, & sensus 110 20. vox 112. 1. vsus in cibo 128.26. in medicina 134. 20. in variis 144.1. in variis ethnicorum sacris 120.1. vt aquilam fugiat 99.28. vt eam oderit 118.46. vt à vulpibus conseruetur 116.47. vt sibi medeatur 110. 1. 118.26. vt coquendus & præparandus 133. 22. vt rete capiantur 241. vt poetæ se ij comparent 35.55.

Anser aneus artificiosè factus 127. 13.

Anseres alibi duplo maiores nostratibus 101.46.

Anser Amyclæus.

Anseres anguillarũ deuoratores 149. 7.

Anser aquosus 148.40.

Anser arboreus & eius descriptio 165. 53.

Anser argenteus vbi 127.20.

Anseris Bassani amor in prælum 162.16. *eius piscandi mos* 162. 24. *quæ auis* 162. 10. *vsus in medicina* 162 44.

Anseris bicipitis, & quadrupedis icon. 104.

Anseris cum duobus serpentibus certantis icone ornatum vas in Scothica effossum 127.33.

Anser Brendinus 165.45.

nseres candidissimi à nostris diuersi ca-

A pite tantum rubro 101. 40. 149.9.

Anser cinereus 148.15.

Anseris domestici forma & descriptio 101.52. *diuisio* 101.20. *icon* 102. *eius vnum tantum genus est* 101.37.

Anseris duplici collo duplicique corpore icon 105.

Anser dureus quid apud Athenæum 133. 22.

Anseris feri historia 147. 50. *atus* 158. 24 *antipathia* 158. 34 *asperæ arteriæ eius icon* 154 *carnis qualitas* 159.24. *coitus, partus* 158. 10. *cur os lapillo abstruat* 156. 43. *cur in volatu doleat* 156.8. & 20. *alicubi domesticum esse falso creditur* 101.35. *fimi, felis, & adepis vires* 159 30. *genera & differentiæ* 148.41. *genium, mores, aucupium* 157.1. *locus, volatu, migratio, pugna* 155.20. *obstuosus est* 157. 13. *de eo prouerbia* 159.1. *quo se æstate recipiat* 155.44. *quo tempore migret* 155.58. *in volando duces & somni custodes habet* 156. 40. *volandi modus & ordo* 156.10. *vsus in cibo & medicina* 159. 20. *vt capiantur* 157.18.

Anseris feri domestico simillimi descrip. 149. 30. *alia* 44. *icon* 150. *alia* 151.

Anatis feri alterius icon 153.

Anatis feri è Belgio missi icon 152.

Anser grandinis 93.18 148.19.

Anser marinus 45.25.

Anser minor Aristi. qui 101.15.

Anser niuis quæ auis 45 24. 147.50.

Anser stellatus 148.52. 260.12.

Anseris quadrupedis icon 106.

Anserculus 200.46 *icon* 103.

Anseraria herba 122.56.

Anserarium quid 122.55.

Anserina herba 123.2.

Anserino collo monstrum 147.36.

Anserinus forceps 123.4.

Antigones fabula 307.36.

ad Aphthas 138.34.

Apity forma 56.50.

Aprica ditus 110 40.

Apes Iouis nutrices 290. 40.

Apuleius correctus 127.57.

Aqua qua se abluerent Aegyptij sacerdotes 317. 22. *vinum anserinum dicta* 123.36.

Aquila anseri hostis 116 50. *cui Ardea pugnet* 366 26. *ardeæ inimica est* 372.45 *eius cum cycno pugna* 24.45. *cur cycni carne delectetur* 2. 33. *cum ea dissidet anas* 18 .24. *philosophum denotat* 32.40. *ex earum septem cum Cycnis pugna augurium* 27. 5. *eam vincit cycnus* 340. *eius vsus* 110.41. *de eius volatu fabula* 22.10 *vt Grues timeant* 314.36. *vt grues fallat* 337. 5. *vt eam Anseres odere* 118.45.

Aquila anataria cur sic dicta 182.37.

Aquila cicnea 23.46.

Aquila piscatrix quæ auis 80.9.

Aquila vulturina 5 48.

Aquilo cur Romæ frigidior 20.48.

Arachnes tela 41. 5.

ad Araneorum morsus 97 55.

Arationis temporis signum 345.17.

Ardea 44.25. *eius adipis & pedis migra vis ad capiendos pisces* 372.4. *an sanguinem in coitu emittat* 371.12. *de ea auguria* 374.20. *coitus* 371.1. *cur cãcros edat, & cur careo uatur* 370.54. *cur gregatim nidificet* 368.26. *cur Mineruæ sacra* 370.19. *cur supra nubes euolet* 370. 40. *ab ea denominata* 374.50. *eius etymũ* 366.38. 370.36. *de eius excrementis prouerbium* 371. 54. *de eis fabula* 376.50. *forma, descriptio* 367.40. *genus, differentiæ* 367. 15. *ei inimica animalia quæ* 372.40. *migrat* 369.45. *natura, mores, ingenium* 370. 1. *nautis amica est & cur* 373.40. *oculos impetit & cur* 370.2. *vt ostreas deuoret* 370.46. *pietas eius erga parentes* 370.24. *piscillus pullos nutriunt* 379. 45. *præpetibus auibus annumeranda* 374.20. *ab ea præsagia* 373. 33. *quæ parte placeat* 376.16. *ex quibus nidos confirmat* 366. 35. *quomodo cocat* 371. 24. *regius eibus dicta* 376. 12. *Sympathia, antipathia* 372.30. *Synonyma* 365. 30. *cuius temperantia in venere* 370. 10. *vbi degat* 368.4. *eã venari an prohibitum* 307. 4. *victus* 371.50. *volatus* 372.20. *vorax est* 371.50. *vox* 381. 30. *vsus in cibis* 376. 1. *in medicina* 376. 20. *vt se contra falconem defendat* 373. 10. 370. 33. *vt pisces capiat* 370.50.

Ardeæ albæ descriptio 384.43. *quæ Aristoteli* 384. 10.

Ardeæ albæ alterius icon 391. *descriptio* 392.6.

Ardeæ albæ minoris icon 394. *alterius* 304. *ex Ornithologo* 390.

Ardeæ albæ Ornithologi congeneris icon 556.

Ardearum albarum aliarũ historiæ 389 40.

Ardeæ casianei coloris icon 399. *descriptio ibidem & 400.1.*

Ardeæ cinereæ descriptio 373.44. *genus differentiæ* 377.25. *icon* 378. *synonyma* 377.10. *vbi niduletur* 379.30. *vt ab albardeola differat* 377.35.

Ardeæ cinereæ alterius descriptio ex Ornithologo 383.35.

ardeæ cinereæ maioris historia 360. *descriptio ibidem icon* 381.

ardeæ cinereæ tertij generis icon 382. *descriptio* 383.10.

ardeæ cirrhatæ Ornithologi 380.24.

ardeis congeneris auis descriptio & icon 412.

ardeæ Epidauro missæ descriptio 410. 24. *icon* 411.

ardea hæmatopos 397.10.

ardeam maris quam piscem Galli vocetur 375. 10.

ardearum minorum historia 397.1.

ardeæ minoris rostro miniato descriptio & icon 402.

ardeæ minoris albæ alterius vertice croceo icon 396.

ardea nigra quæ Italis 422. 20. 377. 18.

ardeæ pellæ coitus 371.8. 380. 1. *cur sic dicta* 377.16.

ardeæ squacco vulgo dictæ icon 400.

ardeæ stellaris arteria asperæ descriptio 404 55. *icon* 406. *de ea emblema* 408. 23. *etymum* 403.12. *forma, descriptio* 404 20. *genera differentiæ* 404.1. *icon* 405. *mores, ingenium* 407.20. *nidulatio* 407. 15. *de ea prouerbia* 403.6. *quando magis clamet* 407. 45. *Synonyma* 403.10. *voracitas* 407.10. *vox* 407.44. *vt mugiat* 53.14. *v. pisces capiat* 407. 35.

ardea stellaris cirrata 410.23.

ardeæ stellaris maioris historia 408. 45. *icon* 409.

ardeæ stellaris tertij generis icon. 411.

ardegium insulæ cur sic dictæ 369.48.

ardeæ vrbs quæ 374. 50. *vade dicta* 37 1. *de ea fabula* 376.35.

Ardearia cur inuenta, & multa de ijs 368.10. *vtilitas* 379.35.
Ardearum Malalbergi descriptio 368. 26. *icon* 555.
Ardeola 365.50. *volatus* 442.12.
Ardelio vnde dictus 375.15.
Aristoteles correctus 91.35. 118.20. 328.26.
Arquata cur sic dicta 424. 1. *forma & descriptio* 425.34. *victus, volatus, partus, & vsus in cibis* 425.40.
Arquatæ minoris historia 458.35.
Arquatus an Ibidis genus 312.56.
Arsinoes pietas in filios 52. 56.
Artenna quæ auis & eius historia 58. 7. *eius adipis vis & vsus* 60.64. *victus* 60. 30. *vox* 60.40. *vsus in cibo & medicina* 60. 50. *vt pinguescat* 60. 53.
ad Arthritidem 141. 14. 162.47.
Ascalaphus quæ auis 148.47.
Ascolopacion Bellonio quæ auis 476.33.
Asteria quæ auis Aeliano 403.16.
Asterius piscis 403.13.
Astrologia hieroglyphicum 359. 24.
Athenæus correctus 260. 49. 349 40.
Attaginis varietas 424. 28. *de quo dicatur* 408.40.
Attila ex Ciconia augurium 302. 46.
Auari per Onocrotalum notati 55. 32.
Auca quid Etymologo 100. 27. *quæ auis barbaris* 100. 48.
ad Auditus grauitatem 359. 57.
Auicæca quæ auis 474.54.
Auicenna correctus 302.6.
Aues quæ suauissimæ habentur 528. 3. *nulla canit cùm afficitur aliquo incommodo* 3.30.
Auis alba 6. 20.
Auium aquaticarum forma 448.24.
Auis auritæ icon 421.
Auis ducis quæ auis 45.22.
Auis falcatæ descriptio 422. *icon* 423.
Auis S. Mariæ 518.41.
Auis paradisi 518.16. & 38.
Auium pugnacium historia 413. 1. *icones* 414. *vsque* 20.
Auis quæ circa promontorium bonæ spei apparet icon 554.
Auis tridactyli 447.10.
Auosettæ Italorum icon 387. *descriptio* 288.10.
Auriphrygio quales pedes 438.24.
ad Aurium vitia 137.18.
Author quantum debet Eminentiss. Cardinali Montalto 305.4.

B

Barliata auis qua Isidoro 166.2. *Batis Turneri* 458.14.
Basiliscus cur ex Ibidis ouo nasci dicatur 315.38.
Beccasia quæ auis 471.48.
Beyeuári Anglorum descriptio 160. 7.
Bernicla quæ auis Bellonio 159. 58. *caro* 173. 55. *descriptio* 166. 8. *etymum* 165.42. *de eius ortu multa* 171.1. *Synonyma* 165.1.
Bipenni Tenedia præcidi quid dicatur 38. 28.
Bisloniæ aues quæ 327.10.
Bobugos vox quæ 407.59.
Boscas an eadem cum Querquedula 207. 36. *Anatis genus* 202. 34. *etymum* 206. 34. *historia* 206. 20. *vt à Querquedula differat* 206. 26. *eius plura genera* 207. 12.
Boschadis Bellonij icon 548.
Boschadis maioris historia 211. 1. *icon* 212.
Bouis artificiosa statua 127. 4. *eius inflationum morbus vt miro modo sanetur* 181.46. *Isidi immolatus* 120.20.
Bos Larinus vnde dictus 68.54.
Botaurus & eius historia 403.30.
Branta quæ auis veteribus 165.20. *eius caro qualis* 173.55. *etymum* 165.45. *forma, descriptio* 166.4 *icon* 167. *de ortu eius multa* 171.1. *eius generationis secundum aliquos icon* 174.1. *eius mira generatio* 166. 14. *Synonyma* 165.1.
Brantæ alterius descriptio 166.40. *icon* 168.
Brenthi historia 248. 30. *Anatis genus* 202.35. *cui Mergis species* 242. 25. *cum gauia dissidet* 181. 38. *cum laro pugnat* 68. 5. *cur Mergorum generis* 248.34. *quæ auis* 248.39.
Bruma quid & quando fieret 506. 3. *eius etymum* 10.
Brutus Anser vocatus 100.10.
Bubire quid 407.49.
Bunges 240. 16.50.
in Buteonem versus Mumichus 98. 14. *quæ auis* 403.38.
Butoræ 403 32.
Butorius ibidem cum Onocrotalo confunditur & cur 403.37.

C

Cadmus quot litteras inuenerit 334.
Caladrius 536.36.
Calchas cur Larus dictus 63.33. *Cycnus dictus* 23.26.
ad Calculum 143. 21. 206.10. 476.5.
Calidris nigræ descriptio 432. 50. *icon ibidem.*
Calidris rubræ descriptio 431.20. *icon* 433.
Camela auis 46.7.
Camelo cur collum longum 7. 55.
ad Cancros 359.33.
Canes Anseribus alti 146. 9. *Anserum recinoribus qui eos paverit* 124.39. *artificiosa statua* 127. 4. *cur in crucem eos ferunt Romani* 146.50. 121.26. *in Canem dictam auem versus Megaleter* 98.14.
Canis odoratus 110. 31. *per eum quid Aegyptij indicarent* 317.56.
ad Canis rabidi morsum 136.40. 247. 36.
Canopus Aegyptius quæ auis 45.13.
Capellæ historia 523.40.
Caper hirundinis 434.48.
Capitolium ab Ansere seruatum 146. 26.
Capricalæ historia 164. 1. *icon ibidem.*
Capriceps Arist. quæ auis secundum Bellonium 4343.1. *icon* 436.
de Caprifico coniectura 23.44.
ad Capitis dolorem 137.2.
Carbo aquaticus Alberti 261. 58.
Carchates quæ auis Alberto 262.18.
Cardinali Montalto quantum debeat author 305.4.
Carduelis longæuitas 118.30.
Caris colorem mutat 260.53.
Carulus Gazæ 499.6.
Casilitas 294.24.
Castor quæ auis Bellonio 283. 57. *eius & Pollucis corona* 24.23. *vterque nautis faustus est* 26.47. *ortus* 37.13. *Sydus nautis infaustum* 37.28. *Catarractæ* 44.24. *eius æquinoctia* 64.10. *cur Mergorum generis dici possit* 243. 58. *descriptio* 85.30. *icon* 86. *locus* 87.1. *nidus incubatus, educatio* 87. 30. *quæ auis* 84.44. *quæ aues ita dici possint* 85.3. *quæ auis Eustachio* 84.56. *quid proprie significet* 84. 12. *Synonyma* 85.10. *victus* 87. 10. *vsus in cibo* 88. 1. *vt capiatur* 68. 38. 87.56. *vt pisces capiat* 87. 16.
Catarractes omnis 84.30.
Catarractæ Oppiani descriptio 84.47.
ad Catarrhos frigidos 60.56.
Caucalis auis 533.47.
Caystier fluuius cur cygneus dictus 16. 58.
Cela quæ auis Aeliano 45.58.
Celeus quæ auis 290. 24. *æquinoctia* 290. 38.
Celeus in Gracculum mutatos 290. 40.
Celonium quid 292.15. 325.34.
Cenchritæ quæ aues & vnde aictæ 148. 38.
Cepphus quæ auis 63. 14. *æquinoctia* 88. 10. *cur thynnos & delphinos sequatur* 90.26. *descriptio* 90. 1. *etymum* 88 50. *vt à Laro differat* 88.36. *locus, mores, victus* 90. 20. *eius partus in quos dicatur* 91.16. *ab eo præsagiũ* 68. 22. 90.50. *prouerbia* 91. 16. *qui sic dicantur* 90.38. *Synonyma* 88.50 *vsus in cibo* 91.30. *vt capiantur* 90.40. *vt tonitrua timeat* 90. 30.
Cepphus Larus ac quo dicatur 70.71.
Cepphus quadrupes 88.43.
Cepphus Turneri quæ auis 71.42.
Cepphus authoris 88.40. *icon* 89. *descriptio* 90. 10.
Ceramiues quæ aues 217.38.
Ceramites gemma 217.40.
Cercelle Vel cercelle Gallorum 208.8.

INDEX.

Cereionis auis Indicæ historia 494.40.
Cercuris 366.17.
Cerua vt lupum timeat 181.33.
ad Cernicis rigores & tumores 138.36.
Cerui Isidi immolati 120.20.
Cerylus auis 498.50.
Cex marina quæ auis 63.23.
Ceyx auis 498.50.
Chamæleon 44.34.
Charadrius 365.39. historia 536.1. forma, descriptio 536.40. de eo prouerbium 536.50. eũ imitari qui dicantur 536.54. de eo prouerbium 537.35. de eo variæ opiniones 536. 10. vsus in medicina 537. 40. quæ auis autori 536.27.
Chenalopex quæ auis 150.46. Anseris species 101.16.148.9. (38.
Cheniscus 100.46. quid sit 100 12.127.
Chenoboscia quomodo cõstituẽda 111.14.
ad Chenomyci herbæ conspectum timet Anser 110.18. quæ herba 122.30.
Chenopus quæ herba 122.32.
Chenerotes 159.49. Anseris species 108. 18. 148. 10. quæ aues Turnero 165. 19. vnde dicti 165.38.
Chenosiris quæ planta 122.49.
Chenotrophia quæ 122.27.
Christi hieroglyphicum 56.22.
Ciccus quæ auis 148.51.
Ciconia 44.15.92.54.365.72. adulterũ seruum vlciscentis exemplum 298. 40. æquinoca 292. 1. an cum cornicibus pugnent 301. 42. an cum Grece pugnet 301.50 an linguã habeat 294 33. antipathia, pugna, sympathia 301. 40. de ea apologi 307. 20. apophthegma 306.46. augurium quale 302.36. eam capite imitari quid 292.55. carnis qualitas 308.14. contra coruos & vultures pugnat 54. 44. corporis affectus 302.10. cur apud multos ea non sit fas vesci 291. 50. cur cum aquila pugnet 301.46. cur exul hyemis dicta 305. 40. cur in homines mutari dicantur 307. 36. cur non edantur 308. 14. denominata & cognominata 303.1. de ea emblema 307.2. eius œconomia 291. 40. epitheta 306. 33. fabulosa 307. 30. eius figura cur in regum sceptro ponebantur 305.3. gemmam pro medicato crure reportat 296.16. genus, differentia, forma 294.25. eius gratitudo 296.57 hieroglyphica & symbola 305 30. eius honor in culina 291.53. imago in quibus numis 309.50. ingeniũ 296. 32. Mergis inimica est 245.50. migrationis eius modus 295. 43. eius mira prouidentia 296.46. mirus in migrando ordo 296.25. moralia 303.30. eius neruorum vsus 309.1. in nido extruendo quid obseruent 296. 43. nidus, coitus, partus, exclusio 301. 10. noctu aduenient 295. 44. eas occidere vbi nefas 300.54. eius ciũ in serpentes 302.6. parentes suos humeris gestat 299. 20. pennarũ eius vis 309.47. de pietate eius carmen 505.10. præsagia, auguria 302.11. pullos volare docet 299. 38. quæ loca frequentet 294.46 quã seuerè in adulterã animaduertat 298. 28. quando non volet 300.38. eam qui Romani ederint 307. 50. qui edere eam instituerit 306 4 quibus victitet 300 44. quid domino loci, vbi habitat perfolua: 294.56. quo se recipiat 295.10 quo tempore migret 295. 50 quomodo nidificet 301.29. quot, quanta, qualiaque ova pariat, & quamdiu incubet 301.30. radicem zinziberis hero suo reportat 296. 58. earũ reciproca pietas 298.50. Romanis pia auis vocatur 303.18 cum serpente pro pullis mira pugna 298.10. eius stercoris vis 309. 24. synonyma 293. 20. vbi coeant 301.28. vbi in honore 300.58. 301. 1. vbi nidificent 296 49. 301.14. vbi non sint 294.54. venenatis impuré vescitur 301. 4. eius, & vespertilionis odium reciprocum 302. 1. vnde dicta 294.10. volatus gressus 300.30. vox 300.1. vsus in cibo 307. 50. in medicina 308 40 an ab Ibide differat 312. 50. vt pullos amet 299.44 vt à vespertilionibus se vlciscantur 296.36. vt vulneribus suis medeantur 296 32.
Ciconiæ magnitudine auis icon 554.
Ciconia montana Aristi qua 291.3.
Ciconiæ nigræ historia 310.10. eius carnis & atipis color 310.46. descriptio 310. 25. icon 311 quibus vescantur 310.44. quo affectu laboret 310.52. quomodo in cibum paranda 310.46. vbi degat 310.17 vox 310.45.
Ciconiaria herba 303.13.
Ciconiariæ leges 299.4.
Ciconipelles naues dictæ 303.30.
Ciconius 303.20.
Cicuta cycnum interimit 26.21
Cincli æquinoca, synonyma 490.10. descriptio 490.35. icon 491.
Cincli minoris icon 492. iterũ 492 quarti 493.
Cincli locus, ingenium, mores 494.8. nidus 494.13. de eo prouerbia 494.16. qui ita prouerbialiter dicantur 494. 20. eius vsus in cibis 494.30.
Cincli Bellonij descriptio 480.40.
Cincli Turneri descriptio 485. 10. icon 493.1.
Cincli generis icon 486.
Cinnamomus auis cum Alcyone implicatur 499.53.
Circia Anatis genus 207.29.
Cirri quæ auis Plauto 397.53. quæ Ornithologo 88. 54.
Cirris vingilij 397.10. eius icon 498.
Cladorynchus vnde dictus 290.10.
Cladorynchi amicitia cum crocodilo 290.6.
Clakis Scotis quæ auis 166 48. icon 169.
Clakis alteriæ icon 170.
Clangere de ansere dicitur 111.20.
Clysteris inuentio 296.40. 315.14.
Clytemnestra artus 37.13.
Cobbi marini quæ aues Gallis 72.3.
Coccyx cicadæ occinens 36.5.
Cochlex ardeas fugiunt 373.26.
Cochlearia auis quæ 384.12.
ad Colicum affectum 138.51. 309.25.
Columbæ artificiosa icon 127.6.
Colymbiadis historia in genere 249.1.
Colymbi icon ex Bellonio 210.30. historia in genere 249.1. genera, differẽtia, forma, descriptio 249.50. locus, nidus capiendi ratio 250.26. vbi nidificet 257.30. vnde dictus 249.10. vsus in cibis 210.46.
Colymborum maiorum historia 251. 1. descriptio 251.10. icon 252. vox 253. 7. caro 13.
Colymbi maioris alterius descriptio 251 30.
Colymbi maioris cristati & cornuti alterius descriptio 253. 14. icon 25[illegible]. & 254.
Colymbi maioris cornuti aliud genus 253.37.
Colymbas maximus qui Ornithol. 253. da Colymbis minoribus historia 256.1. volatus 257. 24. descriptio 256.25. Carnis qualitas 256.36.
Colymbi minoris authoris descr. 257.36.
Colymbi minoris alterius descriptio 256. 52. icon 259.
Colymbi minoris congeneris auis descriptio 257.49.
Colymbi minoris Bellonij icon 258.
Conia 294.8.
ad Conceptum 140.44. 142 10. 144.49
Conchæ anatiferæ icon 548.
ad Concoctionem promouendam 70.46.
Concordiæ augurium 302.38. symbolum 306.22.
Congrues quid 349.59.
Coniugalis pietatis documentum per Alcyonem 514.1.
ex Consilio insano subsecuta pernicies hieroglyphicum 518.16.
Consuetudinis rarę hominis hieroglyphicum 513.3.
Contemplatiui homines symbolũ 514.40.
Contumaces per porphyrionem indicantur 442 46.
ad Conuulsionem 60.56.
Cordis hieroglyphicum 318 20.
Corallistria cur dicta Ciconia 300.13.
Cornix Ardeæ amica est 372.38. erga Ciconias officia 296. 3. concordiæ imago 306.26. cur se ita Ausonius vocet 32. 26 an Ciconiis inimica 301. 41.
Cornix aquatica 485.23. descriptio 501. 53.
Cornices frugem denascentes 360. 35.
Cornix marina 238.43. 239.57. 262.35

Corrivæ Italorum historia 288. icon 289.
Corvus cum Alcyone implicatur 499.43. olim erat albus 6. 44. eius pugna cum ciconijs, & Pellecanis 54 44.
Corui aquatici Plinij historia 267. 1. an idem cum Phalacrocorace 261. 50. arteria icon 264. descriptio 262. 46. icon 263. nidus, victus, locus 266. 24.
Corvus aquaticus Pl. nij ab Arist. Coruo aquatico diuersus 261. 35.
Corui aquatici præsagia 266. 40. Synonyma 261. 46. ventriculi tunica icō 265. vsus in medicina 166. 50.
Corui aquatici minoris historia 272. 20.
Cornus demolitor quid Vitruuio 324. 40.
Cornus marinus 239. 58. 262. 37. 499. 48.
Cornus piscator 267. 14.
Corui syluatici descriptio 271. 30. victus, nidus 33. partus 37. icon 270. vbi degat, & nidificet 270. 20. vsus in cibis 271. 6.
Corydus inter doctos quid 35. 58. quæ auis 36. 8.
Coturnices lapidibus se saburrant 337. 30 oderunt pelecanum 54. 58. quando migrent 33 2. 45.
Cossyphos 248. 45.
Cotte Anglorum historiæ 98. 40.
ad Coxendicem 162. 48.
Crassas Cynea voce cur loqui dicatur 19. 48.
Crecis historia 428. 1. æquinoca, synonyma 428. 10. augurio 429. 21. an cum Ciconia pugnet 301. 50. cur Minerua sacra 429. 28. etymum 428. 30. Mergis inimica est 246. 50. mores, volatus, antipathia 429. 10. de ea opiniones 428. 38. cum quibus pugnet 282. 25.
Crex Aristotelis 288. 24.
Crecis Bellonij descriptio 428. 40.
Crecis Turneri descriptio 428. 40.
Crocodilus dei simulachrum 306. 4. eius & trochili mutua officia 288. 58. vt reddatur immobilis 316. 20.
Crotalistria 300. 14.
Crotalum quid 300. 14.
Crura cur aquaticis auibus longa 176. 55
Cucolus 44. 29. de eo prouerbium 69. 38.
Custodis vrbiū hieroglyphicum 305. 50.
Custodiæ hieroglyphicum 124. 30.
Cuttæ Anglorum historia 98. 40.
Cygnus 6. 1. 437. 20. adipes eius facultas & vsus 40. 36. adulti icon 8. æquinoca 4. 24. ætas 18. 30. an cum Grece coeat 22. 54. anatome 12. 18. Anserem odit 14. 42. de cum, & anserem alente apologus 34. 50. cuius cum aquila pugna 24. 45. aquilam vincit 3. 40. in Apollinis festo canit 28. 31. arundini delectatur 24. 25. eius arteriæ asperæ mira structura 12. 30. asperæ arteriæ longitudinis vsus 19. 12. de eius vsu multa 18. 50. 19. 1. eiusdem clauso sterno icon 13. nudæ 15. augurio 26. 20. canit cum tacent gracculi 35. 16. cantus, & de eo multa 2. 38. de quo dicatur 36. 10. de eo differium 3. 0. controuersia 19. 24. capiendi ratio 24 capitis hiante ore icon 10. 21. caro qualis 3. 54. carnis qualitas 40. 24 cum cicuta interimit 26. 2. cognominata, & denominata 23. 34. collum cur longum 7. 42. cur inhospitalis dictus 24. 39. eo cur potius, quam alys auibus naues ornarent veteres 2. 7. cur inter impuras aues 56. 16. cur apud musicos in cibis nō laudetur 4. 14 cur mortem non timeat 3. 25. cur hominibus præsset 3 23. cur Indi eum oderint 24. 36. cur nauium insigne 41. 24. in eum cur Iupiter mutatus dicatur 37 25. cur colli habeat longissimum 19. 4. ei cur primus locus decur in hoc opere 1. 52. cur stagna amet 16. 8. cur ranas voret 18. 27. cur immunitate morte canant 3. 6. ab eo cur petatur augurium 27 27. cur fulgura timeat 24. 6. cur principes alāt 2. 12. cur Apollini sacer 2. 43. 28. 15. cur Musis sacer 28. 58. cur Neptuni filius fingatur 17. 58. 38. 10. cur Veneri sacer 29. 13. eius dentes 7. 40. epitheta 33. 40. etiamnum pulli icō 9. etymum 28. 50. exalia descriptio 10 7. fœmina non dolet ex coitu 22. 52. forma, descriptio 6. 30. generis Anserini est 148. 25. ab Hercule occisi fabula 37. 41. hieroglyphica 30. 20. de eo, & homine apologus 34. 3. historica 27. 50. hominem mortem temnere docet 28. 45. 5. Hugonis mortem præsagit 27. 52. eius icon in vestibus Castoris, & Pollucis 40 56. eius icones, & picturæ, & statuæ antiquæ 40. 50. eius intestina qualia 12. 20. prolectio sumitur 42. 38. eo magis canus qui dicatur 36. 28. mores ingenium 18. 3. musicæ hieroglyphicum 21. 16 mutuō pugnāt 24. 30. mystica 28. 15. natare homines docuit 1. 55. ineos natura quam in homines liberalior 3. 2 1. nantis faueli sunt 26. 22. nidus, coitus, partus 22. 40. nigro similima auis quæ Iuuenali 36. 18. niger pro re rara 6. 38. non mergunturs 38 50. eius cum onocrotalo similitudo 42. 45. oua eius qualia 23. 5. ouorum vsus 40. 43. pelitis vsus 40. 48. de eius penna in cerebrum defrendente fabula 21. 57. eius pennis cassides ornabantur olim 41. 37. earum mollities 7. 32. vsus 42. 10. pedes habet nigros 6. 58. pedes cur membrana interfepiantur 7. 58. 10. 1. posi coitum aquis se immergit 22. 52. præsagia 26. 10. pro candido colore accipitur 6. 37. de eo prouerbia 35. 14. eius pulchritudo 2. 19. purpureum cur Horatius vocauerit 6. 54. quæ loca habitet 16. 1. quando dulcius canat 2. 47. quando sibilet 18. 46. qui ita dicti 4. 24. quibus celeritas conueniat 22. 34. quomodo fulmina vitet 16. 23. eius robur laudabile 3. 35. Sceleton 11. eius notæ 12. 1. Senes melius canunt 30. 38. sonus pro carmine 32. 30. eius simpathia, & antipathia 14. 24. Synonyma 5. 1. Sirena putati 21. 43. trachea arteriæ aperto sterni scrinio icon 14. vbi non sunt, vel rari 17. 51. verecundia 3. 47. victus, fagina 23. 5. viro prudenti similis 3. 46. vnde dictus 6. 5. volatus, gressus, natatus 22. 1. vox 18. 36. vsus in cibis 40. 20. in medicina 40. 30. in insignibus 41. 30. vt aquilam timeāt 25. 4. vt cicurentur 18. 13. vt morem sibi gerant 24. 5. vt præparandi 40. 28. vt volent 18. 18.
Cycni ab Achille occisi fabula 37. 50.
Cycnus Aethiops quid 6. 40.
Cycnus astrum 4. 39.
Cycnus collyrij genus 4. 57.
Cycnus equus 4. 36. nauis 4. 55. libri titulus 5. 12.
Cycnus ligurum rex 4. 25. de eo fabula 38. 32. explicatio 39. 30.
Cycnus Martis filius 4. 26. Neptuni 4. 27.
Cycni, & Thyriæ fabula 39. 46.
Cycnus oppidum 5. 9.
Cycnus Troianus 4. 35.
Cycneus color qualis 6. 34. lacus 23. 48
Cycnea vrbs 23. 52.
Cycnitis regio 4. 35.
Cynopus herba 122. 46.
Cyprinus 6. 19.
Cythera insula Porphyria dicta 7. 2.

D

Diaboli hieroglyphicum 245. 28.
Damni hieroglyphicum 125. 2.
Delphinos cur lari insequantur 66. 20.
Democratiæ hieroglyphicum 353. 30.
Dei hieroglyphicum 306. 2.
Diomedis fabula explicatio 62. 12. eius socij in aues conuersi 61. 4. vt punitus 61. 30.
Diomedea auis quæ 58. 4. cur Fulcis similis dicta 58. 30. descriptio 58. 10. icon 59. mores, volatus 60. 1. uāditia 60. 8. nidus, incubatus 60. 10. non esse Onocrotalum, nec Fulicam, nec Ardeæ genus 57. 55. vbi reperiatur 58. 16. victus 60. 30.
Diomedeæ insulæ 58. 5.
Dionysij forma 56. 50. vt excitatur 56. 57.
ad Dolores sedandos 136. 6.
Draconibus dissident Cycni 25. 52.
Drenfare quid 18. 41.
Dypes auis 240. 16 5.
Dytini quæ aues 242. 33. de ijs historia 249. 1. vt natent 250. 32.

E

Echinastrum 347.36.
Echini marini cur lapidibus sese onerent 337.30.
Egrettæ duplex genus 297.13.
ad Elephantiasim 247.21.
Elephas mortem suam luget 21. 48. suem timet 11.40.
Elaphis Oppiani, quæ auis, & cur sic dicta 510.4.452. 24.
Elorius Arist. quæ auis Bellon. 424.38.
Ematopus quæ auis 443.30.
Eme auis Indicæ historia, & icon 541.
Ephemeri mira generatio 171.58.
ad Epilepsiam 70. 38. 97.54.
Epops 437.13. canit lugendo 3.3.
ad Equi affectiones in oculis 376 28.
Eremitas significat Pellecanus 55.21.
Erodius quæ auis 365.50. quæ Ardea Arist 366.25.
Erodialis lapis 375.14.
Eryngium venenatis omnibus restitit 122.43.
Erbigometha quæ auis Villanouano 471.52.
Exta pro iecore 131.1.

F

AD Faciei cutem custodiendã 137. 8. ad eam purgandam 309.1.
Falcinellus an Ibidis genus 212.56.
Falco 365.47. ab Ansere delectus 110. 58. Ardeis inimicus est 372.46. vt eas capiat 373.2. eũ vt fugiant Grues 344.45.
Falco albus 85.6.
Falco Gruarius qui 341. 55.
Famis præsagium 192.8.
ad Febres chronicas 142.4.
Felis honor apud Aegyptios 317.28.
Fertilitatis præsagium 302.28.
Fiber auis 159.55.
Fiber quæ auis Bellonio 283.56 icõ 284 descriptio & tota historia 285.6.
Ficedula quæ auis Alberto 471.53.
Filij, vel affectus in filiũ hieroglyphicũ 161.34. pro eo designando quid pingerent Aegyptij 160.40.
ad Fistulas 359.38. pedum 309.7.
Flores cur purpurei dicti 7.24.
ad Fluxum rubrum 140. 16. ventris 186.46.
ad Fœtum mortuum educendum 140.3.
Fortitudo quæ laudanda 3.30.
Fortunæ donis non esse fidendum Ceycis fabula monet 516 20.
Fratercula marina 215.12.
Frigoris præsagium 26.16.266.45.
Fulgura cur timeant cycni 26.4.
Fulica 44.13.62 50.
Fulicæ quæ auis 93.6.
Fulica quæ Perionio 240.6.
Fulica an palmipedibus annumeranda 93.30. cana cur dicta 64.6. eas Cycnis comparare quid 35.40.97.30. de ea emblema 97.20 fabulosa 98.1. forma, descriptio 94.1 genus, differentiæ 93.26. duo genera 267.24. icon 95. locus 96. 1. mergus niger cui dicta 242.24. natura, mores 96.16. præsagia 97.1. pro laro accipitur 63.3. ab ea prouerbia 96.30. quæ loca habitet 88.20. Synonyma 92. 50. volatus, nidus, partus, victus 96. 40. vsus in medicina & cibis 97.45. vt capiatur 96.50.
Fulica alterius historia 98.25.
Fulica Plinij, quæ Ornithologo 72.8.
Fulica veterum 81.12.88.38.
Fulicæ similis auis icon 546.
Fulix 91. 58. 92.58.
Falsa quæ auis 93.6.
in Furaces, & rapaces prouerbium 70.5

G

GAiano quæ auis 249. 53.
Galerita non est Cirris Virgilij 197. 17.
Gallinis cur supponenda ona Anseris, & quot 112.18.
Gallina rusticella 472.1.
Gallinago 448 20. icon 473.
Gallinago Gazæ 471.39.
Gallinaginis minoris historia 476.30. Vide Scolopax minori icon 484.
Gallinaginis minimæ descriptio 493. 40.
Gallinularũ aquaticarum carnis qualitas 448.45 historia in genere 448.1.
Gallinulæ chloropodis maioris historia 449.1. icon 450.
Gallinulæ chloropodis Ornithologi historia 452 icon ibidem.
Gallinulæ chloropodis alterius historia 449.30 icon 451.
Gallinulæ chloropodis alterius Fulicæ similis historia 496.30. icon 497.
Gallinulæ erythræ historia 466. 50. icon 467.
Gallinulæ erythropodis historia, & icon 453. minoris descriptio, & icon 454.
Gallinulæ hypoleucæ historia 476. 50. icon ibidem.
Gallinulæ melampodis historia 464. icon 465.
Gallinulæ ochræ historia & icon 468.
Gallinulæ ochropodis maioris historia 461.1. icon 462 mediæ historia 461. 24. icon 463. minoris historia 461. 40. icon 464.
Gallinulæ phœopodis historia 458. 1. icon 459. alterius historia 458.35. minoris icon 460.
Gallinulæ poliopodis historia 465. icon 466. 558.
Gallinulæ Rhodopodis, seu phœnicopodis historia 456.40. icon 457.
Gallinulæ fericæ historia, & icon 470.
Gallinulæ terrestris historia, & icõ 495.
Galli, & porphyrionis mutua benevolentia 441. 30.
Gallorum Numidicorum pugnãtium icon & historia 452.
Gansa quæ auis Morinis 101.30.
Garganellus quæ auis 276.18.
in Garrulos adagium 70.18. emblema 57.5.
Garrulitas vt detestanda 158.46.
Gasidane gemma 6.35.
Gauia alba Apulei 71.11.
Gauia, & eius historia 63.2. cũ anatibus dissidet 181.36. vnde dicta 63.28.
Gauia cinerea 72.33.
Gauiæ cinereæ à Lusitanis gareyos dictæ icon 546.
Gaza error 68.5.88.17.248.35.290. 28.
Gelu diu mansuri præsagium 205.43.
ad generationem promouendam 143.50.
ad genitalium vlcera 139.16.
Gerania 318.21. in gruem mutata fabula 360. 38.
Geranites lapis aut gemma 349.23.
Geranium herba quæ 347.30.
Geranium secundum 303.30.
Geranochrus 348.31.
Geranomageron 347. 38.
Geranthe 348. 18.
ad gibbos remedium 138.40.
Gingra quid 112.13.
Gingrire quid 112.1.
Ginocchielle vulgò dictæ icon 539.
Glaciei auis 518.47.
Glacitare 112.10.
Glaucium auis vnde dicta 215.26. anatis genus 202.34. historia 215.20.
Glaucij Bellonij icon 216.
Glaucium herba 215. 20.
Glo iam & terrena tantum cogitantis hieroglyphicum 33. 20.
Glotterare quid 300. 10.
Glottis quæ auis Aristot. & Plinio 452. 31.
Glottidis Germanorum historia, & icon 452.
Gomphena auis quæ 327.57.
Graculus 365.33. eo tacẽte canit cycnus 35 16.
Graculus palmipes 261. 14. historia 272.20. descriptio 25. icon 273.
Gratiam referendam esse per Ciconiam significatur 307.1.
Gratitare 212.6.
Gruis adipis facultas 359.55. aquiuoca 324.40. ætas 340.10. cum ea nõ vocat cycnus 22.54. anatome 331.12. animal gesticulatorum dicta 341. 12. antipathia sympathia 342.36. apologus 126.56.360.14 eius aspera arteria qualis 331.16.328.20. capiendi ratio 341. 20. caro, vt teneresçat 358. 18. carnis qualitas 358 37. celeritas in volando 332. 16. in cibo capiendo prudentia 336. 6.

coitus, partus 338.1. eius collum cur sibi guloſus quidã optaret 328.21. cur ei colũ longum 755. cur ad alias regiones migrent 333.20. cur frugilega dicatur 326.26. cur inter ciuiles enumeretur 340.45. cur tã alte volet 333.45. cur inter diu & noctu videat & volet 355.43. cur lapillum uno pede ferat 336.16. cur tardiſſime volare videatur 355.30. cur unico pede dormiens inſiſtat 336.20. cur triangulũ volando formet 333.58. 334.1. cur troiani eis cõparati 339.30. cur unipedi inſiſtens dormiat 356.32. ab ea denominata 347.30. epitheta 355.1. etymum 326.38. de ea fabulæ 360.35. felis uſus & qualitas 359.50. forma, deſcriptio 328.1. genera, differentiæ 327.35. graniuora eſt 338.30. greſſus 340.24. hiſtorica 350.1. Ibyci mortẽ uindicãt 350.30. icon 329. inuicem pugnant 344.54. lapidẽ inter ſe ponunt 338.10. lapillos deglutiẽtes de quibus dicantur 357.1. eius laudes 323.10. pro machina 325.12. migrãt 331.34. migrantes an lapidẽ ferant & quomodo 336.46. de ea moralia 351.1. mores, ingen. 340.40. ex eius morte Tomæus ſibi mortem prædicit 350.6. de eius neruis mirum 359.40 nõ eſſe timidas 340.58. onorum qualitas 354.26. pennæ mira uis 360.4. ab ea præſagia 345.10. de ea problemata 355.30. prouerbia 357.1. de pugna eius cum pygmæis multa 342.1. quæ loca habitet 331.25. quam literam in uolatu efformet 334.36. quando arationem faciendã moſtret 345.46. quãdo erant in precio 357.40. quando pluuias præſagiant 346.38. quando & quomodo migrent 331.46. quando orbicularem figurã in uolatu efformet 334.15. quem ducem eligant 335.42. quibus auibus capiãtur 341.46. ab ijs quid didicerit Balamedes 326.56. quo uento uolent 345.24. redeuntes ſine ordine uolant 337.37. rubræ ubi 327.45. Sceleti icon 330. ſenſus 332.1. ſerpentibus anteſcantur 338.40. ijs ſtolidior qui dicatur 357.14. Synonyma 326.1. uigilantia 336.22. uitis lachryma moritur 345. uolatus 332.12. earum uolatum ut ſuperarit Gyrus rex 333.32. uox 339.1. cur tam longè obaudiatur 331.15. uſus in cibis 357.23. uſus in extremis 360.7. in medicina 359.30. ut aduerſus rapaces aues ſe defendant 344.50. ut Aquilas fallant 337.5. ut eas timeant 343.36. ut cicurentur 338.25. ut coquendæ 359.16. ut excidantur 338.20. ut rete capiantur 24.1. ut feginentur 338.27. 357.35. ut ſexu diſtinguantur 331.7. Zelus ergo fatus 340.30.

Grus Balearica quæ 227.46. hiſtoria 361. maris icon 362. fœminæ 363.

Grus Balearica Plinij quæ Bellonio 360.21.

Grus Iponenſis icon 364. hiſtoria 365.1

Grus marina qui piſcis 325.46.

Grus lapidis genus 325.56.

Gruiſpes herba 348.3.

Gruaria herba quæ 347.32.

Gruere quid 339.1.

Gulo quæ auis 286.20.

Gulones mari 149.8.

in Guloſum emblema 57.5.

Guſtardæ auis Scotiæ hiſtoria 163. icon ibidem.

Gypaetus 5.48.

Gyrifalco ut Auſerum ferorum hoſtis 158.45.

H

Hæmatopus 397.10. etymum 441.25.

Hæmatopus Bellonij quæ 443.40. eius deſcriptio & icon 447.

Hæmatopodis Scaligeri icon 398.

Hæmatopus Turneri quæ 443.42.

ad Hæmorrhoidas 40.40. 139.5.

Halcyon 498.13.

Haliæetus 84.57. eius pedes 434.24. quæ auis Scaligero 197.20.

Haliaetus Virgilij differt ab Haliaeto Ariſtotelis 39750.

Harpe quæ auis 68.8.84.58. diſſidet cũ laro 67.54.

Harpya 62.58. ut in prædã ruãt 85.4.

Hector Aquilæ comparatus 25.9.

Hedyſarum 43.47.

Helena cur Dyuaria dicta ſit 37.30. cur tam pulchra nata 2.26. ortus 36.50. eius ſyaus nautis infauſta 37.18.

Helory hiſtoria 427.40. etymum 427.50.

Herba Roberti 47.53.

Hercules cur celebris 37.46. eius uigilantia 336.22.

Herodius 44.2. cur inter impuras aues 56.12 de eo locus Dauidicus explicatus 375.24.

Hiaticulæ hiſtoria 536.1.

Himantopodis hiſtoria 443.20.

Himatopodis authoris hiſtoria 443.46. maris icon 445. fœminæ 446.

Hipparios quæ auis 283.50.

Hippopotami impietas 305.35. quale animal 305.54.

Hieroſalebi 375.12.

D. Hieronymi obſcurus locus correctus 343.50. 349.1.

Hirundo 316. canit lugendo 3.3. cygnis non eſt quot cõtendat 35.18. de ijs & cycnis apologus 34.3.

Hirundo aquatica 485.13.

Hirundo marina 63.55. quæ aues ita uocentur 500.55. eius deſcriptio 540.10. icon 80.

Holor 6.10.

Homines agiles ut generẽtur 38.10. cur mortem timeant 3.25.

Horatius cur in cycnũ ſe uerti dicat 32.2

Morionis hiſtoria 443.1.

Hoſpitalitatem à Ciconys diſci 303.44.

Hoſtis profligati hieroglyphicum 305.54.

Humilitatis exemplum 352.9.

ad Hydropem 138.47. 140.20.

ad Hydrophobiam 134.39.

Hyemis præſagium 373.36 pluuiæ 345.20. eius qualitates quomodo præſagiant Aquilonares 119.33.

Hyena hyemis felle interimitur 316.2.

Hyere in fluuium mutata 23.33.

Hiſperina in ſulicam uerſa 98.3.

Hypocritarum hieroglyphicum 33.43.

Hyrcinna fluuius cur ſic dictus 128.20.

I

Ibis 5.54. 437.21. Ægypti propria eſt 314 30. atas, nidus, partus 315.30. antipathia 316.20 aquam non ingreditur 314 30 aquam ſordidam, aut ueneno infeſtã nunquã bibit 316.13. cædidæ ubi 312.45. caro 318.56. una ibidem eius cum ciconia ſimilitudo 312.10. eius cordis magnitudo 314.16. ita cur Coruinus dictus 316.36. cur Apollonius Rhodius 46. de ea cur poſt Ciconiam agat author 312.1 cur apud Ægyptios in honore habita 315.50. eã cur adorẽt Ægyptij 317.16. cur auis impura 318.54. cur inter impuras aues 56.15. cur lunæ ſacræ 317.50 cur ita Licurgus dictus 317.2. cur in menſis prohibeatur 57.15. cur Mercurio ſacra 317.30. cur in palmis nidificet 315.34. denominata & cognomin. 316.34. emblema 318.34. forma, deſcriptio 314.1. genus, differentia 312.44. hieroglyphica 318.4. inteſtini mira longitudo 314.22. icones in nummis 319.10 mũditia 315.10. myſtica 317.4. natura, mores, ingenium 315.1. nigræ ubi 312.45. eius occiſores qua pœna apud Ægyptios afficerẽtur 317.30. qua corporis parte coeat & pariat 315.35. eius ſanguis quæ herba 317.3. Synonyma 312.25. ubi ſint 314.40. ubi & cur occidere nefas 312.10. ubi nidificet 315.32. uictus 315.46. uſus in cibis, & medicina 318.50. ut à Ciconia differat 312.50. ut ſerpentibus miro modo infeſta 215.56. 316.1.

Ibis alba quæ 294.9.

Ibidis Bellony icon 313.

Ibyci Grues de quibus dicantur 357.17. de eius morte hiſtoria 350.20.

in Ichneumonem aucm verſus Philæus 98.15.

Ilicerus quæ auis Ariſt. 136.20.

Idomeneus cur Larus dictus 63.33.

in Ignauos emblema 408.25.

ad Ignem ſacrum 40.43. 136.28.

Imau-

Imantopodes quæ aues 443.25. qui populi 27.
Impurum quid 146.2.
Immunditiei hieroglyphicum 306.20. 318.15.
ad Inflammationem cum dolore 136.20.
ad Ingenij bonitatem 142.26.
Indi cur Cycnos oderint 24.36.
Inguine qui anes careant 438.10.
Ingruere quid 349.54.
Innocentiæ hieroglyphicum 32.54.
ab Insidijs tuti mumiměsi hieroglyphicũ 305.44.
pro Inuido ponitur Ibis 316.40.
Iracundiæ typus 352.6.
Ibis simulacrum 120.40
Isocratis panatheaica oratio in senio conscripta 32.37.
Ispida 83.10.500.1.æquinoca 518.13. Alcyonem aphonon vocat Bellonius 500.20. Alcyonis species est 518.10. etymũ 518.34 forma, descriptio 519 1. genera 518.50 locus 521.10. pullorũ numerus 521 20. quibus vescatur 521.14. Synonyma 518. 30. vbi nidificet 521.17. vsus in cibis 521. 25. vt tineas arceat 521.30.
Ispida Indica descriptio 519.58. 520.1 icon ibidem.
Ispida Vria genus 256.15.
Isptia vulgaris icon 520.
Iudæi cur Melancholici 185.31 frequẽter Anseribus vescuntur 128.45.
Iunconis etymum & tota historia 487. 26. icon 388. alia ibidem.
Iunco Bellonij quæ 487.43. icon 489.
Iuppiter in Cycnũ versus Nemesim componit 36.45. eius & Ledæ fabula 36. 35. explicatio 37.20.
Iupiter Peiargicus 303.18.
Iynx Vbi nunc Alcyon vocetur 497.48.

L

AD Labiorum rimas 137.25.
Laboris tolerantiæ hieroglyphicũ 303.53.
Ledæ & Iouis fabula 36.35.
Lampon quis fuerit 226.2.
Lanam appellauit Martialis Cycni plumas 42.24.
Lap vuinga quæ Anglis 523.55.
Lari æquinoca 62.40. an lateat 66.8. cũ Anate & harpe dissidet 67.54. antipathia, sympatibia 67.30. caro qualis 70.30. à Ceppho vt differat 88. 36. cerebri vsus 70.38. de ijs cur post Artemidã agat author 62.26. cur Delphinum insequantur 66.20. cur Mercurio sacer 69.10. cur Herculi 69.17. eos cur non clamus 70.28. ab eo denominata 68.46. etymum 63.41. forma descriptio 64.30. genus, differẽtiæ 64. 4. hiatus de quibus dicatur 69.58 hieroglyphica 69.24. hominũ amãtissimi sunt 67.35. locus, victus 66.1. Monedulas amat 67.50. mystica 99.3 eius natandi velocitas 67.16. nidus, partus 67.20. eius nomine quæ aues comprehendantur 63. 15. non esse Milui genus 64.4. de ijs olim hominibus fabula 67.47. ijs in paludibus de quibus dicatur 70.9 pennarum vsus 70.50. præsagia 68. 15. quare Mercurio sacer 63.44. qui proverbio locum dederit sua garrulitate 78.58. quibus dijs sacer 69.4. eos quomodo Belgæ capiãt 68. 30 synonyma 62. 48. ventris vsus 70 46. eius vitam viuere qui dicantur 69. 50. eius volatus, natatus 66. 35. vsus in cibis 70. 25. in medicina 70.36. vt coquantur 68. 28. vt conchylijs vescantur 66.24 vt oliuis inhiant 66.26.
Larcrum alborum genera 71.14. Ardea inimici sunt 372.45.
Lari albi maioris descriptio 71.22. minoris 71.30 vt capiatur 51.35.
Lari albo cinerei torque cinereo icon 77.
Lari cinerei descriptio 73.1. Synonyma. 72.10 vt pro ætate variet 73. 18. maioris icon 74 minoris 75.
Lari cinerei alterius rostro & pedibus rubris icon 76.
Larorum cinereorum aliorum descriptiones 73.16.
Larorum fidipedum historia 82.50.
Lari fidipedis alterius descriptio & icon 93.2.
Lari maioris authoris descriptio 64 40. icon 65.
Larus marinus Fristorum 84.46.
Lari nigri historia 81.1. icon ibidem. fidipedis icon 82.
Lari piscatoris icon 79. historia 80.1.
Larus insula 62.43.
Larus piscis 62.43.
Larius lacus vnde dictus 68.46.
Larinum quid vocetur 68.58.
Larini boues vnde dicti 68.54.
ad Lassitudines 130.15.
Latipophyre 437.46.
Latiporphyrides aues 437.43.
Laurifolia cur Anserin anõ edat 110.5.
Lædæ fabulæ mysticus sensus 2.22. an diuersa à Nemesi 128.10.
Lenticula palustris anatina cur dicta 177.58.
Leonis adipis facultas 134.47. vt ignẽ timeat 52 46. sine ferro vt Phylius occiderit 39. 56.
Leonicus Tomæus vnde moriendum sibi prædixerit 350.1.
ad Lentiginem remedium 40. 36.
Leutinus cur ex corno cycnus factus esse dicatur 64. 48.
Leges Ciconiariæ 299.4.
Libidine nimia confecti hieroglyphicum 375.50.
Libyæ aues quæ 326.66.
Limosæ historia 434.13.
Lingulaca q̃ 452.20. vnde dicta 319.30
Linnugi quæ aues 148.36.
ad Lippitudines 38.48.
Literæ primæ hieroglyphicum 318.23.
de Literarum inuentione quædam 334. 40. 335.1.
Lomshay auis Indicæ historia & icon 543.
Loripes auis & historia 443.444. de ea carmen 444.35.
Louna quæ auis Anglis 249.58.
Lumen cur purpureum dictum 7.13.
Luscinia 62.55 fluviatilis 522.39.
Lychnite lapide cur vtatur Ciconiæ 296 45.
Lygea herba, quæ & cur cycni in nido imponant 18.20.

M

MAconito auis, quæ Græcis modernis 424.50.
Malo Punico quæ animalia intereant 68.14.
ad Mãmas à partu cõseruandas 138.42.
ad Matricis tumores 143.30.
Meancæ descriptio 235 46. quæ auis Alberto 72.44.
Meleagris quæ Scaligero 196.54.
Medicinæ hierogl. 305.46.
Meleagrides Isidi immolatæ 120.20.
ad Memoria lapsum 359.54.
in Mercatores proverbium 69.50.
Mercurio cur Ibis sacra 317. 30. laro cur comparatus 66.45. vnde literas inuenerit 335.10.
Merga quid 239.16.
Mergina quæ herba 245.18
Mergo 242.2.
Mergitis quæ Plinio 239.10.
Mergus 365.44. æquinoca 238. 34. ab Aethyia non differre 240.3. anatibus magis aquaticus 243.25. alys temporibus alias voces emittit 244.48. carnis qualitas 247.4. cum Ciconijs pugnat 301.55 cognominata & denominata 243. 1. cur Sirac vocet Aratus 343.58 cur loca aprica amet 243.34. edacissimus 244.3. & cur 13. scilis & quorum facultas 247.37. forma, descriptio 142.40. genera, differentiæ 242. 20. hieroglyphica 245.23. iecoris eius facultas 247.34. locus nandi peritia, victus 243. 14. mirus eius vsus ad capiendos pisces 246.10. muti & surdi à quibus statuantur 244.45 vidus, partus, incubatus 244. 20. eius nomen cur Erysichthon meruerit 245. 8. ab eo præsagium 182.1. 246.24. proverbia 245.40. quæ auis Ornithologo 240. 39. quibus inimicus 245. 50. sinsue, vnx 244.40. Synonyma 239. 50. vbi & quot ova pariãt 244. 20. ventriculi facultas 247. 26. vsus in cibis 247. 1 in medicina 247.20. vt ab Anatibus differant 242. 53. vt capiãtur 246.1.
Mergorum aliquot historia quorum nomina tantum vulgaria nota 274.1.

INDEX.

Mergus albus 276. 18. *descriptio* 282. 50.
Mergorum anatiformium historia 282. 40.
Mergi Bellonij descriptio 240. 30. *icon* 241.
Mergi cirrati maioris historia 283. 1. *icon capitis ibidem.*
Mergus cornutus 242. 29.
Mergi glacialis descriptio 279. 57. 281. 1. 16. *icon* 280.
Mergi longi rostri descriptio 281. 45.
Mergus magnus Alberti 84. 50. 261. 58.
Mergi maioris descriptio 276. 22.
Mergi mustelaris descriptio 281. 27.
Mergo mustelari leucomelano congeneris icon 278. *eius asperæ arteriæ icon* 279.
Mergus niger 93. 4. *quę auis Alberto* 93. 39. *descriptio* 281. 55.
Mergi rauceduli descriptio 281. 50.
Mergi Rhenani descriptio 274. 38. *icon* 275.
Mergi alterius Rhenano congeneris descriptio 276. 15.
Mergi rubri descriptio 281. 52.
Mergi scopulus vbi, & cur sic dictus 245. 16.
Mergulus 44 25. 85. 15.
Mergulus niger Alberti 256. 58
Merganseris maioris descriptio 285. 50.
Merganser minor, quæ auis Ornithologo 285. 35
Merrachi quæ aues Heluetijs 149. 6.
Merulę colorem mutant 260. 53.
Merula aquatica 485. 13.
Merulæ aquaticæ Ornithologi icon 486.
Militiæ hieroglyphicum 305. 50. *eius signum color ruber* 319. 58.
Miluus 44. 9. 326. 2. 365. 35. *Auferi hostis est* 116. 50. *vt capiatur* 71. 49.
Miluus palustris 68. 8.
Misericordia à Grubis discitur 351. 46. *eius hieroglyphicum* 56. 21.
Molliceps Aristotelis 476. 39. *Longery* 535. 20.
Monedulam amat larus 67. 50.
Monialis alba quę auis 274. 47. *fusca descriptio* 282. 40.
Monstrum anserino collo natum ex adulterio 147. 38.
Monstra marina quo tempore cauenda 513. 57.
Mopsi in diuinando peritia 23. 44.
Morsex Alberti 262. 50.
Morinelli Anglorum descriptio, & icon 540.
Mors omnibus animantibus communis 39. 14. *eam sedulo meditantis hieroglyphicum* 125. 30.
Moscouitarum duces cygnos esses quibus opponant 4 5.
Motacillæ generis icon 486.
Mus velans 5. 30.
Musca hieroglyphicũ 30. 25. *eius symbolo quod Aegyptij intelligerent* 30. 24.
Musici senis hieroglyphicum 30. 20.

N

Nanus Athlas quid 6. 39.
ad Narium varias affectiones 138. 23.
Natare à quibus didicerit homo 1. 54.
Naues cur cygno potius, quam alijs auibus ornarent veteres 2. 7.
Nautum Græcorum, & Romanorum nomina 1. 55.
Nautæ rectè cygnis similes 26 44.
Nauigandi artis inuentio 1. 56.
Nauigationis felicis præsagium 246. 30.
Naupiindæ volucres quæ 327. 6.
Nebla quid 175. 2.
de Nemesi fabula 36. 38. *an diuersa à Leda* 128. 14.
Nepa quæ auis Alberto 472. 15.
ad Nephritim 309. 26.
ad Nernorum affectus 208. 42.
Nessotropium vbi & quomodo extruendum 179. 43.
Nisus quæ auis Scaligero 397. 24.
Nix cur purpurea dicta 7. 28.
Noctua 5. 17. 62. 56 312. 29. 365. 58 437 20. *eius augurium fel x* 374. 30.
Numenius quæ auis veteribus 424. 25. *eius etymũ* 424 32. *historia* 424. *icon* 426. *capitis icon* 427. *de eo prouerbiũ* 424. 30.
Nycticorax 44. 26. 365. 47. *quæ auis* 55. 24. *descriptio ex Ornithologo* 271. 55. *icon* 272.
Nyctigreton quæ herba 122. 31.
Nyctilops quæ herba 122. 31.

O

Oedicnemi similis descriptio 358. *icõ* 539.
Oca quid Etymologo 100. 27.
Ocnos quæ auis Arist. 468. 34.
Ocni funiculum texere quid 408. 10.
ad Oculorum vitia 137. 10. 308. 48.
Olor 6. 3. *quid significet* 2. 21. *vnde dictus* 6. 8. *pro odore* 5. 14.
Olorum herba, & eius natura 17. 45.
Omphalos siue vmbilicus terræ 22. 15.
Onocrotalus 5. 28. *aquinoca* 43. 30. *eius* 46. 47. *antipathia, pugna* 54. 30. *cur Christiani non edant* 57. 20. *cur ederent Aegyptij* 54. 4. *cur cum cygno subiungat author* 42. 45. *eius cum cygno similitudo* 42. 45. *cur Rancunas dictus* 51. 53. *descriptio* 46. 12. *ex Ornithologo* 50. 2. *emblema* 56. 44. *eidem esse cum Pelicano* 43. 1. *etymum* 45. 6. *faminæ icon* 49. *genera* 45. 38. *hieroglyphica* 55. 38. *inguiuies eius vsus* 57. 40. *eius tum internarum, tum externarum partium descriptio* 50. 24. *maris icon* 48. *mores* 52. 10. *nuptiæ* 55. 12. *nidus, partus* 53. 30. *non esse Ardeam stellarem* 43. 24. *eius ossa cur sine medulla* 51. 14. *oua qualia* 53. 34. *quæ loca habites* 51. 35. *soliditas* 55. 50. *quoties anno bibat* 53. 40. *Synonyma* 44. *victus* 53. 36. *volatus* 53. 20. *vox* 53. 10. *vsus in cibis* 57. 10. *in medicina* 57. 30. *eius veteri descriptio* 50. 40. *in eius vtre quomodo pisces, & conchylia contineatur sine casu in gulam* 51. 20. *in eo puer inuentus* 50. 47. *vt capiatur* 55. 1. *vt contra accipitrẽ se defendat* 54. 36. *vt pullos educet* 52. 13. *vt conchas voret* 54. 16. *vt pisces capiat* 53. 50.
Onocrotalus Indicus 45. 56.
Oratores per cygnos significati 32. 35.
in Orchilum versus Alcander 98. 14.
Ordinem seruantis hieroglyphicũ 353. 46.
Orphens in cygnum cur dicatur mutatus 31. 58.
Oryzometra Bellonij quæ 455. 15. *icon* 456.
ad Oris vlcera 138. 31.
Osyna 45. 5. *quæ auis Alberto* 44. 50.
Ossifraga 5. 48. 44. 92. 26.
Otus 363. 39. *vt capiatur* 442. 20.
Ouidius correctus 120. 26.
ad Ozenas 138. 124.

P

Padus cur Oloriser dictus 17. 10.
Palamedis auis quæ 326. 50. *quid à Gruibus didicerit* 326. 54. *quot literas inuenerit* 326. 53.
Pallas cur athya cognominetur 245. 1.
Palmipedes aues quæ 1. 43.
Palumbus syluestris 365. 35.
Papitza quid recentioribus Græcis 100. 36.
Pappare quid 100. 55.
Pappos 175. 11. 53.
ad Paralysim 141. 9. 187. 2. 208. 54. 359. 34. 54.
Parasitus cur laro assimilatus 69. 57.
Parcus auis 52. 25.
Pardalis muris icon 531.
Pardalis quo tempore appareat 532. 8. *eius vox qualis* 532. 40. *vt capiatur* 532. 20.
Pardali Bellonij congeneris icon 530.
Pardalus Aristotelis 428. 45. 529. 4. *eius hist.* 533. 20. *vnde dictus* 533. 34.
Pardi adipis facultas 134. 48.
Parentibus quantũ filij debeant, Ciconiæ exemplo docemur 303. 44 304. 7. *eos senes alere eodẽ exemplo docemur* 299. 4.
Parra quæ auis 97. 36 524. 35.
ad Partus difficultatem 140. 1. *ad eum facilitandum* 70. 44. 144. 50.
Parus palustris 487. 56.
Passeres agri 326, 18.
Paurina herba 178. 1. *quæ Italis* 123. 8.

INDEX.

Pauo maleuolus, & glorioſus 109.55.
Pauo agreſtis 524.15.
ex Pace vbertas 515.10.
Peccatoris pœnitentiam agẽtis hieroglyphicum 33.24.
Peclen Veneris 347.39.
Pecorum prouentus præſagium 302.10.
Pelarga 303.20.
Pelargi qui dicti 303.6.16.
Pelargica lex quæ 291.47.
Pelergicus murus vbi 303.42.
Pelecan Ariſtotelis quæ auis 42.53.
Pelecan Ornithologi quæ auis 42.56.
Pelecanus Coturnicem odit 54.58. *contra coruos, & vultures pugna* 54.44. *cur ſemper macilentus* 54.16. *cur inter prophanas aues nominet ſcriptura* 56.10. *cymum* 44.47. *fellis vſus* 57.32. *hieroglyphica* 55.38. *eius imprudentia, auſtoliditas* 55.41. *myſtica* 55.12. *pietas erga fœtus* 52.15. *vt capiatur* 55.1. *quæ loca amet* 51.50. *qui non ederent* 57.15. *vbi nidificet* 53.33. *vſus in cibis* 57.10. *Vt pictores fingant* 45.18.46.10.
Pelicanus Ornithologi 384.15.
Pelecani pictorum & vulgi icon 47.
Pelecanus ipſis 43.38.
Peleccinos herba 43.44.
Peleccinus Oppiani quæ auis 43.1.
Pelonitis herba 303.27.347.34.
Penelope agnatis genus 202.34. *maris deſcriptio* 218.32. *icon* 219. *famina* 220.
Penelopis Ornithologi deſcriptio 218.13.
Penelope calculus dictus 217.26. *Ludus* 217.20.
Pepulorum nobilium Bonon. galea cycno ornata 41.46.
Perdices vt rete capiantur 24.1.
Perdix ruſtica 455.18. *icon* 471.
Perdix ruſtica Martialis 471.30.
Perdix ſylueſtris 471.27.
Peregrina quibus dicantur marina 45.27.
Pes anſerinus quæ herba, & eius vires 122.35.
Pes Columbinus 347.47.
Peſtis, & famis præſagium 192.8.
Phalacrocorax 93.21. *an idem cum Corvo aquatico* 261.50.267.1. *deſcriptio* 267.50. *icon* 268. *altera ex Bellonio* 269. *victus, aucupium* 270.1.
Phalaris cur Veneri immoletur 261.34. *quæ auis* 242.33.93.3.260.36. *hiſtoria, deſcriptio, ſynonyma* 260.20. *locus, victus* 261.1. *de ea myſtica* 261.30. *vſus in cibo* 261.20. *vt capiatur* 261.10.
Phaleris quid 260.30.
Pheſcades aues quæ 250.18. *Anatis genus* 202.34.
Phaſchalis hiſtoria 207.46.
Phebini aues 148.39.
Phenes quæ auis 92.26.
Philomela canit lugendo 3.3.
Philoſophos cycni ſignificant 32.44.
Philoxeni guleſitas 328.30.
Phocarda quæ auis 207.2.
Phœniceus color cur ſic dictus 319.44.
Phœnicopes 397.10.
Phœnicopterus auis eſt aquatica 320.10. *Caio immolatus* 323.50. *forma, deſcriptio* 320.20. *icon* 321. *etymum* 320.1. *mandibulam mouet ſuperiorem* 323.28. *partes quæ præcipuè cõmendentur* 323.44. *quomodo ad cibum præparandus* 323.35. *vſus in cibis* 323.30.
Phœnicopteri alterius icon 322.
Phoix 403.26.
ad Phthiſim 138.47.
Pica 5.43.526.15.565.14.
Pica marina anatis genus 202.42. *deſcriptio, & tota hiſtoria* 215.1. *quæ auis Gallis* 443.40.
Picus 365 33.
Picus marinus 499.55.
Pietatis mutuæ inter parentes, & liberos hieroglyphicum 305.30. *eius nomen qui meruerint* 309.53. *quid moneat* 352.20. *eius ſymbolum in antiquo numnio* 309.53.
ne Pili renaſcantur 247.30.
Pindarus cycnus dictus 31.55.
Pipio 317.24.
Pipizo 348.38.
Pipo cum quibus dimicet 98.17.37.2.43.
Piſcis quid Ariſtoteli 53.46. *capiendi augurium* 68.23. *copiæ præſagium* 90.52. *quibuſdam cur duæ veſiculæ* 29.16. *vt ſponte ad Ardeas accurrãt* 372.5.
Platea vnde dicta 384.33.
Platea Gaza 44.46.
Platea Plinij, quæ auis, & hiſtoria eius 384.18.
Platea Ciceronis quæ, & eius hiſtoria 384.18.
Pleiadum nomina 510.50.
ad Pleuritidem 187.1.
Plinius correctus 349.25.500.50. *error* 68.4.248 34.
Pluuiæ præſagium 26.15.182.1.205.40.346.28.478.57.510.15.458.40
Pluuialis forma, deſcriptio 529.16. *genus, differentiæ* 529.1. *eius inteſtina cur vacua* 532.2. *locus, victus* 535.50. *Synonyma* 528.94. *vſus in cibis* 533.1.
Pluuialis cinerei hiſtoria 533.20. *icon* 534.
Pluuialis Gallorum 525.14.
Pluuialis maioris icon 535. *hiſtoria ibidem.*
Pluuialis marina 533.27.
ad Podagram inueteratam emplaſtrũ experientia notum 309.39.
Poetas cur Cycni ſignificent 30.3.
Poetæ mali hieroglyphicum 125.24. *quæ ætate mulieres* 30.36.
Poeticæ efficacia 38.5.
Policia exercenda exemplum à Grulibus 351.10.
Pollucius ortus 37. *eius ſydus nautis infauſtum* 37.27. *corona* 24.23. *nauſtus* 26.47.
Pomum amoris 215.24.
Porphirio 5.26.38. *aquiuoca, Synonyma* 437.10. *eius alui excrementum* 442.4. *cur inter impuras aues cenſeatur* 56.15. *cur Iudæis interdicti* 442.28. *cur eum veteres alerent* 442.36, *cur in menſis prohibeatur* 57.15. *de eo fabula* 442.54. *forma, deſcriptio* 438.1. *eius & Galli mutua beneuolentia* 441.28. *indocilis eſt, & nunquã mãſueſcit* 441.34. *icon* 439. *alia* 440. *lauari, & pulueraſi gaudet* 441.45. *eius laudes* 441.24. *laudatiſſimi vbi* 448.50. *eius mira pudicitia* 441.1. *mores, ingenium* 441.1. *nemo eum in cœna appoſuit* 442.30. *in occulto comedit* 441.38. *cum Pelecano confunditur* 441.28.437.16. *eius pudicitia* 437.52 *quæ loca amet* 438.46. *quibus veſcatur* 442.6. *qui ita dicti* 437.25. *quos ſignificet myſtice* 442.47. *Volatus* 442.10. *vſus in cibis* 442.23. *Solus anium morſu bibit* 441.50. *vt capiatur* 442.16.
Porphyris auis quæ 437.39.
ad Porrigenem 136.58.
Poſſideonis auis 499.39.
Potentilla herba 123.1. *Synonyma ab anſere petita* 123.30.
Poynges etymum 240 16.50.
Prædicatoris hieroglyphicum 33.24.
Proſerpina cur anſerem manutenere pingatur 128.16.
Protegeuſles animalis Indiæ guſtus 110.43.
Prudentiæ hieroglyphicum 353.35.
Pſittacus ſibi mortem prædicet 21.54.
Pſittaci marini hiſtoria, & icon 560.
Pueri in olorem mutati fabula 29.30.
Puffinus Anglorum qualis 257.2. *eius deſcriptio* 238.1.
Pullicent birollri icon 545. *quadrupedis* 545. *alterius quinque digitos in vtroque pede habentis* 545. *item trapidis* 545.
Pullus aquæ quæ auis 93.4. *quid Alberto* 176.38.
Pumex Alcyonius quid Theoph. 512.15.
Purpura pro verborum elegantia 7.31.
Purpureus color prorſe pulchra 7.8. *vt à rubro differre dicatur* 329.50.
Pygmei an dentur 342.20. *etymum* 342.36. *cum Gruibus pugnantium hiſtoria* 342.20.
Pythagoras quam literã inuenerit 355.4

INDEX.

Q

AD Quartanas 247.25.
Querquedulæ historia 206.20. *Anatis genus* 202.34. *etymum* 206.37. *genera, descriptio, locus, educatio* 207. 19. *vt à Boscade differat* 206.26.
Quercera quid 206.45.
Querquedula prima icon 549. *alterius* 550.
Querquedula crissata 251.27. *descriptio* 210.30.
Querquedula Indica descriptio 209.23. *icon* 551.
Querquedulæ maioris historia 211.1. *minoris* 207.50. *forma, descriptio* 208. 30.
Querquetulana porta cur sic dicta 206. 50.

R

RAbos forcados auis Indica icõ 344. *Rabos de juncos icon* 544.
Rallus vt à Fulica differat 99.1.
Rallæ Anglorum historia 455.1.
Ralli Italorum historia 98.50.
Ramphus quæ auis Kiranidi 44.49.
Ranas cur cycni edant 18.27.
Reciconiare quid 298.50.
Recurui rostra quæ auis 288.18.
Redbanca quæ auis Anglis 453.46.
Redhostire quid 298.50.
Reipub. bene gerenda exemplum à gruibus 351.10.
ad Renum dolorem 359.43.
Rhintace Plutarchi 518.49.
Rhododaphnes folys cur abstineat author 110.5.
Rostrix 472.2.
Rostrum quæ nauis pars 2.2.
Rupex quæ auis 536.36.
Rupex Arist. qua Bellonio 380.2.
Rupex quorundam 327.51.
Ruslicula 471. 33. *cum quibus auibus confundantur* 471.40 *genera* 471.35. 472.20.
Rusticulæ Syluaticæ historia 476. 10. *icon* 477.
Rynchus de quibus dicatur 223.48.

S

SAcerdotum superiorum hieroglyphicum 33.32.
Salubritatis hieroglyphicum 318.15.
ad Sanguinem sistendum 136.35. 143. 7. *si ex cerebro profluat* 137.4 *si è naribus* 143.18.
Sannia pollica 293.7.
Scharbi Germanorum descriptio 262.53. *pellis vsus* 266.50.
Sebeldraki quæ aues Angli 149.6.
ad Scirros 136.26.
Scolopacis historia 471.1. *aquinoca, synonyma* 471.1. *auis pulueratrix est* 474. 33. *carnis eius qualitas* 475.50. *cur Arist. migratoriam nõ faciat* 474.10 *eius etymum* 471.16. *forma, descript.* 472.30. *hominem mirè diliget* 474. 50. *icon* 473. *anguiuie caret* 474.40. *mores & ingenium* 474.54. *quibus vescantur* 474.33. *quibus in locis libenter degat* 474.24. *quo tempore magis conueniant* 476.4. *quo tempore potissimum appareant* 474.6. *volatus* 475. 6. *vt capiantur* 475.20.
Scolopacis minoris carnis qualitas 478. 48 *forma, descriptio* 476.50. *genera differentiæ* 476.44. *icon* 479. *præsagium* 478.54. *Synonyma* 476.30. *vbi abundet* 478.20. *vt capiatur* 478.30. *quibus vtilitet* 478.40. *vox* 478.58.
scolopax qui piscis 471.1.
ad Scorbutum 144.53.
ad secundas expellendas 140. 14. 247. 44.
Securidica 43.47.
ad Sedis vitia 138.58.
Serenitatis præsagium 346.45. 347.10.
ad Serpentes pellendos 319. 3. *quomodò omnes reddantur immobiles* 316. 28. *cicnos oderunt* 25 52. *voluptatis symbolum sunt* 306.14. *eorũ tactus* 110. 43.
Sideritide herba ad quid vtatur anser 110.1.
Silentij hieroglyphicum 144.43.
Sitta aquilæ pugna 301.43. *eius descript. & icon* 538.
Smerilius quæ auis 397.26.
Sol purpureus cur dictus 7.18.
Solandri quæ auis 162.35.
Solitudinis hieroglyphicum 56.33.
ad Somnum conciliandum 137.6. 376. 26.
ad Sordidos 318 34.
Spadiceum colorem esse diuersum à phœniceo 319.44
Sparuerius quæ auis, & vnde dicta 397. 26.
ad Spasmum 141.34. *oris* 319..48.
Sperga Venetis quæ auis 251.15.
Spem in aduersitatibus non abyciendam esse alcedo docet 513.4.
Sternæ historia & icon 78.
Stolidi hieroglyphicum 55.40.
Stonchaetera quæ auis Anglis 458.16.
ad Stranguriam 143 36.
Strepere de anser 112.16.
Struthio cur chasida dictus 293.38. *eius pennis galeæ ornantur* 41.38.
Stymonius grex de quibus auibus dicatur 327. 3.
Stryx 5.58.
Studia honesta quæ 39.22.
Stultitia hieroglyphicum 91. 23.
Sturnus 92.18. *vt vocent Græci* 63.23.
Stymphalis veterum 524.41.
ad Supuratos 138.45.
de Sue cenicultura 23.24. *cur ficubus alta* 131.17.
Syrenæ olores putatæ 21.43.

T

TAlpa 5.32. 437.20.
Tantalus auis nomen 366.50.
Tarlinus quæ auis Siculis 424.10.
Taurum vinum vt ad aram Iouis pertraxerit Phylius 406.9.
Taurus auis 403.25.
Tela quæ auis 208.16.
Tempestatis præsagium 97. 2. 119. 16. 246.27. 302. 30. 346. 30. 374.43. 510.10.
Tenedos insula vnde dicta 38.24.
Terminus quid 178. 23.
Throces quæ aues 242.33. *historia* 249. 1. *vt natent* 250.22.
Thyrsa & cicus fabula 39.46.
Thyrreni cur pelargi dicti 303.16.
Tibiæ vnde antiquatus fierent 360. 10.
Timandræ ortus 37.15.
Tolleno quid 292.20. 325.36.
ad Vermina 186.4. 359.35.
Torquatus quæ auis Italis 424.15.
Totani historia 439.30. *icon* 430.
Totani Ornithologi icon 557.
Tranquillitatis hieroglyphicum 514.50.
Tremulus auis 525.15.
Tringa historia 480. 1. *icon* 481. 482. 483. *maioris descriptio* 480.20.
Tringa Turneri descriptio 487. 7.
Trochilus 424.27. *historia* 288. 30. *etymum* 288. 40. *icon* 289. *mares & fœminæ vt inuicem poscant* 290.14. *eius & crocodili mutuo officia* 288.58. *varia genera & nomina sunt* 290.4. *de eo variæ opiniones* 288. 40. *velocitas* 288.35.
Trochilus Arist. quæ auis Alberto 276. 44.
Trochyli cnydri icon 559.
Trochilus terrestris 495.54.
Trua quid 45.10.
Truo quæ auis 45.10. *de eo emblema* 57. 4.
ad Tumores omnes 136.23.
Turdi magnitudo 489. 5. *colorem mutat* 260.53.
Turdus aquaticus 487.17.
Turneri error 72.14.
Turris olcrina 23.54.
ad Tusses 144.47.

V

VAnelli historia 523.40. *aquinoca, synonyma* 523.50. *etymum* 524. 46. *forma, descriptio* 523. 25. *icon* 526. *genus, differentia* 525.3. *hyemet* 66. 10. *locus, victus* 525. 30. *vox, volatus* 527. 43. *mores, ingenium* 527. 10. *eius stultitia* 527. 16. *vsus in cibis* 528. 1. *vt capiatur* 528. 13.

Vannelli candidi 525.10.
Vannellus fuscus 528.43.
Vannelli sine crista 525.10.
Varus poeta cygnus dictus 31.52.
Varus Sophista pelargus dictus 303.1.
Velum pro ala 24.
ad Venena 136 41.141.46. 56. 186.13. 206 1.247.24 309.17.359.30.
ad Ventriculi crudit atem 143.20. *ad eum fouendum* 266.50.
Venti præsagium 68.20.90.58.97.2.155. 52.182.1.205.40.246.25.373.48.
Venus in aquilam versa 36.44 *cur Euplea dicta* 30.7.
Verris præsagium 302.18. 345.18. *hieroglyphicum* 305.37. *purpureum cur dictum* 7.20.
Veritatis hieroglyphicum 32.55.
ad Vesicæ vitia 143.35.
Vespertilio 5.30.312.29. 365.58.437.20. *dentes habet* 7.41. *eius, & ciconiæ oatium reciprocum* 302.1. *ab eo vt se vlciscantur ciconiæ* 236.36.
Victimæ antiquis frequentes 121.10.
Vigil antiæ hieroglyphicum 353 1.
Vim vt pellentis hieroglyphicum 33.26.
Vinum aasserinum quid 123.36.
Violentiæ cohibendæ hieroglyphicum 305.30.
Vipio quid 349.1. *in pretio fuit* 358.13. *quid Plinio* 3.7.24.
Vigilius cygnus dictus 32.12.
Vt eum quod aqua non corrũpitur 204.24.
ad Vitæ diuturnitatem 134.26.
ad Vlceria inflammata 140.36.
Volinarus quæ auis Alberto 44.53.
Vlucris fœminea 6.20.
Voluptatibus immergi pro mergos significatur 245.26 *earũ symbolum* 306.14.
Vpupa 5.37.44.2.24.365.40 437.13 *in honore apud Aegyptios* 294.2 *quam auem Angli ita nominent* 523.54.
Vriæ quæ auis 242.33. *eius historia* 260.1. *etymum* 260.13. *pedum eius constitutio* 251.50.
Vria mator 251.48.
Vriæ Bellonij descriptio 251.50.
ad Vrinæ stillicidium 139.17.
Vrinari quid 249.30.
Vrinatricis historia in genere 249.1. *etymum* 249.30.
Vrinatricis primi generis descriptio 249.56. *secundi, & tertij* 250.
Vrinatricis tertij generis Turneri descriptio 2.8.20.
Vstica anseribus contactu mortifera 115.43. *ne pullis noceat quid agendum* 113.
Vtamania quæ auis in Creta 240.30.
Vteri affectus 142.18 *dolorem* 139.24. *mollitiem, & collectionem* 139.35. *procidentiam* 140.54. *inflammationem* 140.24. *strangulatum* 140.30. *pustulas* 140.34. *ad eum purgandum* 139.46
Vulgena quæ auis 208.16.
Vuotocoecus Anglorum 471.41.
ne Vulpe apologus 360.23.
Vulpanser 148.57. *eius in cibo laus* 161.50. *cognominata, denominata, proverbia* 161.1. *ei cur honor ab Aegyptijs habitus* 160.46. *hieroglyphicum* 161.30. *ingenium mores, pugna* 160.30. *locus, partus* 160.22. *ouæ qualia* 161.55. *pietas in prolem* 52.43. *synonyma forma, descriptio* 159.40.
Vultur 44.10. *simi eius facultas* 5.48. *vinos vt Phylius cæperit* 40.1. *cygnis inimici* 25.48. *pietas in prolem* 52.31.46.16. *pugna cum ciconijs, & pelecanis* 54.44.
ad Vuluæ vitia 139.20. *duritia* 40.40.

X

Xiornita quæ auis Græcis 472.6.

Græca.

Ἀετὸς 92.19. quę auis præcipuè Grę-cis 238.40
Ἀϊδωνὰς ἄνθος 245.20.
Ἀκροχωνικὸς 128.1.
Ἀλκυὼν & eius historia 498.12.
Ἀντιπελαργὸς quid 298.50.
Ἀντιπελαργὸς quid 199.24.
Ἀντλητήριον ξύλινον 292.35.
Ἀραμὸς 366.16. Ἀράμιον 366.49.
Ἀσκολοπὰξ 471.1.
Ἀστερίας 403.10.

B

Βασκὰ 206.36.
Βασκὰς 206.26.
Βοκιδᾶς quid 338.55.
Βουκολίων 490.25.
Βουφαλὸς auis 63.37.
Βρυθὸς vnguentum 248.50.
Βρυθὸς 146.15.
Βρυκὸς 248.44.
Βρυὸς 248.39.

Γ

Γαλαγχὰς quæ auis Græcis modernis 63.39.
Γέραρο. & eius etymum 326.23. multa apud Græcos signific. 324.40.
Γέρανος herba quæ 347.36. pro machinis accipitur 325.10. Saltationis genus 224.48.
Γερανειακὴ.
Γέρανεια 348.4.12.
Γερανειδᾶς 348.30.
Γερανεὸν 292.28.
Γερανὸς 348.21.
Γερανία 348.11.
Γεράνιον 327.24.
Γερανὸς lignum quale 325.33.
Γερανικὸς λίθος 349.23.
Γερανοβοτία 3.9.20.
Γερανομαχία 342.2.
Γερανοστιχὰς 348.35.
Γερανουοῦσσα 348.3.
Γερανυλλὸς 325.5.
Γερὼν 326.29.
Γλασσυκὸν 176.44.
Γλαυξ 62.56.
Γυμνοπαιδικὴ 325.2.

Δ

Δαμαρ 499.33.
Διπτοδία 324.46.

E

Εδωλιος 396.14.
Ἔρυγας 366.16.
Ερωδιὸς 91.50.294.4.365.50. etymũ 366.8. quæ auis Periomio 240.2. vox æquiuoca est 63.20.
Ερωδιὸς λευκὸς 384.10.
Ερωδιοτριφεῖον 369.26.

Z

Ζαρικτὲς 294.5.
Ἰβὶς 312.34. auis clamosa 525.17
Ἰβὸς 312.35.

K

Καβὸς quid Hesychio 63 27.
Καταρακτὴς 84.41.
Καταρεκτὴς 85.23.
Καυὰξ 63.36.
Καυὴξ 63.28.
Κέρκις 498 6.499.20.
Κερκλὸς 499.29.
Κεκλαῖος 290.25.
Κέλλες quæ auis & cur sic d. 290.24.
Κίγκος 88.50. qua auis 63.9.
Κιραζὼν 371.33.
Κιρκιοβαλλὶς 366.16.
Κίσσιον 494.48.
Κίρκις & eius æquiuoca 428.16.
Κιρκουρὶς 366.17.
Κιγκλὶς 490.19.
Κίκλη quid 46.3.
Κικλίσκιον 292.28.
Κίκλων 292.32.325.35.
Κικλωνεῖον 292.28.325.35.
Κίξ auis marina 240.56.
Κὶξ ἰταλικὴ 63.23.
Κιρκυλὶς 499.19.
Κιρκὺξ 499.19.
Κιγκλὶς 490 12.
Κιγκλὶζω 490.24.
Κιγκλὸς 490 12.
Κικκόβιον 293.57.
Κικκὺξ 293.58.
Κίκυλος pilcis 498.3.
Κλαγγάζω 339.8.
Κλαγγὴ ibid.
Κλάζω 339.8. 371.30.
Κολοιὸς 290.33.
Κολυμβὰς 249.24.
Κόραξ 261.46. quale Instrumentum Græcis 325.41.
Κορυδαλλὶς 397.45.
Κρόδος quæ auis 288.42.

Κορώνη

Κηρόπταλασσος 238.42.
Κικκαφα 294.1.
Κοάβος 63.37.
Κριαὰς 428.31.
Κρίξ & eius æquiuocatio 428.12.
Κύδνος 6.16.
Κυθήριον 328.44.
Κυκνος 6 1.etymum 6.4.

A

Λᾶχρι 366.49.
Λαρὶς 63.45.
Λάρος vox est æquiuoca 62.40. quæ auis 63.1. vnde dictus 63.44.
Λαρος σκοδυοειδὴς 72 33.
Λευκοραδὶς 384.10.
Λευκως quæ auis 189.40.
Λιβύης ὄναι 426.36.
Λοιδὴ quid 37.22.
Λοκαλος 293.57.
Λοῦφα 92.56. N
Νᾶσσα 175.2.48.
Νησαὰρμας 202.10.
Νήττα εἰκοσορος 188.12.
Νησσαριον 176.50.
Νησσαιος ὄρνις 202.15.
Νησσοειδὴς 182.36.
Νησσοτροφεῖον quid 182.35.
Νηττιον 175.52.
Νηττοφόνος 182.41.
Νηττοφυλαξ 182.36.
Νουμήνιος 424.26.
Νουμήνιος ibid. Ξ
Ξυλόκοπτα 471.26.
Ξυλομιδὰ 471.26.

O

Ὄκνος 403.15.
Ολολυγὼν 92.21.
Ονοκρόταλος 44.45.
Ορμπελαργος 292 1.
Ορνις φοινίκοπτερος 320.5.
Ορμη 6.18. Π
Παταζειν quid 112 1.
Παπίζα 175.53.
Παππαζειν quid 100.35.
Παππος 100.35. quid 29.52.
Πελαγος 293.49.
Πελαργος 293.49. æquiuoca 292.
Πελαργίδιος 293.54.
Πελαργικὸν νυχος 303.3.
Πελαργῖνις herba 303.22.
Πελαργῖτις πὴς 303.30.
Πεσσαγικὴς 303.6.
Πελεκαν vox æquiuoca 43.34.
Πελεκῖνος 44.46.
Πελλος 377.17.
Πτελεὰ 237.33.
Πῖπαος quid 349.5.
Πλαταγίζειν 212.2.
Πνοὴ 6.18.

πορφύριον, & eius etymum 437.22.
πορφυρους 437.23.
πουγγὶς, & eius etymum 240. 50.

P

Ῥοδινος 366.4.

Σ

Σειρὴς 326.34.
Σχοινικος 487.24.
Σκολοπαξ 471.17.
Σπιρμολόγος 326.26.
Στεγανοποδὲς aues quæ 7.43.
Συριγξ 326.32.

T

Ταὼς ἄγριος 524.14.
Τριγέρανος 349.28.
Τροχίλος 288.38.

Φ

Φαλαρὶς 260.20.
Φαλαρὶς 260.23.
Φασίδιος 501.13.
Φοινιχόπτερος 319.20.

Ψ

Ψοινικος 487.24.

X

Χαραδρὸς 536.35.
Χὴν, & eius etymum 100. 24.
Χηνὰ 175.10.35.
Χὴνη vtbs 122.22.
Χηναλωπὴξ 159.44.
Χηνιας 122.20.
Χήνειος 122.52.
Χηνίδης 122.20.
Χηνοδὴς 100.40.
Χηνίσκος quid 100.26.
Χηνίον 100.39.
Χηνίσκος 200.37.122.17.
Χηνοβοσκια vtbs 122.24.
Χηνοβοσκιον 100.28.
Χηνα 100.34.175.10.
Χοναλωπὴξ quid 153.51.

Ω

Ὠρίων sideris nomen 443.12.

Hebraica.

Agor 326.17.
Agur 326.4.
Anapha 365. 37. 536. 9.

B

Baschak 5. 54.
Baueta 5.20.
Bota 5. 23.

C

Charadita Chaldæis 44.11.
Chasida 44.1.293.20.365.31.368.23. 437.2.
Chauarita 293.28.
Chaueta 5.25.

D

Deiutha 293.28.
Duxiphat 437.10.

G

Gazah 326. 14.

H

Hakik 44.31.
Heschula 44. 26.

I

Ianschaph 5.50.313.25.
Iba 365. 38.
Ierakrika 5.38.
Ierakpeka 437.19.

K

Kaath 44.21. 85.16.239.50.365.45.
Kaki 100.22.
Kaueta 5.24.
Kik 44. 31.
Kipopha 5.53.
Koah 44.36.
Kos 365.46.

M

Machuautha 293.29.

N

Nana 365.43.

R

Racham 5. 33. 43. 714.

S

Sas 326. 20.
Scacaph 62.50.92.50.
Schachefer qui morb. 62.51.
Schalak 44. 22. 85. 15. 239. 50. 365. 40.
Schaleuma 365. 43.
Senuit 326.20.
Senukita, Chaldæis 326.11.
Sis 326.1.
Souetha 5.26.
Sus 326.1.

T

Tarphita Chaldæis 62.58.
Tinichemet 5.20. 312. 25.
Trachmas 62.54.

Z

Zueta 5.26.

Arabica.

Addunta 175.45.
Alacobori 293.41.
Alcroz 63.1.
Anaa 100.20.175.45.
Anidion 366.6.
Artadaton 366.7.
Aſcebete 175.45.
Aſcolacos 471.27.
Auaz 99.54.100.20.175.1.
Auichuz 312. 32.

B

Balzabub 44.42.
Baltat 175.44.
Bar ibid.
Barar ibid.
Barbatos 166.3.

INDEX.

Baskak 5.58.
Bath 175.42.
Batyos 242.25.
Batichen 206.32
Besaher 175.46.
Bulunge 293.44.
Butachet 175.45.

C

Caseuz 312.33.
Cataph 326.12.
Catuph 62.58.
Cheren 498.12.
Chincheliches 159.53.
Ciceluche 159.53.
Cinnara 5.58.
Cratoz 428.31.

F

Falakynes 44.43.
Fengarion 175.45.

H

Har 175.44.

K

Kalakanez 44.44.
Kataph. 326.16.
Kuk 44.34
Kydeloz 499.15.

L

Ladach 203.45.
Lalath 293.44.
Latroz 63.1.
Leheras 312.34.

M

Macha 261.48.
Mothyos 366.7.

O

Ouze 100.23.

P

Pilargos, Pilargie 293.43.

S

Sauorath 499.55.

T

Tharagiyon 499.14.

V

Vze 100.23.

Z

Zakid 14.12.

Italica.

Acceggia 472.1.
Agiron 366.53.
Agrosi 392.12.
Agrotto 45.1.
Airon 366.52.
Airon negro 377.18. eius histor. 422. icon 423.
Anadra 146.9.
Anghirion 366.54.
Auia 146.9.
Anitra 146.9. domestica 188.12.
Areasc & eius historia 424.2.
Arcia 471.54.
Arzauola 256.13.
Auoletta 288.1.

B

Beccasse Beccoraella 288.8.
Beccorouiglia 384.39.
Beccostorto 288.8.
Belleque 93.12.

C

Caroli 424.14.
Cercedula 208.3.
Cercenolo 208.2.
Cesano 6.24.
Cesone 21.27.
Charlor 424.15.
Charlot 431.1.
Cicogna 394.10.
Cicognare quid 303.38.
Cicognino 295.11.
Cicognuola 292.52.
Cigno 6.22.
Cino 6.23.
Cisano 6.24.
Collo rosso 218.26.
Corrira 288.35. 496.3.
Coruo ipilato 271.9
Crocalo 63.46.72.34.

F

Falcinello 368.32
Fiamingo 320.38
Filicetta 524.30
Folega 88 25. 93.5
Follata 93.5
Folot d'acqua 484.18.

G

Gallcdor 72.35
Galetta 62.36.
Gallina arciera 471.25. 471.58.
Gallina saluatica 472.2
Galinazza 471.54
Gallinella 448.39. 471.40.54
Gambetta & eius descriptio 434.3.
Garganei 208.44. 276.20. 83.18.
Garganello 208.4.
Garza 366.51
Garza bianca 389.58. eius descriptio 383.20.
Garzara & eius descriptio 368.25.
Garzetta 389.54. descriptio 393.20.
Garoli 448.22. 464.50. 480.14.
Giaroncelli 580.14.30. 499.45.
Giraldel 434.26. 448.2. 458.13.
Girardella columba 565.58.
Grotto 45.13.
Grotto marino 45.13
Grotto molinaro 45.14
Grue 252.38. 327.16
Grugnetto 465.58
Gyuen 279.18

I

Iurar 251.39

L

Lerlichirollo 485.10
Leuersina 434.26
Lingua d'oca 123.18

M

Magun 261.36.
Martin piscator 83.10. 518.38
Mergon 242.3. 262.35. 176.18

O

Oca 100.47.
Oca baletta 149.1
Oca grassa 149.1.
Oca marina 63.46. 17.58.
Oca saluatica 147.48
Oca Sterna 148.52
Ocarella 149.2

P

Paon Venetis 274.46
Papara 100.54
Papera 100.55.
Passere d'acqua 478.33.
Pauara 100.54
Pelecano 45.20
Pescador de / re 518.30
Pinirolo 480.32.
Piombin 256.14. 518.29. & 35
Piuier 424.9. 528.36. 529.3.
Piuier mótano 518.48. 529.3. 523.34.
Pizzaccara 471.58
Pizzardelle 476 34
Polla 471.54. 496.5
Polon 93.11.
Polon 276.18.
Porcellana 465.56.
Parzana 465.57. historia 449.30. vbi niduletur 368 32.
Pauoncina 523.44. 524.46.
Pullon 93.11.

Q

Quaiotto 404.10. 380.23.
Qualia 208.5

R

Rondon marino 82.50
Ronzesa 472.1.
Ropezora 472.1
Russey 408.53

S

Sartilla 206.53
Sassa 146.10
Scauolo 208.1.
Scorzana 465.58.
Sgainolo 480.30.
Sgarzetta 368.50.
Sguacco 380.20. 368.51. icon 400.
Smergo 242.3.
Sostegni 84.28.
Spinzago 424.15.
Spinzago d'acqua 288.8. 424.15.
Squaiotto 368.31. icon, & descriptio 401

T

Tarangolo 458.40
Terrabusa, vel terrabuso 403.41
Totano 431.1.
Trapazarola 265.10.
Trombone 403.40.

V

Vccello del duca 45.22.
Vitriolo 518 40.

INDEX.

Z

Zigogna 294.10.

Gallica.

Aigrette, & eius descript. & icon 392.
Airon 366.58.
Allebrentes 146.11
Alouette de mer 487
Anade de calle 188.14
Anette 146.18
Artre 518.43

B

Barge 424.58.434.29.
Bec d'oye 123.28.
Beccasse 472.2.
Beccasse de mer 444.
Beccassine 476.35.
Beccassine autre 493.
Beccassine petite 476.31. la plus petite 493.45.
Beccasson 476.35
Bequasse 472.4
Beque 72.39.
Bisouraeu 327.51.
Bihoracu 327.51.380.
Bieure 283.57.159.55.
Bura 176.19.
Busor 403.43

C

Cane 146.10.
Cane domestiq. 188.13.
Cane de lla Guinee 196.
Cane de mer 213.40.
Cane sauuage 202.16.
Canon 146.10.
Caniard 63.48. 72.38. 146.10.499.
Canicon 146.20.
Castagneuz 256.22.257.7.
Cercelle vel Cercerelle 206.53.
Cheualier 429.55. 431.23.
Cicogne 294.11.
Corlieu 424.23
Colin 63.48.72.38.
Corlis 424.23.
Corbaeu d'aeu 267.36.
Corbaeu Galeran 212.39
Corgalleran 212.38
Cormarin 286.54
Cormorant 267.35.
Corneille de mer 271.3
Cotee 210.40.
Crabrats, seu Crauat 165.49. 160.1.
Crot pelcherot 267.14.
Cueillier 384.35.
Cygne 6.25.
Cygne ibid.

D

Diable 91.9
Diable de mer 98.25.
Deux pour vn 493.
Dixhuict 52.54. 524.52.
Drappie 518.45.

F

Falcorde grise 72.37.
Flaming 319.25.
Flabant 319.34
Flament ibid.
Foulcre 93.8
Foulque 93.7
Fo ons 493.50

G

Gabian 63.48
Galerand 403.43.
Garganey 207.50.
Garsoese 208.9.45
Gauian 72.36.
Ger 101.1
Girone 389.54
Glaumer 72.36.
Gribe 72.39.
Griaibe ibid.
Grisard 63.36.48.72
Goettreuse 45.23.
Grue 327.20
Gruir 339.27
Guillemot 528.40.529.10.

H

Halebran 208.44.
Harle vel herle 286.10. descriptio 236 1
Heron 366.56
Heron cendrè 377.20
Heron gris 177.20
Heron par sseux 401.41
Heronnire 369.23.375.12.
Heyron 72.39 367.1

I

Iar 101.1

L

Lo ere 251.39

M

Macroule 98.25
Martinet 518.23.
Martiner peschetur 518.42.
Maulue 63.49
Mauue 63.50.
Maulues 71.19
Merle d'aeu 518.46
Morillon & eius descriptio 215.30.
Mouette 63.47.72.36
Mouetre cendrée 72.37
Mounier 518.45.

O

Oyard 101.1
Oye 100.58.
Oye nonnette 165.48. cur sic dicta 166.25
Oyon 101.1

P

Pale 384.36
Papechieu 524.53.
Patcheur 518.42.
Petit Corlieu 424.58
Piede mer 443.40
Piette 160.36. historia 274.58
Piuerd 518.46
Plonget 242.4
Plongeon & eius etymum 242.4. quibus auibus id nominis accommodetur 257.10.
Plongeon grand de riuiere 251.50.
Pluuier 458.40.518.36.519.2
Pluuier giris 528.48.529.4
Pluuier de mer 533.27
Poche 384.36
Poulle d'aeu 94.21
Poullette d'aeu 496.31
Pulle d'aeu 93.10

R

Roffignol de riuiere 500.26.
Roucherole 500.33. 521.53
Rousserole 521.53
Roupaeu 380.20

S

Sarcelle 208.9

T

Tadorne & eius descriptio 236.30. icon 237
Tartarin 518.43
Tiers 286.17. descriptio 215.46
Truble 384.36

V

Vach 367.30
Val d'oca 123.15
Vanneau 524.52.
Vit de coque 472.4.472.8

Z

Zeuçet 257.8

Hispanica.

Aden 176.27.256.24.
Alcatrazes 54.14
Anade 476.27.
Anade syluestre 202.17.
Ansar 101.6
Antaror 101.6.
Arucla 518.41.

B

Biuar 101.6
Bybe 524.54.

C

Calamon 437.48
Ceycas 327.15
Ciguenna 294.11
Cisne 6.25.
Cercota 88.56.208.10.
Crukias 317.25
Caeruo caluo 267.40.
Cueruo marino 242.10

E

Ema Lusitanis 327.20.

G

Ganso 101.5.
Garayos, & eius icon 546.
Garza 466.55
Gathuras 256.24.
Groso 45.23.
Grou 366.56.
Grulla 327.20.
Gruz 227.20.

H
Hij ode pato 101.6.
P
Pato 101.5.
Patico 101.1.
T
Telamon 437.48.

Germanica.

Adebar 294.16.
Aelguſz 149.7.
Aende 146.25.
Aente ibidem.
Aeſchenten 285.37.
Albucken 71.11.
AlenbocK 72.41.
Ant 146.2.
B
Butuogol 146.2.
Babergeiſzlin 476.48.
Bacham ſol 485.15.
Baumganſz 165.50.
Belch 93.13.
Belchinen 93.13.
Bigitzen 524.58.
Binmelgerſz 524.8.
Birckilgen 209.42.
Blaſſent 211.28.
Blaungruner 524.55.
Bleſſing 93.15.
Bleſz 93.15.
Blut Vuortz 347.55.
Bolhinen 81.12.93.12.
Brachun 458.16
Brachuogel 242.16.458.
Brachuogelken 458.17.
Brandhirtz 81.20.
Breidſchnadel 227.54.
Bruchſepffin 524.10.476.
Bubergeiſrlin 524.10.476.
C
Clauſzrabb 271.1.
D
Deſſijt 465.50.
E
Epcher 294.15.
Eggenſcat 496.6.
Eiſsuogel 501.3.518.25.
Elbs 6.26.
Endet 146.2.
Ent ibidem.
Entrach ibidem.
Entrich ibidem.
Entuogel 202.17.
Erdpull 403.54.
Erpell 146.24.
Eieſchryer 45.53.
F
Fel 80.4.
Fiſcherlin 80.3.
Fiſterlij, & eius hiſtorici 420.
Fluder & eius deſcriptio 2.53.37.
Floru 93.14.
Fuchsars 286.40.
Gan, vel ganner 283.11.
Ganſz 101.1. vel ganſer
Gauuſs 101.2.
Ganſerick 123.28.
Ganſzblum 123.40.
Genſzdiſtel 123.33.
Genfzlaiterle 123.35.
Genskraut 123.29.
Genſzpapplen 123.35.
Genſzungen 123.37.
Gentzle Vuen 123.36.
Glut 452.1.
Gragantſz 148.16.
Gratzſchnepff 476.38.
Gra Vuehunnen 282.45.
Gra Vuentle 208.11.
Griel 536.21.
Groſſenten 207.15.28.23.
Gruner 524.55.
Grutte 472.24.
Gruy 424.19.
Gyiytes 500.7.504.6.
H
Hagelganſz 93.18.
Hagenten 211.47.
Hageſar 496.6.
Harſnepff 476.37.
Hauſsendt 188.13.
Heggeſchar 496.6.
Helebran 208.9.
Heerganſs 367.7.
Herrnepff 476.35.
Holprot 72.41.
Holbruder 72.14.
Holtzſchnepff 477.14.
Hortybel 473.54.
Horchele 296.18.
K
Katzle 201.42.234.52.
Kemperkens & eius hiſtoria 413.1.
Kenthichen 146.23.
Kentſchen 145.24.
Kernell 207.13. deſcriptio 210.10.
Kleintenten 208.11.
Klinger 224.5.
Koppriegerle 454.1.
Kran vel krane 327.20.
Kanch 327.11.
Kraufutz 348.3.
Kranch 327.21.
Kranich ſchnabel 303.29.
Krautenten 202.40.234.40.
Kreye 327.23.
Krichentlein 208.10.
Krigentle 208.11.
Kringenten 28.1.
Kropffuogel 45.53.
Krukentle 208.10.
Kypirtz 72.47.
L
Langſcſinabel 281.44.
Laſzladen 84.25.
Lauffen 84.37.
Laffen 84.27.
Leffler 384.37.
Loffelganſz 384.37.
Lorriad 403.51.
Loſziaden 84.25.
Luſzkheke 485.32.
M
Maſzku 40.47.
MatteKern 418.46.466.50.
Meb 72.40.
Merch 218.18.282.49.
Merrah & eius deſcriptio 285.50.
Merenten 260.10.
Merganſz 45.25.
Merhum 434.26.
Merſchyuam 63.55.
Mertzenten 211.10
Merrach 283.16
Merdit 403.43
Metteruogel 424.18
Mevue 73.53.72.40.
Meyuogelin 81.4.
Mieiz 72.40.
Mirgigeln 259.42.
Mittelenten 206.57.221.3.
Mooren 202.4.234.40.
Moſſent 213.28.
MoſzKu 403.45.
Moſzochs 403.45.
Mugent 223.10.
Murent 223.27.
Murenten 234.40.201.41.
Murentle 208.14
Muttuogel RecK 260.37.
N
Nachrram, aut Nachtrab 270.45.
Netzeſcharb 262.4.
O
Odebper 294.16.
Olb 6.26.
Olbſch ibidem.
Onuogel 46.20.
P
Pelfente 234.15.
Pfaff 93.15.
Pfurtzi 256.20.
Pickurt 403.55
Pilente 223.30.485.46.
Piluenc 485.45.
Pilvuegichen 223.30.
Pulroſz 518.41.
Puluier 518.40.
R
Raferentle 256.20.
Ratſchen quid 178.31.
Rayer 367.12.
Regẽuogel 424.17.458.25.
Regher vel Reigher 366.
Reigel 367.11.377.12.
Reiger 367.11.
Reinuogel 465.56.
Retſen 211.28.
Rhynenten 274.17.
Riegerle 461.40.
Riemling 444.35.
Rierſchnepff 472.14.
Rinderſchyſſer 490.28.

INDEX.

Rogir 280.50.
Rordonp 40.
Rorreigel 403.45.
Rortrom 403.44.
Rothalfs 28.12
Rotherteuchar 281.53.
Rothennle 95.17.
RotKmiths 464.45.
Ruchen 256.20.
Ruggelen 256.20.
Ruigen 227.7.

S

Sagifer 422.27.
Samethunle 470 17.
Saucher & eius deſcriptio 276.45.
Schaiucheren 262.2.
Schaluchron 286.46.
Scharb 262.4.
SceledracK, & eius deſcriptio 286. 24.
Schellent 223.50, deſcriptio 224.50.
Scheller 271. 11.
Schiltent 223. 55.
Scluchentte 281.44.
Schmilente 243.26.
Schmirring 799. 461.10.
Schneegunſz 45.24.
Schnepff 472.13.
Schnepffhun 472.14.
Schnepfflin 476.39.
Scholucheren 262.2.
SchrycK 418.44.
Schuffer 384. 38.
Schwvartzer ſtorck 310.19.
ScrecKe 472.43.
Seegallen 71. 11.
Seeſſuder & eius hiſtoria 286.
Seeme Vven 63.53.
Seeuogel & eius deſcriptio 239.
Sichler 422.27.
SicKecken 242.15.
SocKen 208.16.
Sorentle 208. 14.
Spiegelent 211. 30.
Spvrer 79. 9.
Stainrad 325. 30.
Steinbeiſser 485.15. 485.35.
Steinrapp 270.27.
Sterngantz 148.62. 169.12.
StoreK 294.11.
StoreKenſchnabel 303.29.
Storent 213.10.
Stortzenten 213.10.
Suechel 251.8. 260. 13.
Suechelin 256. 16.
Sucher 242.11. 259.58.262. deſcriptio 250.13.
Suchent 242.13.
Sochentle 256.18.
Suchnaten 274.27.
Svvaen 6.24.
Svvartzen meu Vv 81.11.
Svva tztaucher 91.19.
Svvartzer Teuchar 281.55.

T

Taſchemul 224.51.
Tauche 93. 19.
Teucher 242. 13.
Triel 536.21.
Troſslent 208. 15.
Trybuogel 202.42.
Tuchel 218. 20. 242. 13.
Tuchterli 256.10.

V

Vorid 403.44.
Vulp 472.22.
Vvaldrapp 270.26.
Vvaleſchnepff 477.14.
Vvaſſeramſel 485.15.
Vvaſſerhenn 487.5.
Vvaſſerhun 93.16.56.
Vvaſſerhunle 448.20.476.
Vvaſſerhunlein 501.4.
Vvaſſerhunle 496.11.
Vvaſſerochs 403.52.
Vvaſſerrabe 262.28.
Vvaſſerſtroſſle 487.17.
Vvaſſeruogel 458.26.
Vueiſſer drittuogel 224.40.
Vvelſcheruogel 422.26.
Vvilblauuenten 207.15.
Vvildeenten 202. 17.
Vvildegrauvue ent 221.10.
Vintuogel 244.424.18.
Vvintuogel 458.26.
Vvilelgen 281.27.
Vvyſſe merch 282.54.
Vvynnel 408.1.
Vvyſſex reiger 389.58.
Vvyzmevve 72.4.

Y

Yſergardt 518.48.
Yſenten 274.17.
Yſentle 218.18.
Yſuogel 518.46.

Z

Zapo 93.10.
Zvviel 324.54.

Belgica.

Griffuogel 235.45.

H

Houare 249.16.
Huyſer 21.35.

I

Ieſterne 29.4.

K

Kabel 2.50.
Kiuidt 525.2.
Kockmaeu 63.50.
Klaenen 325.28.327.23.

L

Leepelaer 384.37.
Leples 384.37.

M

Maæu 63.29.50.72.42.
Maccol 93.23.42.
Meercoot 93.20.
Mieſen 63.58.

O

Ouvvevaer 294.18.
Oye vaert 294.17.

P

Pellicaen 45.29.
Pittoor 403.56.
Pittouer. ibidem.
Pylſtaert 282.55.

R

Rarg 367.12.
Reidomel 403.49.
Reiger 367.12.
Riegher 367.12.
Roidam 403.49.
Rotganſen 171.30.

S

Schmeant 235.47.
Scholecherez 286.32.
Scoluaer 242.16.
Scholuchcren 286.32.
Schryen 72.54.424.20.
Sclouer 242.16.
Slub 202.42. 235.45. deſcriptio 23. 50.
Smeant 235.45.
Sneppe 472.14.
Somphorn 403.56.
Stirn 79.6.
Svvaen 6.24.

T

Taling 208.19.
Tamme Enduogel 188.13.
Teling 208.22. 235.45.

V

Volgel 202. 18.
Volgelheine 45 29.
Volgel Van Etna 45.34.
Vuaerdt 16.25.
Vvilde eende 202. 17. 235.
Vvoudt 136.25.

INDEX.

Anglica.

Bergander 160.12.
BluKcop 72. 5.
Bottour 403.56.
Cotte 98.42.
Coote, & eius historia 250.6.
Cormorant 250.1. nomen est mutris aliis commune 267.46.
Dackerhen 428.43.
Dob Ghekin 256.23.
DouKer 259. 58.
DucK' 146. 26.
Gase vel Gosse 101.5.
Greneolnuer 525.1.
Gul 286. 22.
Heron 367. 6.
Krane 327.23.
Kurlen 424.25.
Kynges fisher 518.49.
Kut 98. 42.
Labwing 524. 58.
Mothen 487. 6.
Osprey 267.16.
Pittour 403. 56.
Puffin, & eius descriptio 238.
Ray 496. 12.
Redshanca 443. 42.
ScheldraKe 224.44.
Sheoffer 384. 38.
Schouelard 384 38.
Seecob 64.1.
Seegel 72.43.
Snype 472.15.
Snyt 487.10.
Solen tguse 162.12.165.33.
Solen d guuys 162.35.
StorKe 294 20.
Swan 6 27.
Teale 208.16.
Theelue heron 377 21.
Vvater Crovve 267. 34.
Vvater Svvaliovv 485.13.
Vvsithe heron 489.58.
Vitte Seemaevv 72.5.
Vvodeoq 472.8.15.

Scotica.

Capercalze 164.10.
Capriccize 164.8.
Clakis 165.47.

Polonica.

Boczan 294 20.
BunK 403 57.
DziKa 93.25.
Kacza ibidem.
KaczKa 146.27.
Zoravv 327. 24.367.13.

Illyrica.

Bubacz 503. 57.

Turcica.

Baharè 72.43.
Balakzel 367. 13.
Coluc 403. 57.
Ielue 476. 39.
Karabatak 256.58.
Leglez 294. 20.
Sackasuch 45.36.
Theluk 472. 15.
Zeluk 288. 12.

Indica.

Alcatraz quid Mexicanis 45. 37.
Bebe 176. 27.
Caranion 437. 57.



REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc.

Omnes sunt Terniones, præter Ccc, quæ sunt Duerniones.

Hæc omnia singula à me dicta, & scripta, dicendaque, & scribenda censuræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ libenter submitto.



BONONIÆ M.DC.LII.

Typis Io. Baptistæ Ferronij. Superiorum permissu.

ALDROVAN

T. III.

ORNITHOL

3